

Promptuarium

Diuini iuris & vtriusq; humani. Pontificij & Cęsarei celebriores eiusdem Diuini iuris, & historias / & sententias, humanis iuribus tum annotatas tum elucidatas, sub alphabetica serie complectens: a Ioanne Montholonio Eduensi, humanorum iurium doctore, ad Dei honorem & studiosorũ vtilitatem elaboratum & duobus Tomis absolutum.

PARISIIS
In ædibus Henrici Stephani,
1 5 2 0

Cum gratia et priuilegio.

Joannis Montholonij Eduensis

in diuini & vtriusq; humani iuris Promptuariū, ad suos vnice sibi dilectos fratres, Franciscum, pontificię cęsareęq; censurę doctorē, Parisini senatus aduocatum, Nicolaū, iudicem apud Eduos cancellarium, Lazarum, Cabiloneum fiscalem patronum, in ea iurium professione licēciatos, & Gulielmū Mōtholoniū, in eis iuribus doctorali laurea proxime insigniēdū, nūcupatoria pręfatio.

SOlent qui pro ediscendis iurium sāctionibus/varia peragrarunt literarię negociationis emporia (Fratres amicissimi) vbi terminato studio/delectum ab eis locum applicuerunt/ne marcido quodam ocio tabescētes, publicę sannę/ popularive cachinno pateāt: nonnullos sui studij indices actus exercendos assumere. Alios nempe patrocinandis inhiare causarum dubietatibus/alios pro sopiendis iusticię ęquilibrio cōtrouersijs/ ad subeundas anhelare iudicum partes / alios vero propulsatis litium inuolucris/aut docētis obeūdo munia/aut calcographorum typis literaria quędam credendo/suam inuulgare doctrinam conspicimus : non ꝙ aurę sint popularis cupidi/ sed quia neminem esse conijciūt/qui addubitet eatve inficias/nedū illa quę rationis expertia sunt animalia/sed & hominem, ratione preditū qua cęteris longe lateq; pręstat animātibus/hominū causa fuisse procreatum / nullumq; subesse eorum adiuuandorum suffragium/eo quod ipsis ad animi parandum cultū ac locupletandas animę vires impenditur/generosius aliquod aut consultius. Quę omnia vbi animo mecum reputassem / ac iterum & iterum mente reuoluissem: nouissimam tandem ingenij exercendi institutionem optimam esse ratus/& ecclesiasticę meę professioni plausibilem/interpretis munus cumprimis obeundum esse censui. Quo a me diebus non paucis vtcunq; expleto : scaturierunt plurima/quę vt calcographis incudibus nonnulla committerem/ nō tam suadere q̄ persuadere visa sunt. Animaduertendum siquidē imprimis occurrebat: declinandam esse inanis ocij perniciosissimam luem/quam vt cūctarum exterminium virtutum ita omnium augurabar fomitem esse/altricemq; viciorum. Talētum pręterera (quantuluncunq; id esset) quod michi a domino creditum acceperam/ non suffodiendum/sed vberiore decuplandum esse fœnore, Euangelica veritate cōmonebar. Deniq; genuinus amor quo vos vnicos mihi fratres (instar pię memorię/parentis nostri Nicolai Montholonij, dum superstes ageret regij in Diuionēsi senatu patroni) totos iuribus immersos/& ab ipsis prope modū incunabulis mancipatos & addictos, sum semper vere sincereq; prosecutus: nō minore me stimulo coarctabat. Volebam enim suffectum esse quippiam quod perenne pignus esset, ac perpetuum fraternę nostrę beneuolentię pręse ferret monimentum. Ad hęc nostrorum extimulabar euolutione iurium / in quibus perq̄ multas diuini iuris sententias/& esse citatas/& tum ab ipsis/ tum ab eorum glossemati-

bus/tum vero ab ipsorum interpretibus/elucidatas circunlustrabam:alias proinde pla=rasq esse coniectans,que iurium possent explicari decisionibus,annotari ve/& ita futu=rum/ vt omniũ applausu humana nostra iura/ celebriora redderetur illustrioraq:tanq̃ hoc progressu non modo iurgijs forensibus apud iudicum subsellia ventilandis / sed & diuinis declarandis sermonibus/esse apprime conducibilia monstrarentur. Accedebat & alia huic nouissime subsidiaria ratio/q cum fuerint hactenus/ sintq ista procul du=bio tempestate complures/magno omnium eulogio/vtriusq censure gnari/& non inter eos tãtum qui ciuilem sortiti sunt administrationem/sed & inter illos qui ecclesiasticam sequentes functionem, Dei obsequio peculiarius deuouentur: nihilo tamen secius ne vnum quidem audiebam adfuisse/qui hũc humanis iuribus honorẽ elaborasset impen=dere/vt ea permixtam habere (idq copiosiore numero) diuinam sapientiam/ & multi=plices eius enucleare sententias / ac cęteris pene omnibus enodandis coaptari posse pa=te aceret/ tametsi compertum esset exploratumq satis/ hanc humanorum iuriũ cum di=uino connexionem/tum gratissimam permultis/ tum vtilissimam futuram. Mihi it. q hijs rationibus non parum acto/occurrit & aliud/quo suscipiendæ huius connectendo=rum iurium prouincię/perurgens calcar adijciebatur. Enimuero dum nostram quina=riam esse fraternitatem/me vero solũ sacris initiatum/ versarem animo/& seculari vestra meaq ecclesiastica professione/penitius animaduersa/satis esse censuissem / quatuor vos ancipitem iudiciorum aleam experiri/ & vel patrocinantium calculo/ vel iudicum albo insignes reddi:ne ipse (alijs ad rem attẽtis) in vmbraculis domesticis desidia torperẽ/ Pontificio Cesareoq studio (in quo tecum obseruande mi Francisce/ cui ab ipsis cre=pundijs/fui nanciscendarum literarum socius datus / etsi non eandem habens/ sed nec postea consecutus ingenij acrimoniã/per varias & eas quidem famatissimas iuriũ dia=tribas/multos annos absumpseram ad tẽpus aliquod postergato/deiloquium cœpi bi=bliorum volumen euoluere.Quo ab eius capite ad calcem lecto/ & excerptis inde cele=brioribus sententijs.ipsas (vt essent inuẽtu peruię) ordine cẽsui alphabetico contexen=das.Quod vbi non sine labore meo multo factitatum est:exactis aliquot diebus qui=bus cum animi reluctamine quibusdam cõtentiosi fori negotijs alligabar/ prȩmemora=tas rationes animo repetens/prętactamq alphabeticam complurium ex sacrę scripturę aurifodina depromptarũ/ & historiarum/& sententiarum congeriem/accurratius ęqui=librans,cœpi in eo in quo hæsitabũdus fluctuabam pedem figere/firme incõcusseq sta=tuens ei diuinarum sententiarum collectioni si non Cesareum/ Pontificium saltem ius adiungere/& quid in eo cuius meminerant diuinę sententię sacri canones decreuissent ostẽdere.In quo moliẽdo operępretiũ me facturũ/vel ea ratione cõiectaui:q ipsi impri=mis decreti canones sint ex diuinis / magna ex parte literis deprõpti/ & ab ecclesię do=ctorũ grauissimis sententijs/ & aliorũ sanctorum memorabilibus dictis/'nõ minus fru=gifere q̃ solerter excerpti.Quas etiã decretales vocitant/ ipsarumq librum sextũ/& cle=mentinas constitutiones/ac Pontificum extrauagantes/plęraq diuini iuris sensa citare/ & ea varijs adaptare casibus/nemo est in ea re scius qui probe non nouerit.Ipsã deniq totam Pontificię eruditionis structuram/nedum ciuilium esse seu politicorũ / sed & in=ternorum morum studiosissimam/ nullus recte negauerit. Constututũ ob id dum apud me foret/binarium hoc emoliri:tu mi Francisce collaudans quod insignis mihi amicus insuaserat/non soli binario sed excudendo potius ternario operam probasti impenden=dam/sicuti canonicum ita ciuile diuino cẽsens esse permiscendum. Quo mihi facilime persuaso:in verbo vestro (dixi) Laxabo rethe. Neq enim visum est a pietate alienum:

feculares literas/si ita sunt ciuiles leges vocitandę/diuinis immiscēdas assumere. Quādo quidem nec electionis vas/gentiumq; doctor Paulus / dicta poetarū (quorum libri plerisq; frequenter obscœnis scatent) diuinis suis scriptis interserere/vel indignū censuit vel abhorrens. Quod & Hieronymum fecisse in confesso est. Euoluendis nempe Ethnicorum/ gentiliumve libris/se ideo contestatur aliquando deuotum/ vt Propheticas fulciat assertiones/ atq; communiat/ comprobans ea quę a prophetis ante secula multa prædicta sunt/tam Grecorum/q̄ Latinorum/& aliorum gentilium literis cōtineri. Non ergo iure refragabitur quispiam, Cęsareas etiam leges recte diuinis permisceri posse: cum poeticis/vel hoc argumento/& dignitate prestent & vtilitate/ q; sacratissimæ dicuntur/ ac deitus promulgatæ/ ipsarumq; sententia & sanctissima/& nullo questu nūmario/ afferatur estimanda. Proinde boni consulens hęc omnia/solius diadis cōsideratione seclusa/ triadem in monade conficiendam/trinum videlicet ius eodem prōptuario esse claudendum mihi persuasi. Sed rei difficultate cū ingenij mei imbecillitate collata / deterrebar/ atq; quorundam obgannientium mihi, q; praxin non amplexarer/& ea in re meæ professionis hominum tramites non emularer/echinatis captiosisq; blatterationibus/hebetior reddebar. tandē tamen Dei optimi maximiq; lapide sūpto de altari forpice tāgit & mūdat labia imperfecti/& hominis os aperit & implet illud cōfisus auxilio/elōgaui fugiēs & māsi in solitudine/id cui9 memini ternariū cū extorto quodā ptinaci studio elaborandū sumēs. Ei enim quā iam habebā diuinarū sententiarū cōpagini/ anno octauo decimo supra millesimū quingētesimū/ius vtrūq; humanū adorsus sum copulare/sicq; canonicarū & legalium in ius diuinū annotationū/exordiū facere. Quarū ad calcem deductioni (adiuuante me dño qui sperantiū in se suffulcit fortitudinem) tam assiduū indefessumq; studiū impēdi : vt eas hoc tēpore & ad metā vsq; perductas / & sat elimatis emūctisq; ac emaculatis calcographię formulis/procusas habuerim. Quod eo feci prodiuius , quo in mea (vt dicitur) arena versari videbar: cū sim professione ecclesiasticus & nihil nisi forsan admodū tenue deprōpturus essem/ quod non apud nostros exhaurirē iurecōsultos, seu a sacris exhaustū doctoribus/ iurecōsultorū decisionibus cōfirmarē . Quo factū est vt non omnes quas optauerā diuini iuris sententias annotauerim. Neq; enim (vt perfricta frōte rem vti est nō diffitear) occurrebat mihi semper vel vtriusq; vel alterius humani iuris decisio/qua eas donarē. Hoc vero erat apud me iampridem sācitū:nihil expromere/nisi quod a nostris emanare iuribus probaretur. Non ob id tamen minus eas nullis suffultas annotationibus scribēdas censui:partim vt auctiore officio singulos demererer/partim vt quispiā alius exurgeret/qui vel mea emulatione , humana iura diuinis vt dignioribus/ancillari faciēs,& sentētias nō annotatas annotaret/& quas inueniret annotatas locupletaret/& alias exactiori suo studio annotādas decerperet. Quid vero interim me mouerit vt huic iuriū vnioni/quam alij Collectaneū/alij Cōciliariū/ alij Symphonian/alij autē Prōptuarium appellandum censebāt: Prōptuarij designauerim nomen, deiloquus ipse Psaltes Prōptuaria (inquiēs) eorū plena eructantia ex hoc in illud, adaperiat. Etenim neq; ipsas diuini recōditorij sentētias, a solo limine seu frōtispicio salutaui, sed eas pleno (vt aiunt) cornu, habita tamen eius dictionis ratione cui subscribūtur, exprōpsi: neq; sola canonum legūq; caluitia, frontes ve, aut capita (vt fieri assolet) citaui, sed (vt plurimū) plenum censui transcribendū contextū, vt & scopo meo (quem ad ostendēda fixerā humana iura diuinis extricandis esse cōsentanea) apertius facerem satis, & ijs maxime qui libraria iurium nostrorum suppellectile carerent, copiose prospicerem. Eructat autē hoc promptuarium ex hoc ius in illud:quia eis diuinæ

sophię sententijs/ q̄ canonicā spectāt materiā/ Canonicū: quę ciuilē/ Cęsareū: quę vtrāq3: & hoc & illud accōmodat/ non hijs solum quę ex diuina penu deprōpta sunt, per humana iura aperiendis inuigilans/ sed etiam quid in eo de quo sermo habetur a diuino, humana ipsa iura statuerint ostendens. Q3 si in compluribus iuridicis, qui dilatari potuissent articulis/ Laconicam fuerim breuitatem complexus: non est cur vituperio dandum sit. id namq3 est glossatorum omniū (ne dicam exactorum interpretum) peculiare munus: compendio magis q̄ cumulationi desudare. Allucinor attamē si in hijs me quippiā eorum quę ad eruendam erant veritatem necessaria/ prętermisisse contigerit: nisi forte & hij ipsi omiserint quorum vestigijs inhęsi. In hac quippe prima lucubrationū mearum farragine/ aliena, suis sollicito studio latebris euulsa, persępe, propria raro disseminaui/ malens sub aliorum velamine q̄ cum sola mea nuditate ab emulis & mordaculis suggillari. In quos etsi me prolapsurum satis conijcio: tamen studiosorum omniū (quibus vel in hoc ipsum consului vt impendiosis eos laboribus leuarem) candida comitate fretus/ hanc primam studiorum meorum fœturam/ ac laborū primitias/ pręcocesq3 fructus/ vestris (dilectissimi fratres) nominibus nuncupo. Simul vt fraternę nostrę sit amicitię pignus, simul vt saltem post epotas feriarum (vt aiunt) lucernarum fuligines/ sacris introspiciendis dogmatibus oblectemini magis atq3 magis, deniq3 vt literarum studiosos/ literaria accessione promereamur. Quos ante dicendi exitum pręmonitos velim: vt quas compererint sententias nullis annotationibus dotatas / non perfunctorie / sed defixius lectitent /, pensantes an aliquo scribi possint posteriore loco. Quas enim priore / indotatas reliqui: eas (vt multum) posteriore dotaui. Hoc volebam: nescij ne essent. Valete. Parisiis. 8. Calendas Nouembris. 1520.

¶ Dictionum quibus celebriores diuini iuris & hiſtoriæ & ſententiæ/ipſarumq; per humana iura annotationes ſubſcribuntur Index alphabeticus.

Finis.

¶ Promptuarij diuini iuris et vtriusque humani, celebriores eiusdem Diuini iuris, & historias, & sententias, humanis iuribus tum annotatas tum elucidatas, sub alphabetica serie complectentis, a Ioanne Montholonio Eduensi, Pontificij & Cęsarei iuris doctore, ad Dei honorem & studiosorum vtilitatem elaboratí. Tomus primus.

Exodi.28.a. **Aaron.** ¶ Applica [a] ad te (dixit dominus ad Moysem) Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel vt sacerdotio fungantur michi Aaron/ Nadab/ & Abiu/ Eleazar & Itamar: faciesque [b] vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde quos repleui spiritu prudentię vt faciant vestes Aaron: in quibus sanctificatus ministret michi. Hęc autē erunt ve-

A ¶ Applica ad te Aaron fratrem tuum/ cum filijs suis: vt sacerdotio fungātur michi. Sūmorum pōtificum reliquorumque sacerdotum institutio/ est in veteri testamento inchoata/ & in nouo plenius cōsummata. Summi etenim pontifices & minores sacerdotes a deo sunt instituti per Moysem. qui ex pręcepto domini/ Aaron in summum pōtificē: filios vero eius vnxit ī mīores sacerdotes. Postea vero Dauid cum ministeria domus domini ampliaret/ ianitores & cantores instituit. Porro Salomon quendam exorcizandi modum inuenit: quo dœmones adiurati ex obsessis pellebantur corporibus. Huic officio mancipati exorcistæ vocati sunt. De quibus dominus in euangelio. Si ego in Belzebuth eijcio dœmonia: filij vestri in quo eijciunt? Hæc omnia in nouo testamento ecclesia imitata/ habet ianitores suos quos Ostiarios appellamus. Pro cantoribus Lectores & Cantores instituit. Exorcistas aūt nomine antiquo & officio permanēte recepit. Pro filijs vero Aaron oēs infra summū potificem sacerdotium administrantes sunt consecrati. inter eos vero quædā discrepātia habita est: vt alij appellentur simpliciter sacerdotes: alij archipresbyteri: alij episcopi seu metropolitę: alij primates: alij patriarchę: alij summi pontifices. Horum discretio a gentilibus maxime introducta est: qui suos flamines: alios simpliciter flamines: alios archiflamines: alios prothoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum & minorum sacerdotum discretio in nouo testamento ab ipso Christo sumpsit exordiū. q duodecī apostolos/ tāq maiores sacerdotes. Septuagitaduos discipulos/ q̄si minores sacerdotes instituit. Petrū vero/ quasi in summum sacerdotem elegit. dum ei prę omnibus/ & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit: & a se petra Petri nomen ei imposuit: atque pro eius fide (.i. pro ecclesia sub eius nomine) se specialiter rogasse testatus est: & vt cæteros confirmaret sibi/ subiunxit; dicens. Ego pro te rogaui Petre: vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Hanc eandē formam apostoli secuti in singulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerūt. Leuitas aūt ab apl'is ordinatos legimus. Quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos & Acolythos procedente tempore ecclesia sibi constituit. tex. est. de præmissis omnibus. 21. disti. in prin. Quę omnia declarantur vberius post Isidorum Ethymologiarū. lib. 7. cap. 12. in cap. 1. eadem distinct. Fuit autem hæc sacerdotum institutio vniuersæ reip. q̄ vtilissima. Siquidem publicæ interest habere per quos fiant sacrificia quibus dei cum populo reconciliatio petatur: purę que preces offerantur: quod sacerdotum esse munus dicit tex. in cap. Ipsi sacerdotes. 1. quæst. 1. & in auten. Quo. opor. episco. in princip. colla. 1. vnde & dicit Vlpianus iureconsultus in l. 1. §. fi. ff. de iusti. & iure. Publicum ius. i. vtilitatem publicam in sacerdotibus versari. Ex quo subinferri solet sacerdotem non esse simpliciter priuatam/ sed potius publicam personam. proindeque posse (vt publicus aliquis notarius posset) alteri stipulari. Non tamen in omni materia sed in spirituali/ & animam concernente. vt est bo. tex. & ibi notāt Hostien. & Panor. in vlti. colum. in ca. Dudum. de conuer. coniuga. & in cap. fi. Qui cle. vel. vo. & notat Panor. in cap. fi. in glo. fina. de sepul. & Bal. in l. Rationes. ad fi. C. de proba. Et facit tex. qui reputatur sing. in §. Quantum vero. in auten. Qui mo. na. effi. legi. colla. 7. vbi scriptura sacerdotis tribus testibus subscripta habetur in materia matrimonij & dotis: pro scriptura tabellionis. quem tex. dicit Baldus alibi non reperiri in §. Quibus. col. 2. versi. Item non obstat. in. 1. constitutione Codicis. Istud tamen/ q scilicet sacerdos (vt persona publica) alteri stipuletur: intelligit Panor. in d. cap. Dudum in vlti. col. esse verum: modo sit sacerdos parrochialis. secus dicens esset in alio sacerdote. Allegāt tex. quem ad hūc effectum dicit singularem in cap. Quamq̄. de vsu lib. 6. vbi sacerdos/ qui promissionem super vsurarum acceptat restitutione/ debet esse parrochialis. Sed præceptor meus do. Iason in d. l. 1. §. fi. colum. 1. ff. de iusti & iure/ tenet contrarium/ dicens: q contra hanc limitationem Panor. est tex. in d. cap. Dudum. de conuer. coniuga. & in d. cap. fi. Qui cle. vel vo. vbi fit sermo de promissione facta in manibus sacerdotis non parrochialis: quam tamen textus dicit esse obligatoriam. Et ita tenendo. non obstat textus in d. c. Quamq̄. Quia respondetur/ iuxta doctrinam glosæ in cle. 1. in verb. Præsidentes. in fi. de rescrip. q quando in lege vel canone aliquis casus particularis exprimitur ratione frequentioris contingentiæ: non ideo alius casus censetur exclusus. prout etiam de hoc est bo. glosa. in l. Vnica. in verb. Sponsam. C. de rap. virgi. & notat idem Iason allegans glo. in d. verb. Præsidentes. in auten. Ex testamēto. colum. penul. C. de collat. Tex. autem in d. ca. Quamq̄. facit mentionem de sacerdote parrochiali ratione frequentioris vsus. quia scilicet frequentius contingit/ q sacerdos parrochialis aduocetur/ q̄ alius. igitur alios sacerdotes non curatos non censet excludere. Hęc Iason in d. §. fi. cum quo transeo: q̄uis tenēdo opi. Panor. quæ probari videtur in d. capi. Quamq̄. responderi posset ad d. c. Dudum. de conuer. coniu. & ad d. capi. fi. Qui cle. vel vo. q ita ibi statuitur propter fauorem religionis/ vtrobique enim agebatur de iam facta religionis professione reuocanda: quæ vtique reuocata fuisset nisi valida extitisset in manu sacerdotis non parrochialis facta promissio. merito igitur pro eius validitate fuit conclusū intuitu ipsius religionis seu pfessionis iam factę: quæ nō minus fauorabilis esse videtur/ q̄ dos mulieris cuius dotis fauore cōiter concluditur/ alterū posse alteri stipulari, vt est bo. tex. in l. Gayus. ff. solu. ma. & in l. Pactū. C. de pac. cōuentis. per quē ita Iason. in l. Stipulatio ista. §. alteri. col. 1. versi. 5. Limita. ff. de ver. oblig. b ¶ Faciesque vestem

ſtimenta quę faciant. Rationale & ſuperhumerale / tunicam & lineam ſtrictam / cidarim & balteum. Facient veſtimēta ſancta fratri tuo Aaron & [c] filiis eius: vt ſacerdotio fungantur michi. Accipietq́ [d] aurum & hyacinthum & purpuram / coccumq́ bis tinctum & byſſum. Facient [e] autem ſuperhumerale de auro / & hyacintho / & purpura: coccoq́ bis tincto & byſſo retorta opere polymito. Duas oras iūctas habebit in vtroq́ latere ſummitatum / & in vnum redeant. Ipſa quoq́ textura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho & purpura / coccoq́ bis tincto & byſſo retorta. Sumeſq́ duos lapides onychinos: & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael: ſex nomina in lapide vno: & ſex reliqua in altero / iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere ſculptoris & cęlatura gemmarum: ſculpes eos nominibus filiorū Iſrael incluſos auro atq́ circundatos: & pones vtroq́ latere ſuperhumeralis / memoriale filijs Iſrael. Portabitq́ Aaron nomina eorum coram domino ſuper vtrumq́ humerum ob recordationem. Facies & vncinos ex auro: & duas cathenulas auri puriſſimi ſibi inuicem cohęrentes quas inſeres vncinis. Rationale [f] quoq́ iudicij facies opere polymito iuxta texturam ſuperhumeralis / ex auro hyacintho & purpura / coccoq́ bis tincto & byſſo retorta. Quadrangulum erit & duplex. Menſuram palmi habebit / tam in longitudine q̄ in latitudine: ponesq́ in eo quatuor ordines lapidum. In primo verſu erit lapis ſardius: & topazius / & ſmaragdus / in ſecundo carbunculus / ſaphirus / & iaſpis. In tetio ligurius / achates / & amethiſtus. In quarto chriſolitus / onychinus / & berillus. Incluſi auro erunt per ordines ſuos: habebuntq́ nomina filiorum Iſrael. Duodecim nominibus cęlabuntur / ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus. Facies in rationali cathenas ſibi inuicem cohęrentes / ex auro puriſſimo. Et duos annulos aureos quos pones in vtraq́ rationalis ſūmitate: cathenaſq́ aureas iūges annulis qui ſunt in marginibus eius: & ipſarum cathenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroq́ latere ſuperhumeralis / quod rationale reſpicit. Facies & duos ānulos aureos quos pones in ſummitatibus rationalis / & in oris quę e regione ſunt ſuperhumeralis / & poſteriora eius aſpiciunt. Nec non & alios duos annulos aureos qui ponendi ſunt in vtroq́ latere ſuperhumeralis deorſum quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris / vt aptari poſſit cum ſuperhumerali: vt ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis. Vitta hyacinthina vt maneat iunctura fabrefacta: & a ſe inuicem rationale & ſuperhumerale

ſanctam Aaron. &cæ. Iubet dominus veſtem ſanctam / varios item ornatus Moyſes habeat quia multimodis virtutibus ſplendere debet vita pontificis: vt gradui conferat decorem: quem ab eo non accepit. Non enim loca: ſed vita & mores / ſanctum deo faciunt ſacerdotem. vnde ex officio ſuſcepto: non licentiam peccandi: ſed neceſſitatem viuendi ſe nouerit aſſecutum. Ita textus. 40. diſtinct. in fine princi. tanto nempe ſtudio maiore / omnigena ſe virtute monſtrabilem debet pontifex exhibere: q̄to / ſi deuiet / plures ſuo exemplo peſſum eunt. Si enim papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur / inutilis & remiſſus in ſuis operibus / & inſuper a bono taciturnus / innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit primo mancipio gehēnæ cum ipſo plagis multis inæternum vapulaturos. Ita textus in capi. Si papa. eadem diſtinct. Trahitur quippe vita pontificis (immo & cuiuſlibet prælati) facile a ſubditis in exēplum cap. Magnę de vo. q. a ſunt / vt ſignū ad ſagittam poſiti. cap. Qualiter & quādo. 2 de accuſa. Et facit qd protrito dicitur adagio. Regis ad exemplum totus cōponitur orbis. notat glo. in cap. Ex merito. 6. quæſt. 1.

c ❡ Et filijs eius. Nedum Aaron / ſed & eius filij / in veteri teſtamento variis ex domini pręcepto veſtib9 / ornati leguntur. quia etiam minores ſacerdotes mīris decoros eſſe decervirtutibus / vt eſt celebris textus Iſidori in capi. His igitur in. §. interdicimus & in §. clericos in auten. de ſanctis epiſco. colla. 9. cum ſimilibus de quib9 dicam in verbis Diacones / Præſbyter & Sacerdos.

d ❡ Accipientq́ aurum & hyacinthum &c. In ſacerdotum ornamentis aurū & præcioſi colores poni iubentur. quia dicit glo. ordin. Nichil vile ac ſordidum in ſacerdotis ore vel opere debet apparere: ſed cuncta: quæ agit / loquitur / & cogitat coram hominib9 & interni arbitri cōſpectui oportet eſſe glorioſa. capi. Oportet vel ſi. Cauere em̄. 83 diſtinct. ca. Valentinianus. paolo poſt princip. 63. diſtinct. & d. capi. His igitur. 23. diſtinctio.

e ❡ Facient autē ſuperhumerale &cę. Quia in humeris onera portamus ſuperhumerale pontificis labores bonorum operum / quæ iugiter coram domino ferre debet / oſtendit. Quod bene primo faciendum præcipitur. quia qui ad ſacerdotium magiſteriumq́ populi dei / promouentur. primum eorum opera cognoſcantur. vt dum hoc quod foris patet / omnibus irreprehenſibile apparuerit / integritas cordis & fidei ſinceritas probetur: ſicq́ probati promoueantur. capi. in ſcripturis. 8 quæſt. 1. iuncto cap. Qui epiſcopus. 23. diſtin. & §. 1. in auten. de ſanctis epiſco. colla. 9. & facit tex. in cap. Nichil. de elec. & in l. Si quemq̄ cum ſimilibus. C. de epiſcopis & clericis. & eſt bo tex. in capi. Poſtq̄. de elect. & in cap. ſi. eodem titu. libr. 6.

f ❡ Rationale quoq́ iudicij facies. &c. Rationale hoc / erat ornamentum quoddam pontificale: quo ſcilicet eius pectus ornabatur. quod quadrangulum erat. vnius palmi menſuram habens: & decem lapides auro incluſos continens: & hoc per ordines quatuor / tres tantum per ſingulos. in quibus ſculpta erant filiorum Iſrael nomina duodecim. Fiebat aūt ex quatuor: ſcilicet purpura / cocco bis tincto / biſſo retorta / & auro / in eo cōtinebātur hæc duo nomīa / manifeſtatio / & veritas. vel doctrina & veritas. vel indicium & veritas. Erat igitur rationale quadrangulum ſignificans / q̄ debet inter quatuor diſcernere / inter verum & falſum / ne deuiet in credendis: & inter bonum & malum / ne deuiet in agendis. Erat autem duplex quia debet diſcernere / pro duobus: pro ſe ſcilicet & populo: ne ſi cæcus / cæcum duxerit / ambo in foueam cadant. Habebat & quatuor ordines lapidum / ſignificans: q̄ pontifex quatuor debet principales virtutes habere / iuſticiam videlicet fortitudinem / prudentiam / & temperantiam. In ſingulis autē ordinibus habebat tres lapides deſignans q̄ pontifex in primo ha-

bere debet fidem/ spem/ & charitatem. In secundo modestiã mansuetudinem & benignitatem. In tertio pacem/ misericordiam & largitatem. Et in quarto vigilantiam/ solicitudinem & longanimitatem. Ita de isto rationali loquitur apud canonistas Archidiaco. in capi. Qui ecclesiasticis. colum. 2. in verb. Rationale. 36. distinct.
g ¶ Pones in doctrinam iudicij doctrinam & veritatem &c. Sacrarum literarum oportet episcopum habere peritiam. vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore. in quo scribebatur/ manifestatio & veritas. quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. Non enim sufficit prælatis bona conuersatio & morum honestas/ nisi addatur sciẽtia doctrinæ. Textus est stadicens in d. capi. Qui ecclesiasticis. §. Ecce in princip. & in versic. Ex quibus omnibus. 36. distinct. De hac materia dicã longe extensius in verbo Episcopus. vbi peculiaris sedes.

nequeãt separari. Portabitq; Aarõ nomina filiorũ Israel in rationali iudicij super pectus suum quando ingredietur sanctuarium memoriale coram domino in æternum. Pones [g] autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem: quę erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram domino: & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo/ in conspectu domini semper. Facies & tunicã superhumeralis totam hiacinthinam: in cuius medio supra erit capitium/ & ora per girum eius textilis: sicut fieri solet in extremis vestium partibus/ ne facile rũpatur. Deorsum [h] vero ad pedes eiusdem tunicę per circuitum quasi mala punica facies ex hiacintho & purpura/ & cocco bis tincto & bysso retorta mixtis [k] in medio tintinnabulis: ita vt tintinnabulũ sit aureũ & malũ punicũ/ rursumq; tintinnabulũ aliud aureũ & malũ punicũ. Et vestietur ea Aarõ in officio ministerij/ vt audiatur sonitus quãdo ingredietur & egredietur sãctuariũ in conspectu domini/ & nõ moriatur. Facies & laminã de auro purissimo in qua sculpes opere cœlatoris sãctũ dño. Ligabisq; eã vitta hiacinthina & erit super thiaram imminẽs [m] fronti põtificis. Portabitq; [n] Aaron iniquitates eorum quę obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel in cunctis

h ¶ Deorsum vero ad pedes eiusdem tunicę &c. Hinc dicit textus in ca. penul. in fi. 23. distin. Oportet clericos secundum Aarõ talarem vestem induere: vt sint in habitu ornato. Et facit textus vbi ponitur conciliaris constitutio in capi. Clerici officia. paulo post princip. de vita & honest. cleri. dum ibi dicitur. Clausa desuper clerici deferant indumenta; nimia breuitate/ vel longitudine non notanda. Et de hoc etiam: q scilicet clericorum vestis talaris esse debeat: est glosa in clementina. 2. §. finali. in verb. Videatur. eodem titu. Ex quo liquet non esse vsquequaq; verum: quod dicit glo. fina. in fine. in clementi. 1. de electi. dum dicit formam habitus clericorum secularium non esse iure expressam. quis idem videatur tenere Panormita. in capi. Transmissam. in. 4. notabi. de electio. quia immo expressa est respectu superioris tunicæ: quam ius dicit debere esse talarem vt legitur in d. c. pe. & etiam respectu clausuræ in parte superiori: vt in d. cap. clerici officia. vbi ita dicit Panor. paulo ante. fi. hoc vero seruetur in clericorum vestibus vt plus æquo nec fulgidæ sint/ nec sordidæ vt etiam ait Hiero. Nec affectatæ sordes/ nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt. Tex. est Hieronymum citans. 41. distin. in princip. vnde & in Gangrensi legitur concilio. Ornatum præter corporis diligentiam infucatum laudamus. dissolutos autem & fractos vestibus non recipimus cap. Parsimoniam. in princip. eadem dist. Conclusiue igitur tenneatur; quod in Carthaginensi concilio/ in hæc verba legitur. Sicut in cibis mores eorum cũ quibus viuimus obseruare monemur/ sic & de indumentis intelligendum est: quia quis contemptis his cum quibus viuit lautiora sibi vel austeriora præ cęteris indumenta vel alimenta quærit/ aut intemperans sui/ aut superstitiosus est. cap. fina. versicu. Sicut ergo. 41. distinct. & ita etiam tenet specula. in titu. de aduo. sub rubricella. Quales vestes habere debeant aduocati. hoc tamen (seruandam scilicet esse a quolibet eorum cõsuetudinem cum quibus viuitur) itellige/ modo statui suo/ & honestatiq; conueniat: neq; enim religiosus cum seculari degens/ seculariter indui debet. vide Panor. in d. cap. Clerici. paulo ante fi. de. vita & hone. cleri. Et facit cap. fi. in princip. de obser. ieiu. vbi festo domini natalis occurrente sexta feria non possunt carnibus vesci/ qui sunt regulares/ tametsi possint alij omnes: etiam cum ipsis viuentes. si tamen voto non sint astricti. Igitur &c.

i ¶ Per circuitum quasi mala punica facies &c. Cum rector se ad loquendum præparat/ sub quanto cautelæ studio loquatur/ attendat: ne si inordinate ad loquendũ rapitur: erroris vulnere corda audientium feriantur. & cum fortasse sapientem se videri desiderat/ virtutis compagem insipienter abscindat. Hinc namq; veritas dicit in Marco. Salem in vobis/ & pacẽ habete inter vos. Per salem quippe verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur: magnopere metuat/ ne eius eloquio/ audientium vnitas confundatur. Hinc est/ q in sacerdotis veste (iuxta diuinam vocem) tintinabulis mala punica coniungũtur. Quid ergo per mala punica/ nisi fidei vnitas designatur nam sicut in malo punico/ vno exterius cortice multa interius grana muniuntur: sic innumeros sancta ecclesiæ populos vnitas fidei contegit quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquẽdum proruat hoc quod iam præmisimus/ per semetipsum veritas discipulis clamat in Marco. Habete salem in vobis & pacem inter vos: ac si figurate per habitum sacerdotis dicat. mala punica tintinabulis iungite: vt per omne/ quod dicitis veritatem fidei cauta obseruatione teneatis. Textus est per præmissa omnia hunc locum declarans: & sumptus ex pastorali Gregorij cap. 15. in capi. Sit rector. versicu. Sed cum rector. 43. distinct.
k ¶ Mixtis in medio tintinabulis. vide annotationem precedentem.
l ¶ Et vestietur ea Aaron &c. Moysi præcipitur vt tabernaculũ sacerdos ingrediẽs tintinnabulis ambiatur: vt videlicet prædicatoris voces habeat/ ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est. Vt audiatur sonitus/ quando ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu domini; & non moriatur. Sacerdos naq; ingrediens/ vel egrediens moritur: si de eo sonitus non audiatur. quia iram contra se occulti iudicis erigit; si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinabula vestimentis illius describunt insculpta. Per vestimenta enĩ sacerdotis quid aliud q recta opera debemus accipere (propheta testante: qui ait in psal. 136. Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaq; illius tintinabula inhærent; si vitæ viam cum linguæ sonitu/ ipsa quoq; opera sacerdotis clament. Ita dicit tex. in d. cap. Sit rector. versi. Hinc Moysi præcipitur. 43. distin.
m ¶ Imminens fronti pontificis. Lamina in qua sanctum domini nomen sculptum est/ fronti pontificis imminet. quia seposita omni amittendę humanæ gratiæ formidine: Loqui libere recta debet. d. cap. Sit rector. in princip. & ea nedum in occulto: sed & in aperto profiteri ac defensare. in fronte namq; domini nomen gerere: est eius fidem aperte in confesso habere. bo. ẽ tex. in cap. Vnico. col. fi. versi. in fronte. de sacr. vnct.
n ¶ Portabitq; Aarõ iniquitates &c. Tãtæ debet industriæ sacerdos esse/ tanti vt meriti: vt cũcta ppl'i pctã portet. Pro

muneribus & donarijs suis. Erit autem lamina semper in fronte eius: vt placatus sit ei dominus. Stringesq; tunicam bysso: & thiaram byssinã facies: & baltheum opere plumarij. Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis & baltheos/ac thiaras in gloriam & decorem: vestiesq; his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et [o] cunctorum consecrabis manus/sanctificabisq; illos vt sacerdotio fũgantur michi. Facies [p] & fœminalia linea: vt operiãt carnem turpidinis suę a renibus vsq; ad fœmora: & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum testimonij: vel quando appropinquant ad altare: vt ministrẽt in sanctuario/ne iniquitatis rei moriãtur. Legitimum sempiternum erit Aaron & semini eius post eum.

¶ Quędam consecrationis Aaron & filiorum eius ritum concernentia videre potes Exodi nono & vigesimo capite/& Leuitici octauo.

¶ Videns populus q; moram faceret descendendi de mõte Moyses/ congregatus aduersus Aaron: ait. Surge fac nobis deos qui nos pręcedant. Exodi. 32. a.
Moysi enim huic viro qui nos eduxit de terra Aegypti/ignoramus/quid acciderit ei. Dixitq; [q] ad eos Aarõ. Tollite inaures aureas de vxorum filiorumq; & filiarum vestrarum auribus/& afferte ad me. Fecitq; populus quę iusserat/ deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset: formauit opere fusorio & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntq;. Hi sunt dij tui Israel qui te eduxerunt de terra Aegypti. Quod cum vidisset Aaron/ędificauit altare coram eo/& pręconis voce clamauit: dicẽs. Cras solemnitas domini est. Surgẽtesq; mane/ obtulerũt holocausta & hostias pacificas: & sedit populus manducare & bibere/& surrexerunt ludere.

¶ Reliquum contextum huius secũdi &. 30. capitis quo Moysem vitulum cõminuisse/Aaronq; q; eum conflasset arguisse/ & in populum durã dicitur animaduersionẽ exercuisse/trãscribã in verbo Moyses: ibi vide.

¶ (Nadab & Abiud Aarõ filijs igni cœlesti perẽptis: vt legitur Exodi. 10 Leuiti. 10. d.
In principio: & infra in verbo ignis) Hircum [e] qui oblatus fuerat pro peccato cum quęreret Moyses/exustum repperit. Iratusq; cõtra Eleazar & Ithamar filios Aaron/ qui remanserant: ait. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto quę sancta sanctorum est/ & data

eis supplicet/ & suis ea precibus delere studeat & abstergere. vnde & dictum est. Sacerdotes peccata populi mei comedent d. cap. Ipsi sacerdotes. 1. quæst. 1. de quo dicam in verb. Sacerdos.

o ¶ Et cunctorum consecrabis manus. Ex hoc infertur a canonistis Moysem/sacerdotem fuisse/tametsi non hostias: sed vota offerret pro populo. glo. est in cap. Sacrosancta. in verb. Moyses. 22. distin. & in cap. 1. in verb. Ordinatus. 66. dist. & 21. dist. in princip. in verb. Et minores. Neq; enim aliter consecrandorum sacerdotum fuisset ei munus iniunctum/ sicut nec aliter delibãdi sacra vnctiõe tabernaculi datum ei fuisset officiũ: quod tamen datũ ei fuisse legim9/prout est textus ex Exodi primo/ & tertio capite sumptus. in cap. 1. in princip. de consec. dist. 1. siquidẽ pręmisse nequeunt cõsecratiões ab alijs q̃ a sacerdotib9 fieri/immo nec hodie ab omnibus/sed a solis episcopis. vide glo. & ibi doc. in d. cap. Transmissam. de elec. & textum in d. c. Vnico. de sacra. vnc. Ampliora circa sacerdotalium manuum consecrationem dicam. in verb. Mans.

p ¶ Facies & fœminalia linea/ &c. 1. Tu abstinẽdum etiã ab vxorio amplexu: his q sacerdotio fruituri sunt intimabis: ita vt quicunq; sacerdotes fieri/& altari seruire volunt/sponte sua desistant serui esse vxorum: si non semper: tũc saltẽ/quãdo ad sacra explẽda/ tabernaculũ testimonij sunt igressuri. Et si enim priscis temporib9/vxoris vsus pter sobolis successionẽ fuerit sacerdotibus relaxatus. quia non ex alia tribu q̃ ex Aaron ad sacerdotium cuipiam accedere permittebatur tamen cum tabernaculũ pro sacris explendis erãt ingressuri/castimonię studebant/ab vxorijs etiã abstinentes amplexibus. text9 est in capi. Tenere. 31. distin. Hodie vero/ quia iam non in successione generis/ sed in perfectiõe vitę & sinceritate sciẽtiæ Electio muneris. i. officij sacerdotalis quęritur/perpetua sacerdotibus castitas imperatur. ita tex. in cap. Recurrat. paulo ante finem. 32. quæst. 4. vnde dicit tex. in c. Eos. 31. dist. Eos ad sacrificia fas est admitti qui vel etiam cum vxore/non exerceãt carnale officium. & idem probatur in. §. hæc autem. de deo/ versi. Sed & ipsam vxorẽ. in auten. Quomõ opor. episc. colla. 1. cũ multis similibus de quib9 in verbis Diacones/Episcop9 & Sacerdos. Dissuasu tñ Panutij confessoris Nicena synodus nichil in hac parte sanciuit. sed hoc (a proprijs. s. vxoribus sacerdotes abstinere) in vniuscuiusq; eorũ voluntate/non necessitate permisit. c. Nicena synodus. 31. dist. Et ita adhuc oriẽtalis seruat ecclesia/quia Gręci sacerdotes mrĩmonio vtuntur copulato/licet iam ordinati matrimonia non sortiãtur. c. Aliter cũ glo. ibi. 31. dist. & c. Cũ olim. & ibi per docto. de cleri. cõinga.

q ¶ Dixitq; ad eos Aarõ. Tollite inaures &c. Aaron q fratri coadiutor datus est: vt esset os eius ad populũ: vt pee eũ signa fierent in Aegypto: qui ex oĩi filiorũ Israel multitudine solus a dño electus est: vt pontificatu ante eũ fungeretur qui populo cũ thuribulo incendio se opposuit & iram dei placauit/ in vituli cultura consensũ populo adhibens/deũ offendit. Ita tex. in c. Vt cognouerũt. §. 1. versi. an charitatem non habebat Aaron: de pœ. dist. 2. & in c. Si post. §. Econtra. 50. dist. Tametsi eñ Aaron timore perterritus/populũ ad occidendũ/ pronũ esse sciens/conflãdo vitulo consenserit/non ideo tamẽ dici debet eũ non peccasse/qa potius oĩa mala: immo & ipsam mortem perpeti debuit q̃ malo consentire. c. Ita ne. 32. q. 2. c. Sacris. de his quę vi metusve cau. fiunt. & ita etiam dicit Archid. in d. §. Econtra. in verb. Conflatũ.

e ¶ Hircũ q oblatus fuerat pro pctõ cũ quęreret Moyses exustũ reperit &c. Pro huius sententię ethico seu morali sensu: Nota celebrẽ tex. q verbatim sumpt9 est ex Adamantio/citato hic per gl. or. in c. Inter hęc hyrcũ. 1. de pœni. dist. 3. vbi iuncta glo. in verb. Nõ peccare dicit. vere exustio hirci suffocationẽ pœnitẽtię per adueniẽtem culpã significat. Nã nõ peccare solis dei est: sed raro inuenies q se corrigat: rara cõfessio pctĩ: rara pœnitẽtia: repugnat natura: & verecũdia: quia obnoxia est culpę oĩs raro. Et quis erubescit pctm̃ confiteri: dũ magis pręsentia cogitat/q̃ futura: vult Moyses peccati vacuã reperire animã vt exuuias erroris deponat: & culpę nuda sine sui pudore discedat: sed irrationabilis impetus puenit: & flãma celerrimi mot9 alam depascit/ & exurit eius innocẽtiã. Præpõderant eñ futuris psentia. serijs iucũda/ & lęta tristib9: & pperata tardiorib9. velox eñ iniqtas/q̃ ad nocendũ occasionẽ suggerit. Lenta virtus & cunctatrix ante iudicat/q̃ incipit: quid decorũ: quid honestũ. iniquitas omnia præcipitat. pigra & verecunda pœnitẽtis/q̃ pręsentiũ pudore pmitur (solis eñ intendit futuris) cõsiderãs/q; eorũ spes sera/ & tardus fruct9: iterim precurrit ipudẽtia & spe psentiũ

pœnitentia excluditur: & affectus eius exuritur/ & aboletur. Quærit eam lex: & non inuenit. Combusta est enim in feruore & fumo iniquitatis. inde irascitur & dicit deuorandam fuisse pœnitētiam in sancta sanctorum/ Sacerdotes quasi segnes increpās. Respondet Aaron prouidum debere esse sacerdotale iudicium. Nec male sanæ cōscientię facile esse credendum id muneris/ ne fiat nouissimus error peior priore. vase enim fœtido/ vel oleum/ vel vinum facile corrumpitur. Quomodo aūt poterat vbi ignis alienus erat/ peccatū exuri in conspectu domini: cui omnia aperta sunt. Quasi dicat. non cōplacet deo/ qui iniustitiā corde inclusam tenet/ & se pœnitentiam agere perhibet. Ignis alien9/ libido/ auaritia/ omnis praua cupiditas. Hic ignis exurit/ non mundat. Qui ergo mundari vult: ignem alienum remoueat. Illi igni se offerat/ qui culpam exurit: nō hominem/ hic ignis siccauit Emorroissę sanguinē profluētem. hic siccauit culpam latronis. Ignis enim consumens est/ sanat enim simpliciter & pure confitentes. Hæc ibi. vel aliter declara: vt p glosam summariā in cap. Inter hæc hyrcum. 2. de pœni. dist. 3. vbi glo. declarando illum textum (qui est Esitij hunc scripturæ locum explanantis) dicit ꝙ Moyses hyrcū exustum reperit: signat ꝙ sicut post filiorum Aaron/ qui ignem offerebant alienum/ subitā mortem: non remansit hostia/ quæ significat spiritum sanctum: sed est cōsumpta. Sic post eorum mortem/ q in spiritumsanctum peccāt in eorum obstinatione/ aut misericordię redēptoris diffidentia/ ac suę salutis desperatione decedentes/ non relinquitur hostia pro eorum peccatis. quia nullū sacramentum eis prodest: cū sine vera pœnitētia decedāt. Qui autē impœnitens moritur: omnino moritur/ & æternaliter cruciatur. dicit Augustinus in ca. fi. in fine. de pœni. dist. 7.

s ¶ Absq; liberis. Quia hodie vt iam tactum est sacerdotibus omnimoda castimoniæ præcipitur obseruatio si officij eis incumbentis immemores/ lubricitati se dedāt/ indeq; prolē habeant: recte absq; liberis defungi dicētur. tametsi ea prole adhuc superstite moriantur. Ex complexu enim nephano proles suscepta/ nec filij commoda/ nec appellationem sortitur: sed omni: tum successiuo commodo/ tum filij appellatione censetur indigna. auten. Ex complexu. C. de inces. nup. Ex æquitate tamen canonica/ etiam eiusmodi proli debentur alimenta. cap. Cum haberet. de eo qui duxit in matrimo. quā pol. per adul. & si aliunde sacerdos non habeat. poterit prolem sic nepharie susceptam de beneficij reditibus alimentare. Notat Panor. in c. Coniugatus. in fine. de Conuer. coniuga.

vobis vt portetis iniquitatem multitudinis: & rogetis pro ea in conspectu domini: prę sertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta & comedere debueratis eam in sanctuario/ sicut prę ceptū est mihi? Respondit Aaron. Oblata est hodie victima pro peccato/ & holocaustum coram domino: mihi autē accidit quod vides. Quomodo potui comedere eam aut placere domino in cerimoniis mente lugubri? Quod cum audisset Moyses: recepit satisfactionem.

Numeri. 3. a. ¶ Hę sunt generationes Aaron & Moysi/ in die qua locutus est dominus ad Moysem in monte Synai. Et hęc nomina filiorum Aarō. Primogenit9 eius Nadab/ deinde Abiu & Eleazar & Ithamar. Hęc nomina filiorum Aaron sacerdotū qui vncti sunt/ & quorū replete & cōsecratę manus vt sacerdotio fungerētur. Mortui sunt enim Nadab & Abiu cū offerrent ignem alienū in cōspectu domini in deserto Synai[s] absq; liberis: functiq; sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo.

¶ De Aaron & Marię suę sororis contra Moysem vxorem eius Aethiopissam murmuratione: vide Nu. 10. & infra in ver. Maria soror Moysi.

Nume. 16. g. ¶ (Ira domini cōtra populū iam exorta ꝓpter factā ab eo cōtra Moysem & Aaron murmurationē) Dixit Moyses ad Aarō. Tolle thuribulum: & hausto igne de altari mitte incensum de super/ pergens cito ad populū/ vt roges pro eis. Iā enim egressa est ira a dño: & plaga deseuit. Quod[t] cū fecisset Aaron/ & cucurrisset ad mediā multitudinē quā iam vastabat incendium: obtulit thimiama: & stans inter mortuos ac viuentes/ pro populo deprecatus est: & plaga cessauit. Fuerunt autē qui percussi sunt quatuordecim milia hominum & septingenti/ absq; his qui perierant in seditione Chore. Reuersusq; est Aaron ad Moysem ad hostium tabernaculi fœderis/ postq̄ quieuit interitus.

Nu. 17. a. b. c ¶ Locutus est dominus ad Moysem: dicens. Loquere ad filios Israel: & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas a cunctis principibus tribuum virgas duodecim: & vniuscuiusq; nomē superscribes virgæ suę. Nomen autē Aarō erit in tribu Leui: & vna virga cunctas eorum familias continebit. Ponesq; eas in tabernaculo fœderis corā testimonio/ vbi loquar ad te. Quem ex his elegero/ germinabit virga eius: & cohibebo a me querimonias filiorū Israel quibus cōtra vos murmurāt. Locutusq; est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus. Fueruntq; virgę duodecim absq; virga Aaron. Quas cum posuisset Moyses coram domino in tabernaculo testimonij/ sequenti die[v]

t ¶ Quod cū fecisset Aarō & cucurriss3 ad mediā multitudinē &c. Aarō (dicit Greg.) vt irā dei placaret/ thuribulū sūpsit atq; inter viuentes & mortuos stetit. quia sacerdotis est negotiū deo orationē fundere: & pro iustis/ ne cadant: & pro peccatoribus/ vt resurgant. vnde dicit textus in capi. 1. in fi. 31. distin. ꝙ sacerdotibus omnibus quotidiana orandi necessitas incūbit: proindeq; magnam eis inesse debere mundiciam: vt libere cunctis diebus vitæ suę orationi possint vacare. & idem probatur in cap. Sacerdotibus. in princip. eadem dist. & in auten. Quo opor. epis. in princip. Vel (secundum Isidorum) Aarō thuribulum accipiens occurrit quassationi: & stans in medio viuorum & mortuorum letalem plagā obiectu suo/ quasi quidam murus excludit. Iste sacerdos. s. Christus/ qui ruinam mortis in mundo aspiciens/ occurrit a summo cœlo: venitq; obuius/ quasi gigas ad currendam viam: stetitq; inter viuos & mortuos. quia natus & mortuus est. sicq; thuribulum passionis accipiens: & in odorem suauitatis prętendens suspendit ignis ęterni perniciem: & inimicam pertulit mortē. prout hæc oīa de Christo dicunt in cle. 1. in prin. de sū. tri. & in epistola. Reddētes honorē. versi. Oēs vero. C. eodē.

v ¶ Sequēti die inuenit germinasse virgā Aaron &c. Cū sacerdotiū Aaron/ q de tribu Leui fuerat/ despiceret dignusq; ali9 q offerret holocausta crederet: duodecim virgę iuxta. 12. trib9 in tabernaculo poni iubent: & virga Leui viruit: & qd virtutis Aaron in mu

nere haberet/ostendit. In quo innuitur (dicit Gregorius) ꝙ omnes qui vsq; ad finem mundi iacemus in morte/quasi virgæ reliquæ in ariditate remanemus. Sed cũctis virgis in ariditate remanentibus/virga Leui ad florem rediit: quia corpus dñi/veri: scilicet sacerdotis/in mortis ariditate positum/in florem resurrectionis erupit. i. reliquis omnibus corporum resurrectionem vsq; ad finem seculi expectantibus: solus Christus surrexit/nullo postea tempore moriturus: sicq; nullam vnq̃ resurrectionem habiturus: quia scimus & certum habemus & spe immobili retinemus/quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. dicit textus in capi. Semel 1. in prin. de consec. dist. 2.

x ℭEt quiescãt querelę eorum a me/ne moriãtur. Non igitur facile fiant contra papam/qui locũ sortitur Aaron murmurationes iniustæ/ne mors animę (q̃ corporis morte deterior ẽ) incurratur. Nemo enĩ vnq̃ apostolico culmini manus obuias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit/nisi qui de se voluit iudicari. Ita textus in capi. Patet profecto. paulo post princi. 9. quæstio. 3. & facit textus in capi. In memoriam. in princip. & in cap. Nulli fas §. 1. cum mult... ...ius. 19. distinct. vide quod dicam in verb. Concilium/super illud. Iudæi concilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent. Et in verb. præceptũ super illud prouer. 6. Conserua præcepta patris tui.

regressus inuenit germinasse virgam Aarõ in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperãt flores: qui folijs dilatatis in amigdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu domini ad cunctos filios Israel: videruntq; & receperunt singuli virgas suas. Dixitq; dominus ad moysem. Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii: vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel: &[x] quiescant querelę eorum a me ne moriãtur. Fecitq; Moyses sicut pręceperat dominus.

ℭ(Aaron & Moyse in aquarum iuxta domini verbum de petra eductione factis incredulis: vt habetur Nume. 20. b. & infra in verbo Moyses). Nume. 20. d.
Locutus est dominus ad Moysen: dicẽs. Pergat Aaron ad populos suos. Nõ enim intrabit terrã quã dedi filijs Israel: eo[y] ꝙ incredulus fuerit ori meo ad aquas cõtradictionis. Tolle Aaron/& filium eius cũ eo: & duces eos in montẽ Hor. Cunq; nudaueris patrẽ veste sua: indues[z] ea Eleazarum filium eius: & Aaron colligetur & morietur ibi. Fecit Moyses vt pręceperat dominus: & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cunq; Aarõ spoliasset vestib9 suis: induit eas Eleazarũ filiũ eius Illo mortuo in mõtis supercilio: descẽdit cum Eleazaro. Omnis autem

y ℭEo ꝙ incredulus fuerit ori meo. Hic nota tex. in d. ca. vt cognouerunt. §. 1. versicu. An charitatem. de pœniten. distinct. 2. vbi dicitur/an charitatem non habebat Aaron. quando populo cum thuribulo se opposuit: & iram dei placauit. & tamen ad aquas contradictionis iram domini aduersum se postea prouocauit. Sicq; citatur hic locus/ꝙ charitas semel habita/q̃tũuis perfecte/potest in hac terrea peregrinatione deperdi. sed in patria/vbi habetur perfectissime/non perditur. vide tex. in d. cap. Vt cognouerunt: plerasq; alias ad hunc effectum diuini iuris hystorias citantem.

z ℭInduas ea Eleazarum filium eius: vt sic ante eius mortem filium suum sui pontificalis honoris successorem videat. An autem hodie posset filius legitimus institui in põtificatu/seu beneficio quod ab eius patre fuisset immediate possessum. Tex. est probans ꝙ non: in cap. Pręsentium. in cap. Conquęrente. in cap. Quoniam. in. cap. Ad extirpandas. & in cap. Michael de filijs pres by. quod est verum etiam si quis haberet dispensationem legati apostolici. solus enim papa in hoc casu dispensat. Tex. est. cum glo. pe. in fi. in cap. Dilectus filius eodem titu. Sed difficultas est an hæc prohibitio immediatę successionis (quæ habet locum in filijs) habeat etiam locum in nepotibus. dici potest breuiter ꝙ aut quæritur de nepotibus descendentibus per rectam lineam: sicut est filius filij. aut de collateribus: sicut est filius fratris. Si primo modo: potest nepos institui in beneficio aui/viuente patre suo: & sic viuente filio ipsius aui/glo. est/quæ ita debet intelligi in capi. Apostolica. in gl. 1. versicu. sed certe potest. 8. quæsti. 1. quia hoc casu cessat prohibitiõis ratio. ideo enim filius in ecclesia paterna prohibetur institui: ne hæreditaria successio locum sibi videatur vendicare in beneficijs ecclesiasticis. contra capi. Per venerabilem/qui filij sint legi. Non enim isto casu successio cõsiderari potest. quia si consideraretur/non nepos; sed filius haberet/tanq̃ gradu proximior. Patre autem mortuo nepos in aui beneficio non posset institui; nisi saltem dispensaretur a papa: quia subintrat locum filij. l. Gallus. §. Nunc de lege Velleya. ff. de libe. & posthu. & tanq̃ proximior succedit auten. in successione. C. de suis & legi. hęre. Si vero quæratur de nepote collaterali (vt de filio fratris) talis nepos/& viuo/& mortuo patre/in aui beneficio succedere potest vt est bo. tex. in cap. Ex parte. 1. de offi. delega. in cap. Non sine. de arbi. & in capi. Accedens de accusa. Ita distinguit Hostien. in cap. Ex transmissa. de filijs pres by. & Henri. Bouhic. in d. c. Ad extirpandas. Nec ob ꝙ etiam in nepote ex fratre possit considerari successio hæreditaria: quia nepoti ex filio/debetur aui successio. ita ꝙ extraneũ non potest eo pretermisso hæredem instituere: nisi ex causis ingratitudinis. ex quibus filio posset extraneũ præferre. §. aliud quoq; capitulum in auten. vt cum de appella. cog. colla. 9. notatur in cap. Quintauallis de iureiu. sed nepoti ex fratre non sic debetur successio. potest enĩ frater extraneũ quẽcunq;/modo non sit turpis persona/ipsi & etiam eius patri qui frater est/præferre. l. Fratres. §. Consanguinei. C. de inoffi. testa. Ex præmissis sequitur: ꝙ etiam de iure communi sine aliqua dispensatione/nepos ex filia/potest aui materni beneficium habere/siue adhuc superstes sit eius mater/siue non. nam non potest dici ꝙ iste nepos hoc habeat iure successionis: cum illa scilicet mater sua/per quam iungitur auo suo ipsum beneficium habere non possit. Nam illi repelluntur/quorum repelluntur auctores. cap. Licet ex quadam de testi. cap. Fraternitatis de hęre. Et ita tenet Henri. in d. cap. Ad extirpandas. vbi subiungit post Hostien. in d. cap. Ex transmissa. ꝙ ea/quæ dicta sunt de beneficio paterno respectu filij/ꝙ scilicet filius in eo institui non potest. procedit etiam in beneficio filij respectu patris. quia etiã pater in filij beneficio nõ potest institui. qa sicut fili9 patri succedit/sic & pater filio: tametsi ordĩe turbato l. Nã etsi parentibus. ff. de inoffi. testa. & sicut filius a patre priuari non potest: ita nec pater a filio: nisi causa subsistat. alias sicut filio datur quærela contra patris testamentum: ita etiam datur patri contra testamentum filij. §. illud quoq; & §. sequen. & §. sancimus. in auten. vt cum de appella. cog. colla. 9. cum ergo eadem ratio sit in vtroq;. ergo idem ius capi. Translato de constitu. l. illud. ff. ad l. Aquil. Henri. tamen hanc Hostien. sententiam non tenet/dicens. iura prohibitiua in filijs loquentia/nõ esse extendenda ad parentes. quia cum sint odiosa/sunt restringenda cap. Odia. de regu. iur. in. 6. ca. Non nulli. de rescrip. in antiq. l. Cum quidam. ff. de lib. & posthu. Qua etiam ratione/Glo. in d. cap. Apostolica. 8. quæst. 1. simpliciter tenet/hanc prohibitionem immediate successionis in beneficio paterno/in solis filijs locum habere: nõ autem in nepotibus/nec distinguit an filius decesserit/vel non decesserit. quæ opinio satis probabiliter teneri posset. Suprascripta tamen opinio Hostien. tam respectu nepotum/q̃ respectu filiorum communior est. & eam refert & sequitur Archid. in d. cap. Apostolica.

a ¶Fleuit super eo triginta tribus dieb⁹. An/& quomodo mortuos lugere licitũ sit: vide quod dixi in verb. Dormire, super illud Pauli. Nolite contristari de dormientibus/sicut & cæteri &c.

b ¶Moyses & Aaron in sacerdotibus domini &c. Ex hoc psalmographi versu satis constat Moysem sacerdotẽ fuisse/ licet non hostias sed vota offerret. prout dicit glo. in allegato c. Sacrosancta. 22. dist.

c ¶Et fœmoralia. Poterant tamen Aaron & eius filij vti copula in matrimonio/iuxta tamen ea quæ habentur in iam citato cap. Tenere. 31. dist. Nec ob id minus casti dici poterant. quia vxorem immoderato affectu secluso cognoscere caste ẽ viuere. d. c. Nicena. versi. Surgens. eadẽ dist. vnde & mulier conuolans ad nuptias/nõ ideo perdit legatum sibi factum sub conditione: si caste vixerit. notat Bar. i l. mulier. §. Cũ pponebatur. ff. ad Trebel. & in l. 1. C. de secũ. nup. & Panor. in cap. Quod a te. de cleri. coniuga. & in capi. Vt clericorum mores. in. 1. col. de vita & honest. clericorũ Et de hoc per Are. i. §. iuris præcepta sunt hæc insti. de iusti. & iure. Dixi secluso immoderato affectu. quia adulter est in suam vxorem ardentior amator: idest qui in eius sic exardescit amorẽ vt affectum gerat cũ ea commiscendi/etiam si sua vxor non esset: sed aliena. Tex. ẽ Hiero. cum glo. in verb. Amator. in c. Origo. 32. q. 4.

multitudo videns occubuisse Aaron: fleuit [a] super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

Nume. 33. e. f ¶Ascendit Aaron sacerdos in montẽ Hor iubente domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorũ Israel ex Aegypto: mense quinto/prima die mensis cum esset annorum centum viginti trium.

Psalmo. 98. b ¶Moyses [b] & Aaron in sacerdotibus domini: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum & ipse exaudiebat eos: & in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius: & preceptum quod dedit illis. Domine deus noster tu exaudiebas eos: deus tu propicius fuisti eis & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

Ecclesiasti. 45 a. b. c. & d. ¶Aaron fecit dominus coram se excelsum: & similem sibi de tribu Leui. Statuit ei testamentũ ęternum: & dedit illi sacerdotium gẽtis: & beatificauit illum in gloria. Et circũcinxit eum zona iusticię: & induit eum stolã glorię: & coronauit eum in vasis virtutis. Circũpedes & [c] fœmoralia & humerale posuit ei: & cinxit [d] illũ tintinabulis aureis plurimis in giro: dare sonitum in incessu suo/auditũ facere sonitum in tẽplo in memoriam filij gẽtis suę. Stolam sanctã auro & hiacintho & purpura opus textile: viri sapiẽtis iudicio & veritate prediti. Torto cocco opus artificis gẽmis pręciosis figuratis in ligatura auri & opere lapidarij sculptis in memoriam: secundum numerũ tribuũ Israel. Corona [e] aurea super mitram eius/expressa signo sanctitatis: & gloria honoris: & opus virtutis desiderio oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia vsq ad orientem. Non est indutus illa alienigena aliquis: sed tantum filij ipsius soli/& nepotes eius per omne tempus. Sacrificia [f] ipsius cõsummata sunt igni quotidie. Cõpleuit Moyses manus eius: & vnxit illum oleo sancto. Factum est illi in testamẽtũ ęternũ: & semini eius sicut dies cœli: fungi sacerdotio: & habere laudem: & glorificare populũ suũ in nomine suo. Ipsum elegit ab omni viuente offerre sacrificium deo incensum: & bonũ odorem in memoriam placare pro populo suo. Et dedit illis in pręceptis suis potestatem in testamentis iudiciorum: docere Iacob testimonia: & in lege sua lucem dare Israel. Quia contra illum steterunt alieni: & propter inuidiam circundederunt illum homines in deserto qui erant cum Datham & Abiron: & [g] congregatio Chore in iracundiam. Vidit dominus deus & non placuit illi: & consumpti sunt in impetu iracundię. Fecit illis monstra: & consumpsit illos in flamma ignis. Et addidit Aaron gloriam: & dedit illi hęreditatem: & [h] primitias frugum terrę diuisit illi. Panem ipsius in primis parauit in satietatem: nam & sacrificia domini edent quę dedit illi & semini eius. Cęterum [i] inter gentes non hęreditabit: & pars non est illi in gente. Ipse est enim pars eius & hęreditas.

d ¶Et cinxit eum tintinabulis. Declara per tex. superius transcriptum in c. Sit tector. 43. dist.

e ¶Corona aurea super mitram ei⁹. De mitris/secundum ius humanum/ dixi in verb. Mitra.

f ¶Sacrificia ipsius cõsummata sunt quotidie. An sup sacrum nostrum sacrificium (quod eucharistię est) consummandũ sit quotidie. est bo. tex. Augustini in cap. Quotidie. de conse. distinct. 2. dum ibi dicitur. Quotidie Eucharistiæ communionẽ accipe/nec lando nec vitupero (Et subiungitur). Si dixerit quispiam non quotidie accipiendam eucharistiam/ali⁹ affirmat quotidie: faciat vnusquisq quod secundum fidem suã pie credit faciendum. Nec enim litigauerunt inter se/ aut quisq eorũ se alteri proposuit Zacheus & ille Centurio cum alter eorum gaudens in domo sua susceperit dominũ. alter dixit. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. ambo saluatorem honorificantes: quis nõ vno modo. ambo peccatis miseri. ambo misericordiam consecuti. Hęc ibi. Omnibus tamen dñicis diebus cõmunicandum hortatur Augustin⁹: modo mẽs in affectu peccandi non sit. Nam si adhuc habet voluntatem peccandi: grauari magis dico (ait Augustinus) q̃ purificari. Et ideo q̃uis quis peccato mordeatur: peccandi tamen de cętero non habeat voluntatem: & cõmunicaturus satisfaciat lachrymis & orationibus/& confidens de dñi miseratione/accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Ita textus in d. c. Quotidie. paulo post princi. de conse. dist. 2. cætera vide in verb. Quotidie.

g ¶Et congregatio Chore in iracundiã. Recurre ad verbum Chore.

h ¶Et primitias frugum terrę diuisit illi. An adhuc hodie sicut sacerdotibus decimę debentur: ita & debeantur primitię/tractant doct. in capi. 1. de deci. dicam post eos in verb. Primitiæ.

i ¶Cæterum inter gentes non hęreditabit &c. Cum hodie sacerdotes multa inter laycos possideant; & cum eis hęreditates diuidant: dicebant quidam hoc tẽpore decimas sacerdotib⁹ nõ deberi: sed istorũ opinio p Panor. & alios damnat in ru. de deci. p mltos tex. ibidẽ p eos citatos

Abba. ¶ Abba[k] pater (dixit Christus ad patrem orans) omnia tibi Marci.14.b.
possibilia sunt: transfer calicem hunc a me.
¶ Non accepistis spiritum seruitutis in timore: sed accepistis spiritū a- Ad Ro. 8.c.
doptionis filiorum dei in[l] quo clamamus abba pater.
¶ Quoniam estis filii dei: misit deus spiritū filij sui in corda vestra cla- Ad Gala.4.a
mantem Abba pater.

Abel. ¶ Adam cognouit vxorem suam Euam: quę cōcepit & peperit Genesis.4.a.
Cain: dicens. Possedi hominem per deū. Rursumq; peperit fratrem eius
Abel. Fuit autem Abel pastor ouium: & Cain agricola.
¶ Reliqua Abel hystoriam concernentia: vide in verbo Cain.
¶ Fide[m] plurimam hostiam Abel q̄ Cain obtulit deo: per quam testi- ab Heb.11.a.
monium consecutus est esse iustus/ testimonium prehibente muneribus
eius deo/ & per illam defunctus adhuc loquitur.

Abigail. ¶ Nomen viri Abigail: Nabal. Erat autē Abigail mulier 1. Regū.25.a
prudentissima & speciosa. Porro vir eius durus & pessimus & maliciosus.
¶ (Reiecta per Nabal maritum Abigail/ famulorum Dauid cibos expe-
tentium supplici postulatione: ob idq; cōcepto per Dauid vlciscendi vo-
to: vt legitur.1.Regum.25. b). Abigail vxori Nabal nunciauit vnus de
pueris[n] suis: dicens. Ecce Dauid misit nuncios de deserto vt benediceret 1. Regum.25.
domino nostro: & auersatus est eos. Homines isti boni satis fuerūt no- c.&.d.
bis: & non molesti: nec quicq̄ aliquando petijt omni tempore quo fui-
mus conuersati cum eis in deserto. Pro muro erant nobis tam nocte q̄ in
die omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quamobrem cō-
sidera & recogita quid facias: quoniam completa est malicia aduersus vi-
rū tuū/ & aduersus domū tuā: & ipse est fili⁹ Belial: ita vt nemo possit ei
loqui. Festinauit igitur Abigail: & tulit ducētos panes: & duos vtres vini
& quinq; arietes coctos: & quinq; sata polētę: & cētū ligaturas vuę passæ: &
ducētas massas caricarū: & imposuit sup asinos: dixitq; pueris suis. Prece
dite me: & ecce post tergū sequar vos. Viro[o] autē suo Nabal nō indicauit.
¶ Cum vidisset Abigail Dauid: festinauit & descēdit de asino: & procidit 1.Re.25.d.e.
corā Dauid super faciem suā: & adorauit super terrā/ & cecidit ad pedes

quibus adde bo. tex. in cle. Capientes. versi. Illos etiam de sen. excō. dū ibi dicitur religiosos qui aliqua vt audientes a decimarum ecclesijs debitarū solutiōe retrahāt/ in sermonibus suis vel alibi pferre presumunt/ excōicationis subiacere sentētię decernimus ipso facto. Certū est aūt tunc multa iam fuisse a sacerdotibus possessa: igitur &c. de hac materia vide protensi⁹ in verb. Decima.

k ¶ Abba/ pater. Hęc duo idē significant. Alterū tamen Syrum est vel Hebraicū: alterum vero gręcū & latinū: vt dicet annotatiōe sequēte. pōt aūt circa hęc verba p iure hūano notari: q̄ hodie abbates patres/ seu patres abbates eos vocam⁹: qui religionibus cœnobiticis presunt. c. fi. de regula. & est bo. glo. in cle. 1. in verb. Abbates de rescriptis. Et licet hoc nomē Abbas nomē est honoris & dignitatis. c. Indēnitatib⁹ §. verum. in verb. A dignitate de elec. lib. 6. Tamen est etiam nomen sollicitudinis: vt per Panor. in c. Causam. q̄ de iudicijs. immo dicit glo. in ca. Tuam. in verb. Non ascendat de æta. & quali. q̄ abbatis nomen potius est nomen sollicitudinis: q̄ nomen honoris. Isti aūt qui multis præsunt regularibus locis/ non solum patres abbates/ sed & quandoq; vocantur magni priores. quādoq; ministri/ & quandoq; generales. Quomodocūq; vero vocentur/ Viennensi concilio cautum est/ ne occasiōe prioratuum seu aliorum locorum subditorum eisdem/ aliquē auctoritate literarum apostolicę sedis/ vel legatorum ipsi⁹ quomodolibet valeāt conuenire. Nisi vbi/ & corā quibus prioratuum & locorum ipsorum prioribus aut alijs gubernatoribus hoc liceret. Nec occasione locoꝝ ad mensas pertinētium eorundē aliud ipsis super hoc liceat/ q̄ si loca sic præmissa speciales sub eis gubernatores haberēt. Si quis aūt aliquē contra hæc vexare presumpserit: in expensis sibi & interesse p iudicē/ corā quo vexatio fiet huiusmodi/ cōdēnetur: omnisq; processus contra præmissa habitus sit irritus/ ipso iure. Ita textus in d. cle. 1. de rescrip. Cautū item est per Gregorium. 9. vt fugitiuos suos/ & eiectos de ordine suo requirāt sollicite annuatim/ Tex. est in d. c. fi. de regula.

l ¶ In quo clamamus Abba pater. Hinc dicit tex. in c. Hæc aūt. §. Ex his omnibus. in fi. 23. q. 4. in lege Populus rudis seruili timore pœnarū cogebatur. vnde & legem in pedagogū accepit. in euangelio aūt populus gratię liber & adultus/ filiali amore/ hæreditatis certitudine/ ad cultum diuinę seruitutis inuitatur. vnde cum quidam legē/ quasi coercentem prædicarēt esse tenendam: simul cum gratia (ait apostolus) non accepistis spiritū seruitutis. iterū in timore: sed accepistis spiritū adoptionis filiorū: in quo clamamus Abba pater. Hæc tex. de quo apliora dicentur in verb. Euāgeliū. Circa hęc aūt verba Abba pater. dicit Archi. in d. c. Hęc aūt. in fine. q̄ scdm glo. ad Gala. est hebraicū/ sed in interptationibus dicit̄ q̄ est nomen Syrum non Hebraicum. Papias vero dicit q̄ Syrum est & Hebręum. Pater aūt Grecū est & latinum. Est ergo sensus istorum verborum. Clamamus abba pater. q̄ Hæbræi & gentiles vnam adoptionem hæreditatis sortiti sunt per spiritumsanctū. Ideo ponitur vnum nomē scdm diuersas linguas idē significans: quia qd est abba hebraice: hoc est pater Grece & latine. Hęc Archi.

m ¶ Fide plurimā hostiam Abel q̄ Cain obtulit deo. Neq; enim in omnipotentis dei iudicio/ quid: sed a quo detur/ inspicitur. Hinc scriptū est. Respexit deus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit. dicturus quippe quia dominus respexit ad munera: pmisit sollicite/ quia respexit ad Abel. Ex qua re patēter ostenditur/ q̄ non offerens a muneribus: sed munera ab offerente placuerunt. dona quippe iniquorum non probat altissim⁹/ nec respicit in oblationibus eorum: nec in multitudine sacrificiorū/ propiciabitur peccatis eorum. Tex. est ita dicens in c. Scriptum est. 14. q. 5. Astipulatur aūt huic sententiæ id/ quod legitur Marci. 12. de vidua: quæ sola duo minuta offerens/ plus alijs dedisse dicitur. Non enim dn̄s/ q̄tum: sed qua mente/ quaue affectione detur: considerat. Tex. est vbi citatur dictæ viduę commendatio. in cap. Consideret. de pœni. dist. 5. de quo in verb. Iesus. Marci. 12.

n ¶ Vnus de pueris suis. i. de suis seruis. Puerum enim aliquem nedum ab ætate aut filiatione: sed etiam ab obsequio dicimus. Notat Archid. in cap. Si quælibet. in fi. 22. quæst. 2.

o ¶ Viro aūt suo non indicauit. Iure humano pōt vxor/ si qua bona extra dotē habeat: alicui donare/ etiā irreqsito mariti cōsensu/ siue marito inscio & pœnitus ignorāte. Tex. est/ & ibi Bal. in l. velles necne. C. de reuoca. dona. & in l. si constante C. de do. inter vi. & vxo. sed quia de cōsue-

tudine/marito inscio vxor non potest contrahere: non potest etiam marito inscio donare vel trāsfgēre. quia donatio & trāsactio saltem large dicuntur esse contractus. vt est glossa celebris in l. Contractus. in gl. 1. & ibi expresse Bal. col. versi. Quid enim si statutum dicit. C. de fi. instru. & in l. fi. C. de reb. alie. non alie. Et intellige: q̄ non potest donare/non solum inter viuos/sed nec etiam causa mortis. vt notat Bal. in c. 1. in prin. col. 4. versi. Quarto si Vasallo de prohi. feu. alie per Frede. quia donatio causa mortis habet vim contractus: & magis accedit contractui q̄ vltimæ voluntati. de quo per Bal. paulū de cas. & Alex. in l. 2. ff. de lega. 1. & ange. arcti insti. de do. in pri. in. 1. col. cum simi libus allegatis per do. Boerium in suo cōmento consuetudinum Bituricēsi. in ti. de con sue. iur. stā perso. §. 4. in gl. incipiente. istud videtur superfluum/ de bonis aūt mariti vel dotalibus nō debet vxor donare: pręsertim marito contradicente. etiam si donare velit in eleemosynā vide Bar. in l. 1. in fi. ff. re. amo. Panor. i c. Si quis De furtis. in ca. Constitutis. in pri. de pcur. & gl. i c. Quod deo pari. 33. q. 5. i verb. Hūc.

eius: & dixit. In [p] me sit domine mi hęc iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis: & audi verba famulę tuę. Ne ponat oro domin⁹ meus rex cor suum super virū istū iniquum Nabal: quia secundū nomē suū stultus est/ & stulticia est cū eo. Ego autē ancilla tua non vidi pueros tuos domine mi quos misisti. Nūc ergo domine mi viuit domin⁹: & viuit anima tua/qui prohibuit te ne venires in sanguinem: & saluauit animam tuam tibi. Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui & qui querūt domino meo malū. Qua propter suscipe benedictionē hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui sequūtur te dominū meū.

1. Regū. 25. f. ℭAit Dauid ad Abigail. Benedictus dn̄s deus Israel/qui misit te hodie in occursū meū: & benedictū eloquiū tuū: & benedicta tu quę prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem/& vlciscerer me manu mea. Alioquin viuit [s] dn̄s me⁹ Israel q prohibuit me ne malū facerē tibi: nisi cito venisses in occursū michi: nō remāsisset Nabal vsq; ad lucē matutinā mingēs ad parietē. Suscepit ergo Dauid de manu eius oia quę attulerat ei: dixitq; ei. Vade pacifice i domū tuā: ecce audiui vocē tuā & honoraui faciē tuā.

1. Regum. 25. f. & g. ℭVenit Abigail ad Nabal: & ecce erat ei cōuiuiū in domo eius quasi cōuiuiū regis: & cor Nabal iucundū. Erat enim ebrius nimis: & nō [t] indicauit ei verbum pusillum aut grande vsq; mane. Diluculo autē cum digessisset vinum Nabal/indicauit ei vxor sua verba hęc. Et emortuum est cor eius intrinsecus: & factus est quasi lapis. Cumq; pertransissent decem dies: percussit dominus Nabal: & mortuus est.

1. Regū. 25. g ℭCū audisset Dauid mortuū Nabal: ait. Benedict⁹ [v] dn̄s qui vindicauit causā opprobrij mei de manu Nabal: & seruū suū custodiuit a malo: & maliciā Nabal reddidit dominus in capur ei⁹. Misit ergo Dauid: & locutus [x] est ad Abigail vt sumeret eam sibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum: & locuti sunt ad eum: dicētes. Dauid misit nos ad te vt accipiat te sibi in vxorē. Quę consurgēs adorauit prona in terram: & ait. Ecce famula tua sit in ancillā vt lauet pedes seruorū domini mei. Et festinauit & surrexit Abigail: & ascendit super asinum & quinq; puellę ierunt cū ea pedissequę eius: & secuta est nūcios Dauid/ & facta est illi vxor. Sed & Achinoen accepit Dauid de Iezrael & fuit

p ℭIn me sit domine hæc iniquitas. Pro mariti delicto/non est vxor corporaliter punienda: etiam de eius cōsensu/si corporis mutilatio/vel membrorum ei inferretur detrūcatio: cum nemo sit domin⁹ membrorum suorum. l. Liber homo. ff. ad l. Aquil. & c. Cōtingit interdum. de senten. excō. ciuiliter etiam nisi ei⁹ adfuerit consensus/ vxor p marito vel quispiam alius pro alio non tenetur. immo qui alium pro alio exigit: idipsum quicquid fit i quadruplum vim passo reddit. Necnon & ab actione pro qua talia præsumit/ cadit. Tex. est in l. 1. iūcta auten. Et oino. C. ne vxor. p mari.

q ℭQuia secundū nomen suum stultus est. Ex alicuius nomine seu appellatione/nōnunq̄ pro eius vel stultitia vel prudētia sumimus argumentum. vt satis late dicit Panor. in ca. Cum sedm. col. 2. de pbē. & ē bo. tea. cū gl. in l. lacta §. si vero nois ferendi. ff. ad Trebel. de hac materia vide i verb. Nomē: sup illud Salo. Curā habe de bono noie.

r ℭViuit dn̄s de⁹ Israel. Viuit dn̄s. erat iuramentū in veteri testamēto fieri solitū. Tex. ē in c. Et iurabūt. 22. q. 1. de quo i verb. Iurare.

s ℭNon remansisset Nabal &c. pro ea quam gerebat Dauid homicidij cōmittendi voluntate/nisi maleuolus eius animus diuino fuisset permissu præpeditus peccauit. tametsi ad actum non processerit: quia in diuino iudicio reum quemlibet facit rea sua mens. cap. Si propterea. cum se. de pœniten. dist. 1.

t ℭEt non indicauit ei verbum pusillum aut grande. Et id quidem cōsulto: quia ebrij crimina cauere nō possunt. Nā quę ebrij cauent: per ebrietatem ignorantes cōmittunt; nesciunt quid loquantur; iacent sepulti. Ita tex. in c. Sane. 15. q. 1. Et ideo vere ebrius testificari non potest/nec testari seu testamentū facere. Bal. in c. 1. in fi. de testi. & in ca. A crapula. de vita & ho. cle. Et contractus ab ebrio factus non valet. dicit glo. in c. Vnusquisq; in verb. Quod ebrius. 22. q. 4. immo contrahens cū ebrio dicitur dolo contrahere. Bal. in l. dolum. in fi. C. de dolo. Si tamen Nabal ebrius vxori suę Abigail aliquid intulisset iniurię: non fuisset vsquaq; excusatus: quia ebrietas non in totū excusat a delicto. vt est bo. tex. & ibi Bar. in l. Respiciēdū §. delinquunt. ff. de pœnis. facit tamē q̄ delinquēs ordinaria delinquentiū pœna non punitur: quia nō est in dolo. l. Oīne delictum §. per vinum. ff. de re mili. de hac materia vide vberius in verb. Ebrius.

v ℭBenedictus dominus qui vindicauit causam opprobrij mei &c. An & quomodo liceat iustis de diuina in iniustos seueritate gaudere: vide in verb. Lauare: super illud psal. Letabitur iustus cum viderit vindictam &c.

x ℭLocut⁹ est ad Abigail: vt sumeret eam sibi vxorem. Hic notare potes id quod dicit Io. And. in c. Si inter. de sponsa. q̄ vbi agitur de matrimonio inter aliquas personas contrahendo prius debet masculus voluntatē suam q̄ fœmina declarare: quis nonnunq̄ seruetur contrarium. vt ibi per Panor. de quo reseruo aptiori loco dicendum.

y ℭEt fuit vtraq; vxor eius. Nulli vnq̄ licuit insimul plures vxores habere/nisi cui fuit diuina reuelatione cōcessum: qui mos qn̄q; interdn̄ etiā fas cēsetur: per quā sicut Iacob a mēdacio/ Israelite a furto/ & Sanson ab homicidio/sic & patriarchę & alij viri iusti qui plures leguntur simul habuisse vxores: ab adulterio excusantur. Ita textus in cap. Gaudemus. versi. Nec vlli. de diuortijs. & idem probatur in cap. Obijciuntur. cum glo. prima ibi. 32. quæst. 4.

vtraqꝫ vxor eius. Saul autem dedit Michol filiam suam vxorem Dauid alio viro Phalti filio Lais qui erat de Gallim.

Abrã. ℭVixit Thare septuagita ãnis/ & genuit Abrã & Nachor & Arã. Genesis.11.d

ℭDuxerunt Abram & Nachor vxores. Nomen vxoris Abram/ Sarai. Et nomen vxoris Nachor/ Melcha filia Arã patris Melchę & patris Iescħę. Erat [z] autẽ Sarai sterilis: nec habebat liberos. Tulit itaqꝫ Thare Abram filium suum & Loth filium Aram filium filij sui/ & Sarai nurum suam vxorem Abram filij sui: & eduxit eos de Hur Chaldeorum vt irent in terram Chanaam. Veneruntqꝫ vsqꝫ Aram/ & habitauerunt ibi. Ge.11.in fi.

ℭDixit autẽ dominus ad Abram. Egredere de terra tua de cognatione tua & de domo patris tui: & veni in terra quã monstrauero tibi. Faciãqꝫ te in gentem magnam/ & benedicam tibi: & magnificabo nomẽ tuum/ erisqꝫ benedictus. Benedicam benedicẽtibus tibi: & maledicã maledicentibus tibi: atqꝫ [a] in te benedicentur vniuersę cognationes terrę. Genesis.12.a

ℭEgressus est itaqꝫ Abram sicut pręceperat ei dominus: & iuit cum eo Loth. Septuaginta quinqꝫ annorũ erat Abrã cum egrederetur de Aram. Tulitqꝫ Sarai [b] vxorẽ suam: & Loth filiũ fratris sui/ vniuersamqꝫ substãtiam quam possederat/ & animas quas fecerãt in Aram: & egressi sunt vt irent in terram Chanaam. Cumqꝫ venissent in eam/ pertransiuit Abram terram vsqꝫ ad locum Sichem/ & vsqꝫ ad conuallem illustrẽ. Chananeus autem tũc erat in terra. Apparuit autẽ dominus Abrã: & dixit ei. Semini tuo dabo terrã hanc. Qui ędificauit ibi altare dño qui apparuerat ei/ & inuocauit ibi nomẽ eius: Et inde trãsgrediẽs ad montẽ qui contra erat orientem Bethel: tetendit ibi tabernaculum suũ ab occidẽte habens Bethel/ & ab oriente Hai. Aedificauit quoqꝫ ibi altare domino: & inuocauit nomen eius. Perrexitqꝫ Abrã vadens/ & vltra progrediens ad meridiem. Gene.12.b.c.

ℭFacta est autem fames in terra: descẽditqꝫ Abrã in Aegyptum vt peregrinaretur ibi. Pręualuerat enim fames in terra. Cumqꝫ prope esset vt ingrederetur Aegyptum: dixit Sarai vxori suę. Noui qꝫ pulchra sis mulier: & qꝫ cum te viderint Aegyptij/ dicturi sũt: vxor illius est. & interficiẽt me & te reseruabunt. Dic [c] ergo obsecro te qꝫ soror mea sis/ vt bene sit michi propter te: & viuat anima mea ob gratiam tui. Gene.12.c.d

ℭCum itaqꝫ ingressus esset Abram Aegyptũ: viderunt Aegyptij mulierem qꝫ esset pulchra nimis. Et nunciauerunt principes Pharaoni: & laudauerunt eam apud illum: & [d] sublata est mulier in domum Pharaonis. Genesis.12.d

z ℭErat autem Sarai sterilis. Non ideo tamen minus sana (nisi corporis vicio sterilitas obueniret) dici poterat. l. Quæritur. §. de sterili. ff. de edi. ędic. Neqꝫ per eius maritum dimitti. cap. Tantum. 32. quæsti. 7. Neqꝫ in lege euangelica per aliquam ipsius/ aut summi pontificis permissionem excusari quo minus eius maritus in crimen incideret adulterij si alteri etiã sola suscipiẽdę ꝓlis causa cõmisceret. Notat Bal. in c. Lator. de sẽ. & re. iudi. de hac materia vide pleni⁹ in verb. Sterilis.

a ℭAtqꝫ in te benedicent vniuersæ cognatiões terræ. Hinc dicit tex. in ca. Recurrat. §. his ita respondet. 32. q. 4. ꝓmissũ erat Abrahę qꝫ in semine ei⁹ bñdicerent omnes gentes.

b ℭTulitqꝫ Sarai vxorem suam. An de iure hũano vxor virum suum peregrinantem sequi teneatur: dici potest breuiter qꝫ vxor maritum suum quem matrimonij contracti tempore sciebat esse vagabundũ/ sequi tenetur. ca. Vnaquęqꝫ in princip. & ibi glo. 13. qst. 2. alioqui/ si ignorabat/ nõ tenetur eum sequi/ etiam si ex causa vagaret honestissima. Bo. est tex. in c. Quod super. versi. de mulieribus iũcto. c. Ex multa. §. Quod autem. de voto. nisi se alio transferret/ mutare volens domicilium suum: quia tũc sequi tenetur. l. fi. §. Idẽ rescripserũt. ff. ad municipa. Posset tamen in contractu matrimonij pactũ apponi vt vir cum vxore morari teneatur in certo loco. Quo casu si ex mera volũtate vellet vir domicilium mutare: non teneretur vxor sequi. secus si causa necessaria mutandi domicilij superuenisset: quia tunc teneretur seq/ non obstante pacto: immo etiam non obstante pœna promissa si fieret contrariũ: quia hoc casu pœna videt contra libertatem & honestatẽ matrimonij: quia alter sine altero existens/ posset fornicari. Ita Panor. in cap. 1. Qui matri. accu. possunt. immo quando necessaria superuenit: nedum vxor virũ/ sed & vir vxorẽ sequi tenetur. dicente Alexan. tertio in c. 1. in prin. de coniu. lepro. mandamus quaten⁹ vxores viros/ & viri vxores q̃ lepræ morbum incurrunt/ sequantur: & vt eis cõiugali affectione ministrẽt sollicitus exhortatiõib⁹ inducere nõ postponas &c. de quo dic lati⁹: vt in verb. Leprosus. de spõsa aũt/ de futuro cõiter tenetur/ eam non teneri vt sponsũ sequatur. immo si sponsus recedat/ põt sponsa libere cũ alio contrahere: etiã si sponsalia fuissent iurata. modo tñ non esset spes de ꝓximo sponsi reditu. Tex. est quẽ ita ibi declarat Panor. in c. de illis. de sponsa. de iure tñ ciuili debet sponsa spõsum expectare per biẽnium quo effluxo nubere põt alteri. l. 2. C. de sponsa. ergo & multomagis nubere poterit alteri si effluxũ sit trienniũ. Ita loquitur tex. in l. 2. C. de repudijs. intellige nisi necessario sponsi redit⁹ prępediret impedimẽto: tũc eñ debet spõsa impedimẽti finẽ ꝓstolari. Tex. est in l. sępe. ff. de sponsalib⁹.

c ℭDic ergo obsecro te qꝫ soror mea sis. Sed q̃ritur quare dicat Augu. in c. Primũ. 22. q. 2. non esse mentiendũ pro tẽpali vita alicui⁹/ cũ legat qꝫ Abram descendẽs in Aegyptũ: rogauit Sarã vt sororem ei⁹ se esse mentiret: dicẽs. Noui quidẽ qꝫ pulchra sis mulier: & qꝫ cũ viderint te Aegyptij/ dicturi sunt: vxor illi⁹ est: & interficient me/ & te reseruabũt. dic ergo obsecro qꝫ soror mea sis &c. Sed Abrã non mendaciũ dixit: sed verũ tacere voluit. vñ idẽ Augu. ait/ in q̃stionibus Genesis. Quęrit cur patriarcha mentiri voluit vt diceret Sarã sororẽ suã/ & non poti⁹ deo cõmisit q si vellet eius pudicitiã apud Pharaone seruare posset. sed veritatẽ voluit celari/ non mendaciũ dici. soror eñ dicitur/ quia filia fratris erat. Et in hoc ostenditur qꝫ nemo debet tentare deũ suum dum habet quod rationabili consilio faciat: fecit qd potuit: qd nõ potuit/ deo cõmisit. in quẽ sperauit nec eũ fides aut spes fefellit. si aũt interrogatus/ vxorẽ suã indicaret: duas res deo cõmitteret & vitã suam & vxoris pudicitiam. Tex. est de pręmissis in c. Vtilẽ. §. fi. iuncto princi. c. seq. 22. quęst. 2.

d ℭEt sublata est mulier in domũ Pharaonis. His verbis secundũ glo. inter. Sarai in Pharaonis domum inuita perhibetur esse ducta. vnde excusatione digna fuit: nec adultera censenda si inuita fuisset cognita. Non enim in adulterium quępiã incidit/ nisi volũtaria. c. In lectũ. 34. q. 2. l. pe. ff. de adul. Nec inquinat corp⁹ nisi de cõsensu mẽtis. nã si [illegible] manu mea thura

ponas/ & per manum meam sacrificium facias: deus non attendit qui & deridet. de consensibus enim & voluntatibus iudicat deus. Ita tex. 32. quæsti. 5. in fine. prin. & facit c. 1. cū. 5. seq. ea. cau. & quęstio.

e ℭ Abram vero bene vsi sunt propter illam. Quia Sarai/ Abram se sororem esse dixerat: conticens q esset vxor/ fuerat abducta per Pharaonis principes: vt iuxta patrię morem aliquo tempore asseruata pudice: cōptiorq; effecta: pharaonis fieret vxor. Qua ratione Abram velut futurus regi affinis honorifice excipiebatur. Neq; enim dicendum est q fuerit Sarai per

Abrā[e] vero bene vsi sunt propter illā. Fuerūtq; ei oues/ & boues/ & asini & serui/ & familię/ & asinę/ & cameli. Flagellauit autē dominus Pharaonem plagis maximis: & domum eius propter Sarai vxorē Abram. Vocauitq; Pharao Abrā: & dixit ei. Quid nam est hoc quod fecisti michi? Quare non indicasti michi q vxor tua esset? Quam ob causā dixisti esse sororem tuam: vt tollerem eam michi in vxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua: accipe eam & vade. Pręcepitq; Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum & vxorem eius & omnia quę habebat.

Genesis. 13. a. ℭ Ascendit ergo Abrā de Aegypto ipse & vxor eius/ & omnia quę habebat: & Loth cū eo ad australem plagam. Erat autē diues valde in[f] possessione auri & argēti. Reuersusq;[g] est per iter quo venerat a meridie in Bethel vsq; ad locum vbi prius fixerat tabernaculū inter Bethel & Hai: in loco altaris quod fecerat prius/ & inuocauit ibi nomen domini.

ℭ De Rixa inter Abrę & Loth pastores suborta/ ipsorumq; Abrę & Loth separatione: vide in verbo Loth. Genesis. 13. b. c.

Genesis. 13. d ℭ Dixit dominus ad Abram postq̄ diuisus est ab eo Loth. Leua[h] oculos tuos in directum: & vide a loco in quo nunc es ad aquilonē & meridiem ad orientē et occidentem. Omnem terrā quam conspicis tibi dabo/ & semini tuo vsq; in sempiternū: faciamq; semen tuum sicut puluerem terrę. Si quis potest hominū numerare puluerē terrę: semē quoq; tuū numerare poterit. Surge ergo & perambula terrā in longitudine & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. Mouēs igitur tabernaculū suum Abrā: venit & habitauit iuxta cōuallem Mambrę/ quę est in Ephron: ædificauitq;[i] ibi altare domino.

Gene 14. c. d ℭ Cum audisset Abram captum videlicet Loth fratrē suum (a regibus quatuor) numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & persecutus est eos vsq; Dā. Et diuisis socijs irruit super eos nocte: percussitq; eos & persecutus est vsq; Soba & Phœnicē/ quę est ad leuam Damasci: reduxitq; omnē substantiā & Loth[k] fratrem suum cum substantia illius: mulieres quoq; & populum. Egressus est autem rex Sodomorū in occursū eius/ postq̄ reuersus est a cæde Chodor/ Lacinor & regum qui cum eo erāt in valle sabbę/ quę est vallis regis. At vero Melchisedech[l] rex Salē pferēs panē & vinū (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixitq;[m] ei: & ait. Benedictus Abrā deo excelso qui creauit cœlum & terrā: & benedictus deus excelsus quo protegēte hostes in manibus tuis sūt. Et[n] de-

Pharaonē ipudice cognita. & quia dissimulabat Abrā vt aliqui nonnunq̄ mariti faciunt/ lautius tractaretur & humanius. Ita nēpe Abrā grauissime deliqsset: qa patronus est turpitudinis qui celat crimē vxoris. dicit tex. in c. 1. in fi. 31. quæsti. 1. c. Si vir. de adulte. l. 2. & l. sine metu. C. eodē. de quo lōge diffusius in ver. Vxor.

f ℭ In possessiōe auri & argenti. Et sic appellatio possessionis nedū respectu immobiliū/ sed & respectu mobiliū verificat. put etiā est bo. tex. cū glo. in l. 1. C. de cōmuniū. re. aliena.

g ℭ Reuersusq; est p iter quo venerat &c. Abram describitur reuersus per iter quo venerat a meridie &c. quia veris dei cultoribꝰ/ licet nox instet & persecutio/ non refrigescit tamē diuini cultus intentio. put est bo. tex. in capit. Suggestum. 7. quæsti. 1.

h ℭ Leua oculos tuos. Mystice. Qui ea quæ a dño recipit tēporalia bona sibi vult prodesse: necesse est in cœlestibus suum cōtuitum figat; ne scilicet terrenorum dulcedine allectꝰ/ in sui veniat obliuionem creatoris. Ita enim perniciē omnimodā/ sua sibi bona adferrent/ grauioremq; suam redderēt damnationem. c. Pręcipue. 11. quēsti. 3. c. Sunt quidam. 25. quæstio. 1. capit. Homo christianus. in fin. 40. distinctio.

i ℭ Aedificauitq; ibi altare domino. Non in quibuslibet locis aut quomodocūq; quis vult/ licita est altaris ædificatio. Africano nāq; cōcilio legitur. Placuit vt altaria q̄ passim p agros & per villas tanq̄ memorię martyrum cōstituuntur/ in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyris conditę probantur: ab episcopis qui eisdem locis pręsunt (si fieri pōt) euertant. Si aūt hoc propter tumultus populares non sinitur: plebes admoneantur ne illa loca frequentent: vt qui recte sapiunt/ nulla ibi superstitione deuicti teneātur. (Et subiungitur.) Quę per somnia & inanes quasi reuelationes quorūlibet hominū vbicūq; constituuntur altaria/ omnino repro bantur. De hac conciliari cōstitutiōe. tex. est in c. Placuit. de consecra. distin. 1.

k ℭ Loth fratrem suū. Loth fratris Abram filius erat; sicq; ipsius Abram erat nepos ex fratre. Vocatur autē hic frater/ consuetudine scripturæ quæ etiam fratrum filios/ fratres vocat. Vnde & Iacobus dicebatur frater domini; quia dñs & Iacobus/ duarū erāt sororū filij. c. Iacobus. cū glosa ibi. de consecra. distinct. 1.

l ℭ Melchisedech proferens panē & vinū &c. Hinc dicit textus in c. Accipite. de cōsecra. distin. 1. postq̄ typicū pascha fuit cōpletū/ & agni carnes cum discipulis suis Christus comederat: assumpsit panē qui cōfortator est hominis: & ad verū paschę transijt sacramētū. vt quomodo in prefiguratiōe eius Melchisedech panē & vinū offerens/ fecerat: ipse quoq; in veritate sui corporis & sanguinis repręsentaret. Et sentit tex. in c. In calice ibi cum gl. in ver. Vinū. & in ver. Obtulit. vinū hoc limphatū fuisse: vt sic figura cōgruat veritati secūdum quam mittuntur in calicem vinum & aqua. & hoc quidē ex domini institutione. vt videtur bene probari in c. In sacramento. eadem distinct. vbi Carthaginensis concilij ponitur constitutio in hæc verba. In sacramento corporis & sanguinis domini nichil amplius offeratur q̄ quod ipse dominus tradidit: hoc est panis & vinum aqua mixtum. Hæc ibi.

m ℭ Benedixit ei. Sicut maior minorem (dicit glo. interli.) pro qua est tex. cū glo. in c. Denique. in princi. vbi citatur hęc benedictio Melchisedech. 21. distinc.

n ℭ Dedit ei decimas ex omnibus. Hic nota textū in ca. Decimas. 2. 16. q. 7. vbi Maguntinensis concilij ponitur subsequens constitutio. Decimas deo & sacerdotibus dei dandas/ Abrā factis/ & Iacob

promissis insinuatur: & omnes sancti doctores commemorant. Cætera vide in verbo Decimam.

o ¶Non accipiam ex omnibus quæ tua sunt &c. Exceptis his &c. Abram de belli pręda nichil accipit: sed stipẽdia militantium excipit/ & partes eorum qui pariter cum eo pugnauerunt. Partim iustitiam suam demonstrans. Partim stipẽdia legitime pugnantibus debita non abnegans. Pro hac (quæ glo. or. est) declaratione/ tex. est sumptus/ ex Ambrosio in li. 1. de patriarchis. in c. Dicat aliquis. 23. quæst. 5. vbi dicitur. Dicat aliquis eum ipse vicerit/ quomodo dixit Abram ad regem Sodomorũ. Nichil sumã abs te/ cum pręda vtiq; in potestate victoris fuerit: decet militarẽ disciplinã vt regi seruẽtur oĩa: sane his qui secũ fuissent ĩ adiumẽtũ fortasse sociati/ partem emolumẽti tribuendã asserit tãq̃ mercedẽ laboris. Ideoq; qui Abrã sibi mercedẽ ab hoĩe nõ q̃siuit: a deo accepit. sicut legim⁹ scriptũ quia post hæc verba factũ est verbum dñi ad Abrã in visu: dicẽs. Noli timere: ego protegã te: & merces tua erit magna valde. Hęc ibi. Glosa aũt ibidẽ q̃ scda ẽ l ordine: dicit videri eã litterã q̃ẽ Ambrosij sibijpsi esse cõtradicẽtẽ/ cum primo dicat oĩa esse victoris: postea/ oĩa esse regis. Cui cõtradictiõis obiectiõi rñdens glo. dicit. ꝙ Abrã nõ suberat isti regi: nec de regno suo erat seu sub eo non militabat. Ideo pda erat in sua potestate. Alioqui si nõ fuisset sua: nõ potuisset ide decimas dedisse Melchisedech sacerdoti. sed si sub aliquo militetur pda tota dñi est: sed ipse tenet æqualiter diuidere scdm personarum qualitates. ca. Ius militare. 1. distin. Quod ergo dicit ꝙ de iure gentiũ nostra fiũt q̃ capim⁹ in bello. l. Naturale. §. vlti. ff. de acq. re. do. Verum est sed cõmutabiliter: tenet enĩ capiens dño dare vt diuidat scdm cuiusq; merita. d. c. Ius militare. p cętera Recurre ad verbũ Bellũ.

p ¶Noli timere Abrã &c. Vide text. in d. capi. Dicat. paulo post princi. 23. q. 5. de quo superiore parma annotatione.

dit ei decimas ex omnibus. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram. Da michi animas: cętera tolle tibi. Qui respondit ei. Leuo manum meã ad dominum deum excelsum possessorem cœli & terrę ꝙ a filo subteginis vsq; ad corrigiam caligę non [o] accipiam ex omnibus quę tua sunt: ne dicas ego ditaui Abram: exceptis his quę comederũt iuuenes & partibus virorum qui venerunt mecum Aner Eschol & Mambre. Isti accipiant partes suas.

¶His itaq; transactis: factus est sermo domini ad Abram per visionem: Ge. 15. a. & b
dicẽs. Noli [p] timere Abram: ego protector tuus sum: & merces tua magna nimis. Dixitq; Abrã. Domine deus quid dabis michi? Ego vadam absq; liberis: & filius procuratoris domus meę/ iste Damascus Elyezer: addiditq; Abram. Michi autem non dedisti semen: & [q] ecce vernaculus meus heres meus erit. Statimq; sermo domini factus est ad eum: dicens. Non [r] erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo/ ipsum habebis heredem. Eduxitq; eum foras: & ait illi. Suspice cœlũ & numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit semen tuum. Credidit Abram deo: & reputatum est illi ad iusticiam.

¶De iterata ipsi Abram terrę promissione a domino facta: signoq; pro- Gene. 16. a
missionis per eum petito & obtento: Vide Genesis. 15. b. c. d.

¶Sarai vxor Abram non genuerat sibi liberos: sed habẽs ancillã Aegyptiam nomine Agar: dixit marito suo. Ecce conclusit me dominus ne parerem: ingredere ad ancillam meam: si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cumq; ille acquiesceret deprecanti: tulit Agar Aegyptiã ancillam suam post annos decem q̃ habitare cœperat in terra Chanaam: & dedit eam viro suo vxorem/ qui [s] ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns: despexit dominam suam: dixitq; Sarai ad Abram. Inique agis contra me. Ego dedi ancillam meam in sinum tuum/ quę videns ꝙ conceperit/ despectui me habet. Iudicet dominus inter me & te. Cui respondens Abram. Ecce (ait) ancilla tua in manu tua est: vtere ea vt libet. Affligẽte igitur eam Sarai/ fugam iniit & c. vt in verbo Ancilla.

¶Peperit Agar Abrę filium: qui vocauit nomẽ eius Hismael. Octogin- Gene. 16. d.
ta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Hismaelem.

¶Postq̃ vero nonaginta et nouem annorum esse cœperat: apparuit ei Gene. 17. a. b

q ¶Et ecce vernacul⁹ meus heres me⁹ erit. Iure humano licet dño qui soluẽdo nõ est/ in testamẽto seruũ suũ cũ libertate hæredẽ instituere vt liber fiat/ heresq; ei sol⁹ & necessari⁹. Si modo ei nemo alius ex eo testamẽto hæres extiterit: aut q̃a nemo hæres scriptus sit: aut quia is q script⁹ est qualibet ex causa heres ei non extiterit. Idq; lege Eliescentia puisum est & recte. valde eñ pspiciendum erat vt egentes hoĩes quib⁹ alius heres ea ituturus nõ esset: vt vel seruũ suũ necessariũ heredẽ haberet q latui factur⁹ esset creditorib⁹: aut hoc eo nõ faciẽte creditores res hereditarias serui noĩe vendãt: ne iniuria defunct⁹ afficiat. Ita tex. in §. 1. insti. Qui ex cau. ma. li. vel nõ. & idem probat in l. Ei qui soluẽdo. in fine. cũ l. seq. ff. de here. insti. & in l. 1. C. de neces. ser. here. insti. Idẽ iuris est & si sine libertate. i. libertate expressim nõ relicta seruus heres institut⁹ est. Quod iustiniana cõstitutio nõ solũ in dño qui soluẽdo nõ est: sed generaliter cõstituit noua humanitatis ratiõe. vt ex ipa scriptura institutiõis etiã libertas ei cõpetere videat. Cũ nõ ẽ verisimile eũ quẽ heredẽ sibi elegit: si pteriserit libertatis dationẽ/ seruũ remanere voluisse & neminẽ sibi heredẽ fore. dicit tex. in §. Idẽq; iuris insti. Qui ex cau. ma. li. vel nõ. & i l. Quidã. C. de ne. seruis. here. insti.

r ¶Non erit hic heres tuus: sed q egrediet ex vtero tuo/ ipsum habebis heredẽ. Seruus ita demũ dño suo/ necessarius heres fit: si a dño instituat. §. 1. insti. de here. quali. & dif. l. Si alienũ. ff. de here. insti. fili⁹ aũt qui in potestate patris est/ patri efficit suus hæres & necessari⁹/ siue instituatur siue nõ instituat: vt quia pater intestatus decedat/ suus quidẽ/ quia domesticus heres est/ & viuo quoq; patre quodãmodo dñs existimat. Vnde etiã si quis intestatus moriatur; prima causa est in successiõe liberorũ. Necessari⁹ vero/ quia omnino siue velit tam ab intestato q̃ ex testamẽto ex. l. 12. tabularũ heres fit. Sed tñ pretor permittit ei volẽti se abstinere vt possit. Nõ quidẽ vt habeat necessitatẽ adire pretorẽ: sed sufficit/ si se nõ immisceat. pút de pmissis est tex. cũ glo. in verbo Permittit. in §. sui aũt hæredes. insti. eodẽ ti. in l. Ei qui se. ff. de ac. here. & in l. 1. C. Si minor se ab hæredi. abstinuerit.

s ¶Qui ingressus est ad eã. Non est adulter Abrã: si viuente vxore/ ancillæ iungit. q̃a nondũ pmulgata erat lex euãgelij vni⁹ vxoris. & genus suũ multiplicãdũ audierat: sed per quã mulierẽ nesciebat. quia Sarã sterilẽ nouerat. Non fuit etiã in coitu libidinosa voluptas/ sed prolis habẽdæ pia charitas/ pro hac sententia (q̃ est glo. ordi.) est text⁹ celebris in c. Recurrat. §. his ita in fi. iuncto versi. fina. & capitulo seq. 32. q. 4. vbi dicit pmissum erat Abrahæ: ꝙ in

deus. Dixitq; ad eum. Ego deus omnipotēs. Ambula [t] coram me & esto perfectus. Ponamq; fœdus meum inter me & te: & multiplicabo te vehemēter nimis. Cecidit Abrā pronus in faciē. Dixitq; ei deus. Ego sum: & ponam pactum meum tecum: erisq; pater multarū gentium. Nec [tt] vltra vocabitur nomen tuū Abram: sed appellaberis Abraam: quia patrē multarum gentium constitui te. Faciamq; te crescere vehemētissime: & ponam te in gentibus: regesq; ex te egrediētur. Et statuam pactum meū inter me & te: & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno: vt sim deus tuus & seminis tui post te. Daboq; tibi & semini tuo post te terram peregrinationis tuę: omnē terram Chanaam in possessionem ęternam: eroq; deus eorum.

Genesis. 17. c.d. vsq; ad fi. ¶ Dixit iterum deus ad Abraam. Et tu ergo custodies pactum meum: & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactū meum quod obseruabitis inter me & vos: & semē tuum post te. Circūcidetur [v] ex vobis omne masculinum. &c. Vt infra in verbo Circuncidere.

¶ Dixit quoq; deus ad Abraam. Sarai [x] vxorem tuam non vocabis Sarai: sed Saram. Et benedicā ei: & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum. Eritq; in nationes: & reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraam in faciem suam: & risit in corde suo: dicens. Putas ne centenario nascetur filius: & [y] Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad dominum. Vtinam Hismael viuat coram te. Et ait dominus ad Abraam. Sara vxor tua pariet tibi filium: vocabisq; nomen eius Isaac. Et constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum: & semini eius post eum. Super Hismael quoq; exaudiui te: ecce benedicam ei: & augebo & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit: & faciam illum in gentem magnam. Pactum vero meum statuam ad Isaac quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. Cumq; finitus esset sermo loquentis cum eo: ascendit [z] deus ad Abraam. Tulit autem Abraam Hismael

semine ei⁹ benedicerētur oēs gentes. pmiserat se quoq; daturū semini ei⁹ terrā peregrinationis suę. Cū ergo cęteris in idolatria relictis/ Abrā & filios ei⁹ in peculiarē populū sibi dn̄s elegisset: rite multarū fœcunditate mulierū populi dei multiplicatio q̄rebatur. quia in successiōe sanguinis erat successio fidei. Non ergo Abrā/ aut Iacob deliquit: quia p̄ter vxorem / filios ex ancilla q̄siuit. vnde Ambrosi⁹ scribit in libro de patriarchis/ dixit Sarai ad Abrā. Ecce cōclusit me dn̄s/ vt nō pariam &c. Sed cōsidera primū q Abram ante legē Moysi: & ante euāgeliū. Nondū ergo interdictū adulteriū videbat̄. pœna criminis ex tēpore legis est: q̄ crimē inhibuit. Nec ante legē vlla est rei dānatio: sed ex lege. Nō ergo in legē cōmisit Abraā: sed legē p̄uenit. de⁹ aūt ī Paradiso coniugiū fundauerat/ nō adulteriū dānauerat (expresse sc; phibendo ne secda vxor supinduceret/ q̄uis bene tacite p illa verba: Relinquet homo patrē & matrē/ & adhærebit vxori suæ. vt est tex. i c. Gaudemus. §. qa vero de diuor.) Habes primā Abraæ defensionē. Secūda illa est. q nō ardore aliquo vanæ succēs⁹ libidinis: nō petulātis formæ captus decorę ancillæ cōtubernio/ cōiugalē posthabuit thorū: sed studio q̄rendę posteritatis: & ppagādę sobolis. adhuc em̄ post diluuiū raritas erat humani generis. Erat etiā religiōis ne q̄s nō reddidisse videret̄ debitum. hæc text⁹. quē declara vt ibi per glossas. Aduerte tn̄: q aliam rationē adulterij p Abrā nō cōmissi dat textus in c. Gaudemus. §. Quia vero de diuor. De quo vide s̄. in ver. Abel in. i. anno. Scdo aduerte: q hodie antiquorum exemplo nō licet alicui p̄ter cōiugale debitū fœcūditatē in aliqua q̄rere: cū illorū cōiugia/ nostrorū æquētur vel p̄ferant̄ virginitati. & īmoderat⁹ vsus coniugij nostri tēporis turpitudinem fere imitet̄ fornicatiōis illi⁹ tēporis. Ita tex. in d.c. Recurrat. in fi. 32. q. 4. & facit tex. in c. Si vxorē. in prin. 34. q. 5.

t ¶ Ambula corā me: & esto perfect⁹. Cū Abrā esset diues valde in possessiōe auri & argēti: vt iam visū est. His verbis satis pbat̄ abrenūciationē tēporaliū nō esse cōsequēdæ perfectiōi necessariā. de quo vide in ver. Perfect⁹. Vbi aptior sedes.

tt ¶ Nec vltra vocabitur nomen tuū Abrā: sed vocaberis Abraā. Iure humano sicut initio nois/ p̄nominis/ cognominis causa recognoscēdi singulos priuatis libera est. Ita eorū mutatio innocētib⁹. i. nō fraudulenter mutātib⁹/ periculosa nō est. Mutare itaq; nomen vel p̄nomē siue cognomē quisquis liber est sine aliqua fraude licito iure pōt nullo ex hoc præiudicio futuro. tex. est in l. Vnica. C. de muta. no.

v ¶ Circūcidet̄ ex vobis omne masculinū &c. Recurre ad verbū Circūcidere/ vlteri⁹ tn̄ aduerte: q circūcisio p̄cepta dicit̄ in signū: vt sc; p eā fideles discernent̄ ab alijs: vel in signū interioris circūcisiōis vel in signū futuri baptismi. glo. est in c. Ab exordio. in ver. Signū. 35. dist. vnde dicit ibi Archi. paulo ante finē: q Christi aduētu nō est pprie deleta circūcisio: sed adimpleta/ in suo significato: sc; in baptismo. iuxta illud eūāgeliū. Nō veni soluere legē: sed adimplere. vel scdm eūdē Archid. ibi p̄cepta est circūcisio in fortissimum memoriale inter deū & hominem. vnde legitur Gene. 17. hoc est pactū quod obseruabitis inter me & vos: & semen tuū post te. Circūcidetur ex vobis omne masculinū &c. Et vt dicit Io. Chry. Circūcisio poti⁹ in mēbro genitiuo fit: q̄ in alijs. ad designādū: q omne pctm̄ vitandū est. Nā omne peccatū est libido. large sumpto vocabulo. Membrū vero illud p̄cipuū est libidinis instrumētū. & p̄cipitur tn̄ remoueri superflua pellis ad notandū: q tn̄ superflua delectatio debet vitari. Hęc Archi.

f ¶Apostoli græce/ latine missi dicuntur: quia Christus misit eos ad prædicandum. c. qui ecclesiasticos §. Ecce. versi. hinc etiam prius apostolos. 36. distinc. g ¶Cap. consuetudo. in fi. 8 distinc. vbi obiter fit mentio de hoc dicto. h ¶26. questi. 5. c. Epi. versi. siquidem ipse sathanas. et c. Nec mirū. paulo post mediū. & de regula. c. licet. §. Quocirca. in fi. & ne cleri. vel mo. c. Non magnopere. in princ. & diffuse annotatū ē in verbo angelus. i ¶76 distinc. c. igitur. ibi. post acceptū. vbi dicit tex. q̧ post acceptū sancti spūs donū/ & sic post istū diē pēthecostes salubriter & necessarie cōsuetudo est introducta ieiunij. vt si quid forte inter ipsa festiuitatis gaudia negligēs libertas & licentia immoderata præsūpserit: hoc religiosę abstinentię censura castiget. Et de hoc die Pēthecostes notabiliter loquitur textꝰ in c. Nosse credo. 76. distinc. vbi dicit tex Nosse credo vos fratres/ nō minore lętitia celebramus diē pēthecostes: q̄ diē sāctum paschę celebrare curauimus. Tunc enī sicut mō fecimus ieiunauimꝰ sabbato/ vigilias celebrauimus/ orationibus percontanter institimꝰ. vnde necesse est vt similē obseruātiā similis lætitia subsequatur. Et de hac etiam celebritate pēthecostes est bonus tex. in c. de ieiunio. versi. & hoc sciendū. eadē dis. vbi posita regula ieiuniorū quatuor tēporū: dicit textꝰ. Sciendū ē q̧ siquando ieiuniū mensis iunij in vigilia pēthecostes secūdū prædictam regulā euenerit: nō ibi celebrandum erit sȝ ī ipa hebdomada solēni pēthecostes. quia vigilia simul & ieiuniū celebrari non debent. & tunc propter solēnitatē sancti spiritus diacones dalmaticis induātur: & alleluia decātetur/ & flectamus genua nō dicat. De quo etiā festo pēthecostes meminit tex. in c. 2. de ferijs. & in c. Capellanus. eodē ti. vbi dicit tex. q̧ a septuagesima vs q̧ ad. 7. dies post pēthecostes nuptię non celebrantur.

k ¶Et sic bonorū communitas est de iure diuino. Et ita sentit tex. iuris canonici 8. distinc. in princ. & in c. Quo iure. in princ. &. 12. questi. 1. c. dilectissimis. c. scimꝰ. c. Nolo. & c. nō dicatis. Et per totā illā causam & questionē amplissime disseritur: an vita cōmunis sit ꝑsertim a clericis amplexāda. De bonorū aūt cōmunitate quo iure sit introducta: tractat notāter Bar. apud legistas in l. Ex hoc iure. in princ. ff. de iusti. & iure. vbi probatur q̧ dñia rerū distincta sunt a iure gētium. Et de hac materia vidēdum est quod satis diffuse annotabitur in verbo cōmunio. l ¶De hac bonorū venditione & allatione precij ante pedes apostolorū loquitur notabiliter tex. in c. dilectissimis. 12. questi. 2. vbi hęc dicūtur quę hic. De immutatione autē istius primæuę cōstitutionis loquitur textus in c. vidētes. eadē causa & questi. vbi dicit textus. Videntes summi sacerdotes & alij atq̧ leuitę & reliq fideles plus vtilitatis posse cōferre si hęreditates & agros quos vendebant/ ecclesijs quibus præsidebant episcopi/ traderēt/ eo q̧ ex sūptibus eorū tam pręsentibus q̄ futuris tēporibꝰ plura & elegantiora pstare possent fidelibꝰ cōmunē vitā ducētibꝰ/ q̄ ex precio ipsorū: cœperūt prędia & agros quos vēdere solebāt matricibꝰ ecclesijs tradere & ex sumptibus earū viuere. Ipsæ vero res in ditione singularū parochiarū epōrū qui locū tenent apostolorū/ erāt. et sunt vsq̧ adhuc/ et futuris sēper dn̄t esse tēporibus: ex quibꝰ epi et fideles dispēsatores

eorũ/oĩb⁹ coi vita degere volẽtib⁹ministrare cũcta necessaria dñt/pnt meli⁹ potuerit/vt nẽo ĩ eis egẽs ĩueniat. Hęc tex. [m] De hoc dicto est tex. notabilis in c. Si dominus. versi. si bonũ est. II. questi. 3. vbi dicit text⁹. Si bonũ est quod præcipit imperator: iubentis exequere voluntatem. Si malum: responde. oportet deo magis obedire q̃ hominibus. Et ad idem est textus in c. Non semper. in c. Iulianus. in c. Qui resistit. eadẽ causa & quæsti. & ĩ c. si is qui pręest. eadem causa & questi. vbi dicit textus. Si is qui præest fecerit/aut cuiq̃ quod a domino prohibitum est facere iusserit/vel quod pęceptum est pręterierit/vel prætertire mandauerit: sancti Pauli apostoli sententia ei ingerenda est dicentis. Etiam si nos aut angelus de cœlo euãgelizauerit vobis pręterq̃ quod vobis euangelizauim⁹: anathema sit. [n] Huius dicti meminit Archi. in c. dũ sanctam. colũ. 2. de pœni. distin. 2. Et aduertendũ est q̃ in locũ apostolorũ dicuntur hodie esse religiosi quoad coiem vitã. vt est bonus textus in c. dilectissimis. versi. Coia vita. 12. questi. I. & in c. ex auctoritate. & ibi glosa. 16. questi. 2. Quãtum vero ad dignitatem: in locum eoruz successerũt episcopi. Tex. est in c. in nouo. 21. distinc. Quantum autem ad confectionem corporis Christi: in ipsorũ locũ successerunt presbyteri. Bonus est textus in c. Absit. in princ. II. q̃st. 3. Et de apostolis notandus est textus in c. Ita dominus. 19. distinc. vbi dicit tex. Dominus noster Ihesus Christ⁹ humani generis saluator instituit: vt veritas quę antea legis & prophetarũ pręconio continebatur/per apostolicam tubã in salutem vniuersitatis exiret. sicut scriptũ est. In omnẽ terram exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terrę verba eorũ. Sed huius muneris sacramẽtum ita dominus ad omnium apostolorũ officiũ pertinere voluit: vt i beatissimo Petro oim apostolorũ sũmo principaliter collocaret. vt ab ipso quasi a quodã capite dona sua velut in corpus oia diffunderet: vt extoetem se itelligeret diuini mysterij esse/q ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hęc tex. De apostolis etiã loquens text⁹ in c. Omnino. 31. distic. dicit. Sanctos apostolos legimus vxores suas circunduxisse: beato Paulo apostolo dicente. Nũquid non habemus potestatem mulierem vt sororem circunducendi sicut & frater dñi & Cephas? Vide insipiẽa: quia non dixit. Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi: sed circunducendi. i. vt mercede prędicationis sustentaretur ab eis. Nec tamen deinceps vlterius foret carnale inter eos coniugium. De apostolis etiam dicit textus in c. consilium. in princi. de obser. ieiu.

Actuum 5. d. Exurgens princeps sacerdotum/& omnes qui cum illo erant/repleti zelo: iniecerũt manus in apostolos/& posuerũt eos in custodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris/& educens eos: dixit. Ite: & stantes loquimini in tẽplo plebi oĩa verba vitæ huius. Qui cum audissent/intrauerunt diluculo in templum: & docebãt. Adueniens autem princeps sacerdotum/& qui cum eo erãt/conuocauerunt concilium/& omnes seniores filiorum Israel: et miserunt ad carcerem vt adducerentur. Cum autẽ venissent ministri et aperto carcere non inuenissent illos: reuersi nunciauerũt dicentes. Carcerẽ quidem inuenimus clausum: cum omni diligẽtia/& custodes stantes ante ianuas: aperiẽtes autem neminẽ intus inuenimus. Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi & principes sacerdotũ: ambigebant de illis quidnam fieret. Adueniens autem quidã nunciauit eis: quia ecce viri quos posuistis in carcerem/sunt in tẽplo stantes & docẽtes populũ. Tunc abijt magistratus cum ministris: & adduxit illos sine vi. Timebant eni populum ne lapidarentur. Et cum adduxissent eos/statuerunt in cõcilio: & interrogauit eos princeps sacerdotum dicens. Præcipiendo præcepimus vobis/ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Hierusalẽ doctrina vestra/& vultis introducere super nos sauguinẽ hominis isti⁹. Respondẽs aũt Petrus & apostoli: dixerũt. Obedire oportet deo [m] magis q̃ hominibus. Deus patrum nostrorũ suscitauit Ihesum: quẽ vos interemistis/suspendentes in ligno. Hunc principem & saluatorem deus exaltauit dextera sua: ad dandam pœnitẽtiam Israel/& remissionem peccatorum. Et nos sumus testes horum verborum: & spiritus sanctus quẽ dedit deus omnibus obedientibus sibi. Hæc cũ audissent dissecabantur: & cogitabant interficere illos. Surgẽs autem quidã in concilio Pharisęus/nomine Gamaliel/legisdoctor/honorabilis vniuersę plebi/iussit foras ad breue homines ferri: dixitq; ad illos. Viri Israelitę attendite vobis super hominibus istis: quid acturi sitis. Ante hos eni dies extitit Theodas dicens se esse aliquem/cui cõsensit numerus virorũ circiter quadringentorum: qui occisus est/& omnes qui credebãt ei dissipati sunt & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis/& auertit populum post se: & ipse perijt/& omnes quotquot cõsenserũt ei dispersi sunt Et nunc itaq; dico vobis: discedite ab hominib⁹ istis/& sinite illos. Quoniã si est ex hominibus consilium: hoc opus dissoluetur. Si vero ex deo est: nõ poteritis dissoluere illud/ne forte & deo repugnare videamini. Consenserũt autem illi. Et conuocantes apostolos/cæsis denũciauerunt ne omnino loquerentur in nomine Ihesu: et dimiserunt eos. Et illi quidem ibant [n] gaudentes a conspectu concilij: quoniã digni habiti sũt pro nomine Ihesu contumeliam pati. Omni autem die non cessabãt in templo & circa domos docentes & euangelizantes Ihesum Christum.

Apo. vlti. **Apocalypsis.** Prophetiæ libri (apocalypsis) si quis aliqd apposuerit: apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetię huius: auferet deus partem eius de libro vitæ/& de ciuitate sancta/& de his quæ scripta sunt in libro isto.

Omnium apostolorū vigiliæ sunt in obseruatione ieiunij celebrandæ præter vigilias apostolorum Philippi & Iacobi/ & beati Ioānis euangelistæ: quoniam eorum solēnitas infra solēnitatem paschalem/ istius autem infra natalem celebratur. Dicūt tamen glosa & docto. ibi: ꝙ in ieiunio isto seruanda est consuetudo patriæ. & ita etiam probat ibi textus in versi. de festiuitate. o ℂ Bonus est tex istum exornās in c. Quia ex sola. in fi. 24. quæsti. 1. vbi dicitur. Sola ecclesia est quæ intra positos validos charitatis cōpage custodit. Vnde & aqua diluuij arcā quidē ad sublimiora sustulit: omnes autem quos extra arcā inuenit extinxit. p ℂ 23. q̄sti. 5. c. qd ergo in princi. & diffusius videatur in verbo diluuium.

Aqua. Diuisit deus aquas quæ erant sub firmamēto: ab his quæ erāt super firmamentum. Genesis .1. a

ℂCongregationes aquarum appellauit deus Maria. 1. a.

ℂFactum est diluuium quadraginta diebus super terram: & multiplicatæ sunt aquæ/ & eleuauerūt arcam in sublime a terra. Vehemēter [o] enim inundauerunt: et omnia repleuerunt in superficie terræ. Porro arca ferebatur super aquas: [o] et aquæ præualuerunt nimis super terram/ opertiꝗ sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. Cōsumptaꝗ est omnis caro quæ mouebatur super terram: volucrum/ animantium/ bestiarum/ omniumꝗ reptilium/ quæ reptant super terrā. Vniuersi homines & cuncta in quibus spiraculū vitæ est in terra: mortua sunt. Et deleuit [p] deus omnem substantiam quæ erat super terram ab homine vsꝗ ad pecus/ tā reptile q̄ volucres cœli: & deleta sūt de terra. Remāsit aūt solus Noe [q]: & qui cum eo erant in arca. Obtinueruntꝗ aquæ terrā centum quinquaginta diebus. 7. c.

ℂDixit dominus ad Moysen. Dic ad Aarō. Tolle virgam tuam/ & extende manum tuam super aquas Aegypti et super fluuios eorum & riuos ac paludes et omnes lacus aquarum/ vt vertantur in sanguinem [r]: & sit cruor in omni terra Aegypti tam in ligneis vasis q̄ in saxeis. Fecerūt Moyses & Aaron: sicut præceperat dominus Et eleuās virgam/ percussit aquam fluminis coram Pharaone et seruis eius quæ versa est in sāguinem [rr]: & pisces qui erant in flumine mortui sunt. Cōputruitꝗ fluuius & nō poterant Aegyptij bibere aquam fluminis: & fuit sanguinis in tota terra Aegypti. Et supra in verbo Aaron. Exo. 7. c.

ℂAit dominus ad Moysen. Antecede populum/ & sume tecū de senioribꝰ Israel: & virgā qua percussisti fluuiū/ tolle in manu tua/ & vade. En ego stabo coram te ibi supra petrā Oreb: percutiesꝗ petrā [a]/ & exibit ex ea aqua vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus israel. 17. b.

ℂHæc sunt quæ gignūtur in aquis: & vesci licitum est. Omne quod habet pennulas & squāmas tam mari q̄ in fluminibus & stagnis/ comedetis. Quicquid autem pennulas & squāmas non habet eorū quæ in aquis mouentur/ & viuit: abominabile vobis execrandumꝗ erit. Vide diffusius infra comedere. Leui. 11. b

ℂDe aquis amarissimis in quas inijciuntur maledicta pro spiritu zelotipiæ sopiendo: vide infra in verbo zelotipia.

ℂLoquutus est dominus ad Moysen dicens. Tolle virgam/ & congrega populum tu & Aaron frater tuus: & loquimini ad petram coram populo Israel/ & illa dabit aquas. Cūꝗ eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo & iumēta eius. Tulit igitur Moyses virgam quæ erat in conspectu domini sicut præceperat ei/ cōgregata multitudine ante petram. Dixitꝗ eis. Audite rebelles & increduli. Num de petra hac vobis aquā poterimus eijcere? Cūꝗ eleuasset Moyses manum: percutiēs virga bis silicē: egressæ [t] sunt aquæ largissimæ: ita vt populus Israel bi- Numeri 20. b.

q ℂ 6. distinc. c. Non est peccatū §. his ita respondetur. versi. Ius vero consuetudinis. in verbo extinctū. vbi dicit textus. In diluuio propter hoim raritatem humanum genus fere videbatur extinctum.

e ℂ Videantur annotata supra i verbo Aarō.

rt ℂ Textus qui Ambrosij est in c. Reuera. de conse. distinc. 2. exēplis præter naturā nititur ostēdere: ꝙ i altaris sacramēto substantia panis & vini in corpus & sanguinē Christi cōuertatur. & inter cætera citat hoc exemplum: dicēs. Currebant Aegypti flumina puro meatu aquarū: & subito de fontiū venis sanguis cœpit erūpere. non erat potus in fluuiis. Rursus ad prophetæ p̄ces cruor cessauit fluminum: aquarum natura remeauit.

s ℂ Videatur quod statim annotabitur. Numeri 20.

t ℂ Hoc exēplo mōstratur non mirū debere videri: si post verba sacramentalia/ substantia panis & vini in substantiā corporis & sanguinis Christi conuertatur. Ita citatur hic tex. de consecra. dis. 2. c. reuera. in princi. in verbo ex petra aqua fluxit. & i versi. Sitiebat populus. Et de hoc est tex. no. in c. i calice. i pri. ea dē causa & q̄sti. vbi tex. qui Ambrosij ē dicit. Sacerdos verbo dei tangit petrā: & fluit aqua/ & bibit populus dei. Redundat aqua in calice: salit sanguis in vitā æternā. De hac etiam aquarum ex petra egressiōe loquitur tex. de celebra. missa. c. in quadā. versi. sed nec vera. vbi dicitur ꝙ hæc effluxio aquæ de petra fuit figura eius quod in euangelio scribitur/ aquam a Christi latere profluxisse. & in c. reuera. versi. sitiebat populus. de conse. distinc. 2. Vt ostēdatur credendū esse (etsi præter naturā) substātiā panis & vini in corpus & sanguinē Christi conuerti: ponderatur hæc egressio aquæ de petra. & dicitur. Sciebat populus patrū. tetigit Moyses petrā: & aqua de petra fluxit. Nūquid non præter naturam operata est gratia: vt aquam vomeret petra quam non habebat natura? Hanc etiam aquæ egressionem de petra fuisse signū sanguinis Christi dicit glosa. 2. in c. Inquit apostolus. de conse. distinc. 2. Et dicit glo. in d. c. in ca-

lice.eadem diſtinc. Tradunt Hebrȩi ꝙ aqua de petra quam Moyſes bis percuſſit ſaliẽs vſquequaꝙ/ populum per deſertum ambulantem ſequuta eſt. v ℂ Pro effectu & elucidatione iſtorum verborum/ videndi ſunt textus in c. vt cognouerunt. verſi. An non charitatem habebat de cuius ſpiritu. de pœni. diſtinc. 2. & in c. Nabuchodonoſor. verſi. Cum ſuperna 23. quęſti. 4. Dicit enim tex. de Moyſe loquens in d.c. vt cognouerũt. An non charitatem habebat de cuius ſpiritu dominus accepit & ſuper ſeptuaginta ſeniores iſrael præpoſuit. qui tamen ad aquã contradictionis de dei potentia ſiue de eius benignitate dubitans/ cum cętera certa fide promiſiſſet producturus aquam de petra diffidenter excrepuit/ dicẽs. Nũquid de petra hac poterovobis educere aquã? quod nulli leue videatur cum in pœnã delicti eius ſibi & Aaron a domino dictum ſit. Quia non exaudiſtis vocem meam vt glorificaretis me coram filijs Iſrael: non introducetis populũ hunc in terram quam dedi eis. Textus vero in d.c. Nabuchodonoſor dicit. Cũ ſuprna idignatio ſeſe (vt ita dixerim) medullitus mouet: hanc opinio vel appoſitio humana non remouet. nec ſe cuiuſlibet vtiliter deprecatio obijcit: cum ſemel deus aliqd ab intimis iraſcendo diſponit. Hinc eſt enim ꝙ Moyſes qui reatum totius plebis apud dominũ ſuis precibus terſit/ dũq ſe obicẽ obtulit/ diuinæ iracundiæ vim placauit. & ad petram Oreb veniens/ & pro aquæ exhibitione diffidẽs: repromiſſionis terram ingredi domino iraſcẽte nõ potuit. x ℂ Tranſeuntibus etiã filijs Iſrael: dũ rediſrent ex Aegypto/ ſiccatũ eſt mare. vt legitur Exodi. 14. c. & ẽ tex. de cõſe. diſtinc. 2. c. reuera. verſi. circũcluſus. vbi dicit textus. Circuncluſus erat vndiq populus Hebręorum/ hinc Aegyptijs vallat⁹/ inde mari clauſus. virgã leuauit Moyſes. ſeparauit ſe aqua/ & in murorũ ſpeciẽ ſe cõgelauit/ atq inter vndas via pedeſtris apparuit. Et dicit ibi glo. i verbo ſeparauit. ꝙ aquæ ſeparatio fuit in 12. diuiſiões: vt q̃libet tribus p ſuas turmas īcederet. y ℂ Per hũc tex. dicit tex. apd Cano. ī c. delicię. 42. diſtic. ꝙ viles cibi appetenter accepti impediunt profectũ abſtinentię. Et hoc ex eo ſumitur (vt ibi dicit Auguſtinus cuius eſt ille tex.) quia Dauid aquã/ male concupiram effudit. Alibi autem dicit textus in c. vt cognouerunt. verſi. Quomodo charitatem. de pœni. diſtinc. 2. ꝙ Dauid aquam illam coram deo libauit. prout dicit hic textus. z ℂ De conſe. diſtinc. 3. c. aquam ſale conſperſam. vbi dicit textus. Si ſale aſperſo per Heliſęum prophetam ſterilitas aquę ſanata eſt: quantomagis diuinis precibus ſacratus ſal ſterilitatem rerum aufert humanarum & coinquinatos ſanctificat & purgat/ bona multiplicat/ & inſidias diaboli auertit/ & a phantaſmatis verſutijs homines defendit. a ℂ 1. quæſti. 1. c. ſicut Eunuchus. vbi Auguſtinus auctor illius tex. dicit. Ignis ſacrificij qui per ſeptuaginta annos Babylonicę captiuitatis ſub aqua vixerat: extin.

beret & iumenta. Dixitq dominus ad Moyſen & Aaron. Quia nõ credidiſtis[v] mihi vt ſanctificaretis me corã filijs Iſrael: nõ introducetis hos populos in terram quã dabo eis. Hęc eſt aqua contradictionis: vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra dominum/ & ſanctificatus eſt in eis.

Ioſue. 4 a ℂ Defecerunt aquę: Iordanis ante arcam fœderis domini[x] cũ tranſiret eum.

Ioſue. 4. c ℂ Cum aſcẽdiſſent de Iordane portãtes arcã fœderis dñi/ & ſiccam humum calcare cœpiſſent: reuerſæ ſunt aquæ Iordanis in alueũ ſuum/ & fluebant ſicut ante conſueuerant.

Iudicum 15. d. ℂ Aperuit dominus (ſitiente & clamante ad eum Sanſone) molarem dẽtem in maxilla aſini: & egreſſæ ſunt ex eo aquę. Et infra Sanſon.

2. re. 23. c. ℂ Deſyderauit Dauid aquam de lacu: & ait. O ſi quis[y] mihi daret potum aquę de ciſterna quæ eſt in Bethleem iuxta portam? Irruperunt ergo tres fortes caſtra Philiſtinorũ/ et hauſerunt aquam de ciſterna Bethleem quę erat iuxta portam: & attulerunt ad Dauid. At ille noluit bibere: ſed libauit eam domino/ dicens. Propitius ſit mihi dominus: ne faciã hoc. Num ſanguinem hominum iſtorum qui profecti ſunt/ & animarũ periculum bibam? Noluit ergo bibere.

4. re. 2. b. ℂ Tulit Helias palium ſuum & inuoluit illud/ & percuſſit Iordanis aquas quę diuiſæ[x] ſunt: & tranſierunt ipſe & Helyſęus per ſiccum[x].

4. re. 2. d. ℂ Dixerunt viri ciuitatis Hiericho ad Helyſęum. Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt ſicut tuipſe domine ꝓſpicis: ſed aquę peſſimę ſunt[z] & terra ſterilis. At ille ait. Afferte mihi vas nouũ: & mittite in illud/ ſal. Quod cum attuliſſent: egreſſus ad fontem aquarum miſit iu illum ſal/ & ait. Hęc dicit dominus. Sanaui aquas has: & nõ erit vltra in eis mors neq ſterilitas. Sanatę ſunt ergo aquæ vſq in diem hanc: iuxta verbum Helyſęi quod loquutus eſt.

2. macha. 1. c. ℂ Cum prætериſſent anni multi/ et placuit deo vt mitteretur Neemias a rege Perſidis: nepotes ſacerdotum qui abſconderant miſit ad requirendum ignem[a]/ & ſicut narrauerũt nobis non inuenerũt ignem/ ſed aquã craſſam. Et iuſſit eos haurire/ & afferre ſibi: & ſacrificia quæ impoſita erant aſpergi ipſa aqua/ & ligna/ et quæ erant ſuperpoſita. Vtq hoc factum eſt/ & tempus affuit quo ſol refulſit qui prius erat in nubilo: accẽſus eſt ignis magnus/ ita vt omnes mirarentur.

2. macha. 1. g. ℂ Cum conſumptum eſſet ſacrificium: ex reſidua aqua Neemias iuſſit lapides maiores perfundi. Quod vt factum eſt: ex eis flamma accẽſa eſt/ ſed ex lumine quod refulſit ab altari conſumpta eſt.

Iob. 37. b. ℂ Flante deo concreſſit gelu: & rurſum latiſſimæ funduntur aquę.

Pſalmus 17. b. ℂ Aqua tenebroſa (eſt) in nubibus aeris.

17. e. ℂ Miſit dñs de ſummo & accepit me: & aſſumpſit me de aquis multis.

28. a. ℂ Vox dñi ſuper aquas: de⁹ maieſtatis itonuit/ dñs ſuper aquas multas.

76. d. ℂ Viderunt te aquę deus/ viderunt te aquæ/ & timuerunt: & turbatę ſunt abyſſi.

ctus est/ Iasoni Antiocho vendente sacerdotiū. quod significauit spiritus sancti ignem non lucere in ecclesiasticis sacramentis. & ibi glo. in verbo non lucere/ meminit huius aquæ crassæ de qua in hoc textu. Circa quem videndus est etiā tex. i c. fi. & ibi glo. in verbo sine igne. de celebra. missa. b ℂ De isto exitu aquarū ratione pūaricatæ diuinę legis loquitur tex. (qui in huius textus declarationem videatur) in c. irrisor. versi. Multi. de pœni. distinc. 3. vbi dicit. Multi lachrymas indesinēter fundūt: & peccare non desinunt. Quosdā accipere lachrymas ad pœnitētiā cerno/ & effectū pœnitentię non habere: quia inconstātia mentis/ nō recordatione pcti lachrymas fundunt. nūc vero reminiscente vsu/ ea quę fleuerunt iterando committunt. Esaias de peccatorib⁹ dicit. Lauamini: mūdi estote. Lauatur & mundus est: qui & prętesita plāgit/ & flenda iterum non admittit. Lauatur & non est mundus: q plāgit q̄ gessit/ nec deserit/ & post lachrymas ea quæ deseruerat repetit. Hæc textus. De hac autē materia dicetur diffusius in verbo lachrymę.
c ℂ Si hac sentētia cōsulatur vt qui docti sūt/ in plures doctrinam suā partiantur & diuidant: videatur bonus tex. in c. reuernmini. i fi. 16. q̄sti. 1. vbi dicit. Qui doct⁹ est si intelligens largitorem deum/ & agens his gratias per quos a deo eruditus est humiliauerit se/ & in horreum dei tulerit cibos/ hoc est scripturę alimenta in ecclesijs populis ministrauerit: statim aperientur super eum catharactæ cœli/ & effundetur pluuia spiritualis. & mandabit nubibus suis/ vt pluant super eum imbrem: & abundantia rerum omniū perfruetur. Hæc textus.
d ℂ Manifesta quantum ad aliquam præsumptionē & coiecturā. Vere enī scire cor hominis seu cogitatiōes iternas: solius dei est/ vt annotabitur in verbo cor.
e ℂ Text⁹ qui Hieronymi est/ i c. oib⁹. 24. q̄sti. 1. Ecclesiā appellat puteum aquarum viuētium. Et ibi glosa in verbo puteus. dicit φ hoc est propter occulta mysteria q̄ solis sanctis per reuelationē spiritus sancti aperta sunt.
f ℂ Videantur annotata in verbo elemosyna
g ℂ Si hæc sententia velit φ vnicuiq; datū est liberum arbitrium/ vt vel bonū agat vel malū: videat bo. glo. in c. Qui episcop⁹. In verbo conditionē. 23. dis. vbi dicit glo. φ diabolus habet liberū arbitriū: sed ad malū tantū. similiter angel⁹ habet liberū arbitriū: sed ad bonū tātū. homo aūt habet liberū arbitriū/ ad bonū & ad malū. Et de hoc vltio allegat glo. bonū & amplū tex. qui videri pōt in c. Nabuchodonosor. 23. questi. 4. h ℂ 88. dis. c. eijciens. in fi. vbi dicit tex. Homo qui non ostendit imaginē dei: reprobus est. vnde Esaias ait ad Hierusalē. Caupones tui miscent vinū cū aqua. i ℂ Super omnes aquas: id est super oēs populos

ℂExitus aquarū deduxerūt oculi mei: quia non custodierūt [b] legē tuā. Psal. 118.
ℂAquæ quę super celos sunt: laudent nomen domini. Psal. 14. a.
ℂBibe aquam de cisterna tua: & fluenta putei tui. Prouerb. 5. c.
ℂDeriuentur [c] fontes tui foras: & in plateis [c] aquas tuas diuide. 5. c.
ℂAquę furtiuę dulciores sunt: et panis absconditus suauior. 9. d.
ℂQui dimittit aquam/ caput est iurgiorum: & anteq̄ patiatur contume 17. c
liam/ iudicium deserit.
ℂAqua profunda verba ex ore viri: et torrens redundans fons sapiētię. 18. a.
ℂSicut aqua profunda: sic consilium in corde viri. 20. a.
ℂAqua frigida bona est animæ sitienti: & nuncius bonus de terra lon 25. d.
ginqua.
ℂQuomodo in aquis resplendent vultus prospicientium: sic corda ho- 27. c.
minum manifesta [d] sunt prudentibus.
ℂSoror mea fons hortorum: puteus aquarum [e] viuentium quæ fluūt Canti. 4 d
impetu de Libano.
ℂAquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina ob Cāti. 8. c.
ruent illam.
ℂIgnis in aqua valebat supra suam virtutem: & aqua extinguentis na- Sapię. 19 d
turę obliuiscebatur.
ℂIgnem ardētem extinguit aqua/ & elemosyna [f] resistit peccatis: & de⁹ Ecci.
protector est eius qui reddit gratiam. 3. g
ℂApposuit tibi [g] de⁹ aquā et ignē: ad quod volueris [g] porrige manū tuā. 15. d.
ℂInitium necessariæ rei vitę hominū: aqua/ ignis/ ferrum/ sal/ lac/ et pa- 39. d.
nis similagineus/ & mel/ & botrus vuę/ & oleum/ & vestimentū. Hęc oia
sanctis in bona: sic et impijs & peccatoribus in mala conuertentur.
ℂVinum tuum mixtum est [h] aqua (O Hierusalem) Esaiæ 1. f.
ℂBeati qui seminatis super ōnes [i] aquas: imittētes sedē bouis & Asini. 32. g.
ℂEgeni & pauperes quærunt aquas/ & non sunt: lingua eorum siti a- 41. d.
ruit. Ego dominus exaudiam eos: deus Israel non derelinquā eos. Ape
riam in supremis collibus flumina: & in medio camporum fontes. Po-
nam desertum in stagna aquarum: & terram inuiam in riuos aquarum.
ℂOmnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argētum prope- 55. a.
rate/ emite/ & comedite. Venite: emite absq; argento & absq; vlla cōmu
tatione vinum & lac. Et infra in verbo argentum.
ℂCum effuderis esurienti animam tuam/ & animam afflictam replene- 59. c
ris: orietur in tenebris lux tua/ & tenebrę tuæ erunt sicut meridies/ & re-
quiem tibi dabit dominus deus tuus semper/ & implebis splendoribus
animam tuam/ & ossa tua liberabit/ & eris sicut hortus irriguus/ & sicut
fons aquarum cuius non deficient aquæ.
ℂDuo mala fecit populus meus (ait dominus) Me dereliquerunt fontē Hieremiæ
aquæ viuę: & foderunt sibi cisternas dissipatas quæ continere non va- 2. a.
lent aquas.
ℂQuid tibi vis in via Aegypti: vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi 2. d.
cum via Assyriorum: vt bibas aquam fluminis?

Hieremiæ 9.a. ℭQuis dabit capiti meo aquam/ & oculis meis fōtem lachrymarū: & plorabo die ac nocte interfectos populi mei?

15.d. ℭFacta est mihi Hierusalē (ait dn̄s) quasi mendaciū aquarū infidelium.

17.b. ℭRecedentes a te domine in terra describentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum.

18.c. ℭ Nunquid euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ et defluentes? Quia oblitus est mei populus meus/ frustra libantes et impingentes in vijs suis & in semitis sęculi vt ambularent per eas in itinere non trito: vt fieret terra eorum in desolationem/ & in sibilum sempiternum.

47.a. ℭEcce aquæ ascendent ab aquilone/ & erunt quasi torrens inundans: & operient terram & plenitudinem eius/ orbem & habitatores eius.

Thren̄. 3.f. ℭDiuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filię populi mei.

3.f. ℭInundauerunt aquę super caput meun: dixi perii.

5.a. ℭAquam nostram pecunia[k] bibimus: ligna nostra precio comparamus.

4.c. ℭAquam in mensura bibes/ sextam partem hin: a tempore vsq; ad tempus bibes illud.

Ezechiel. 12.e. ℭFili hominis panē tuum in conturbatione[l] comede: sed & aquam tuam in festinatione & mœrore[l] bibe. Hæc dicit dominus deus ad eos qui habitant in Hierusalem. Panem suum in solitudine comedent/ et aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur terra a multitudine propter iniquitatem omnium qui habitant in ea. Et ciuitates quæ nunc habitantur desolatæ erunt/ terraq; deserta: & scietis quia ego dominus.

16.a. ℭQuando nata es (Hierusalē) in die ortus tui non est precisus vmbilicus tuus: & in aqua non es lota in salutem/ nec sale salita/ nec inuoluta pannis.

21.b. ℭCum dixerint ad te (fili hominis) quare tu gemis? dices. Pro auditu: quia venit & tabescet omne cor/ & dissoluentur vniuersę manus/ & infirmabitur omnis spiritus/ & percuncta genua fluent aquæ.

34.e. ℭHæc dicit dominus deus. Ecce ego iudico inter pecus & pecus/ arietem & hircum. Nonne satis erat vobis: pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cum purissimā aquam biberetis/ reliquam pedibus vestris turbabatis.

47.a.b. ℭConuertit me ad portam domus: et ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad orientem. Facies enim domus respiciebat ad orientem. Aquæ autē descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam portæ aquilonis: & couuertit me ad viam foras portam exteriorem/ viam quæ respiciebat ad orientem. Et ecce aquæ redundantes a latere dextro: cū egrederetur vir ad orientem qui habebat funiculum in manu sua/ & mensus est mille cubitos/ & traduxit me per aquam vsq; ad talos. Rursumq; mensus est mille: & traduxit me per aquam vsq; ad genua. Rursumq; mensus est mille: & traduxit me per aquam vsq; ad renes. Et mēsus est mille/ torrentem quem non potui pertransire: quoniā intumuerunt aquæ profundæ torrētis qui non potest trāsuadari. Et dixit ad me. Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me: & conuertit ad ripam torrentis. Cūq; me conuertissem: ecce in ripa torrētis ligna multa nimis ex vtraq; parte. Et ait ad me. Aquæ istę quę egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis/ & descendūt ad plana deserti/ intrabunt mare/ & exibunt: & sanabuntur aquę. Et omnis anima viuens quę serpit/ quocūq; venerit torrens/ viuet: & erūt pisces multi satis postq̄ venerint illuc aquę istę. Et sanabuntur & viuent omnia ad quæ venerit torrens: & stabūt super illa piscatores.

marci.9.f ℭQuisquis potum dederit vobis (dixit Christus ad discipulos) calicem aquæ frigidę in nomine meo/ quia Christi estis: amen dico vobis/ non perdet mercedem suam.

hāc declarationē ponit tex. in c. Cū Marthę. versi. verū inter opiniones. ibi. Nā cum aquę multę/ populi multi sint. de cele. missa.

[k] ℭQuod aqua aliqn̄ sit vænalis/ & q̄ tunc veniat in legato alimentorū: tex. est in l. 1. ff. de ali. & ciba. lega. In quib9 autem regionibus vendatur: textus est in l. Mela. §. Quidam ff. eodem ti. vbi dicitur q̄ venditur in Africa & Aegypto.

[l] ℭCanonistę/ panem qui in cōturbatiōe comeditur/ & aquam quę bibit i mœrore/ vocāt panem doloris & aquam angustię. Tex. est i c. Nouimus. §. fi. de verbo. signi. vbi dicit tex. Mandamus vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitētiam ipsum concludas/ pane doloris & aqua angustiæ sustētandum: vt commissa defleat/ & flēda vlteri9 nō committat. Et idem probatur in c. a nobis. de aposta. Et dicetur in verbo Carcer.

¶Amen dico tibi (ait Christus ad Nicodemũ) nisi quis renatus[m] fue-rit ex aqua & spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Ioannis 3.a.

¶Omnis qui bibit ex aqua hac (ait Christus) sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquę[n] saliẽtis in vitam æternam. Et diffusius vide infra in verbo Ihesus. 4.b.

¶Misit Ihesus aquam in peluim: & cœpit lauare pedes discipulorũ/ & extergere lintheo quo erat præcinctus. Et infra in verbo Ihesus. 13.a.

¶Vnus militũ lancea latus (Ihesu) aperuit: & cõtinuo exiuit[o] sanguis & aqua. Et infra in verbo Ihesus. 19.f.

¶Noli adhuc aquam bibere[p]: sed modico vino vtere ꝓpter stomachũ tuum & frequentes tuas infirmitates. 1.tio.5.d.

Aquila.

¶Circunduxit dominus Iacob/ & custodiuit quasi pupillã oculi sui/ sicut aquilla prouocans ad volãdum pullos suos & super eos volitans expandit alas suas: & assumpsit eum atq; portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus. deu.32.b.

¶Saul & Ionathas amabiles erant & decori valde in vita sua: in morte quoq; non sunt diuisi/ aquilis velociores & leonibus fortiores. 2.re.1.d.

¶Nunquid ad præceptum tuũ domine eleuabitur aquila: & in arduis ponet nidum suum? Iob.39.c.

¶Renouabitur[q] vt aquilæ iuuentus tua. Psal.101.

¶Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia facient si bi pennas quasi aquilæ/ & volabunt in cœlum. Prouerb. 23.a.

¶Tria sunt difficilia mihi/ & quartũ quod penitus ignoro: viam[r] aquilę in cœlo/ viam colubri super petram/ viam nauis in medio mari/ & viam viri in adolescentia. Talis est & via mulieris adulteræ: quę comedit/ & tergens os suum dicit non sum operata malum. 30.c.

¶Vbicunq; fuerit corpus: ibi congregabuntur & aquilę. Vide infra in verbo corpus. Matthæi

¶De animali habente faciem Aquilæ[s]: vide Ezechielis.1.c.& Apoca. 4. et infra in verbo vidi.

m ¶Pro hac sententia videndus est bonus tex. in c. filius. in fi. de cõse. distinc.4. vbi dicit text⁹ Qui nõ sunt baptisati: inter non credentes iudi cantur ex euangelio Ioannis. dum dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: nõ potest intrare in regnũ dei. Quare aũt fiat mentio spiritus sancti: declarat textus in c. per aquã. eadem distinc. vbi dicit textus. Qui per aquã baptismi transit/ non moritur: sed exurgit. non omnis tamẽ aqua sanat sed illa quæ habet gratiam Christi. Aliud ẽ elemẽtũ: aliud cõsecratio Non sanat aqua: nisi spiritus sãctus descendat/ & aquam illã consecret. Quod vero hæc sententia euangelica omnes indifferenter respiciat: est tex in c. maiores. colũ 2. de baptis. vbi dicit text⁹. Sicut sine distinctiõe qualibet/ mosayca lex clamabat. Anima cuius præputij caro circuncisa non fuerit: peribit de populo suo. ita nunc indistincte vox intonat euangelica. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: nõ intrabit in regnum dei. ab hac generalitate nec sexum nec ętatem excludẽs. Hinc dicit tex. nota. in c. firmissime. de conse. distinc.4. Firmissime tene & nullatenus dubites: nõ solum homines ratione vtentes/ verumetiam paruulos qui siue in vteris matrum viuere incipiunt & ibi moriuntur/ siue iam de matrib⁹ nati sine sacramẽto baptismi (quod datur in nomine patris & filij & spiritus sancti) de hoc sęculo transeunt/ sempiterno igne puniendos. quia etsi peccatum propriæ actionis nullum habent: originalis tamen peccati dãnationem carnali conceptione traxerunt. Quis autem sit iste sempiternus ignis quantũ ad paruulos: dici solet ꝙ est pœna carentiæ. quia semper erunt in tenebris: & carebunt visione dei. vt est textus in c. Nulla. eadẽ distinc. iuncta glo. in verbo manent. Et textus in c. regenerãte. eadem distinc. illam pœnam carentię appellat mitissimam respectu aliarum pœnarum. Et subiungit ibi textus. Fallit & fallitur: qui paruuloa sine baptismo decedẽtes in damnatione pręedicat nõ futuros. Fortius probat textus. in c. Non vt apponeres. de baptis. ꝙ prædicta procedunt: etiam si imminente extrema necessitate/ & aqua deficiẽte/ paruulus esset baptisatus conspersione saliuę. quia talis nõ habetur pro baptisato/ & non intrabit in regnum dei/ propter istam euangelicam sententiam quæ requirit elementum id est aquam.

n ¶De hoc dicto est textus notabilis in c. Charitas est aqua. in prin. de pœni distinc.2. vbi dicit tex. Charitas est aqua de qua dominus ait in euangelio. Qui biberit aquam quam ego dabo ei: non sitiet in æternum. Reprobus autem cum ęternis sit mancipatus incendijs: in eternum sitiet. quomodo bibet aquam viuam/ aut quomodo potabit aquam salientem in vitam ęternã: qui quasi plumbeus demersus in ima/ pœnas luit damnationis ęternę?

o ¶Quid per aquam & sanguinem qui ex Christi latere profluxerunt/ significatum fuerit: tangitur obiter per textum in c. Cum Marthę. §. Quæsiuisti. in prin. de cele. missa. vbi dicit textus. Aliquibus videtur ꝙ cum de latere Christi dno pręcipua fluxerint sacramẽta/ redẽptionis in sanguine/ ac regenerationis in aqua/ in illa dno vinum & aqua quę cõmiscetur in calice/ diuina virtute mutantur: vt in hoc sacramento plene sit veritas & figura. Et dicit textus notabilis. in cle 1. paulopost princi. de sũ. tri. & fi. catho. Christus non solũ affigi cruci/ & in ea mori voluit: sed etiam emisso iam spiritu perforari lancea sustinuit latus suum. vt exinde profluentib⁹ vndis aquę & sanguinis/ formaretur vnica ac immaculata ac virgo sancta mater ecclesia coniunx Christi. Huius etiam profluxus sanguinis & aquę a Christi latere demonstratur vtilitas: de consec. distinc.2. c.1. in fi. vbi dicit textus. Non debet in calice domini aut vinum solum aut aqua sola offerri. sed vtrumq; mixtum offeratur: quia vtrumq; ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Et eãdem repręsentationem sentit textus in c. Non oportet. eadem distinc. vbi dicitur. Non oportet aliud aliquid in sacramẽto offerri pręter vinũ & aquam & panẽ quę in typo Christi benedicuntur. quia dum in cruce Christ⁹ penderet: & de corpore eius sanguis effluxit & aqua.

p ¶De hac sententia Pauli est textus in c. Sint tibi ieiunia pura. de consecra. distinc.5. vbi dicit tex. Sint tibi ieiunia pura/ cõtinua/ moderataq; id est quotidie esurire & quotidie prãdere. Apostolus inquit. Noli adhuc aquã bibere: sed modico vtere vino propter infirmitates tuas.

q ¶De conse. dis.2. c. in quib⁹. vbi glo. in ver. aquilę. dicit istud dictũ intelligi de ãgelis/ aut fidelib⁹ quorũ iuuẽtus vt aquilę renouat.

r ¶Videãtur annotata in verbo via.

s ¶Ioãnes euangelista fuit in visione aĩalis habẽtis aquilę faciẽ ꝑfigura-

tus: quia cœpit euangelium ſuum a diuinitate Chriſti. Sicut enim aquila cunctis auibus altius volat/ & irreuerberatis oculis ſolis radios intuetur: ſic Ioannes altius cæteris aſcendit. qui dicens/ In principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat verbũ: dum in ipſam diuinitatis ſubſtantiã intendit/ quaſi more aquilæ oculos fixit in ſolem. Iſta ſunt verba gloſę in cle. i. in verbo Ezechiel. circa fi. de ſumma tri. & fi. catho. t ℭHoc dicto monemur non ſolum non detrahere: ſed etiã detrahentes non audire. ita per hoc dictum ſentit Archi. in c. Ex merito. in fi. 6. queſti. 1.

Iob. 37. d **Aquilo.** ℭAb aquilone aurũ venit: et a deo formidoloſa laudatio.
Puer. 25. d ℭVentus [t] aquilo diſſipat pluuias: & facies triſtis linguã detrahentem.
Cãti. 4. g. ℭSurge aquilo/ & veni hauſter/ perfla hortum meum: & fluent aromata illius.
Ecci. 43. c. ℭFrigidus ventus aquilo flauit: & gelauit criſtallus ab aqua.
Hieremiæ 1. c. ℭAb aquilone pandetur omne malum ſuper omnes habitatores terrę.
4. b. ℭMalum ego adduco ab aquilone & contritionem magnam.

deu. 7. a. **Ara.**[v] ℭAras ſeptem gentium ſubuertite (dixit dominus ad filios Iſrael) & confringite ſtatuas/ lucoſq́ ſuccidite/ & ſculptilia cõburite: quia populus ſanctus es domino deo tuo.
1. macha. 2. e. ℭDe Matathia qui trucidauit Iudæum ſuper aram: vide. 1. Machabęorum. 2. & infra in verbo Matathias.
Actuum 17. c. ℭPreteriens (ait Paulus ad Athenienſes) & videns ſimulachra veſtra: inueni & aram in [x] qua ſcriptum erat Ignoto deo.

Iob. 8. c. **Aranea.** ℭSpes hypocritę [y] peribit: deo non placebit vecordia ſua: & ſicut tela aranearum fiducia eius.
Pſal. 38. c. ℭTabeſcere feciſti domine ſicut araneam animam eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo.
Pſal. 89. c ℭAnni noſtri ſicut aranea meditabuntur.
Eſaię. 59. a ℭTelas araneæ texuerunt.
Oſee. 8. b. ℭIn aranearum telas erit vitulus Samariæ: quia ventum ſeminabũt/ & turbinem metent.

deu. 22. b. **Arare.** ℭNon arabis [z] in boue ſimul & aſino.
Iudi. 14. d ℭSi non araſſetis (ait Sanſon ad Philiſteos) in vitula mea: non inueniſſetis propoſitionem meam. Et latius infra in verbo Sanſon.
Puer. 20 a ℭPropter frigus piger arare noluit. Mendicabit ergo æſtate: & non dabitur illi.
Hieremiæ 26. f. ℭSion quaſi ager arabitur.
1. cori. 8 b ℭDebet in ſpe qui arat [a] arare: & qui triturat/ in ſpe percipiendi fructꝰ.

Ecci. 38. c **Aratrum.** ℭQui tenet aratrum & qui gloriatur in iaculo: ſtimulo boues agitat/ & cõuerſatur in operibus eorum/ & enarratio eius in filijs taurorum. Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos: & vigilia eius in ſagina vaccarum.
Lucę. 9. g ℭNemo mittens manum ſuam ad aratrum/ & reſpiciens [b] retro: aptus eſt in regno dei.

Amos 9. d **Arator.** ℭEcce dies venient (dicit dominus) & compræhendet arator meſſorem/ & calcator vuæ metentem ſemen.

3. Eſdrę 8. c. **Arbiter.** ℭTu Eſdras ſecundum ſapientiam dei conſtitue [c] iudices & arbitros [c] in tota Syria & Phœnice/ & omnes qui legem dei non nouerunt doce: vt quotquot tranſgreſſi fuerint legem/ diligenter plectantur.

v ℭFuit in Caſſino mõte Apollinis ara: quã ſanctus Benedictus curauit demoliri. & ibi ordinem ſuum fũdauit. Tex. eſt apud Canoniſtas in c. gñaliter. §. oſtẽdit ergo Hieronymꝰ 16. q̃ſti. 1. x ℭDe iſta ara dicata ignoto deo: vide glo. in c. turbat. ĩ verbo magiſter. in pri. 37. diſ. vbi gloſa ponit conuerſionẽ Dionyſij Areopagitę fuiſſe factam prædicante Paulo/ & oſtendẽte quiſnã eſſet ille ignotus deus cui hæc ara dicabatur. y ℭVideantur quæ annotabuntur in verbo hypocrita. z ℭNon arabis in boue & aſino. i. homines diuerſę profeſſionis in vno officio non ſituabis. Ita iſtũ tex. declarat textꝰ in c. in noua. circa mediũ. 16. q̃ſti. 7. vbi ex hoc dicto diſponitur vt laici nõ cõſtituãtur œconomi aut vicarij ep̃orũ. & idem etiã diſponit ĩ c. Iudicatũ. 89. diſ. & in c. 2. de ętate & quali. quod eſt intelligẽdũ reſpectu ſpiritualiũ. Laicꝰ enĩ põt reſpectu tẽporaliũ cõſtitui œconomꝰ ſeu ꝓcurator eccl̃ię. vt eſt tex. in c. quęrelam ne præla. vi. ſuas. Et notãt glo. & panor. in c. 1. de ſindi. Ita etiã vt ſ. dictũ eſt declarat iſtũ tex. gloſa in c. cum cauſam. de elec a ℭFacit c. Cũ ex officij. de p̃ſcrip. & cũ ſcdm apoſtolũ. in prin. de p̃ben. vbi ponit̃ ſile dictũ. Qui altario ſeruit de altari viuere debet. de quo ĩ verbo altare. b ℭHoc dictum allegat̃ cõtra eos q vota ꝑ eos emiſſa nõ reddũt. Ita allegat̃ per tex. in c. Magnę. circa pri. de voto. Itẽ cõtra eos q baptiſati alteri ſectę adhærẽt. Ita allegat̃ per glo. fi. in c. quidã. de apoſta. Item cõtra religioſos ambitioſos. Ita allegat̃ per tex. in c. quorũdã. in prin. de elec. in. 6. Et hoc dictũ exponẽdo dicit textus ſolennis in c. pennata. de pœni. diſtinc. 2. Manum in aratrum mittere: eſt quaſi per quendam compunctionis vomerem ad proferẽdos fructus terrã ſui corporis aperire. Sed retro poſt aratrũ reſpicit: qui poſt exordia boni operis ad mala reuertit̃ quæ dereliquit. quodq; electis dei minime contingit: recte per prophetã dicit̃/ non reuertebant̃ cũ incederẽt. c ℭArbiter/ iudex/ & arbitrator quomodo differant: ponunt Canoniſtę in c. Quĩtauallis de iureiu. Et de arbitro/ & arbitratore eſt glo. & ibi pa. in c. Cauſã. q̃ de elec. Et reſolutio breuis hęc eſt vt iudex dicatur qui a lege vel principe iudi-

tur siue morte/siue cruciatu/siue etiam pecuniȩ mulctatione vel abductio ne. Et latius infra iudex.

Arbor[1]. ¶ Iam securis [c] ad radicem arborum posita est. Omnis er- Matthæi 3.c.
go arbor [c] quȩ nõ facit fructum bonum excidetur: & in ignem mittet.
¶ Omnis arbor [f] fruct⁹ bonos facit: mala autem [f] arbor malos fructus 7.c.
facit. Nõ potest [f] arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala fru
ctus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excide
tur: [g] & in ignem mittetur.
¶ Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum: aut facite arborẽ 12.c.
malam & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor agnoscitur.
¶ Mane reuertens Ihesus in ciuitatem Bethaniȩ: esuriit. Et vidẽs fici ar- 21.b.
borem vnam secus viam: venit ad eam. Et nihil inuenit in ea nisi folia tã
tum. Et ait illi. Nũq̃ [h] ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefa-
cta est continuo ficulnea. Et latius infra in verbo Ihesus.
¶ Ab arbore fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit/& 24.c.
folia nata: scitis quia prope est æstas. Et supra in verbo Aduentus.

Arca. ¶ Fac tibi arcam [i] (dixit dominus ad Noe) de lignis lȩuigatis. Gene. 6.c
Mansiunculas in arca facies/& bitumine linies intrinsecus & extrinse-
cus: & sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcȩ/quin
quaginta cubitorum latitudo/& triginta cubitorum altitudo illius. Fe-

candi potestatẽ habet. Arbiter qui habet ab hoĩe & ordinẽ iuris seruare tenet. Arbitrator qui etiã ab homine: sed ad iuris obseruationẽ non deuincit. Hȩc tamen sententia de arbitris proprie sumptis loqui non potest duplici ratione. Tum primo quia arbitri eliguntur a partibus: nec ad eos nisi ex mera voluntate recurritur/ nisi in casibus specialib⁹. qui sunt in c. cum speciali. de appella. in c. suspitionis. de offi. dele. & in c. si clericus. 11. questi. 1. In quibus casibus potius vocantur iudices q̃ arbitri, vt notat Bar. in l. fi. C. de iudi. hic autem eligunt a superiore. & proinde adeos vt ad iudices esset recurrendũ. Tũ secũdo. quia arbitri non possunt mulctare/ sumẽdo mulctare ꝓprie p pœna pecuniaria applicanda fisco vel ecclesiæ. vt ẽ tex. il. arbiter intra certũ diẽ. ff. de arbi. nec obstat tex. i l. Nõ ex oib⁹. ff. eodẽ. vbi dĩ. ꝙ arbiter mulctare põt. quia mlctare sũit ĩproprie ꝓ cõdẽnare ad pœnã pecuniariã applicandam parti. Hȩc autem sententia vult vt arbitri mulctent sicut iudices. & sic condẽnando ad pœnam applicãdam fisco. igĩ &c. Tũ tertio: quia arbitri de causis criminalibus & arduis nõ cognoscũt: saltẽ non decidunt prout est tex. in l. non distinguendus. §. Iulianus. 3. §. de libera li. cĩ. ff de arbi. & i c. pe. cẽ glo. ibi de resti. inte. Hac vero sentẽtia tales causȩ videt eis permissȩ. Igĩ &c. d ¶ Quid arboris appellatione veniat: text⁹ ẽ Vlpiani iureconsulti in l. vitem. ff. Arbo. fur. cesa. vbi dicit. Vitem arboris appellatione cõtineri: plerique veterum ȩstimauerunt. Hederȩ quoq; & arundines/ arbores non male dicentur. Idemq; de salicto dicendum est. Sed & si quis saligineas virgas/ instituendi salicti causa defixerit/ hȩ; anteq̃ radices egerint succidantur aut euellãtur: recte Pomponius scribit non posse agi de arboribus succisis/ cum nulla arbor proprie dicatur: quȩ radices non conceperit. Quod si quis ex seminario/ id est stirpitus arborem transtulerit eam/ q̃uis nondum comprȩhenderit terram: arborem tamen videri Pomponius lib. 19. ad Sabinũ probat. Ideo ea quoq; arbor esse videtur cuius radices desinũt viuere: q̃uis adhuc terra contineatur. Quã sententiã labeo quoq; probat. Labeo etiam eam arborẽ recte dici putat q̃ subuersa a radicibus etiam nunc reponi potest/ atq; ita translata est vt reponi possit. Stirpem etiam oleȩ arborẽ esse magis est: siue iam egerit radices siue nondum. Hȩc Vlpianus. e ¶ Hoc dictum allegatur cõtra eos qui nihil fructus afferũt in statu suo: imo statũ suũ & ad ipsum pertinẽtia peruertũt. quia tales sunt arbores infructuosæ ad quarum radices securis dicitur esse posita. Istam declarationẽ sentit textus in c. q̃uis. in fi. de decimis. & in c. alia. in princi. 16. questi. 1. f ¶ Videatur bonus text⁹ isti satis conformis in l. Quod si nolit. §. qui mãcipia. ff. de edi. edic. vbi dicit tex. Qui mãcipia vendunt: nationem cuiusq; in venditione pronunciare debent. plerũq; enim natio serui/ aut prouocat aut deterret emptorẽ. Iccirco interest nostra scire nationẽ. Præsumptũ eñi est quosdam seruos bonos esse q nationis sunt non insamatȩ: quosdã malos videri/ quia ea natione sunt quȩ magis infamis est. hec tex. & glo ibi in verbo non infamate. allegat hoc dictũ. Non potest arbor mala bonum fructum facere. g ¶ Arbor quȩ inutiliter terram occupat/ digna excidi & in ignem mitti censetur. vt terra quȩ sub nociua occupatione inutilis arboris sterilis habebatur/ per nouam plantationem ad fructificandũ culturam recipiat congruentem. Ita dicit glo. conformiter ad hanc sententiã in c. 1. i verbo infructuosos/ de schisma. in 6. h ¶ 24. quȩsti. 3. c. cũ ergo. versi. in euangelio. etiã vbi allegat hic tex. ꝓ dilutione dubietatis qua petit. an maledictũ fieri possit. & in c. Vnico. in prici. de schisma l. 6 allegatur. ꝙ homo in dei ecclesia fructũ non ferens/ succidendus est ab ea. i ¶ Pro huius Arcæ Noe mystica declaratione: est textus notabilis in extrauagan. vnam sanctam. versi. vna nempe fuit. de maio. & obe. vbi dicit textus. Vna fuit diluuij tempore arca Noe vnam ecclesiam præfigurans: quæ in vno cubito consummata vnum (Noe videlicet) gubernatorẽ habuit & rectorẽ. extra quam omnia subsistentia super terrã legimus fuisse deleta. Et dicit ibi glosa solẽnissima aduertẽdum esse ꝙ arca Noe dei ecclesiam figurabat sex modis. Primo ex eius vacillatione. Nam sicut illa arca ferebatur super aquas fluctuantes: sic ecclesia militans in hoc sæculo non sine fluctuationibus requiescit. Secũdo ex eius materia. Nã sicut ex ligno fabricata est arca/ & per lignum ibi saluatæ sunt animȩ: sic ex ligno crucis dependet salus ecclesiȩ. Tertio ex eius proportione. Nam (vt Augustinus ait) ꝓportio illi⁹ arcȩ erat ꝓportio corporis humani. Erat enim sexies siue sex vicibus magis longa q̃ lata: & decies longior q̃ alta. trecẽtorum enim cubitorũ erat longitudo. quinquaginta: latitudo. & triginta altitudo eius. sic & corpus humanũ dispositum est vt sit decies longũ q̃ grossum/ & sexies longũ q̃ latũ. & hoc figurabat ecclesiã cuius redẽptor fact⁹ homo ad saluandos hoĩes venit. Quarto Arca figurat ecclesiã: si consyderem⁹ eius ostiũ qd positũ fuit ex latere. Nã & Christo in cruce latus fuit apertũ: vnde fluxerũt sacramẽta/ per quȩ dicit ecclesia esse formata. Quinto arca significabat ecclesiã: si consyderemus ei⁹ cõpositionẽ. Fuit eñi cõposita ex lignis quadratis. quod ad stabilitatẽ ecclesiȩ pertinet. Corpus eñi quadratũ (cuiusmodi est taxill⁹) ex quacũq; parte vertat stat. Sexto Arca illa significabat ecclesiã: si consyderemus distinctionẽ ei⁹. erat eñi bicamerata tricamerata. secundũ eñi coĩem modũ ponẽdi bicamerata erat inferius: tricamerata superius. Duȩ aũt erãt camerȩ inferiores: vna apothecaria/ & alia sentinaria vbi stabãt immunditiȩ. Tres aũt erãt cameræ superiores. in quarũ vna erãt aĩalia mitia: in alia imitia. in media vero hoĩes & aues.

nestrã in arca facies: & in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autẽ arcæ pones ex latere deorsũ. Cœnacula et tristega facies in ea.

Geñ.6.d. ¶Ponam fœdus meum tecum (dixit dominus ad Noe) & ingredieris [k] arcam tu & filii tui/vxor tua & vxores filiorum tuorum tecum. Et ex cũctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam: vt viuant tecũ masculini sexus & fœminini.

7.a. ¶Dixit domin⁹ ad Noe Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena/masculum et fœminam: de animãtibus vero immundis [l] duo et duo/masculum et fœminam. Sed et de volatilibus cœli septena & septena/masculum et feminam: vt saluetur semen super faciem vniuersę terrę.

7.b. ¶Ingressus est Noe & filij eius/vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam: propter aquas diluuii.

7.d. ¶Arca Noe ferebaẗ super aquas [m] quadraginta dieb⁹ & totidẽ noctib⁹.

8.a. ¶Requieuit arca Noe mense septimo/vigesimoseptimo die mensis super montes Armenię. Cętera quæ concernunt hanc arcam: Vide infra in verbo Noe.

ℭSi qs venit ad vos et hãc doctrinã nõ affert: nolite recipere eũ i domũ nec aue [r] ei dixeritis. Qui eni dixerit illi aue: cõicat operib⁹ ei⁹ malignis. 2. ioã. 1. c.

Auertere. ℭNoli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet: vt nec auertatur a te facies domini. thob. 4. b.

ℭDixit i corde suo (pctõr) oblit⁹ ẽ de⁹: auertit faciẽ suã ne videat i finẽ. psal. 9. f.

ℭAuertisti faciẽ tuã a me (dñe) & factus sũ cõturbat⁹. [s] Et. §. abũdãtia. psal. 29. b.

ℭNe auertaꝶ humilis fact⁹ cõfusus: pauper et inops laudabũt nomẽ tuũ. psal. 73. d.

ℭAuerte oculos meos (dñe) ne videãt vanitatẽ: in via tua viuifica me. psal. 118. e.

ℭRogationẽ cõtribulati ne abiicias: & non auertas faciẽ tuã ab egeno. eccl. 4. a.

ℭAb inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quęrentibus tibi retro maledicere. eccl. 4. a.

ℭAuerte faciẽ [t] tuã a muliere cõpta: & ne circũspicias speciẽ alienam. eccl. 9. b.

ℭPropter inopiã multi deliq̃rũt: & q q̃rit locupletari auertit oculũ suũ. eccl. 27. a.

v ℭ Immo nõ tm̃ qui aufert/ sed & qui denegat panẽ seu alimẽta ei quẽ alimẽtare teneꝶ: diciꝶ occidere. Bonus est tex. in c. necare. ff. de agnos. libe. vbi diciꝶ. Necare videꝶ nõ tm̃ qui partũ præfocat: sed etiã is qui abiicit/ & qui alimoniã denegat & is qui publicis locis misericordię causa exponit quã ipse non habet.

ecci.41.d. ℂNe auertas faciem tuā a proximo tuo : et ab auferendo partē & nō restituendo.

esa.50.c. ℂFaciem meā non auerti ab increpantibus et cōspuentibus in me dñe deus auxiliator meus: & ideo nō sum confusus. Infra corpus. Cetera quę respiciūt auersionē faciei et oculorū: vide.ī.facies.&. .oculus.

3.reg.9.b **Auersio.** ℂSi auersione auersi fueritis/non sequentes me nec custodientes precepta mea & cerimonias quas preposui vobis/et cetera. Et late infra in verbo dii.

puer.1.d. ℂAuersio paruulorū interficiet eos: & ꝓsperitas stultorū perdet illos.

ecci.41.d ℂErubescite a respectu mulieris fornicarię: & ab auersione vultus cognati. Et ibidem multo amplius. Et infra in verbo Erubescere.

hiere.14.a ℂSi iniquitates nostræ responderint nobis (domine) fac propter nomē tuum: quoniam multę sunt auersiones nostræ.

psal.103.d **Auferre.** ℂAuertente te domine faciem tuam/turbabuntur : aufe-res spiritum eorum & deficient/& in puluerem suum reuertentur.

psal.118.c ℂAufer a me dñe opprobriū et cōtēptū : quia testimonia tua exqsiui.

ecci.34.d ℂQui aufert in sudore panē: quasi qui occidit proximum suum.

amos.5.f. ℂAufer a me tumultum carminum tuorum: & cantica lyrę nō audiā. Et reuelabitur quasi aqua iudicium: & iustitia quasi torrens fortis.

marci.4.c ℂQui habet dabit illi: & qui nō habet etiā quod habet auferet[x] ab eo.

geñ.49.b ℂNon auferetur sceptrum de Iuda/& dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est/& ipse erit expectatio gentium.

puer.22.c **Augere.** ℂQui calumniatur pauperem vt augeat[y] diuitias : dabit ipsi ditiori & egebit.

deu.18.c. **Augures.** Gentes istę quarum possidebis terram/augures[z] & diuinos[a] audiunt: tu autem a deo tuo aliter institutus es.

esa.47.d ℂStent et saluent te augures cœli. Qui contēplantur sydera/& supputabant menses/vt ex eis annunciarent ventura tibi : ecce facti sunt quasi stipula/ ignis combussit eos. Non liberabunt animam suam de manu flāmæ: non sunt prunę quibus calefiant/nec focus vt sedeant ad eū.

hiere.27b ℂVos nolite audire ꝓphetas vestros/et diuinos[a] / et sōniatores / & augures / et maleficos/q dicunt vobis nō inseruietis regi Babylonis: quia mendacium prophetant vobis/vt longe faciant vos de terra vestra/& eiciant vos et pereatis.

nūe.27.d **Augurium.** ℂNō est augurium[b] in Iacob: nec diuinatio in Isrł.

deu.18.b. ℂNō inueniatur in te qui lustret filium suū aut filiam ducēs per ignē: aut qui ariolos sciscitetur/& obseruet sōnia atq; auguria / ne sit maleficus nec incantator/neq; phytones cōsulat nec diuinos/et quærat a mortuis veritatē. Oia eni hæc aboiat dñs: et propter istiusmodi scelera delebit gentes in introitu tuo (Dixit dominus ad populū Israel).

ecci.34.a. ℂDiuinatio erroris/& auguria mendacia/ et somnia malefacientium: vanitas est.

ecci.37.d. **Auidus et auiditas.** ℂNoli auidus esse in omni epulatione: & non te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit

x ℂAufertur alicui quod non habet: quando impeditur habere illud quod se habiturū sperabat. Istam declarationem sentit tex. cum glosa Ioannis & Archi. in c. Guilisarius. in verbo clericalis. 23. questi. 4. y ℂAugere proprie dicitur respectu q̄titatis: ampliare vero respectu precij seu valoris. Ita probat tex. cū glo. in l. iubemus nulli in verbo augere. & ampliare. C. de sacro eccle. z ℂDe auguribꝰ meminit tex. iuris ciuilis in l. Nemo aruspicē. C. de male. & mathema. & vide quæ annotata sūt in verbo Ariolus. a ℂDe diuinatione est optimus textus in c. Nūq̄. in princ. 1. q̄sti. 1. vbi dicit tex. Nunq̄ diuinatio in bonā partē accipitur. Et dicit textꝰ in c. igitur. in princ. 26. questi. 4. Genus diuinationis a Persis fertur esse allatū. Varro aūt diuinationū quattuor dicit esse gñā/ terrā/ aquā/ aerem/ ignē. Hinc geomāciā/ hydromāciā/ pyromanciā/ aeromāciā / dicta autumant. Diuini autē dicti sūt quasi deo pleni. diuinitate eni se esse plenos simulant: & astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectāt. Alibi aūt tex. in c. vino inebriantur. 37. distinc. diuinos eos esse q coniectura mentis suæ incerta futurorum quasi vera ꝓnunciant absq; diuinorum auctoritate verborum. Et dicit ibi Archi. q̄ tales diuini de iure canonico excōmunicanł. c. 1. 26. questi. 5. & de iure ciuili decapitanł. l. nemo. in fi. C. de male. & mathe. b ℂDe augurio & Auguribꝰ est optimꝰ tex. augustini in c. igitur. in princ. 26. questi. 4. vbi dicit tex. Augures sūt: qui volatꝰ auiū et voces intendunt/ aliaq; signa rerum vel obseruationes improuisas hominibus occurrētes ferūt. Iidem sūt & auspices. nā & auspicia sunt: quæ iter facientes obseruāt. Dicta autem sunt auspicia/ quasi auium spicia: & auguria quasi auium garria idest auiū voces & linguæ. Itē augurium quasi auigerium : quod aues gerunt. Duo aūt sunt genera auspiciorū. Vnū ad oculos: alterū ad aures ptinēs. ad oculos: scilicet volatꝰ. ad aures: vox auiū. Hæc dictū c. igit. De istis aūt auspicijs & augurijs loquitur etiā glo. in l. fi. in verbo auspicia. C. de interdic. dicēs q̄ veteres per inspectionē & garritū auiū singula negocia inchoabāt. & inde dictū est augurium. De augurio etiā loquił tex. in c. Quod aūt ait 22. q̄sti. 2. & in c. si quis clericꝰ. 25. q̄sti. 5. vbi dł. Si qs clericꝰ monachꝰ vel secularis diuinatiōes vel auguria crediderit obseruāda: cū his qui cū eo crediderint ab ecclesię cōmunione pellātur. Cætera videātur in verbo diuinatio.

infirmitas[c]: & auiditas appropinquabit vſq; ad coleram.

Auis. ℭSi de auibus oblatio holocauſti fuerit domino: de turturib⁹ leuiti.1.d.
& pullis columbæ offeret eam ſacerdos ad altare. Et retorto ad collum
capite/ac rupto vulneris loco/decurrere faciet ſanguinem ſuper crepidi
nem altaris: veſiculam vero gutturis et plumas pijciat prope altare ad
orientalē plagā in loco in quo cineres effūdi ſolēt. Cōfringetq; aſcellas
ei⁹ et nō ſecabit/neq; ferro diuidet eā: & adolebit ſuper altare/lignis ig=
ne ſuppoſito. Holocauſtū eſt & oblatio ſuauiſſimi odoris dño.
ℭHęc ſunt quę de auibus comedere non debetis/& vitanda ſunt vobis: leuiti.11.b
Aquilam/& Griphem/et halietum/& miluum/ac vulturem iuxta gen⁹
ſuum/et omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam Struthionem/ &
noctuā/& larū/et accipitrē iuxta gen⁹ ſuū/bubonē/& mergulū/& ibim/
& cygnum/& onocratalum/et porphyrionem/& herodionem/& chara=
driū iuxta genus ſuum/vpupam quoq;/& veſpertilionem.
ℭOmēs aues mundas comedite. Immundas ne comedatis: Aquilā (ſc; deu.14.b.
vt ſupra articulo proximo) Nycticoracem quoq; et charadrium. Et oē
quod reptat et pēnulas habet/immūdū erit: nec comedetur.
ℭQui nitit̄ mēdacijs: hic paſcit vētos. Idē autē ipſe ſeqtur aues, volātes. puer.10.a
ℭSicut auis ad alta tranſuolans/et paſſer quolibet vadens: ſic maledi= prou.26.a
ctum[d] fruſtra prolatum/in quempiam ſuperueniet
ℭSicut auis tranſmigrans de nido ſuo: ſic vir qui dereliquit[e] locū ſuū. puer.27.b
ℭAuis quæ trāſuolat in aere cui⁹ nullū inuenit̄ argumētū itineris illi⁹ ſapię.5.b.
ſed tm̄ ſonitus alarū verberans leuē vētū/ & ſcindēs per vim itineris ae=
rē cōmotis alis trāſuolauit: & poſt hoc nullū ſignū inuenit̄ itineris illi⁹.
ℭSicut qui dimittit auem de manu ſua: ſic qui dereliquiſti proximū tuū
& non cum capies. Non illum ſequeris: quoniam longe abeſt. Effugit ecci.27.c.
enim quaſi caprea de laqueo: quoniam vulnerata eſt anima ei⁹. Vltra eū
non poteris colligare: & maledicti eſt concordatio.
ℭSicut decipula plena auibus: ſic domus eorum plenæ ſunt dolo.
ℭNunquid auis diſcolor[f] hæreditas mea mihi? nūquid auis tincta per hiere.5.g
totum? dicit dominus. hiere.12.c
ℭNūquid cadet auis in laqueum terræ abſq; aucupe?

Aura. ℭCum audiſſent Adam & Eua vocem domini dei ambulan= amos.3.b
tis in paradiſo ad auram poſt meridiem: abſcōdit[g] ſe Adam & vxor ei⁹
a facie domini dei in medio ligni paradiſi. Et diffuſius ſupra Adā.
ℭStatuit procellam eius in auram: & ſiluerunt fluctus eius. geñ.3.b.

Auris. De perforatione auris[h] ſerui: vide. Exo.21.a. Et īfra Seru⁹.
ℭAuris verba probat: & guttur eſcas diiudicat. iob.34.a.
ℭSacrificium & oblationē noluiſti: aures autem perfeciſti mihi. pſal.39.b.
ℭQui plantauit aurem non audiet: et qui finxit oculū non conſyderat pſal.93.b
ℭAures habent et non audient: neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. pſal.134.d
ℭSicut qui apprehendit auribus canem: ſic qui tranſit impatiens/& cō= prou.26.c
miſcetur rixę alterius. Et infra in verbo canis.
ℭSepi aures[i] tuas ſpinis/& linguam nequam noli audire: & ori tuo fa ecci.28.d.
cito oſtia/et ſeras auribus tuis.
ℭQui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem/ & claudit oculos ſuos eſaię.33.c

c ℭPro huius tex. annotatione videndus eſt optimus tex. Hieronymi in c. nec tales. circa ſi. de conſe. diſ.5 vbi dicit tex. Galenus vir doctiſſimus/interpres Hippocratis/ athletas quorū vita & ars ſagina eſt/ dicit in exhortatione medicinæ/nec viuere poſſe diu nec ſanos eſſe: animaſq; ita nimio ſanguine & adipibus quaſi luto innuolutas nihil tenue/ nihil cœleſte/ ſed ſemper de carnibus eructare & ventris ingluuiē cogitare. Et conformiter etiā ad hanc ſentē tiam ſapiētis facit bon⁹ tex. in c. Nec tales. verſi. Hippocras. de conſecra. diſ.5. vbi dicit tex. Hippocras amphoriſmis opimis docet/ & craſſa & obeſa corpora q̄ creſcendi menſurā impleuerint (niſi cito ablatione ſanguis minuant̄) in paralyſin & peſſima morborū gña erumpere. Econtrario aūt morbos obcrapulā enatos per abſtinentiam curari dicit tex. in c. legimus. eadē diſ vbi dicit̄. Legim⁹ quoſdā in morbo articulari & podagræ humorib⁹ laborātes ad ſimplicē menſā & pauperes cibos redactos conualuiſſe. d ℭMaledictū fruſtra prolatū i quēpiā ſuperueniet. ideſt maledictū iniuſte platū in aliquē/ redūdabit ſeu cōuertet̄ i pnicię pferētis. Iſtā declarationē ſentit tex. Auguſtini i c. illd. 11. q̄ſti. 3. vbi dicit̄ Illd plane nō temere dixeri/ q̄ ſi qſq̄ ſi delin̄ fuerit anathematizat⁹ iniuſte: poti⁹ ei oberit q facit q̄ qui hāc patit̄ iniuriā. ſpūs eni ſāctus hitās in ſāctis p quē quiſq; ligatur aut ſoluitur: immeritā nulli ingerit pœnā. & ſubiūgit̄. Salomō dicit. Sicut auis in incertū volās & paſſer quolibet vadēs: ſic maledictū fruſtra platū venit ſup eū q miſit illū. e ℭDerelinq̄re locū ex temeritate vel leuitate: i prudētis eſt. derelinquere vero ex ſpūs iſtigatiōe & ratiōe āplioris profect⁹ ſpiritualis: ē prudētis. Tex. eſt i c. duę ſūt. i ſi. 18. queſti 2. & facit c. licet. de regula. De quo dicetur diffuſius in verbo locus. f ℭSimile videt̄ qd dicit̄. Nō indues veſtē laua liuoq; cōtextā. nō arabis cū boue & aſino. De quib⁹ dictis annotatū eſt i verbo Arare.
g ℭVideant̄ ānotata in verbo. Adā.
h ℭAuris andicat̄ eſſe mēbrū hois ita q; vbi eſt āputādū mēbrū p aliquo delicto/ ſufficiat aurē amputari: poſuūt legiſtę in l.2. ff. de publi. iudi. Ange i audiē. vt nulli iudi. & Bal. in l. data opera C. qui accu. nō poſſunt. Et cōcludunt q; ſic. qualitate tamen delicti penſata.
i ℭHoc dictū citat Archidi. in c. Ex merito. in ſi. 6. queſti. 1. vbi multa ponit ad commendationē taciturnitatis q̄

ne videat malũ/iste in excelsis hitabit: muniméta saxorũ sublimitas ei⁹.
hiere.19.a ℭEcce ego inducam afflictionem super locum istum: ita vt omnis qui audierit illam tinniant aures eius/eo q dereliquerunt me.

ℭDe Petro qui amputauit auriculam:[k] vide. Lucæ.21.e. Cætera vide supra in verbo audire: et infra Petrus.

2.reg.23.a **Aurora.** ℭDñatur hominum iustus dominatur in timore dei. Sicut lux auroræ oriente sole mane absq nubibus rutilat: et sicut pluuiis germinat herba de terra.

iob.24.c. ℭSi subito apparuerit aurora/adulteri arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant.

iob.38.b. ℭNũquid post ortũ tuũ præcepisti diluculo: aut ostẽdisti auroræ locũ suũ?

Psal.73.c ℭTuus est dies et tua est nox: tu fabricatus es auroram et solem.

cãn.6.d. ℭQuæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens: pulchra vt luna/electa vt sol/terribilis vt castrorum acies ordinata?

gen.2.b. **Aurum.** ℭFluuius egrediebat̃ de loco voluptatis ad irrigãdũ paradisũ: qui inde diuidit̃ in quatuor capita. Nomẽ vni Phison. Ipse est q circuit oẽm terrã Euilath: vbi nascitur aurũ[l]/et aurũ terræ illi⁹ optimũ ẽ.

3.reg.7.g ℭFecit Salomõ oĩa vasa in domo domini aurea[m]/altare aureũ/& mẽsam super quam ponerẽtur panes propositionis auream/et candelabra aurea quinq ad dextram/et quinq ad sinistram contra oraculum ex auro puro/et quasi lilii flores/et lucernas desuper aureas/& forcipes aureos/et hydrias/et fuscinulas/& phialas/& mortariola de auro purissimo/ & cardines ostiorum domus interioris sanctisanctorum et ostiorum domus templi ex auro erant.

ℭDe auro quod offerebatur Salomoni per singulos annos: vide. 3. Regum.10. capite. Et infra in verbo Salomon.

iob.23.b. ℭProbauit me dominus quasi aurum quod per ignem transit.

iob.28.a. ℭHabet argẽtũ[n] venarũ suarũ pricipia: & auro loc⁹ est ĩ quo cõflat̃.

iob.28.a. ℭLocus sapphyri/lapides eius: & glebæ illius aurum.

iob.28.c. ℭNon dabitur aurum obrizum pro sapientia: nec appendetur argentum in commutatione illius.

iob.31.c. ℭSi putaui aurum robur meum/& obrizo dixi fiducia mea: pro frumẽto oriatur mihi tribulus/& pro ordeo spina. Vbi latius.

iob.37.d. ℭAb aquilone aurum venit: & a deo formidolosa laudatio.

iob.41.d. ℭVehemot sternet sibi aurum[o] quasi lutum.

videri possunt/& dicentur loco aptiori. k ℭ De amputatione auriculæ per Petrum: est bonus tex. istius declaratiuus in c. si Petrus.24 questi.1. vbi dicit tex. Si Petrus volens percussit aurẽ: docuit q aurẽ in spem habere non deberent/quã in ministerio non habebant. sed bonus dñs & ipse refundit auditũ: secũdum prophetica dicta demonstrans & ipsos si conuertantur/posse sanari qui passione Christi vulnerati sunt/eo q omne peccatũ in ministerio fidei abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. quare Petrus? quia ipse est qui accepit claues regni cœlorum. Ille enim condẽnat qui & absoluit: qui ligandi atq soluendi idẽ adeptus est potestatem. Tollit autem aurem male audientis: tollit aurẽ gladio spirituali/aurem interiore male intelligẽtia. Caueamus ne cui tollatur auricula: dum legit̃ passio dñi. Si aũt ad diuinitatẽ eius referimus ĩfirmitatẽ corporeæ passionis: exciditur auricula. exciditur a Petro qui non passus est Christum prophetam æstimari, sed dei filiũ docuit fideli cõfessione signari. Hæc tex. d.c. Si Petr⁹. De qua etiã amputatiõe auris loquit̃ tex in c. cũ a Iudæis. 23. questi 8. Et de hoc vberius in verbo Petr⁹.

l ℭAuri appellatiõe non venit signatũ seu pecunia signata: sed tantũ id aurũ quod in massa ẽ/ vel in corpore nõ pecunioso. Tex. est apud legistas l. Cũ aurũ. in pric. ff. de Au. & argẽ. leg. Et facit. tex. in l. Quintus. in.2.§.ff. eodem.

m ℭDe conse. dis 1. in pri. in versi. Salomõ. &.12. q̃sti.2. in c. Gloria epi. vbi ista hodie in ecclesijs facienda non esse Hieronymus existimat. dicit ei. Multi ædificant parietes/& colũnas ecclesiæ substrahũt. marmora nitẽt auro/laquearia splẽdẽt/ gẽmis altare distinguit: & ministrorũ Christi nulla est electio. Neq vero mihi aliqs opponat/diues in Iudæa templum/ mensam/patellas/cyphos/mortariola/& cætera ex auro fabricata. tunc hæc probabantur a domino: quando sacerdotes hostias immolabant/ & sanguis pecudũ erat remissio peccatorum. quamq hæc oĩa pcesserint in figurã. Scriptũ est aũt propter nos/in quos fines sæculorũ deuenerũt. Nũc vero cũ paupertatẽ dom⁹ suæ pauper dñs dedicauit: portem⁹ crucẽ/& delicias lutũ putemus. Hæc Hiero. in dicto c. Gloria. Et Ambro. in c. aurũ in pric. eadẽ causa & q̃sti. dicit. Aurũ habet ecclesia/ nõ vt seruet: sed vt eroget & subueniat in necessitatib⁹. Quid est opus custodiri quod nihil adiuuat? An ignoramus q̃tũ auri atq argenti de templo domini Assyrij sustulerũt? Nonne melius conflat sacerdos pro alimonia pauperum/si aliqua subsidia desint: q̃ si sacrilegus cõtaminat & asportat hostis? Nõne dicturus est dominus. Cur passus es tot inopes fame mori? Certe habebas aurum vnde ministrasses alimoniã. Cur tot captiui in captiuitatem ducti nec redẽpti ab hoste occisi sunt? Melius fuerat vt vasa viuẽtium seruares q̃ metallorum. His nõ potes respõsum referre. Quid enim dices? Timui ne templo dei ornatus deesset. Respondeo. Aurũ sacramenta nõ quærũt: neq auro placẽt quæ auro nõ emũtur. ornat⁹ sacrorũ/redẽptio captiuorũ est: & vera illa sunt vasa pciosa q̃ redimunt aĩas a morte. ille verus thesaurus est dñi: qui operatur quod sanguis ei⁹ operat⁹ est. Hæc Ambro. n ℭ Hoc dictũ Salomonis ponit glo. in c. ferrũ. in glo. prima 50. distinc.

o ℭ De pœni dis.2. c. multi. in fi. & c. seq. in princ. vbi Gregorius hũc textũ Iob exponẽs dicit. Cur leuiathã aurũ hoc est viros sãctitatis claritate fulgẽtes/ quasi lutũ sibi vitijs coinquinãdo substernit? Quia aurũ qd prauis ei⁹ suasionib⁹ quasi lutũ sterni potuit. Aurũ ante dei oculos nũq̃ fuit. qui enim seduci quandoq non reuersuri possunt: quasi habitam sanctitatem ante oculos hominum videntur amittere. sed eam ante oculos dei nunq̃ habuerunt. Hæc Gregorius. & dicetur in verbo Vehemot.

p ¶ Vt aurũ non oĩno diligẽdũ est. sic nec etiã omnino contẽnẽdum est. Et ideo solius est principis aurũ spargere. vt dixit textus. in auctẽ. de consulib⁹. §. Spargere. colla. 4 & est glo. in l. 2. in verbo patimur. C. de cõsu. li. 12.
q ¶ Nõ iustificabit: supple q2 iustitiam quã alijs exhibere tenetur, auri dilectione allectus nõ exhibebit. Pauper enĩ dum non habet quod offerat in iudicio: non solum audiri contẽnitur, sed etiã contra veritatem opprimitur. Cito violat auro iustitia, nullaq; reus pertimescit culpam quam redimere nimis existimat. Ita dicit tex. Isidori in c. pauper. 11 questi 3.

¶ Non inueniet fraudulẽtus lucrum: & substãtia hois erit auri preciũ. puer. 12. d

¶ Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantium. prouẽ. 27. c

¶ Omne aurum in comparatione sapientię arena est exigua. sapie. 7. a

¶ Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia: et homini liuido ad quid aurum? ecci. 14. a.

¶ Pone thesaurum tuum in præceptis altissimi: & proderit tibi magis q̃ aurum. Et infra præceptum.

¶ Qui aurum [p] diligit, non iustificabitur: [q] et qui insequitur consũptionem replebitur ex ea. ecci. 13. a.

¶ Multi dati sũt i auri casus: et facta est in specie ipsius perditio illorũ. cci. 13. a.

¶ Lignum offensionis est aurum sacrificantium. Væ illis qui sectantur illud: et omnis imprudens deperiet in illo. ecci. 13. a

¶ Beatus diues qui inuentus est sine macula: et qui post aurũ nõ abiit, [r] nec sperauit in pecunia et thesauris. Quis est hic et laudabim⁹ eũ? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est: & erit illi gloria æterna. Qui potuit transgredi et non est transgressus: & facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in domino: & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. ecci. 31. a.

¶ Gemmula carbunculi in ornamento auri: & comparatio musicorum in conuiuio vini. ecci. 32. a.

¶ Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi: sic numerus musicorum in iocundo & moderato vino. ecci. 32. b.

¶ Assumite disciplinam in multo numero argẽti: et copiosum aurum [s] possidete in ea. ecci. 51. d.

¶ De magis qui obtulerunt aurum Ihesu nato: vide Mathæi. 2. Et infra in verbo magi.

¶ Pro ære afferam aurum [t], et pro ferro afferam argentũ, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. esa. 60. c.

Auster.

¶ Nonne vestimenta tua calida sunt: cum perflata fuerit terra austro. iob. 37. c.

¶ Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? iob. 39. c.

¶ Transtulit austrum de cœlo: & induxit in virtute sua africum. psal. 77 c.

¶ Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem: in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. eccẽs. 11. b

¶ Surge aquilo, & veni auster, perfla hortũ meũ: & fluẽt aromata illius. cãti. 4. d.

¶ Qui habitatis terram austri: cum panibus occurrite fugienti. esa. 21. d.

¶ Dicam aquiloni, da: et austro, noli prohibere. esa. 43. a.

¶ Ciuitates austri clausę sunt: et non est qui aperiat. hiere. 13. c

¶ Deus ab austro veniet: et sanct⁹ de monte Pharam. abac 3a.

¶ Regina austri [v] surget in iudicio cum viris generationis huius, & condẽnabit illos: quia venit a finibus terrę audire sapientiam Salomonis. lucę 11. d.

¶ Cum videritis austrum flantem: dicitis quia ęstus erit & fit. lucæ. 12. g

r ¶ Quod est q̃difficillimũ. quia vt dicit notabiliter Archi. in c. hæc autẽ. in fi. vbi citat Hieronymũ 30. distic. Diuitias habuisti: requiẽ perdidisti. Dum vigilas: augmentũ diuitiarũ cogitas. Dũ dormis: latronẽ somnias. In die solicitus, i nocte pauid⁹: & sic semp pauidus. Et pro hoc dicto est bonus tex. in c. sicut. in princ. 47. distin. De quo tex. dictũ est s. in verbo auarus. Istud autem, post aurum scilicet non abire, & in pecunia & thesauris non sperare: ecclesiasticos viros præ cęteris respicit. prout est bon⁹ tex. in c. aurum habet ecclesia. & in c. Gloria epi. 12. questi. 2. de quibus textibus videatur. s m. hinc dicit elegans tex. in l. si quẽq. circa me. C. de epis. & cle. Quis locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata: si veneranda dei templa pecunijs expugnẽtur? Quẽ murũ integritatis, aut vallũ fidei prouidebimus: si auri sacra fames penetralia veneranda proserpit? Deniq; quid cautũ esse poterit, aut securũ: si sanctitas incorrupta corrumpitur? Cesset altaribus imminere prophanus ardor auaritiæ: & a sacris adytis repellat piaculare flagitium. Hæc. tex.

a ¶ Aurum fortasse non incongrue hic sumitur pro sapientia: sicut etiã nõnũq̃ sumitur apud canonistas. vt est bon⁹ tex. Gregorij. in c. pricipiũ. versi. aurũ op⁹ decoris tui. de pœni. dis. 2. & est glo. in c multi. i verbo aurũ. eadẽ distic.

t ¶ Inter metalla q̃ hic numerantur, preciosissimũ est aurũ: & post ipsum est argentum. Ita dicit textus in auctẽ. De cõsuli. §. hæc itaq; versi. Spargere. colla. 4. Et circa hoc dictũ Esaiæ notari potest glosa in l. mortuorũ. C. de relig. & sũp. fune. quæ dicit q̃ si ęs iungatur auro: aurũ polluitur.

v ¶ De hac regina austri loquit tex. Hieronymi in c. vereor. 8. q̃sti 1 dicẽs. Vereor quõ regina austri veniẽs a finib⁹ terræ audire sapiẽtiã Salomonis iudicatura est hoies tẽporis sui. Et Archi. ibi dicit q̃ ẽ iudicatura cõparatiõe melioris vitę: nõ aũt iudicij potestate.

michc.7 a **Autumnus.** ℭVę mihi: quia factus [x] sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ

iudę. 1. a. ℭArbores autumnales infructuosę quę dicātur: habeť & infra vę.

2. para. 19. a **Auxilium.** ℭIosaphat regi Iuda occurrit Hieu filius Anani vidēs: & ait ad eum. Impio prębes [y] auxilium/ et his qui oderunt dominum amicitia iūgeris: & idcirco iram quidem merebaris. [y] Sed bona opera [yy] inuenta sunt in te: eo ꝙ abstuleris lucos de terra Iuda/ & præparaueris cor tuum vt requireres dominum deum patrum tuorum.

Psal.48.c ℭAuxilium eorum veterascet i inferno a gloria eorum.

Psal.59.c. ℭDa nobis (domine) auxilium de tribulatione: quia vana salus hoīs.

psal.70.b ℭDeus meus in auxilium meum respice.

Psal.83.b ℭBeat⁹ vir cuius est auxiliū abs te (dn̄e) .Et supra ascensio: vbi latius.

psal.120.a ℭAuxilium meum a domino: qui fecit cœlum et terram.

osee.13.c. ℭPerditio [z] tua Israel ex te: tantummodo in me auxilium tuum (dixit dominus)

ad heb. 4.d. ℭAdeamus cum fiducia ad thronū gratię dei: vt misericordiam consequamur/ & gratiam inueniamus/ in auxilio oportuno.

leuiti.2.c. **Auunculus.** [zz] ℭDe pœna coeuntis cum vxore auunculi: vide Leuitici .20 et infra in verbo coire.

2 par.14.c **Auxiliari.** ℭDomine non est apud te vlla distantia: vtrum in paucis auxilieris aut in pluribus.

ad heb.2d ℭIn eo in quo passus est ipse et tentatus: potens est (dominus) eis qui tētantur auxiliari. Et vide infra in verbo tentare.

Azimus. ℭDe festo azimorum: vide Exo. 23 b. Et infra festum.

ℭDe comestione azimorum: vide. Exo. 23. b. Et infra comedere.

x ℭHoc dictum prophetæ Textus in c. & hoc diximus. versi. Item ipse per Ozee. 16. questi. 7. sentit intelligendum de saluatore nostro Ihesu Christo. Ibi enim posito imprimis hoc dicto ꝓphetico subiungitur. Cū intellexeris Ihesum dicentē talia & lugentem peccata nostra: aspice simul & illud quod in euangelio scribitur. Cū vidisset Hierusalē stetit & fleuit super eā: & dixit Quia si cognouisses & tu. Et si rationabiliter fleuit super Hierusalem: rationabili⁹ fleuit super ecclesiā/ ędificatā quidem vt esset domus orationis/ factā aūt propter turpia lucra speluācā in latronū. Hæc tex.

y ℭEt sic auxiliator ipsi venit puniēd⁹. Verū aūt eadem pœna qua is cui se exhibet auxiliatorē: tex. est apud canonistas i c 1. de oīn delega. & ibi glo. & glo. in cle. 1. & ibi Cardi. de immu. eccle. & est tex. in c. sicut dignū. versi. illi etiam de homicidio. & in c. excōmunicamus. §. Credētes. de hęre. lib. 6. Et apd legistas est tex. in l. 1. in fi. C. de cri pecula. in l. raptores. versi. Qui itaꝗ. C. de epis. & cle. i l. furti. §. Ope. & in l. is q opē. ff. de furtis & i l. 1. C. de his qui latro. occul. Et resolutio illorum textuum & doctorum scribentium est: ꝙ puniendus est eadem pœna/ si auxilium suum dederit delicto causam proximā. secus si tantum causa remotā: quia tunc mitius punitur. Et ita loquitur textus in d. c. sicut dignum. versi. illi etiā. Vel si ex statuto specialis pœna imponeret auxiliatori. quia tūc pœna principaliter delinquētis non plecteretur. Vt legistę concludunt in d. l. Is qui opem. Et cano. in dicto. c. 1. de oīn. dele. Et circa hunc textum qui loquitur de auxilio præstito in bello: notandū est solenne dictū Inno. in c. sicut. le. 2. de iureiu. vbi dicit ꝙ auxilium præstans in bello iniusto: non habet actionē ad impendia vel dāna recuperanda. Et illud dictū sequitur ibi Panor. colū pe. De hac aūt materia auxilij videndū est quod late annotatur in verbo consensus.

yy ℭSic ergo in punitione malorū habetur ratio præteritorum bonorum. quod verū est q̄tū ad hoc vt mitior pœna pro malis perpetratis imponi debeat. non aūt q̄tū ad hoc vt pœna pro malis debita omnino absorbeatur. Istam declarationem probat textus cum glo. in verbo bonorum. in c. hoc nobis. de pœni. distinc. 4. vbi dicit. Hoc nobis maxime consyderādū est: quia cum mala committimus/ sine causa bōa nostra transacta reuocamus. quoniam in perpetratione malorū nulla debet esse fiducia præteritorū bonorū. de pertuso quippe saculo aliūde exit qd aliūde mittitur. quia indiscretę mētes mercedē quæ ex bono acquiritur non aspiciūt quō ex malo opere perdatur. Hęc textus. quē glosa declarans dicit non esse habendam fiduciā bonorū vbi mala adsunt: qui ꝑ malis punietur/ licet mitius sit puniend⁹. vel etiā non esse habendam fiduciā quoad vitam ęternam consequendam: licet quo ad pœnā mitiorem subeundā possit haberi fiducia.

z ℭSimile est quod dicit psalmista. Spiritus vadens & non rediens. cadit quippe homo de per se: sed ex se solo non resurgit. Ita dictum psalmistę declarat glosa i c. cōuertimini. in glo. ma. circa fi. de pœni distinc. 1.

zz ℭAuunculus & patruus quomodo inuicē secernantur: satis protritū est. Quandoꝙ tamen auunculus/ patruus vocať: & patruus auunculus. vt est bon⁹ tex. & ibi ponunt legistę. in l. 1. C. de succes. edic. Et sunt in tertio gradu consanguinitatis. & in successione nepotū præferuntur consobrinis qui gradu sunt posteriores. textus. est. in l. Auunculo. C. communia. de succes. & in. §. tertio & §. quarto Iusti. de gradu cogna.

Finis Litterę. A.

a ℭ Babylonia ciuitas erat in Chaldęa regione/ vt dicit glosa in c. si Paulus. in verbo Chaldæorū. 32. questi 5. Et dicit Archidi. in c. fina. 6. dis. ꝙ Babylonia fuit ędificata in eo loco in quo cōfusio linguarū facta est. Dicit etiā idem Archidi. in c. in salicib⁹. de pœni. distinc. 3 ꝙ Babylon quatuor significat. Prio mūdū. vt Esaię Babylon dilecta mea posita es mihi in miraculū. Itē populū gētiū. vt in psal. Memor ero Raab & Babylonis sciētiū me. Item collectionē malorum. Apo 18. cecidit Babylon magna & facta ē habitatio dęmoniorum. Itē cōfusionē de peccato. Micheę. 4. Veniēs vsq ad Babylonē ibi liberaberis. Hęc. Archidi.

BAbylon. [a] ℭSuper flumina Babylonis [b] illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui sion. psal. 136 a

ℭFilia Babylonis [c] misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis. psal. 136. b

ℭErit Babylon illa ciuitas gloriosa i regnis inclyta i superbia Chaldęorum subuersa: sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorram. Non habitabitur vsq in finem: et nō fundabitur vsq ad generationem & genertaionem. Nec ponet ibi tentoria Arabs/ nec pastores requiescent ibi: sed quiescēt ibi bestiæ. Et replebūtur domus eorum draconibus/ & habitabunt ibi struthiones: & pilosi saltabunt ibi/ & respondebunt ibi vlulæ in ędibus eius/ & syrenæ in delubris voluptatis. esa. 13. g.

ℭPerdam Babylonis nomen/ & reliquias/ & germen/ et progeniem (dixit dominus). Et ponā eam in possessionem hericii/ et in paludes aquarum: & scopabo eam in scopa terēs (dixit dominus exercituum). esa. 14 f.

ℭBabylon dilecta mea posita es mihi in miraculum. esa. 21. b.

ℭCecidit cecidit Babylon: & omnia sculptilia [d] deorum eius contrita sunt in terra. esa. 21. c.

ℭLeuate signum/ prædicate/ & nolite celare: dicite capta est Babylon/ cōfusa est Bel/ victus est Merodach/ cōfusa sunt oia sculptilia [d] eorum. hiere. 50 a

ℭOmnis qui transibit per Babylonem stupebit: & sibilabit super vniuersis plagis eius. Pręparamini contra Babylonem per circuitum. Omnes qui intenditis arcum debellate eum. Non parcatis iaculis: quia domino peccauit. Clamate aduersus eam: vbiq dedit manum. Ceciderunt fundamenta eius/ destructi sunt muri eius: quoniam vltio domini est. Vltionem accipite de ea. Sicut fecit: [e] facite ei. Disperdite satorem de Babylone: & tenentem falcem in tempore messisa facie gladij columbę. hiere. 50. c

ℭHæc dicit dominus. Ego suscitabo super Babylonem et super habitationes eius qui cor suum leuauerunt contra me/ quasi ventum pestilentē: et mittam in Babylonem ventilatores/ & ventilabunt eam et demolientur terram eius. hiere. 51. a

ℭCalix aureus Babylon in manu domini inebrians omnem terram. De vino eius biberunt omnes gentes: et ideo commotę sunt. Subito cecidit Babylon/ & contrita est. Vlulate super eam/ tollite resinam ad dolorem eius: si forte sanetur. Curauimus [f] Babylonem et nō est sanata. Derelinquamus eam/ et eamus vnusquisq in terram suam: quoniā peruenit vsq ad cœlos iudicium eius/ & eleuatum est vsq ad nubes. hiere. 51 a

ℭSi ascenderit Babylō in cœlum/ & firmauerit in excelso robur suum: ad me venient vastatores eius. Dixit dominus. hiere. 51. f

ℭMur⁹ Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur/ et portę eius excelsę igne comburentur: et labores populorum ad nihilum/ et gētiū in ignem erunt & dispenbunt. hiere. 51. g

ℭSustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarē magnum/ & misit in mare: dicens. Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & vltra iam nō inuenietur. Et vox citharœdorum & musicorum/ & tibia canentium/ et tuba non audietur in te amplius: et omnis artifex/ omnisq ars non inuenieť in te āplius/ et vox molæ nō audieť in te āpli⁹ & lux lucernę nō lucebit in te amplius/ & vox sponsi & sponsæ non audietur apo 18. f.

b ℭ De conse. dis. 1. c. hi duo. in princ. vbi dicit tex. Alleluia & gloria in excelsis deo in septuagesima intermittunt: quia peccato hominis veteris a conuentu angelicę iubilationis expulsi/ in huius miserę vitæ Babylonem super flumina eius sedemus & flemus/ dū recordaremur illius sion i qua deū decet hymnus.

c ℭ De pœni. distic. 3. c. in salicib⁹. paulo ante fi. vbi dicit tex. qui Ambrosij est. Miseratus Dauid animā tentamentis diabolicis oppressā: ait Filia Babylonis misera. Vtiq Babylonis filia est anima quę dei filia desijt esse: cui tñ medicū iuitat dicens. Beat⁹ qui tenebit & allidet paruulos suos ad petrā: hoc est qui infirmas & lubricas cogitationes elidit ad Christū qui oēs irrationales mot⁹ sui reuerētia & descriptione comminuit. Hęc. Ambro.

d ℭ De hac prophetali simulachrorū euersionis prædictione meminit tex. Augustini in c. sciendum §. Nōnūq. versi. quid ergo. 26. questi. 4.

e ℭ Notanda sunt hæc verba: quia id sonant quod iurib⁹ humanis dicitur/ aliquem esse puniendum similitudine supplicij/ cum scʒ aliquē falso accusauit. Sicut ei fecit seu facere voluit/ sibi faciendū est: itaq ea pœna plectetur/ qua aliū curauit esse plectēdū. Ita dicit tex. in c. quisquis. & in c. Qui crimē. 2. qsti. 8. & in c. 1. & 2. de calūnia. & in l. fi. C. de accusa. Et dicetur. ¶. calūniator.

f ℭ Curatur Babylon & nō sanatur: qñ flet homo peccator peccata q̄ cōmisit/ sed tamē post fletum ad ea iterum cōmittenda velut canis ad vomitū reuertiť. Bonus est tex. in c. lauamini. de pœni. dis. 3. vbi dicit. Post lauacrū mūdus esse negligit: qsquis post lachrymas vitę innocentiā non custodit. Lauanť ergo nec mūdi sūt: q cō-

missa flere nõ desinũt/sed rursus flenda committunt. Et in c. Irrisor. in fi. eadem distinc. dicit textus. Lauatur & mũdus est: qui & præterita plãgit/ & flenda iterũ non admittit. Lauatur & non est mundus: quę plangit q̃ gessit/ nec deserit/ & post lachrymas ea quæ fleuerat repetit. g ¶ De baculo pastorali quo episcopi vtũtur: textus est cum duabus glosis in c. vnico. §. fi. in verbo hystoriam. & in verbo mysticam rationem. de sacra vnctione. & ibi de hoc baculo Hostien. in vlti. colũ. notabiliter loquitur.

adhuc in te: quia mercatores tui erãt principes terrę/ & in bñficijs eius erraucrunt omnes gentes / & in ea sanguis prophetarum et sanctorum inuẽtus est et omnium qui interfecti sunt in terra.

Geñ. 32. c. **Baculus.**[g] ¶ In baculo meo (dicebat Iacob) transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior.

¶ De agno paschali qui a tenentibus baculos in manib9 erat edendus: vide Exodi. 12. Et supra in verbo agnus.

Psal. 22. a ¶ Virga tua[h] et baculus tuus domine: ipsa me cõsolata sunt.

Tobi. 5. d ¶ Cum profectus esset Tobias: cœpit mater eius flere/ & dicere. Baculũ senectutis nostræ tulisti: & transmisisti a nobis.

Zacha. 8. a ¶ Viri baculus in manu eius præ multitudine dierum.

Nu. 22. b. **Balaam.** ¶ Balac rex Moab misit nuncios ad Balaam filium Beor/ ariolum/ qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon: vt vocarẽt eum/ et dicerẽt. Ecce egressus est populus de Aegypto qui operuit superficiem terrę: sedens contra me. Veni igitur/ & maledic populo huic qui fortior me est: si quo modo possim percutere/ et eijcere cum de terra mea. Noui enim q̃ benedictus sit cui benedixeris: & maledictus in quẽ maledicta congesseris.

22. c. ¶ Perrexerunt seniores Moab/ & maiores natu Madiã: habentes diuinationis[i] precium in manibus. Cumq; venissent ab Balaam/ & narrassent ei omnia verba Balac: ille respondit. Manete hic nocte: et respõdebo quod dixerit mihi dominus. Manentibus autem illis apud Balaam: venit deus/ et ait ad eum. Quid sibi volũt homines isti apud te? Respondit. Balac filius Sephor/ rex Moabitarum misit ad me dicens. Ecce populus qui egressus est de Aegypto/ operuit superficiẽ terrę. Veni & maledic ei: si quo modo possim pugnans abigere eum. Dixitq; deus ad Balaam. Noli ire cum eis: non maledicas populo/ quia benedictus est. Qui mane consurgens dixit ad principes. Ite in terram vestram: quia prohibuit me de9 venire vobiscũ. Reuersi principes dixerũt ad Balac. Noluit Balaam venire nobiscum. Rursum ille multo plures et nobiliores q̃ ante miserat misit. Qui cum venissent ad Balaam: dixerunt. Sic dixit Balac filius Sephor. Ne cuncteris venire ad me. Paratum habeo honorare te: & quicquid volueris dabo tibi. Veni: et maledic populo isti. Respõdit Balaam. Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri: non potero immutare verbum domini dei mei / vt vel plus vel minus loquar. Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte: vt scire queã quid mihi rursum respondeat dominus. Venit ergo deus ad Balaam nocte: & ait ei. Si vocare te venerunt homines isti: surge/ et vade cum istis/ ita dũtaxat vt quod tibi pręcepero facias.

Nu. 22. e. ¶ Surrexit Balaam mane: & strata asina sua/ profectus est cũ nũciis regis Moabitarum. Et iratus est deus. Stetitq; angelus domini in via cõtra Balaam/ qui sedebat asinæ: & duos pueros habebat secum. Cernẽs asina angelum stantem in via euaginato gladio/ auertit se de itinere: & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaã / & vellet ad semitam reducere: stetit angelus in angustiis duarum maceriarum / quibus vineæ cingebantur. Quem videns asina iunxit se parieti: & attriuit sedẽtis pedem. At ille iterum verberabat eam: & nihilominus angelus ad locum angustum transiens/ vbi nec ad dextram nec ad sinistram poterat de-

h ¶ 45. dis. c. disciplina. versi. hinc etiam Dauid. vbi Gregorius illi9 textus auctor dicit. Virga percutimur & baculo sustentamur. Sit ergo districtio iustitię quę feriat: sit & consolatio baculi quę sustentet. Sit amor/ sed non emolliẽs: sit rigor/ sed non exasperãs. Sit zelus ĩmoderate sęuiẽs: sit pietas/ sed nõ plusq̃ expediat parcẽs. Et de hoc baculo correctionis loquens textus. 45. distinc. in prin. dicit. Innocentis absq; sermone conuersatio q̃tum exemplo prodest: tantũ silentio nocet. Nam latratu canum/ & baculo pastorum/ lupi sunt arcendi. Quomodo aũt in correctione sit virga iungẽda cum baculo/ id est misericordia cum seueritate: dicetur diffusius ĩfra in verbo corripere.

i ¶ In huius textus nedum exornationẽ sed etiam elucidationẽ/ notandus est bonus textus in c. Nũq̃. 1. questi. 1. vbi dicitur. Nunq̃ diuinatio in bonam partem accipitur. videbatur quidẽ sibi esse ꝓphetę: sed quia pecuniam accipiebant/ pecunia eorum facta est diuinatio. Cum ergo secũdum Hieronymũ boni prophetæ non munera prophetię accipiebãt sed stipes tabernaculi/ mali aũt quia accipiebãt/ ꝓphetiam quę deierat donum in diuinationem quę diabolica est conuertebant: quid aliud colligitur/ nisi ꝙ in simoniacis nulla spiritualis gratia cooperatur? Cum enim in sacramẽtis neq; qui plantat/ neq; qui rigat est aliquid/ sed qui incrementum dat deus? quis operatur in eis, si dominus qui incrementum dat / in eis non lucet/ sed est ociosus? Hæc textus. in d. cap. Nũq̃.

uiari/ obuius stetit. Cũq; vidisset asina angelum stantem: concidit sub pedibus sedentis. Qui irat⁹ vehemẽtius cædebat fuste latera eius. Aperuitq; [k] dñs os asinę: & loquuta ẽ. Quid feci tibi? Cur percutis me ecce iam tertio? Respondit Balaam. Quia commeruisti: et illusisti mihi. Vtinam haberẽ gladiũ vt percuterẽ te? Dixit asina. Nõne animal tuũ sum: cui semper sedere cõsueuisti vsq; in pręsentem diem? Dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait. Nunq̃. Et protin⁹ aperuit dominus oculos Balaam: et vidit angelum stantem in via euaginato gladio/adorauit q; eum pronus. Cui angelus. Cur (inquit) tertio verberas asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi: quia peruersa est via tua / mihiq; contraria. Et nisi asina declinasset de via/ dans locũ resistẽti: te occidissẽ/ et illa viueret. Dixitq; Balaam. Peccaui: nesciens q; tu stares contra me. Et nũc si displicet tibi vt vadam: reuertar Ait angelus. Vade cum istis: & caue ne aliud q̃ pręcepero tibi loquaris.

¶Iuit (Balaam) cum principibus (regis Moabitarum) Quod cum audis- Nu.22.g.
set Balac: egressus est in occursum eius in oppido Moabitarũ/ quod situ est in extremis finibus Arnõ. Dixitq; ad Balaam. Misi nuncios vt vocarent te. Cur non statim venisti ad me? An quia mercedẽ aduentui tuo reddere nequeo? Cui ille respondit. Ecce adsum. Nunquid loqui potero aliud: nisi quod deus posuerit in ore meo? Perrexerũt ergo simul: & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. Cumq; occidisset Balac boues et oues: misit ad Balaam & prĩcipes qui cum eo erant/ munera. Mane autem facto/ duxit eum ad excelsa Baal : et intuitus est extremam partem populi.

¶Dixit Balaam ad Balac. Aedifica mihi hic septem aras: et para totidẽ Nu 23. a.
vitulos/ eiusdemq; numeri arietes. Cumq; fecisset iuxta sermonem Balaam: imposuerunt simul vitulum et arietem super arã. Dixitq; Balaam ad Balac. Sta paulisper iuxta holocaustum tuum/ donec vadam si forte occurrat mihi dominus: & quodcũq; imperauerit loquar tibi. Cumq; abiisset velociter: occurrit illi deus/ loquutusq; ad eum Balaam. Septem (iquit) aras erexi: et imposui vitulum et arietem desuper. Dominus autẽ posuit verbum in ore eius: & ait. Reuertere ad Balac : & hæc loquaris. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum/ & omnes prĩcipes Moabitarum: assumptaq; parabola sua dixit. De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum de montibus orientis Veni (inquit) & maledic Iacob: propera/ & detestare Israel. Quomodo maledicam [l] cui nõ maledixit deus? Qua ratione detester: quem dominus non detestatur? De summis silicibus videbo eum: & de collibus consyderabo illum. Populus solus habitabit: & inter gentes non reputabitur Quis dinumera-

k ¶2. questi. 7. c. secuti sunt. in princi. vbi ex hoc textu dicit q; docti ab indoctis/ clerici a laicis/ nõnunq̃ merito redarguuntur: qui tamẽ comparantur Balaam qui verbis asinę contra naturam loquentis corrigitur/ nec tamen a proposito praui itineris retardat. & in c. Nos si incompetenter. §. item cum Balaam. versi. his ita respondetur. eadẽ causa & questione dicitur per asinam subditos significari/ & per Balaam prędatos/ & hoc exemplo formã dari subditis humiliter renitendi prędatis: si eis quippiam quod vero ratiõis dictamini refragetur/ pręcipiant. Et pro hac sententia est tex. apert⁹ i c. Iulian⁹. i c. Qui resistit. in c. imperatores. in c. Nõ semper malũ. & in c. si dñs. 11. questi. 3. Vtrum autẽ asina Balaam intellexerit qđ dixit: Archidiaconus in dicto c. secuti. in. 1. colũ. dicit quosdam dicere/ illud exquirendum non esse/ sed dei iudicio committendum.

Transit tamen cum cęteris eam quod locuta est intellexisse dicentibus. De hac etiam repręhensione Balaam per asinã suam loquitur textus. in c. Cum ex iniũcto. circa fi. de hęre. vbi dicit. Nõ est simplicibus sacerdotibus etiã scholaribus detrahendũ: cum in eis sacerdotale officiũ debeat honorari. propter quod dominus in lege præcepit/ diis non detrahes: sacerdotes intelligẽs qui propter excellentiã ordinis & officii dignitatẽ/ deorum nomine nuncupantur. Nec quisq̃ suæ præsumptionis audaciã illo defendat exẽplo/ q; asina legitur repręhẽdisse prophetã: vel q; dominus ait. Quis ex vobis arguet me de pctõ? cum aliud sit fratrẽ in se peccantem occulte corripere (quod quisq; tenet efficere scdm regulã euãgelicã) in quo casu sane potest intelligi q; Balaam fuit correptus ab asina: et aliud est fratrẽ suũ delinquentem repręhendere manifeste: quod vtiq; nulli licet secundum euangelicã veritatẽ. Nã q etiã dicit frĩ fatue: reus erit gehennę ignis. Rursus. Aliud est q; prælat⁹ sponte de sua confisus innocentia subditorum se accusationi supponit (in quo casu domini verbum debet intelligi) & aliud est q; subditus non tam animo repræhendendi q̃ detrahendi exurgit temerarius in prędatum: cum ei potius incumbat necessitas obsequendi. Hęc textus. Per quem liquet/ quando instar asinę Balaam liceat subditis prælatos corripere. de quo videantur plures notabiles textus. 2. quæsti. 7. a c. Paulus dicit. vsq; ad fi. quęstionis. & quod notatur in c. ex parte. & in c. Illa pręposítorum. de accusa. Eis autem qui admoniti a proposito praui itineris non retardantur/ apertissime nomen congruit ciuitatis: de qua Balaam venisse perhibetur. Bosornamq; carneus siue in tribulatione positus interpretatur. Neq; enim alia magis causa luxuriosis extat/ verbum veritatis amore pecuniæ vel desyderiorum temporalium adulterare: q̃ quia carnis se concupiscentiis mancipauunt. Sed & nomen ipsius Balaam qui van⁹ populus siue præcipitans interpretatur: talibus conuenit. Qui enĩ agnitã veritatis viã deserit: quid nisi vanus populus sunt? Hęc sunt verba text⁹. in d. c. secuti. circa mediũ. 2. qsti. 7.

l ¶Quando maledicere permissum sit: tex. est in c. Cum ergo. versi. distinguendum est. 24. questi. 3. vbi dicit textus duplex esse maledictum. Vnũ quod prodit ex vltionis fomite & odio. alterum quod manat ex fonte iustitię. hoc permissum est: illud vero prohibitum. Et de duobus istis maledictis est etiam text⁹ huiusce materię declaratiuus in c. cum sancti viri. eadem causa & quęstione. De prima autem maledicti specie tex. est apud legistas in l. vnica. C. Si

quis imperator maledixerit. Et de hac materia dicetur copiosius in verbo maledictio. Et ex hoc textu satis colligit: eum excommunicandum non esse: qui apud deum pro excommunicando non habetur. Aduertendũ est tamen: quia si excõmunicetur / habebitur pro excommunicato quoad ecclesiam. ita q; si moriatur non habita absolutione / non sepelietur in cimiterio: nec ecclesia orabit pro eo saltem specialiter. Ita probatur per textũ cum glo. in verbo tolerare. in c. litteras. §. Quod si non habeat. & ibi panor. colũ. 5. de resti. spolia. Et ita etiam sentit textus in c. Etsi ad tẽpus. 11 questi. 3. vbi dicitur. Si dixerit sentẽtiã procõsul in Cyprianũ: aliud est sella terrena / aliud tribunal cœleste. Ab inferiori accipit sententiam: a superiore coronam. De hac autẽ materia notant Canonistæ: vbi est bonus textus. in c. ab excõmunicato. De rescrip. & dicetur cumulatius loco suo.

re possit puluerem Iacob: & nosse numerũ stirpis Israel? Moriatur aia mea morte iustorum: & fiant nouissima mea horum similia. Dixitq; Balac ad Balaã. Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis vocaui te: et tu ecõtrario benedicis [m] eis. Cui ille respondit. Nõ aliud possum loqui: nisi quod iusserit dominus.

Nu.23.c. ¶ Dixit Balac. Veni mecum in alterum locum vnde partem Israel videas et totum videre non possis: & inde maledic ei. Cumq; duxisset eũ in locũ sublimẽ super verticem montis Phasga: ædificauit Balaam septem aras / et impositis supra vitulis atq; arietibus dixit ad Balac. Sta hic iuxta holocaustum tuum: donec ego obuius pergam. Cui cũ dominus occurrisset / posuissetq; verbum in ore eius: ait. Reuertere ad Balac: & hæc loqueris ei. Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suũ: et principes Moabitarum cũ eo. Ad quem Balac. Quid (inquit) loquutus est dominus? At ille assumpta parabola ait. Sta Balac et ausculta: audi fili Sephor. Non est deus quasi homo vt mẽtiatur: nec vt filius hominis vt mutet [n]. Dixit ergo et non faciet: loquutus est et non implebit? Ad benedicendum [o] adductus sum: benedictionem prohibere [o] nõ valeo. Non est idolum in Iacob: nec videtur simulachrum in Israel. Dominus deus eius cum eo est: & clangor victorię regis in illo. Deus eduxit illũ de Aegypto: cuius fortitudo similis est Rhinocerotis. Nõ est augurium in Iacob: nec diuinatio in Israel. Tẽporibus suis dicetur Iacob & Israeli: quid operatus sit deus. Ecce populus vt leena consurget: & quasi leo erigetur. Non accubabit donec deuoret prædã: & occisorũ sanguinem bibat. Dixitq; Balac ad Balaã. Nec maledicas ei nec benedicas. Et ille. Nõne (ait) dixi tibi: q; quicqd mihi deus iperaret hoc facerẽ.

Nu.23.d. ¶ Ait Balac ad Balaã. Veni et ducã te ad aliũ locũ: si forte placeat deo vt inde maledicas eis. Cumq; duxisset eũ super verticẽ montis Phogor qui respicit solitudinẽ: dixit ei Balaam. Aedifica mihi hic septem aras: & para totidem vitulos / eiusdẽq; numeri arietes. Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitq; vitulos & arietes per singulas aras.

Nu.24.a ¶ Cum vidisset Balaã q; placeret domino vt benediceret Israel / nequaquã abiit vt ante perrexerat / vt auguriũ quæreret: sed dirigens cõtra desertũ vultũ suũ / et eleuans oculos / vidit Israel in tentoriis cõmorantem per trib9 suas. Et irruẽte in se spiritu dei: assũpta parabola ait. Dixit Balaã filius Beor / dixit homo cuius obturatus est oculus / dixit auditor sermonũ dei qui visionẽ omnipotentis intuitus est / qui cadit et sic aperiũtur oculi eius. Quã pulchra tabernacula tua Iacob / & tentoria tua Israel: & valles nemorosę vt horti iuxta fluuios irrigui / vt tabernacula quæ fixit dñs / quasi cedri super aquas. Fluet aqua de situla eius: et semen illius erit in aquas multas. Tolletur ppter Agag rex eius: & auferetur regnũ illius. Deus eduxit illum de Aegypto cui9 fortitudo similis est Rhinocerotis. Deuorabunt gentes hostes illius: ossaq; eorum confringent & perforabunt sagittis. Accubans dormiuit vt leo: & quasi leena quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi / erit et ipse benedictus: qui maledixerit tibi / in maledictione reputabitur.

m ¶ Sic etiã nonnunq; cõtingit: vt qui putatur benedicere maledicat / dicente domino. maledicam benedictionibus vestris. Text9 est i c. si qui presbyteri. 81. distinc. de quo dicetur in verbo benedictio. n ¶ Et ideo dicit Archidiacon9 in c. dicat. 23. questi. 5. q; apd deum non est tempus. q; vbi temp9: ibi mutatio. Dicit tamen textus in c. Nouit. de pœni. distinc. 1. Nouit dominus mutare sententiã: si tu noueris emendare delictum. & in c. si agamus. eadem dis. dicit textus. Si agamus pœnitentiam: ipsũ quoq; deum suæ pœnitebit sententiæ. & in c. incõmutabilis. 22. q̃sti. 4. dicit. Incõmutabilis de9 / idem semp existens / deiq; sũma natura / sua in sacris litteris legitur mutasse pposita: & pro misericordia tẽperasse sententiam. Et subiũgitur. Sic per Hieremiam dicit deus. Repente loquar aduersum gentem & aduersum regnum: vt eradicem / & destruã / & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo: agam & ego pœnitentiã a malo quod cogitaui vt facerem eis. Hæc textus supra allegati. quorum primus est Ambrosij. secũdus: Hieronymi. & tertius: concilij Toletani. Pro resolutione videantur quæ huic sentẽtię annotabũtur in verbo mutare. o ¶ Videt q; prohibere poterat. quia (vt sentit tex. nota. in c Nabuchodonosor. versi. nõ ergo. 23. questi. 4.) necessitatẽ correctionis vel obdurationis diuina prædestinatio seu pręscientia non facit: cum boni per gratiam corrigantur / & libero arbitrio mali pereant. Nec enim quia prædestinatio seu præscientia dei falli non potest / necessario eueniunt quę prędestinantur vel prescciuntur / sicut nec necessario prędestinantur vel præsciuntur quę futura sunt: sed quia bona absq; eius gratia / mala præter eius scientiam euenire nõ possunt. Hęc textus.

¶ Iratus Balac contra Balaam: complosis manibus, ait. Ad maledicen Nu.24.c.
dum inimicis meis vocaui te: quibus ecõtrario tertio benedixisti. Reuer-
tere ad locum tuum. Decreueram quidem magnifice honorare te: sed
dñs priuauit te honore disposito. Respondit Balaam ad Balac. Nonne
nūciis tuis quos misisti ad me dixi: si dederit mihi Balac plenã domũ su-
am argẽti & auri, nõ potero preterire sermonẽ dñi dei mei, vt vł boni vł
mali quid proferam ex corde meo, sed quicquid dñs dixerit hoc loquar?
Veruntamen pergens ad populum meum dabo tibi consilium quid po
pulus tu⁹ populo huic faciat extremo tẽpore. Sũpta igiť parabola rur-
sum ait. Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est ocu-
lus, dixit auditor sermonum dei qui nouit doctrinam altissimi & visio-
nes omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. Videbo eum,
sed non modo: intuebor eum, sed non prope. Orietur stella ex Iacob, &
consurget virga ex Israel, & percutiet duces Moab, vastabitq; omnes fi-
lios Seth: et erit Idumæa possessio eius. Hæreditas Seir cedet inimi-
cis suis: Israel vero fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur & per-
dat reliquias ciuitatis. Cumq; vidisset Amalech: assumens parabolam
ait. Principiũ gentium Amalech: cuius extrema perdentur. Vidit quoq;
Cineum: et assumpta parabola ait Robustum quidem est habitaculum
tuum Sed si i petra posueris nidũ tuũ, & fueris electus de stirpe Cyn:
q̃diu poteris permanere? Assur enim capiet te. Assumptaq; parabola:
loquutus est. Heu quis victurus est: quando ista faciet deus? Venient in
trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntq; Hebreos: et ad ex-
tremum etiam ipsi peribunt. Surrexitq; Balaam, et reuersus est in locũ
suum: Balac quoq; via qua venerat rediit.

Balista. [p] ¶ De balistis et machinis: vide Macha.6. cap. et infra in verbo machina.

Balsamum. ¶ Sicut cinnamomum et balsamum [q] aromatizans ecci.24.b
odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.
¶ Quasi balsamum non mixtum odor meus est (dixit sapientia.) ecci.24.b

Baptizare. ¶ Qui baptizatur [r] a mortuo, et iterum tãgit mortuũ: ecci.34.d.
qd proficit lauacro illius? Sic homo qui ieiunat i peccatis suis, et iterum
eadẽ faciens: quid proficit humiliando se? orationẽ illius quis exaudiet?
¶ Exibat ad Ioannem baptistam Hierosolyma et omnis Iudæa & om- mat.3.b.
nis regio circa Iordanẽ: & baptizabantur [s] ab eo in Iordane, confiten-
tes peccata sua.
¶ Ego quidem baptizo vos in aqua [t] in pœnitentiam (dicebat Ioannes) mat.3.d.

p ¶ Balista differt ab arcu. Bonus est tex. & ibi notant legistę in l. fi. ff. de iure imu. Et de balistis est textus notandus apud canonistas in c. vnico. de sagitta. Vbi dicit tex. Artem illam mortiferam & odibilem Balistariorum & sagittariorũ, aduersus Christianos & catholicos exerceri de cætero sub anathemate prohibemus. Hãc tamen prohibitionem Io. An. panor & coĩter canonistę declarant vt locũ sibi vendicet in bellis iniustis. In bellis aũt iustis, Balistarũ, machinarum, arietũ, & cęterorum id genus telorum, non est vsus inhibit⁹: cum in bellis iustis etiam per insidias possit hostis debellari. c. dominus. 23. q̃sti. 2. De clerico autẽ q̃ balistari⁹ esse vel balistarijs preesse non debeat: tex. est in c. sententiam sanguinis. & ibi Innocẽ. & panor. in. 4. colũ. Ne cle. vel mona.

q ¶ Per balsamũ odor famę exprimitur ꝓpter quod dicitur. Sicut balsamũ aromatizans odorẽ dedi. Ita dicit tex. in c. vnico. in. 1. col. de sacra. vnc. Vbi etiam dť chrisma ex oleo & balsamo cõfici, & chrismate episcopũ inungi: vt & interius oleũ id est nitorem conscientię quantũ ad deum, & exterius habeat balsamũ id est odorẽ famæ quoad ꝓximũ. Et de balsamo loquens textus in c. statuim⁹. in pri. 1. questi. 1. dicit. Statuimus vt sicut pro dedicandis basilicis & dãdis ordinibus nihil accipiẽdum est: ita etiã pro balsamo nihil p̃sbyteri chrisma accepturi dent. Episcopi itaq; de facultatibus ecclesiæ balsamum emant. Et in c. placuit vt nullus. eadem causa & questi. dicit tex. Placuit: vt nullus episcoporum pro modico balsami quod benedictũ pro baptismi sacramẽto per ecclesias datur (quia singuli tremissem pro ipso exigere solent) aliquid vlterius exigat. ne forte quod pro salute animarũ per inuocationẽ spiritus sancti consecratur: sicut Simon magus donum dei pecunia voluit emere, ita nos dãnabiliter venundemur.

r ¶ Iste tex. no. declaratur per textũ in c. baptizantur. de pœni. dis. 3. vbi dicit tex. Baptizãtur a mortuo: qui mundant se fletibus a peccato. Sed post baptisma mortuũ tangit: qui culpas post lachrymas repetit. & ibi glo. exponit a mortuo id est a mortalibus peccatis. Et tex. c. seq. dicit Incassum quippe bonum agitur: si ante vitę terminũ deseratur. Et ad eundẽ effectũ sunt textus aperti in c. irrisor. in c. qui admissa. 1. & 2. & in c. lauamini. eadem dis.

s ¶ 1. questi. 1 c. dedit. Et dum hic dicitur ꝙ baptizabanť confitentes peccata sua: aduertendũ est quia verus baptismus etiã in adultis tollit omne crimen originale, veniale, & actuale, absq; preambula cõfessione exteriori, licet interior contritio adesse debeat, saltẽ in adultis. Tex. est in c. Sine pœnitentia. iuncto c. Agunt homines. de conse. distinc. 4. & est glo. nota. in c. regenerãtur. & ibi bonus tex. eadẽ dis. Quod tamen dictũ est per baptismũ tolli omne crimen: intelligitur quoad deũ, non aũt q̃tum ad illum cui aliquid ius erat quęsitum propter crimen commissum. glo. est nota in c. gaudem⁹ in glo. fi. de diuor. Neq; etiã q̃tũ ad rẽp. quia nõ obstãte baptismo poterit accusari de criminibus ante baptismũ cõmissis: ne crimina (prout expedit reip.) remaneãt impunita. Ita tenet panor. in c. de his, col. 1. in fi. de accusa.

t ¶ Et sic baptismus Ioãnis erat corporis ablutiuus & non animę. Et ita vult textus in c. non regenerabatur. in prin de conse. dis. 4. Ioãnis enim ablutio per aquã, non erat baptism⁹: sed baptismi assuefactio. glo. ẽ in c. ex quo. de conse. dis. 4. Et ob id baptizati a Ioãne, poterant iterũ bapti-

zari c.aliud.paulo post prin.de conse.distinc.4 Quod si fuisset verus baptismus: iterari non posset. Immo secundū canonistas/iterans baptismum: ab omni officio & beneficio est deponendus. Tex.est.in c.fi.in fi. de baptismo. De iure autem ciuili si iteretur baptismus: qui rebaptizat/sacerdotij priuatione mulctatur.l.1. C. Ne sacrum baptis. reite.& hoc si per iuris errorem fecerit. Si vero id spontanee & scienter egisset: vltimo venit supplicio percellendus. Tex.est in l.2.in fi. C.eodem titu.

Qui autem post me venturus est/fortior me est: cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni.

Mat.3. d. ¶Venit Ihesus a Galilæa ad Iordanem: vt baptizaretur [v] ab eo. Vide infra in verbo Ihesus.

ioan.1.c. ¶Qui misit me baptizare in aqua (dicebat Ioannes baptista) ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem/& manentem super eū: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: et testimonium perhibui quia hic est filius dei.

ioan.4.a. ¶Audierunt Pharisei ꝙ Ihesus plures discipulos facit & baptizat q̄ Ioannes: q̄q̄ Ihesus non baptizaret [x] sed discipuli eius.

1.cori.1.b ¶Gratias ago deo meo (dicebat Paulus) quia neminem vestrum baptizaui [y] nisi Crispū & Caiū: ne quis dicat ꝙ in nomine meo baptizati sitis. Baptizaui autem et Stephanæ domum. Cæterū nescio si quem vestrum baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare: sed euangelizare.

Actuū.2.f ¶Pœnitentiā agite [z] & vnusquisq vestrū baptizetur (ait Petrus) in nomine Ihesu Christi [a]/in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum spiritus sancti.

Mat.28.g **Baptizans.** ¶Euntes docete omnes gētes (dixit Christus ad discipulos suos) baptizantes eos in nomine patris [b] et filii & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quęcunq mandaui vobis.

Baptizatus. ¶De Ihesu baptizato: vide Math.2 d. Et infra Ihes9.

v ¶ Voluit Christus baptizari: vt omnes humilitatis gradus impleret/vtq aquā baptizandis cæteris sanctificaret.c. Nunq̄. de cōsecra. dis.4. pa. in c.fi. in fi.eodem ti. & glo. in c.per aquam. de conse. distic.4.& apud legistas est glo.solēnis in Auctē. iusiurādum quod p̄sta. ab his. in princi.in verbo Christum.

x ¶ De conse. dis.4. c.Quādo. vbi dicit tex. Ihesus non baptizabat per se ipsum sed per discipulos suos.

y ¶ Circa hoc verbū aduertendū est ꝙ de iure humano nullus aliū debet baptizare vel ipsum de sacro fonte leuare: qui possit esse pater suus carnalis. & sic qui pręcedat baptizandum in plena pubertate: id est in 18. annis. Ita dicit notabiliter panor. per illum textum. & per bonam rationem. in c. debitum in .2. nota. de baptismo. & illud dictū refert & sequitur dominus meus Iason. in l.3. §. ex contrario.ff.de acqui. posses. Et de necessitate non requiritur imersio: sed sufficit ꝙ baptizans effundat aquam super corpore baptizandi/lauando totū corpus/vel maiorem partem/vel saltē caput. ita dicit glo. in d.l.3. in prin. in verbo quālibet.ff.de acqui. pos. & Inno.& post eum panor. in d.c. debitum. i fi. de bap. & sufficit quātalibet pars aquæ: vt dicit glo. in c.vulgaris.in glo.1.de conse dis.1. Immo etiā secundum cōmunem opinionē non requiritur ꝙ aqua fundatur super capite: sed sufficit ꝙ fundatur super aliqua parte corporis/etiam super pede. ita tenet glo. in c. proprię. in verbo trium miliū. de conse. distinc.4. Potest autē hæreticus baptizare tempore necessitatis. glo. est in c. quāto. de consue. Et in c.non est de voto.& facit tex. in c.si qui apud illos.& in c.seq. iuncta glo. in verbo salutem. de cōse. dis.4. Et idem dicendum est in laico: quia necessitatis tempore baptizare pōt. Etiam si sit mulier. textus est in c. Mulier. de cōse.dis.4 & in c.quod quidam. versi.quod si laicus.1.questi.1. Et ratione baptismi oritur cognatio spiritualis inter baptizātem & baptizatum/inter baptizātem & patrem ac matrem baptizati/inter baptizantem & baptizātis filios etiam illicite susceptos/ & inter baptizatum & vxorem baptizātis. Quę cognatio potens est nedū impedire matrimonium contrahendum: sed etiam dirimere iam contractum. Textus est vbi ista omnia probantur in c.1.de cogna.spi.in.6. iuncto c.fi. eodem titu. in antiq. Cętera quę concernunt materiā baptismi/videri possunt per totam.4. distinctionē in titu. de conse. Nō est tamen pręternittendus textus solēnis in c.baptismi vicem. eadem dis. vbi Augustinus cuius est ille textus/loquitur de alio duplici baptismo/flaminis scilicet & sanguinis/ dicēs. Baptismi vicem aliquando implere passionē/ de latrone illo cui non baptizato dictum est hodie mecum eris in paradiso/beatus Cyprianus non leue documentū assumpsit. Quod etiam atq etiam consyderans/inuenio non tātum passionem pro nomine Christi id quod baptismo deerat posse supplere: sed etiam fidem confessionemq cordis/si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Neq enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est: sed pro meritis facinorum suorū. Neq quia credidit passus est: sed dum pateretur credidit. Quantum itaq valeat etiam sine visibili sacramento baptismi/ quod ait apostolus Corde creditur ad iustitiam/ ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratū est. sed tūc impletur inuisibiliter: cū mysterium baptismi non contemptus religionis/sed articulus necessitatis excludit. Hæc textus.

z ¶ Hæc verba ponuntur in textu. c. Hęc autem §. ex his omnibus. in fi.23. questi.4.& ex eis & quiqusdam alijs diuini iuris sententijs dicitur. ꝙ licet in lege populus rudis seruili timore pœnarū cogeretur/vnde legem in pædagogum accepit: tamen in euangelio populus gratiæ/liber & adultus/filiali amore/hęreditatis certitudine ad cultum diuinæ seruitutis inuitatur. Hæc etiam verba Petri ponuntur in c.proprie.§.fi.de consecra.distinc.4.ad effectum.de quo ibi videri potest.

a ¶ Glosa in c.1.in verbo in nomine patris, de bap.& glo. in c.a quodam. in verbo trinitatis. de consecra. dis.4. dicunt hanc formā baptizandi in solo nomine Christi fuisse in primitiua ecclesia concessam propter Christi nominis amphiationem. Subiūgunt tamē ꝙ hodie sub hac forma baptismus dari non debet: sed si daret valeret. In hoc tamē panor. & communiter Canonistę in dicto c.1. tenent contrarium dicentes baptismum non valere si fieret hodie sub solo nomine Christi. quia forma data est: vt fiat sub trium personarum nomine/patris scilicet & filij & spiritus sancti. vt statim dicetur in verbo baptizans. Vnde si recedatur a forma: baptismus valere nō debet. Vtroq eni iure positiuo ciuili & canonico/ex non obseruatione formæ sequitur actus annullatio. cap.cum dilecta. vbi per canonistas de rescrip. & l.1.C. de libe.& posthu.

b ¶ Ex istis euangelij verbis/baptismi forma substantialis seu necessaria data est: pront dicit textus. in cap. Non vt apponeres. de baptismo. Alia vero quæ fiūt & dicunt in baptismo instituta fuerunt ab ecclesia: & non sunt

¶Qui crediderit et baptizat9 fuerit: salu9 erit. Et. j. credere. vbi diffusi9 marci 16 b

Baptisma. ¶Vnus dominus/ vna fides/ vnum baptisma. ephe. 4. a

Baptismus. ¶Fuit in deserto Ioannes baptizans: & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. marci. 1. a

¶Baptismo quo ego baptizor: baptizabimini c (dixit Christus). mat. 10. f.

Barrabas. ¶Habebat Pylatus vnum vinctum insignem qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo Iudæis: dixit Pylatus. Quem vultis dimittam vobis: Barrabam an Ihesum qui dicitur Christus? At illi dixerunt. Barrabam. mat. 27. b

Barba. ¶De lepra quæ oritur in barba: vide Leuitici. 13. & latius infra in verbo Lepra.

¶Non in rotundum attondetis comam: neq; radetis barbam. Leui. 19. f.

¶Tulit Ammon seruos Dauid/ rasitq; dimidiam partem barbæ eorū/ & præscidit vestimenta eorum medias vsq; ad nates: & dimisit eos. 2. reg. 10 a

Et infra latius in verbo Dauid.

Barnabas. ¶De Barnaba qui ductus est in simulationē Petri: vide ad Galatas. 2. capite. Et infra in verbo Paulus.

¶Barnabas interpretatur filius consolationis. Actu. 4. g.

¶Ministrātib9 dño & ieiunātib9 d apostolis: dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes/ imponentesq; eis manus: dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a spiritu sancto abierunt Seleuciam: & inde nauigauerunt Cyprum. Et cum venissent Salaminam: predicabāt verbum dei in synagogis e Iudæorum. Habebant autem & Ioannem in ministerio. Et cum perambulassent vniuersam insulam vsq; ad Paphum: inuenerunt quendam virum magum pseudo prophetam Iudæum/ cui nomen erat Barieu/ qui erat cum proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Paulo et Barnaba desyderabat audire verbū dei. Resistebat autē illis Elymas magus: sic enim interpretatur nomē eius quærens auertere proconsulem a fide. Saulus autem qui et Paulus/ repletus spiritu sancto: intuēs in eum dixit. O plene omni dolo et omni fallacia fili diaboli/ inimice omnis iustitiæ: non desinis subuertere vias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te: et eris cæcus/ non videns vsq; ad tempus. Et confestim f cecidit in eum caligo & tenebræ: et circuiens quærebat qui ei manum daret. Tūc proconsul cum vidisset factū: credidit admirans super doctrina domini. Actu. 13. a

¶Paulus & Barnabas contradicentibus Iudæis his quæ a Paulo dicebantur: constanter dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniam repellitis illud/ & indignos g vos iudicatis æternæ vitæ/ ecce cōuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. Posui te lucem in gentibus: vt sis in salutem vsq; ad extremum terræ. Audiētes autem gentes gauisæ sunt/ & glorificabant verbum domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabāt autem verbum domini per vniuersam regionem. Actu. 13. g

de substātia: sed de solēnitate. ita in terminis dicit pa. in c. si. in. 1. no. de presby. nō baptis. & in c. 1. i. 1. no. de bap.
c ¶ Hæc verba/ Christi sunt ad apostolos suos/ filios zebedei. Ex quibus satis excerpi potest: apostolos baptismo Christi fuisse baptizatos. Et de hoc est textus Augustini in c. Quando ab Hierosolymis. iuncta glo in verbo magis. de conse. dis. 4.
d ¶ De ieiunio apostolorum est textus in c. vtinam. 76. dis. vbi dicit tex. qui Hieronymi est. Vtinam omni tēpore ieiunare possemus: quod in actibus apostolorū diebus penthecostes & die dominico apostolum Paulum & cum eo credentes fecisse legimus. Hæc Hie.
e ¶ De synagogis Iudæorum quō adhuc hodie tolerētur inter Christianos: ē tex. ī c. Iudæi. De Iudæis. vbi dicit tex. Sicut legalis diffinitio Iudæos nouas nō patitur erigere synagogas: ita eas sine inquietudine veteres habere permittit. Et est vberior textus in c. Cōsuluit. eodem ti. vbi dicit textus. Iudæos de nouo cōstruere synagogas vbi non habuerunt/ pati non debes. Verū si antiquæ corruerint/ vel ruinā minātur/ vt eas reædificent potest æquanimiter tolerari: non autē vt exaltent/ aut ampliores/ aut preciosiores faciant q̄ antea fuisse noscūtur. Qui vtiq; hoc pro magno debent habere q; in veteribus synagogis & suis obseruantijs tolerantur. Ad effectum etiā supradictū est bonus tex. apud legistas in l. in synagoga. C. de Iudæis.
f ¶ Videantur textus 45. dis. c. cum beatus. §. salomon. versi. hinc etiā Paulus. & c. quid crudele. ī fi. 23. questi. 4. & bonus tex. in c. Quod Christus. versi. sic etiā Paul9. eadē causa & q̄sti. vbi dicit tex. Paulus dū a suo contēptu pia admonitione & multimoda cōmendatione sui/ Corinthios reuocaret: magū illum Elymam qui credituros a fide retrahebat/ cæcitate percussit. vt cæteri perterriti prædicationē eius non impedirēt/ sed in Christum credentes/ animæ cæcitatem effugerēt. Et q; Paulus ita agēdo nihil crudelitatis exercuerit/ imo multū misericordiæ: est bo. tex. in d. c. quid crudele. in fi. vbi dicit tex. Apostolus non crudeliter sed amicabiliter tradidit hominem sathanæ in interitū carnis: vt spūs ei9 salu9 sit in die dñi nostri Ihesu Christi. Tradidit & alios: vt discerent non blasphemare.
g ¶ Quod indignis subtrahat quandoq; verbū dei: est bonus tex. in c. in mādatis. in prin. 43. dis. vbi dicit tex. In mandatis habemus/

vt venientes ad ciuitatem/ discamus prius quis in ea dignus sit vt apud eum cibum sumamus. q̃to magis nosse oportet quis qualisve sit cui immortalitatis verba credenda sunt. Soliciti enim debemus esse ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Et de hoc dicto Pauli & Barnabę videant q̃ annotabunt in verbo conuertere. h ❡7.q̃sti.1.c. Aduersitas.§. vnde Augustinus ait. vbi varijs sacrę scripturę textibus licitam esse persecutionis fugam monstrat. Et in c. sciscitaris. eadẽ causa & questione. De hac tamen materia/ quomodo scilicet seu quibus casibus persecutiones salua cõscientię integritate possim⁹ effugere: glo. est ampla & magistratlis q̃ videri potest ĩ d.c. Aduersitas.§. Hoc etiã.7.q̃sti.1.

Act.13.g ❡Iudæi concitauerunt mulieres religiosas & honestas & primos ciuitatis: & excitauerunt persequutionem in Paulum & Barnabam / & eiecerũt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedũ i eos: venerũt Iconium.

14.a. ❡Factũ est in Iconio/ vt Paulus & Barnabas simul introierent synagogã Iudæorum: & loquerent̃ ita vt crederet Gręcorum & Iudæorũ copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Iudæi: suscitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animos gẽtium aduersus fratres. Multo igitur tẽpore demorati sunt fiducialiter agẽtes in domino: testimonium perhibente verbo gratiæ suæ/ dãte signa & prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidem quidam erãt cum Iudeis/ quidam vero cum apostolis. Cum autem factus esset impet⁹ gentilium & Iudæorum cum principibus suis vt contumelijs afficerent & lapidarent eos: intelligentes confugerunt h ad ciuitates Lycaonię/ Lystram/ & Derbẽ/ & vniuersam in circuitu regionem/ & ibi euangelizantes erant. Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum.

14.b. ❡Paulus et Barnabas morabantur in Lystris: et quidã vir Lystris infirmus pedibus sedebat i claudus ex vtero matris suę q nunq̃ ambulauerat. Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus eum et vidẽs quia fidem haberet vt saluus fieret: dixit magna voce. Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit et ambulauit. Turbæ autem cum vidissent quod fecerat Paulus: leuauerunt vocem suam/ Lycaonice dicentes. Dũ similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem: Paulum vero Mercurium/ quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoq̧ Iouis qui erat ante ciuitatem/ tauros & coronas ante ianuas afferens cum populis: volebat sacrificare. Quod vbi audierunt apostoli Barnabas et Paulus: conscissis tunicis suis exilierunt in turbas/ clamantes & dicentes. Viri quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines/ annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad deum viuum qui fecit cœlum et terram et mare & omnia quæ in eis sunt/ qui in pręteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de cœlo dans pluuias & tempora fructifera/ implens cibo & lętitia corda eorum. Et hoc dicentes: vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent.

14.d. ❡Superuenerunt quidam ab Antiochia & Iconio Iudęi: & persuasis turbis lapidantes Paulum traxerunt extra ciuitatem/ ęstimantes eum mortuum esse. Circũdantibus autem eum discipulis/ surgens intrauit ciuitatem: et postera die profect⁹ est cum Barnaba in Derben. Cumq̧ euãgelizassẽt ciuitati illi/ & docuissent multos: reuersi sunt Lystram et Iconiũ et Antiochiam/ confirmantes animas discipulorum/ exhortantesq̧ vt permanerent in fide/ & quoniã per multas tribulatiões k oportet nos intrare in regnum dei. Et cum constituissent illos per singulas ecclesias presbyteros/ & orassent cum ieiunationibus: commendauerunt eos domino in quem crediderunt. Transeũtesq̧ Persidiam venerunt in Pamphiliam: & loquẽtes verbum domini in Pergen descenderunt in Italiam/ & inde nauigauerunt Antiochiam. Vnde erant traditi gratię dei in opus quod compleuerunt. Cum autem venissent & congregassent ecclesiam: retulerunt quanta fecisset deus cum illis/ & quia aperuisset gentibus ostium fidei. Morati autem sunt tempus non modicum cum discipulis.

15.b ❡Quidam descendẽtes de Iudęa docebant fratres: quia nisi circũcidamini l secũdum morẽ Moysi/ non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos: statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alii ex aliis ad apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac quæstione.

i ❡Mystice loquendo claudus est q quidẽ quo pergere debeat aspicit: sed p infirmitatẽ mentis/ vitę vias perfecte non valet tenere quã videt. quia videlz quis ad virtutis stadiũ dum fluxa consuedine nõ erigitur: quo desyderiũ eius nitit/ illuc gressus operis efficaciter nõ sequũtur. Ita dicit tex. i c. hinc eteni. versi. Claudus.49 distinc.

k ❡1. q̃sti.3.c. saluator paulopost prin. vbi posito dicto Pauli oportet hereses esse. subiungitur. Oportet nos cũ propheta ex aduerso cõsurgere: & murũ opponere pro domo Israel/ & cũ apostolo per tribulatiões intrare in regnum dei.

l ❡Christicolarũ circũcisio nedum nõ est ad salutem necessaria/ sed etiam nullatenus est permissa: etiam si inter eos fiat quibus circuncisio-

Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant Phœnicen et Samariam / narrantes conuersionem gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem venissent Hierosolymã / suscepti sunt ab ecclesia & ab ap̃lis & senioribus / annunciantes quãta deus fecisset cũ illis.

℄Paulus & Barnabas (apostolorum epistolam quæstionis super circuncisione dissolutiuam deferentes) descenderunt Antiochiam. Et congregata multitudine tradiderunt epistolam: quam cum legissent / gauisi sũt super consolatione Actu.15.f.

℄Paulus & Barnabas demorabantur Antiochię: docentes & euangelizantes cum aliis pluribus verbum domini. Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus. Reuertentes visitemus [m] fratres per vniuersas ciuitates in quibus predicauimus verbum domini quomodo se habeãt. Barnabas autem volebat secum assumere & Ioannem qui cognominabatur Marcus: Paulus autem rogabat eum / vt qui discessisset ab eis de Pamphilia / & non esset cum eis / in opus non debere recipi. Facta est autem dissensio ita vt discederent ab inuicem: & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum / Paulus vero electo Syla profect⁹ est / traditus gratię dei a fratribus. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam: confirmans ecclesias / præcipiens custodire pręcepta ap̃lorũ & seniorũ. Actu.15.g.

Beatus. ℄Beatam me dicent omnes mulieres (dicebat Lya) Et infra in verbo Lya. Geñ.30.b

℄Beatus homo qui corripitur a domino. Iob.5.c.

℄Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum / & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiæ non sedit. Psal.1.a.

℄Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta [n] sunt pc̃tã. 31 a.

℄Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ: nec est in spiritu ei⁹ dolus. 31.a.

℄Beata gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit deus in hereditatem sibi. 32 c.

℄Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Et plenius infra in verbo Egenus. 40.a.

nis lex data fuit. Casus est solẽnis de iure ciuili in l. Iudæi. C. de Iudæis, vbi dicit text⁹. Iudæi & bonorum proscriptione & perpetuo exilio dãnabũtur: si nostrę fidei hominẽ circũcidisse eos vel circundendum mandasse constiterit. De qua materia cumulatius dicetur in verbo circuncisio. m ℄ Sic etiam episcopi qui in locum apostolorum successerũt (vt est textus in c. in nouo. 21. dis.) debẽt eorũ exẽplo visitare dioceses suas / & de ecclesijs & plebib⁹ sibi commissis diligenter inquirere quomodo se habeant / prout dicit hic tex. De qua episcoporũ visitatione est textus solennis in c. Episcopum. & in c. seq. 10. q̃sti. 1. vbi dicit textus. Episcopũ per cũctas dioceses parochiasq́ suas p singulos annos ire oportet: vt requirat quõ vnaquęq́ basilica in reparatione sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus / aut alijs occupationibus implicatus adimplere nequiuerit: p̃sbyteros probabiles aut diacones mittat / qui reditus basilicarũ & reparationes / & ministrantiũ vitã inquirant. Visitantes autẽ episcopi quid a clericis suis exquirere debeant / & quid eos docere: in cõcilio Bracarensi sic statutum legitur. Placuit omnib⁹ episcopis: vt p singulas ecclesias episcopi per dioceses ambulãtes primũ discutiant clericos quomodo ordinem baptismi teneant / vel missarũ / vel qualiter q̃q́ officia in ecclesia pagãt. & si recte quidẽ inuenerint: deo gratias agant. si autẽ minime: docere debent ignaros / & hoc modis omnib⁹ pręcipere sicut aliqui canones iubent / vt ante 20. dies baptismi ad purgationem exorcismi catechumini currãt. In quibus viginti diebus õnino catechumini symbolũ qd est credo in deũ patrẽ omnipotentẽ / specialiter doceantur. Postq̃ ergo hæc suos clericos discusserint vel docuerint episcopi: alia die conuocata plebe ipsius ecclesiæ doceant illos / vt errores fugiãt idolorum vel diuersa crimina / id est homicidium / adulterium / periurium / falsum testimonium / & reliqua peccata mortifera / & quod nolũt sibi fieri alteri ne faciant / & vt credant resurrectionẽ omniũ / & diem iudicij in quo vnusquisq́ secũdũ opera sua receptur⁹ sit. & sic postea ep̃s de ecclesia illa proficiscat ad aliã. Hęc tex. dictorũ duorũ capitũ. Tex. aũt moderni iuris in c. Romana. §. sane huiusmodi. de censibus. in 6. de forma in visitationib⁹ obseruanda loquẽs dicit. Huiusmodi impẽsurus officium / proposito verbo dei quęrat de vita & cõuersatione ministrantiũ in ecclesijs & locis alijs diuino cultui deputatis ac cæteris quæ ad officium ipsum spectant absq́ coactione & exactione qualibet iuramenti: ad ipsorum emendationem per salubria monita nunc leuia nunc aspera / secundum datam sibi a deo prudentiam diligenter intendens. Quod si de aliquibus orta fuerit infamia: contra eos ordinarijs ipsorum vt super his diligenter inquirant denunciet si viderit expedire. Notoria vero crimina quæ examinatione non egent (cum super his merito notari possit ordinariorum negligentia) libere corrigat / pœnam pro illis debitam infligendo. Hæc dictus §. sane. De procurationibus vero quæ superioribus visitantibus dari debent non obstante quacunq́ præscriptione (vt est textus in c. Cum ex officij de præscriptioni. & c. venerabili. de censib⁹) qũo soluẽdę sint: est tex. in c. felicis. de cẽsibus. in 6. vbi dicit tex. Felicis recordationis Gregorius papa decimus prædecessor noster prohibuit in concilio Lugdunẽ. ne aliqui ob procurationẽ sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniã pręsumerẽt / vel etiã recipere a volente. Verum quoniã rerũ experiẽtia nos instruxit ex hoc tam personis visitãtibus q̃ locis & ecclesijs visitatis multa incõmodorũ dispendia prouenire: concedimus vt patriarchę / archiepiscopi / episcopi / & alij quibus ex officio competit visitare a volentibus ecclesiarum & locorum visitatorum rectoribus seu personis pecuniam licite recipere valeant pro sumptibus moderatis faciendis in victualibus / diebus quibus visitationis officiũ personaliter exercebũt: adijcientes q́ non liceat visitanti nisi vnam procurationem recipere vna die siue vnicum locũ visitauerint siue plura / etiam si locus quilibet visitatus sufficeret ad procurationẽ integram persoluendã. Hęc tex. d. c. felicis. n ℄ De pœni. dis. 2. c. Ille rex tantus. versi. peccatũ aut donatur. vbi textus qui est Ambrosij dicit. Peccatum aut donatur / aut deletur / aut tegitur. donatur per gratiam. deletur per crucis sanguinẽ. Tegitur per charitatẽ. Glosa autẽ ibidẽ in verbo tegitur. dicit / peccatũ quod est in voluntate donari / peccatum originale deleri / peccatum actuale tegi. Et de istis peccatis actualibus dicit psalmographum loqui dum dicit. Beati quorum remissę sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata.

Psal. 64.a ℭBeatus quē elegisti & assumpsisti (dñe) inhabitabit in atriis[o] tuis.
85.a ℭBeati qui habitant in domo tua (dñe) in scl'a sęculorū laudabunt te.
83.b ℭBeatus vir cuius est auxilium abs te (dñe) ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrimarū in loco quē posuit. Etenī bñdictionē dabit legislator/ibūt de virtute[p] in virtutē: videbitur deus deorum in sion.
88.c ℭBeatus populus qui scit iubilationem.
105.a ℭBeati qui custodiunt iudiciū: & faciūt iustitiam in omni tempore[q]
126.a ℭSicut sagitte in manu potētis: ita filij excussorū. Beat⁹ vir qui impleuit desideriū suū ex ipsis nō cōfundet cū loquet inimicis suis in porta.
119.a ℭBeati immaculati[r] in via: qui ambulant in lege domini.
118.a ℭBeati qui scrutantur testimonia dñi: in toto corde exquirunt eum.
127.a ℭBeati omnes qui timent dominū: qui ambulant in viis eius. Labores manuum tuarū quia manducabis: beatus es/& bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuę. Filij tui sicut nouellę oliuarū: in circuitu mensę tuę Ecce sic benedicetur homo qui timet dñm.
puer.3.b. ℭBeatus homo qui inuenit sapientiam: & qui affluit prudentia.
puer.28. ℭBeatus homo qui semper est pauidus. Et infra in verbo pauidus.
Eccēs.10 d ℭBeata terra cuius rex nobilis est: & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendū & nō ad luxuriam.
Ecci.14 h ℭBeatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo: & non est stimulatus in tristitia delicti.
25.b ℭBeatus homo qui habitat cum muliere sensata: & qui lingua sua non est lapsus/& qui non seruiuit indignis se.
25.b ℭBeatus vir qui inuenit amicū verū: & qui enarrat iustitiā auri audiēti
25.b ℭBeatus homo cui donatū est habere timorem dei.
31.b ℭBeatus diues qui inuentus est sine macula: et qui post aurū nō abiit[s]/ nec sperauit in pecunia & thesauris. Et latius supra in verbo aurum.
esaię.32 d ℭBeati qui seminatis super oēs aquas[t]: immitētes pedē bouis & asini.
mat.5. ab ℭVidens Ihesus turbas conscendit in montem: & cū sedisset accesserūt ad eū discipuli ei⁹/& aperiens os suū docebat[v] eos dicens. Beati[x] pauperes spū: qm̄ ipsorū est regnū cœlorū. Beati mites: qm̄ ipsi possidebūt terrā Beati qui lugēt[y] qm̄ ipsi consolabūtur. Beati qui esuriūt[z] & sitiunt iustitiā: qm̄ ipsi saturabūtur. Beati misericordes[a]: qm̄ ipsi miam cōsequētur. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Beati pacifici:[b] qm̄ filii dei vocabutur. Beati qui[c] persecutionē patiūtur ꝑpter iustitiā: qm̄ ipsorū est regnū cœlorū. Beati estis cū[d] maledixerit vobis hoies/ & perse

o ℭVideat qd super hoc dicto annotatū est in verbo atriū. p ℭVideat qd annotabit in verbo bñdictio.
q ℭPanor. in c. 1. col. 2. de ferijs/dicit ad hæc verba omni tēpore subaudiendū esse scilicet cōpetenti. quia diebus festis præsertim solēnibus & dominicis iudices debent esse quieti: & a strepitu iudiciorū cessare. l. omnes iudices l. oēs dies. & l. dies festos. C. de ferijs. & c. 1. eodē ti. Aliqñ tñ etiā istis diebus iudices nō cessant. Vt qñ piculū ē in mora. vel quia instantia est tēpore peritura vt dicit panor. in c. fi col. pe. de iudi. per bonū tex. in d. l. ōnes iudices. i fi. C. de ferijs. vel qꝛ qui puniendus est/est latro famosus: & in eius differēda punitione periculum vertit. vt in l. prouinciarum. C. eodē. Idē si periculū nō sit in mora. sed sint causę miserabilium personarum. quia pietas facit/ vt diebus festis iudices possint ꝓcedere. Tex. est in c. cōquestus. de ferijs. Causę tñ matrimoniales/ bñficiales/ decimales/ & vsurarū/licet pię videant: dieb⁹ festis seu ferijs in honorē dei indictis expediri non pñt. Bon⁹ est tex. in cle. sępe. cū glosa. in verbo ob necessitates. de vbo. signi. De hac materia/q scilicꝫ act⁹ dieb⁹ festis expediri possint: videri potest cumulatius per cano. in d. c. 1. & in c. fi de ferijs. r ℭHuius psalmi meminit glosa titularis superscriptionis i c. pria cōsolatio. de peni. dis. 3. dicens ꝙ a beati immaculati. vsqꝫ ad dñm cuꝫ tribularer. est vnic⁹ psalmus habens duas & viginti distictiones/ quarꝫ quęlibet versus octo complectit. sicqꝫ psalm⁹ beati immaculati. duos & viginti octonarios habet. Et ptopterea canonistæ citantes doctores sacros super dicto psalmo beati immaculati. citant eos secundū numeros octonariorū: vt probat supscriptio dicti c. prima cōsolatio in qua citat Ambrosius in. 14. octonario. s ℭVideātur annotata in verbo aurum. t ℭSuper omnes aquas id est super oēs populos, istam declarationē ponit tex. apud cano. in c. cum marthę. versi. Verū inter opiniones. ibi. Nā cum aquę multæ populi sunt multi: iuxta qd legit. Beati qui seminatis super oēs aquas. de cele. missa.
v ℭ. 39. distinc. in princi. ibi. exemplo igitur Christi qui turbas sequentes non solum verbo docebat. Et de hoc sermone dñi in monte obiter meminit textus in c. sic enim. versi. his de causis factū est. 28. questi. 1. x ℭDe istis pauperibus spiritu loquitur text⁹ notabilis in c. sacerdos. in prin. 1. questi. 2. vbi dicit text⁹. Sacerdos cui dispensationis cura cōmissa est/ nō solū sine cupiditate sed etiā cū laude pietatis accipit a populo dispēsanda & fideliter dispēsat accepta: qꝛ oia sua aut parētibus reliquit/ aut pauperib⁹ distribuit/ aut ecclesię rebus adiūgit & se in numero pauperū paupertatis amore cōstituit. vt vnde pauperib⁹ subministrat: inde & ipse tanq̄ pauper volūtarius viuat.
y ℭDe peni. dis. 1. c. fleat. vbi dicit tex. Fleat pro te mater ecclesia: & culpā tuā lachrymis lauet. videat te Christus mœrentem & dicat tibi. Beati tristes quia gaudebitis.
z ℭDe consecra. distinc. 2. c. Accesserunt. in fi. vbi dicit textus. Habent impij epulas suas/ habent & pij suas. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiā. a ℭDe hoc dicto meminit tex. in c. hæc autē §. ex his. versi. hęc vero a leuitate. 23. qsti. 4. b ℭPacifici. 23. questi. 1. c. Noli existimare. circa me. vbi dicit tex. Esto bellādo pacific⁹; vt eos quos expugnas/ ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Beati enī pacifici (ait dñs) qm̄ filij dei vocabuntur.
c ℭPersecutione 43. dis. c. scim⁹. vbi ꝑpter subsānationē/ aut aliā persecutionē/ doctor a docēdo/ vel cōtionator a cōtionādo cessare nō debet. Subiungit rō: qꝛ beati qui persecutionē patiūt ꝑpter iustitiā. De qua etiā ꝑpter iustitiā persecutione est textus in c. Si ecclesia. 23. questi. 4. & questi. 5. c. ad fidem. in fi. & de renū. c. Nisi cum pridem §. 1.
d ℭMaledixerint. 93. dis. c. sacerdotes. vbi textus hic inseritur. & glosa in verbo maledixerint. dicit beatos esse

quibus maledicitur: non q ex maledictione benedictio sequatur: sed quia maledictionem illatam æquanimiter seu patiēter sustinent. Hinc dicit textus Augustini in c. qui iustus. 11 questi. 3. Qui iustus est, si maledicatur: p̄miū illi redditur. Quā etiā declarationē cōprobat Ambrosius in c. Quod Christ⁹. versi. Hinc etiā Petrus. ibi. contumelias sibi illatas cū gaudio suscipiebat. 23. quest. 4. e ¶ In cœlis 1. questi. 1. c. teneamus. in fi. vbi dicit tex. Erant christiani qui nō poterāt facere qd faciebat Petr⁹, imo nec qd faciebat Simon mag⁹: s3 inde gaudebāt q̄ noīa eorū scripta sunt in cœlis

quuti vos fuerint, & dixerit oē malū aduersum vos mētiētes ꝑpter me. Gaudete & exultate: qm̄ merces vr̄a copiosa est in cœlis[e]. Et. i. Ihesus.
¶ Beatus est: qui nō fuerit scandalizatus in me (dicit Christus) mat. 11. a.
¶ Beat⁹ ille seruus quē cū venerit dn̄s, eū inuenerit sic facientē (vigilan mat. 24. d
tē scilicet) Amē dico vobis: qm̄ super omnia bona sua constituet eum.
¶ (Audito Ihesu) extollēs vocē quædā mulier de turba dixit illi. Beat⁹ Luc. 11. d
vēter qui te portauit: & vbera quæ suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbum dei: & custodiunt illud.
¶ Cum facis conuiuiū, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & bea 14. c.
tus eris: quia nō habent retribuere tibi. Retribuetur eñ in resurrectione iustorum Et infra in verbo Cœna & in verbo Conuiuium.
¶ Beatus qui manducabit panem in regno dei. 14. d.
¶ Beati qui non viderunt & crediderunt (dicit Christus ad Thomam) ioan. 20. g
Et vide diffusius infra in verbo Thomas.
¶ Beatus[f] qui nō iudicat semetipsum in eo quod probat. Ro. 14. d.
¶ Oportet meminisse verbi domini Ihesu: quoniam ipse dixit, beati⁹ ē Actu. 20. g
est magis dare q̄ accipere.[g]
¶ Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cū probatus[h] fuerit, ac iaco. 1. b.
cipiet coronā vitę quā repromisit deus diligentibus se.
¶ Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis, et permanserit in ea, non iaco. 1. d.
auditor obliuiosus factus sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Apocaly.
¶ Audiui vocem de cœlo dicētem mihi Scribe. Beati mortui qui in do 14. c
mino moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.
¶ Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua: ne nudus ābulet, & vide 16. f
ant turpitudinem suam.
¶ Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. 19. b.
¶ Beatus & sanctus: qui habet partē in resurrectione prima. Et. i. vidi. 20. b.
¶ Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. 22. b.
¶ Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, et per portas intrent in ciuitatem.

Beemoth. ¶ Vide in verbo Vehemoth.

Belial. ¶ Venerunt filii Belial: idest filii absq̄ iugo. iudi. 19. f.
¶ Quę conuentio[i] Christi ad Belial? 2. cori. 6. c

Bellum. ¶ Si exieris ad bellū contra hostes tuos, & videris equitatus & curr⁹, & maiorē q̄ tu habeas aduersarii excercitus multitudinē, non timebis eos, quia dn̄s deus tuus tecū est. Appropinquante autē prę lio stabit sacerdos[k] ante faciē: & sic loquetur ad populū.[k] Audi Israel. Vos hodie cōtra inimicos vestros pugnam cōmittitis. Non pertimescat

f ¶ Hāc sententiā Pauli declarat tex. in c. omnes deinceps. versi. hinc etiā ap[ostolu]s 26 t. q̄sti. vbi dicit tex. Apostolus ait. Beatus qui nō iudicat semetipsum in eo qd probat. qui nō facit damnabilē semet ipsum: aliter faciēdo q̄ probet esse faciendum.
g ¶ De istis verbis Ihesu loqnūtur textus, sed tm̄ transeunter. 16. q̄sti. 1. c. prędicator. & de celebra. missa. c. Cū Marthę versi. sane multa. in quo versi. glo. in verbo beatius. ponit duo carmina huic Christi sentētię alludentia. Temporibus nostris quicūq̄ placere laborat: detrahat, querat, plurima, pauca, nihil.
h ¶ Similis sentētia ponit in c. nisi cū pridē. §. verū. de renūcia. vbi dicit tex. Beati sunt qui persecutionem patiūt propter iustitiā: qm̄. cū probati fuerint, accipiēt coronā vitę quā repromisit deus diligentibus se.
i ¶ Belial apostata īterp̄tat. ita dicit glo. in c. recusatus. in v̄bo belial. de peni. dis. 1. & ibi ponit text⁹. 2. ad corin 6. Quę conuentio Christi ad belial?
k ¶ Et sic iure diuino possūt sacerdotes bellis iteresse & pugnātes hortari. Quod etiā admittūt iura canonica: vt ē tex. & ibi glo. fi. in c. igit. 23. q̄sti 8. Et ita etiā tenet glo. pe. i c. sciscitaris. 7. q̄sti. 1. facit tex. in c. Maximian⁹. 23 q̄sti. 3. & est bo glo. i c fi. i verbo nō vadit. 36. dis. Quod itelligendū est de bellis iustis. Iniustis aūt īteresse nō debēt. et si iter sūt, & interficiat aliqs: efficiūt irregulares. Ita Inno. & panor. i c. petitio. de homici. Pugnare vero nō possunt etiā in bello iustissimo: & sic cōtra infideles catholicorū terrā impugnātes. Tex. ē in d. c. petitio. & i c. ex multa. de voto. Et pariter i bellis etiā iustis duces aut capitanei esse nō possūt. Ita cōcludit pa. post Hostiē in c. sniasq̄ iguinis. colū. 4. Ne cle. vel mona. Quod aūt bellū iustū dicat: est tex. in c. 1. 23. q̄st. 2. vbi dicit tex. Iustū ē bellū: qd ex edicto gerit de reb⁹ repetēdis, aut ꝑpulsandorū hoīs cā. Quod vero eo casu quo bellū iustū est, militādo placeri deo possit: tex ē in c. Noli existimare. in prin. 23. q̄sti. 1. & q tūc etiā insidijs liceat hostē vincere: tex. est in c. 2. versi. Cū autē iustū bellū. 23. q̄sti 2. Et apud legistas q̄ bella dicant iusta: tractat Bar. in l. ex hoc iure i 1. col. ff. de iusti. & iu & i l. hostes. i 3. col. ff. de capti. Et notādū ē q i bellis nihil debet attētari contra principis voluntatē: alias q attētauit. punit, etiā si res ꝑspere successerit. Tex. ē multū singularis i l. desertorē §. in bello. ff. de re. mi & vbi bellū iustū ē: pōt christianis inuocare auxiliū i fideliū saltē i subsidiū. vt p multas rōnes cōcludit pa. i c. Quod sup his. i vlti col. de voto. Et an dieb⁹ feriatis i honorē dei licita sint bella: dictū ē aliqd s. i v̄bo Antioch⁹. sed ibi dictis addat bo. tex. in c. si nulla. 23. q̄sti. 8. vbi dicit tex. Si nulla vrget necessitas: nō solū quadragesimali tp̄e

ſed etiam omni tēpore eſt a ꝑlijs abſtinendū. Si autē ineuitabilis vrget importunitas: nec quadraſimali tēpore pro defenſione tam ſua ꝙ patrię ſeu legū paternarū/ ē bellorū ꝓculdubio ꝓparationi parcendū. ne videlicet deū videatur homo tentare: ſi habet quod faciat & ſuę ac aliorū ſaluti conſulere non ꝓcurat/ & ſanctę religionis detrimenta nō pręcauet. Hæc text⁹. Præterea quia & hic & frequentiſſimis veteris teſtamenti locis fit mētio de bello: notandus eſt bonus textus qui Gregorij eſt in c. niſi bella. 23. queſti. 1. vbi dicit. Niſi bella iſta carnalia figurā ſpiritualiū bellorū gererēt: nunꝗ (vt opinor) iudaicarū hiſtoriarū libri diſcipulis Chriſti qui venit pacem docere/ legēdi in eccleſijs/ fuiſſent ab apoſtolis traditi.

cor veſtrū/ nolite metuere / nolite cedere/ nec formidetis eos: quia dominus deus veſter in medio veſtri eſt/ & pro vobis contra aduerſarios dimicabit/ vt eruat vos de periculo. Duces quoqꝫ per ſingulas turmas audiente exercitu proclamabunt. Quis eſt homo qui ædificauit domū nouam/ & nō dedicauit eā? Vadat & reuertatur in domū ſuā: ne forte moriatur in bello/ & alius dedicet eā. Quis eſt homo qui plantauit vineam/ & nedum fecit eā eſſe cōmunē/ & de qua veſci oībus liceat? Vadat & reuertatur in domū ſuā: ne forte moriatur in bello/ & alius homo ei⁹ fungatur officio. Quis eſt homo qui deſpondit vxorem/ et non accepit eā? Vadat & reuertatur in domū ſuā: ne forte moriatur in bello/ & alius homo accipiat eā. Quis eſt homo formidoloſus & corde pauido? Vadat et reuertatur in domū ſuam: ne pauere faciat corda fratrū ſuorum / ſicut ipſe timore perterrit⁹ eſt. Cūqꝫ ſiluerint duces exercitus/ & finē loquendi fecerint vnuſquiſqꝫ ſuos ad bellādū cuneos preparabit.

¶ De modo expugnādę ciuitatis i bello: vide deu. c. 20. et ī expugnatio.

2. reg. 11. d ¶ Varius euentus eſt belli: & nunc hunc/ nunc illū conſumit gladius.

1. pa. 22. b. ¶ Multū ſāguinē effudiſti/ & pluria bella bellaſti: nō poteris ędificare [l] domū noī meo/ tanto effuſo ſanguine coram me (dicit dn̄s ad Dauid.)

1. macha. 3. g. ¶ Melius eſt nos mori in bello: ꝗ videre mala gentis noſtræ & ſanctorum Sicut autem fuerit voluntas in cœlo: ſic fiat.

1. mahab. 4. b. ¶ Non cōcupiſcatis ſpolia/ quia bellum contra nos ē: ſed ſtate nunc cōtra inimicos noſtros & expugnate eos/ & ſumetis poſtea ſpolia[m] ſecuri. Et diffuſius infra in verbo Concupiſcere.

pſal. 143 a ¶ Benedictus dominus deus me⁹ qui docet manus meas ad prælium[n]: & digitos meos ad bellum[n].

Pſal. 67. g ¶ Diſſipa domine gentes[n] quæ bella volunt.

puer. 24 a ¶ Cogitatiōes cōſilijs roborātur: & gubernaculis tractāda ſunt bella.

marci. 13 a ¶ Cū audieritis bella & opiniones bellorum: ne timueritis Oportet eni hæc fieri: ſed nondū finis. Exurget eni gens cōtra gentē: & regnū ſuper regnū: et erunt terrę motus per loca/ & fames. Et diffuſius. s. Aduētus.

l ¶ Textus hic ponitur 1. queſti. 7. c. 2 circa prin. Et circa hunc textū eſt gloſa ſolennis in c. 1 §. Qualiter. in verbo ꝓhibitus. de conſe. diſ. 1. vbi glo. demirat/ quare Dauid ob bella geſta templū ędificare prohibitus ſit: cū Moyſes qui homicida fuit. c. Non inferenda. 23. queſti. 3. eccleſiā & ecclię miniſtros conſecraſſe legatur. Reſpondens gloſa dicit ꝙ Dauid etſi fuerit in veteri teſtamento: fuit tamē noui teſtamenti pręfigurator. 32. quæſti 1 c. qd autem. Ideo in iſtius tēporis figura dictū eſt ei. Nō poteris ędificare &c. Hodie enim qui homicidij aut facto/ aut præcepto/ aut cōſilio/ aut euitabili defenſione conſcius fuit: a promotione repellitur c. ſi quis viduā. vbi bonus textus 50. diſtinc.

m ¶ An capta in bello iuſto/ efficiantur capiētium: tex. eſt hic qui videtur probare ꝙ ſic. Quod de iure poſitiuo procedit indubie. De hoc eni eſt tex. i c. Ius militare. ī ſl 4 & ibi gloſa. 1. diſtinc. & in l. 1. in princip. ff. de acqui. poſſeſ. Et dicit Bal. in c. 1. in. 4. colum. de mili. vaſſal. qui contu eſt. ꝙ iſtud procedit etiam in foro conſcientię. Et iſtud procedit nedum in bonis captis: ſed etiam in hominibus. quia capti efficiuntur ſerui capientium; etiam ſi ſint Chriſtiani. Ita Inno. & alij canoniſtæ in c. ſicut de iureiuran. Quod tamen conſuetudo non approbat. vt apud legiſtas dicit Bar. in l. hoſtes. ff. de capti. & poſtli. re. & apud Canoniſtas pa. in c 1. in. 1. no. de conuer. infide. Licet autem capta/ capientium efficiantur: tamen belli duci exhiberi debent/ vt ipſorum inter milites (ſingulorum meritis & qualitatibus penſatis) partitio fiat. Tex. eſt in dicto c. ius militare. 1. diſtinc. & in l. Si quis pro redemptione. C. de dona. Et ita etiam tenet gloſa in c. dicat aliquis. 23. quæſti. 5. Hactenus dicta/ in bonis mobilibus procedunt. bona enim immobilia ab hoſtibus capta/ non capientium vel militum ſunt: ſed fiſci. gloſa eſt ordinaria in l. diuus. in verbo captiuorum. ff. de iure fiſci.

1.cori.13a ¶Si linguis hominum loquar & angelorum/ charitatem autem non habeam: factus sum velut ęs sonans/ aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam/ & nouerim mysteria omnia/ & omnem sciẽtiam/ et si habuero omnem fidẽ [e] ita vt montes transferam/ charitatem autẽ non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas/ & si tradidero corpus meum ita vt ardeã [f]/ charitatem autẽ non habuero: nihil mihi prodest.

1.cori.13b ¶Charitas patiens est/ benigna est/ charitas non æmulatur/ non agit [g] perperam/ non inflatur/ non est ambitiosa/ non querit quę sua sunt/ non irritatur/ non cogitat malum/ non gaudet super iniquitate/ cõgaudet autem veritati. Omnia suffert/ omnia credit/ omnia sperat/ omnia sustinet/ charitas nunq̃ excidit [h]: siue prophetię euacuabuntur/ siue linguę cessabunt [i]/ siue scientia destruetur.

1.cori.13d ¶Nũc manẽt fides/ spes/ charitas/ tria hęc: maior [k] aũt horũ ẽ charitas.

1.cori.16c ¶Omnia vestra in charitate fiant.

2.cori.5.c ¶Charitas Christi vrget nos: ęstimantes hoc/ quoniã si vnus pro omnibus mortuus est/ ergo omnes mortui sunt. Et infra mortuus.

Gal.5.a. ¶Fructus spiritus: est charitas. Et latius infra in verbo Fructus.

ephe.4.a. ¶Obsecro vos ego vinct⁹ in domino: vt digne ambuletis vocatiõe qua vocati estis/ cum oĩ humilitate et mansuetudine/ cum patiẽtia supportãtes inuicem in charitate/ soliciti seruare vnitatẽ spiritus in viculo pacis.

philip.1.b ¶Veritatem faciẽtes in charitate/ crescamus in illo per omnia qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum per omnẽ iũcturã subministrationis secundum operationem in mensurã vniuscuiusq͡ mẽbri

b ¶11. questi.3.c. illud. & in c. ecclesiæ charitas. de conse. distinc.3. vbi dicit tex. Ecclesiæ charitas quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus: eorum qui participes sui sunt peccata dimittit/ eorum qui non sunt tenet.

c ¶2. questi 7. c. Paulus. vbi glo. in verbo sciret. ponit hoc dictũ Pauli. & de eodẽ dicto est bonus tex. in c. adhuc perfidi instant. in fi. de pœni. distinc.3.

d ¶De renũciatione. c. nisi cum pridem. §. pro defectu. vbi dicit tex. Etsi desyderanda sit eminens scientia in pastore: in eo tamen est competens toleranda. quia secundum apostolum scientia inflat/ charitas autem ędificat. Et ideo impfectũ sciẽtię põt supplere pfectio charitatis.

e ¶De conse. dis.4. c. solet. circa me. vbi glo. in verbo fidem. quærit quõ tãta fides haberi potest sine charitate? Et respondens dicit ꝙ nõ posset haberi: nisi miraculose. sicut etiã nonnũq̃ contingit malos prophetizare. vt est tex. in c. prophetauit 1. questi 1. & dictũ est. s. in verbo Cayphas.

f ¶1. questi.1. c. vide q̃tum bonum. vbi textus qui Hieronymi est/ dicit. Vide q̃tũ bonũ est charitas. Si ita martyriũ fecerim⁹/ vt nr̃as velimus ab oĩb⁹ reliq̃s honorari/ & si opinionẽ vulgi sectãtes intrepidi sanguinem fuderimus/ & substantiam nostram vsq͡ ad mendicitatem propriam dederimus: huic operi non rã premium q̃ pœna debet/ & perfidię magis tormentasũt q̃ corona victorię. Hęc Hiero. De isto autem dicto Pauli meminit etiã glo. in c. firmissime. de hęreti. in verbo mors.

g ¶11. questi.3. c. illud. vbi dicitur. Per spiritum sanctum diffunditur charitas in cordibus nostris: quę non agit perperam. Et in c. vbi sana fides. conformiter ad hęc. verba dicit tex. Vbi charitas non est: non potest esse iustitia. dilectio eni proximi malum non operatur. quã si hęretici haberent: non dilaniarent corpus Christi quod est ecclesia.

h ¶De pœni. dis.2. c. charitas nunq̃. vbi hęc verba ponũtur. Quæ exponẽs glosa dicit. Charitas nũq̃ excidit sc3 in hac vita. in futuro eni fides conuertetur in sciẽtiam/ Spes in rem/ Charitas autem augebitur.

i ¶Glosa. in c. si quis diacon⁹. in verbo dicturi. 50. dis. dubitare videtur circa hoc dictum Pauli. petit enim an post hanc vitã sermones cessabunt. Et dicit videri ꝙ sic: per istum textum Pauli. Subiungit tamen ꝙ cõtrarium dicit propheta inquiẽs. Exultationes dei in gutture eorum. Tandem resolueus dicit. Quicquid sit: tunc nullus accusabit aliũ/ sed sola conscientia accusabit quẽlibet.

k ¶De charitatis laude & excellentia loquitur textus apprime notãdus/ in c. charitas est. de pœni. distinc.2. vbi dicit textus. Charitas est recta voluntas/ & ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus aduersa: iũcta vero deo inseparabiliter/ & ignita igne quodam spiritus sancti/ a quo est & ad quẽ refertur incensa/ inquinamenti omnis extranea/ corruptionis nescia/ nulli vicio mutabilitatis obnoxia/ supra omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa/ affectionũ omnipotentissima/ diuinæ contemplationis auida/ in omnibus semper inuicta/ summa actionum bonarum/ salus morum/ finis cœlestium præceptorum/ mors criminum/ vita virtutum/ virtus pugnantium/ palma viciorum/

anima sanctarum mentiū/causa meritorū bonorū/præmiū perfectorum/ sine qua nullus deo placuit/ cū qua ali-quis peccare non potuit nec poterit/ fructuosa in pœnitētibus/ lęta in proficientibus/ gloriosa in perseuerātibus/ victoriosa in martyribus/ operosa in omnib9 omnino fidelib9/ ex qua quicquid est boni operis viuet. Hæc Prosper in libro de contemplatiua vita: qui dicti textus auctor est. Prædicta autem intelligenda putauerim de charitate perfectissima/ quæ in hac vita haberi non potest. vt dicit tex. in c. Charitas in quibusdam. de pœni. distinc. 2.

augmentum corporis facit in ędificationem sui in charitate.

¶Hoc oro/ vt charitas vestra magis abundet in omni sciētia/ & in omni sensu: vt probetis potiora/ vt sitis synceres & sine offensa in diē Christi/ repleti fructu iustitię per Ihesum Christum in gloriam & laudem dei. philip. 1. b

¶Finis pręcepti [l] est/ charitas de corde puro/ & consciētia bona/ & fide non ficta. Et infra in verbo Doctor. 1. timoth. 1. a.

¶Consideremus inuicē in prouocationem charitatis & bonorū [m] operum: non deserentes collectionem nostram sicut consuetudinis est quibusdam/ sed consolantes/ & tantomagis q̄to videmus approquantem diem. heb. 10. d.

¶Charitas fraternitatis maneat in vobis: & hospitalitatis [n] nolite obliuisci. heb. 13. a

¶Sitis ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem cōtinuam habentes: quia charitas [o] operit multitudinem peccatorum. petri. 4. c.

¶Qui seruat verbum Christi: vere in hoc charitas dei perfecta est. 1. ioā. 1. d.

¶Si quis diligit mundum: non est charitas patris in eo. Et infra Mundus. 1. ioā. 2. c.

¶Videte qualem charitatē dei dedit nobis pater: vt filij dei nominemur et simus. 1. ioā. 3. a.

¶Charissimi diligamus nos inuicē: quia charitas ex deo est. Et omnis qui diligit fratrem suum: ex deo natus est/ & cognoscit deum. Qui nō diligit non nouit deum: quoniam deus charitas [p] est. 1. ioā. 4. b

¶In hoc apparuit charitas dei in nobis: q̄m ipsum filiū suū vnigenitū misit deus in mūdum/ vt viuamus per eū. Et hoc est charitas/ non quasi nos diligerimus deum: sed ipse prior [q] dilexit nos/ & misit filium suū propiciatorem pro peccatis nostris. 1. ioā. 4. b

l ¶De pœni. dis. 2. c. charitas ē. ibi. finis cœlestiū p̄ceptorū. & vide ī supiori pxia ānotatiōe.

m ¶An bona opera semper in charitate fieri debeant/ an vero etiam extra charitatem facta p sint: dicendū ē breuiter/ q bona opera etiā extra charitatē facta psūt ad quinq. Primo q̄tū ad minus suppliciū subeūdū. De hoc ē tex. Augustini. in c. si quis aūt. quod ē c. fi. de pœni. distinc. 3. vbi dicit. Si quis nō habens charitatē (quæ pertinet ad vnitatē spirit9 & vinculum pacis quo catholica ecclesia congregata cōnectit) ī aliquo schismate constitutus/ ne christū neget patitur tribulationes/ āgustias/ famē/ siti/ nuditatē/ persecutionē/ pericula/ carceres/ vincula/ tormenta/ gladiū & flammas/ bestias/ vel ipsam crucē timore gehēnę & ignis ęterni: nullomodo ista culpanda sūt. immo vero & hæc laudāda est patientia. Non eī dicere poterimus melius ei fuisse vt Christū negādo nihil eorū pateretur quæ passus est/ confitendo: sed ęstimandū est fortasse tolerabilius ei iudicium futurum/ q̄ si Christum negando nihil eorū pateretur. Vnde illud quod ait apostolus/ Si tradidero corpus meum ita vt ardeam/ charitatē aūt non habuero: nihil prodest. nihil prodesse intelligatur ad regnū cœlorū obtinendū nō ad extremi iudicij tolerabilius suppliciū subeūdum Hæc tex. Secūdo: talia bona prosunt ad bonū tēporale obtinēdū. Tex. est in c. cauēdū. de pœni dis. 3. vbi dicit. Cauēdū nobis est: vt si forte aliquid boni agimus/ in præsenti sæculo remunerationem accipiamus. ne forte dicatur nobis. Receperūt mercedē suā. Nisi enī diues (supple malus) aliquod bonū egisset vnde in præsenti sæculo remunerationem accepisset: nequaq̄ Abraam ei diceret. Recepisti bona in vita tua. Tertio: talia bona prosūt adhoc vt deus citius illustret cor hominis ad veram pœnitētiā. Tex. est qui est Gregorij in c. falsas. de pœni. dis. 5. vbi dicitur. Si culpa grauiori irretitus ad pœnitētiam venerit/ vel qui bona alterius iniuste detinet/ vel qui odiū in corde gerit recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere/ per quā ad ęternam vitam peruenire valeat nisi negociū relinquat/ vel officiū deserat/ vel odium ex corde dimittat et cętera: ne tamē desperet/ interim quicquid boni poterit facere hortamur vt faciat: vt oīpotens deus cor illius illustret ad pœnitentiam. Hęc textus. Istas autem tres vtilitates bonorum extra charitatem factorum ponit glosa in c. Quod quidam. in verbo pœnitentiæ. de pœni. & remis. vbi pro faciliori eorum memoriæ commendatione subijcit hoc distichon. Quæ cum mortali bona fiunt: dant bona terræ. Cor faciūt humile: minuunt tormenta gehennę. Panor. vero ibidem subiungit alias duas vtilitates. Quarto ergo talia bona habent effectum: q dæmon non habet tantam potestatē in peccatore aliquando bona operante/ sicut in corpore omnino subdito peccatis/ & bonis operibus vacuo. Vnde legitur in dialogo Gregorij & in glosa. c. postea. de conse. distinc. 4. q diabolus Iudæo qui se signo crucis signauerat obesse non potuit: sed solum dixit. Inueni vas vacuum sed signatum. Quinto valent talia opera seu bona extra charitatem facta q̄tum ad acquirendam assuefactionem bonorū operum. Sicut etiam baptismus Ioannis valebat pro assuefactione veri baptismi. prout est tex. in c. non regenerabantur. de conse. distinc. 4.

n ¶De hospitalitatis materia habetur per textus varios. 13. distinc. per to. Cū primis autē notandus est impræsentiarum textus in c. Si quis despicit. in fi. eadem distinc. vbi dicit. In hospitalitate nō est habēdus delectus personarum: sed indifferenter quibuscunq sufficimus/ hospitales nos exhibere debemus.

o ¶1. questi. 1. c. multę sunt. in fi. vbi dicit textus. Charitas quæ operit multitudinem peccatorū/ propriū donū est catholicæ vnitatis & pacis. nec est in omnibus donum eius: quia nec omnes sunt eius. Et de hoc dicto Pauli est etiam textus in c. qui sacramento. 22. questi. 4. & in c. ipsa pietas. paulo ante. fi. 23. questi. 4.

p ¶11. questi. 3. c. abijt. paulo post princ. vbi dicit textus. Cū aliqui societatem fraternitatis/ aliqua discordię peste commaculant: deum produnt/ quia deus charitas est.

q ¶De conse. distinc. 2. c. iteratur. in fine. vbi conformiter ad hanc sententiam dicitur. Semper est mors Christi per sæculi vitam posteris annuncianda: vt discant qua charitate dilexit suos/ qui pro eis mori dignatus est. cui omnes debemus vicem repē

dere charitatis. quia ad hoc nos prior dilexit/cum essemus gehennę filij: vt diligeremus eum/iam a morte liberati.
r ℂ 23. questi. 4. c. Quis nos potest. in fi. vbi tex. hic inseritur. Et dicitur q licet perfecta charitas foras mittat timorem: tamen Paulus pœna corporis ad euangelium coactus intrauit/ & plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt/in euangelio laborauit. Et circa hoc dictum aduertendũ est q in hac vita / tametsi perfectissima charitas haberi non possit: perfecta tamẽ potest haberi. De quo/quãdo scilicet perfecta charitas & quando imperfecta dicatur: videatur bonus textus qui Augustini est / in c. Qui vult facere cũ tribus sequentibus. de pœni. distinc 2. vbi dicitur. Ipsam charitatem apostolus Petrus nondũ habebat/quãdo timore ter dñm negauit: & tñ (q̃uia parua & imperfecta) non deerat ei charitas / quãdo dicebat. Animã meam pono pro te. Et subiũgitur. Si quis tantã habuerit charitatẽ / vt paratus etiã sit pro fratribus mori: perfecta est illa charitas. Sed nũquid mox vt nascitur/iã prorsus perfecta est? Vt perficiatur: nascitur. cũ fuerit nata: nutritur. Cũ fuerit nutrita: roboratur. Cũ fuerit roborata: perficitur. Cũ ad perfectũ venerit: quid dicis? Mihi viuere Christus est: & mori lucrum. Subiungitur adhuc. Sicut seta introducit filum: ita timor introducit charitatem. Crescit charitas: minuit timor. & econuerso. Forte nata ẽ in te charitas/sed nondũ perfecta: noli desperare/ nutri eam ne forte suffocetur. Charitas in quibusdã perfecta est/ in quibusdã imperfecta. perfectissima aũt in hac vita haberi non potest. Hæc tex.

1 ioã. 4. c. ℂSi diligimus inuicem: deus in nobis manet / & charitas eius in nobis perfecta est.

1 ioã. 4. c. ℂDeus charitas est: & qui manet in charitate/in deo manet & de⁹ i eo.

1 ioã. 4. d ℂIn hoc perfecta est charitas dei nobiscum / vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est/ & nos sumus in hoc mundo.

1 ioã. 4. d ℂTimor nõ est in charitate: sed perfecta r charitas foras mittit timorẽ quoniam timor pœnam habet. Qui autẽ timet: nõ est perfectus in charitate.

1 ioã. 5. a. ℂHęc est charitas dei: vt mandata eius custodiamus. Et infra mãdatũ.

amos. 5. g **Carmen.** ℂAufer a me tumultum s carminum tuorum: & cantica lyrę tuę non audiam.

ℂDe libro in quo scriptę erant lamentationes / & carmen/ & vę: vide Eze. 2. in fine/ et in verbo liber.

gen. 2. d. **Caro.** ℂHoc nũc os t ex ossib⁹ meis/ & caro de carne mea (dicit Adã de Eua ex costa sua in mulierẽ ędificata. Et supra in verbo Adam.

gen. 6. a. ℂNõ permanebit v spiritus me⁹ in homine in ęternum (dicit deus) quia caro est.

gen. 9. a. ℂCarnem cum sanguine non comedetis.

ℂDe carne preputij circuncidenda: vide Gene. 17 b. & infra in verbo Circuncisio.

2. reg. 5. a. ℂOs tuũ & caro tua sumus (dixerũt filij Israel ad Dauid) Et. 1. Dauid

psal. 15. c. ℂProuidebam dominũ in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc lętatum est cor meũ / & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

psal. 64. a ℂAd te (domine) omnis caro veniet.

psal. 108 d ℂGenua mea infirmata sunt a ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.

psal. 83 a ℂCor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum.

eccles. 12 d. ℂFrequens meditatio: carnis afflictio est.

eccl. 13. d. ℂOmnis caro ad similem sibi coniungetur.

eccl. 14. c. ℂOmnis caro sicut fœnum veterascet/ & sicut folium fructificans in arbore viridi.

eccl. 14. c. ℂAlia generãtur & alia deijciuntur: sic generatio carnis & sanguinis alia finitur & alia nascitur.

eccl. 31. c. ℂVigilia honestatis tabefaciet carnes: & cogitatio eius auferet somnũ.

esa. 58. c. ℂCarnem tuam x ne despexeris (ait dominus omnipotens.)

Hiere. 17 a ℂMaledictus homo qui confidit in homine: & ponit carnem brachiũ suum. Et latius infra in verbo Confidere & in verbo Maledictus.

mat. 16. c. ℂVos quem me esse dicitis? (dixit dominus Ihesus loquens ad discipulos suos) Respõdẽs Simon Petrus dixit. Tu es Christus xx fili⁹ dei viui.

s ℂFacit pro huius dicti declaratione bonus tex. in c. Nõ mediocriter. de cõsacra. distinc. 5. vbi dicit tex. Melior est quies q psalmorũ decantatio cum cordis puritate ac serenitate/ ac spirituali hilaritate: q̃ totius psalterij modulatio cum anxietate cordis atq tristitia.

t ℂVideat quod annotatũ est. s. in verbo Adam.

v ℂGlo. in c. prædixerat. in verbo ingenesi. de pœni. distic 1. hunc textum declarans dicit. Spiritus meus idest indignatio mea. non permanebit in homine in ęternum/idest non erit æterna: quia homo caro est/idest fragilis est.

x ℂ13. questi. 2. c. Non æstimemus. vbi dicit textus. Corpori humano quicquid impenditur/non est præsidium salutis sed humanitatis officium: secundum effectum quo nemo vnq̃ carnam suam odio habuit. Et circa hanc sententiam videatur quod statim annotabitur ad Ephesios. 6.

xx ℂDe hac confessione Petri de Christo: est bonus textus cum glosa in verbo confessio. in c. Memor. 24. questi. 1. vbi dicitur. Memor sum me sub illius nomine ecclesiæ pręsidere: cuius confessio a dño Ihesu Christo glorificata est/cuius & fides nullam hęresin fouet vnq̃/sed quidem omnes hæreses destruit. Hæc textus. vbi glosa in verbo confessio. dicit illũ textũ loqui de ista confessione. Tu es Christus filius dei viui.

y ¶ Glo. in c. 1. in verbo spirituale. de conse. distinc. 2. dicit spirituale corpus dici posse corpus Christi: quia nihil habuit quod ei obstaret. vnde ianuis clausis intrauit ad discipulos. Palpabilẽ se exhibuit: quod non faceret spiritus/ quia spiritus carnem & ossa non habet. z ¶ Hoc dictũ ponitur per glo. in c. quid est hoc. 50. distinc. a ¶ 31. questi. 1 c. quũ. in fi. & c. 1. 33. questi. 4. vbi inserũtur hęc verba. b ¶ De consecra. distinc. 3. c. Christus. vbi dicit textus q̄ per hæc verba ostenditur q̄ Christus est panis pro mundi vita. non solum secundum verbum quo viuunt omnia sed etiam secundum carnem assumptã p̄ mundi vita. humana eni caro q̄ erat peccato mortua/ carni mundę vnita & incorporata/ vnũ cũ illo effecta viuũt de spiritu ei⁹: sicut vnũ corpus de suo spiritu. Et de hoc euãgelico dicto est etiã tex. in c. verũ. eadẽ dis. vbi text⁹ qui Augustini est dicit. Quõ magnũ erit/ panis quẽ ego dabo caro mea est pro mũdi vita: nisi vera sit caro? sed quia Christum fas vorari dentibus nõ est: voluit dñs hũc panem & vinũ in mysterio vere carnem suam & sanguinem suũ consecratione spiritus sancti potentialiter creari/ & quotidie pro mundi vita mystice imolari. vt sicut de virgine per spiritũ sãctũ vera caro sine coitu creat: ita per eũdem ex substantia panis & vini mystice idem corpus Christi consecretur. Ambrosius etiã circa hanc euangelicam sententiã dicit in c. oĩa. eadem distic. Licet figura panis & vini videatur: nihil tamen aliud q̄ caro Christi & sanguis post consecrationem credendum est. Vnde ipsa veritas ait ad discipulos. panis quem ego dabo caro mea est pro mũdi vita. Est (vt mirabilius loquar) non alia plane q̄ quæ nata est de Maria & passa in cruce/ & resurrexit de sepulchro. Hæc inq̄ ipsa est/ et ideo Christi caro est/ quæ pro mundi vita adhuc hodie offertur/ et cum digne accipitur/ vitam vtiq; ęternam in nobis operatur. Panem quidem istum quem sumim⁹ in mysterio/ illũ vtiq; intelligo panẽ/ qui manu sancti spirit⁹ formatus est in vtero virginis/ & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorũ factus est cibus hominũ. vnde ipse ait. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Et itẽ. Panis quem ego dabo/ caro mea est pro mundi vita. Ex his nãq; duabus sententijs apte datur intelligi: quia panis iste & ille/ non duo sed vnus panis & vna caro/ procul dubio vnũ corpus efficitur/ illud vere/ illud sane/ quod sumptũ est de virgine/ quod passum est & sepultum/ quod surrexit & in cœlũ ascẽdit/ & sedet ad dexterã dei patris/ & quod est venturũ iudicare viuos & mortuos. Hęc Ambro.

Respondẽs autem iesus: dixit. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi/ sed pater meus qui in cœlis est. Et diffusi⁹ infra in verbo Petrus.

¶ Spiritus promptus est: caro autem infirma. marci. 4. c

¶ Spirit⁹ carnem[y] & ossa nõ habet: sicut me videtis habere. (dicit Christus ad discipulos.) lucę. 24. f.

¶ Verbum caro[z] factum est. Et infra verbum: vbi diffusius. Ioan. 1. d.

¶ Quod natum est ex carne/ caro est: & quod natum est ex spiritu/ spiritus est. ioã. 3. c.

¶ Ego sum (dicit Christus) panis viu⁹ qui de celo descendi[a]. Si quis mãducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis meus quẽ ego dabo: caro mea[b] est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudei ad inuicem: dicẽtes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Ihesus. Amen amen dico vobis. Nisi mãducaueritis[c] carnem filij hominis/ & biberitis eius sanguinẽ: nõ habebitis [c] vitam in vobis. Qui manducat meam carnem/ & bibit meum sanguinem: habet vitam ęternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro eni[d] mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem/ & bibit meũ sanguinem: in me manet & ego in illo. ioã. 6. f.

¶ Spiritus est[e] qui viuificat: caro non prodest quicq̄. ioã. 6. g.

¶ Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati/ & de peccato dãnauit peccatum in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis/ qui non secundum carnem ambulamus/ sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt/ quę carnis sunt sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt/ quę sunt spiritus sentiunt. Nã prudẽtia carnis mors est: prudentia autem spiritus vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo: legi enim dei non est subiecta/ nec esse potest. Qui autem in carne sunt: deo placere non possunt. Ro. 8. a.

¶ Debitores sum⁹ nõ carni: vt secundũ carnẽ viuam⁹. Si eni secundum carnẽ vixeritis: moriemini. Si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicũq; enim spiritu dei aguntur: hi sunt filij dei. Ro. 8. a.

c ¶ Et sic videtur iste textus innuere/ sacramentum eucharistiæ esse sacramentũ necessitatis: cũ sine eo vita æterna haberi nõ possit. Et ita etiã dicit glo. in c. veniens. in verbo necessaria. de transac. & in c. remissionem §. sed notãdũ. in verbo necessitatis. 1. questi. 1. Et dicit glosa in d. c. veniens. ideo dici sacramentũ necessariũ: quia sine eo/ non potest homo saluari/ si ipsum habere potuit & habere contẽpsit. Quam declarationẽ sequuntur ibi doctores & in c. q̃to. de consuetu. d ¶ De consecra. dis. 2. c. dupliciter. vbi dicit tex. Hieronymi. Dupliciter intelligitur caro Christi & sanguis. Vel spiritualis illa atq; diuina: de qua ipse ait. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Et. Nisi meam carnẽ comederitis/ & biberitis sanguinem meũ: nõ habebitis vitã ęternã. Vel caro mea ea quę crucifixa est/ & sanguis qui militis effusus est lancea. Textus etiã in c. in Christo pater. paulo post pric. eadẽ dis. de his Christi verbis loquẽs/ dicit. Ipse Christus ait. Caro mea vere est esca: & sanguis me⁹ vere est potus. Qui edit carnẽ meã/ & bibit sanguinẽ meũ: in me manet/ & ego in eo. De veritate ergo carnis & sanguinis nõ relictus est ãbigendi locus. Nunc enim & ipsius domini professione/ & fide nostra/ vere caro est & vere sanguis est: & hæc accepta atq; hausta efficiunt/ vt & nos in Christo & Christus in nobis sit. e ¶ Hæc sententia ponitur in c. si ex bono. paulo ante fi. de pœni. dis. 4. & ibi glosa in verbo spiritus dicit. idest/ spiritualis intellectus. f ¶ 82. distinc. c. proposuisti. paulo ante fi. & ibi glo. in verbo in carne. exponit/ idest carnaliter viuentes.

g ¶ De conse. dis.5.c. Non mediocriter. in fi. vbi ex hoc textu argumẽto sũpto a cõtrario dr carnis curã in necessarijs faciendam esse. Alia videant in verbo cura. h ¶ Archi. in c. deniq3.4. dis. dicit q licet pisces sint carnes/ vt in dicto apostoli. Alia est caro pecorum/ alia volucrũ/ alia pisciũ: tamen quibus esus carnium est inhibitus/ non censet inhibitus esus pisciũ/ q2 naturaliter frigidi sunt. Cẽsent tñ inhibita oua/ lac/ & caseus: q2 semẽtinã trahunt originẽ a carne. Ita dicit tex. in d.c. deniq3. versi. par aũtẽ. 4. dis. Dicit tñ pa. in Rub. de obserua. ieiuniorũ. colũ.3.

Ro 13.d ¶ Carnis curã ne feceritis in desiderijs[g].

1.co.15.c. ¶ Non omnis caro eadem caro:[h] sed alia hominum/ alia pecorum/ alia volucrum/ alia autem piscium[h].

1.cor.15.f ¶ Caro & sanguis: regnũ dei possidere non possunt.

2.cori.5.c ¶ Nos ex hoc neminẽ nouimus secundum carnẽ: & si agnouimus secũdum carnem Christum/ sed nunc iam non nouimus.

2.co.10.a ¶ In carne ambulantes/ non secundum carnem militamus: nam arma militię nostrę carnalia sunt/ sed potẽtia deo &c. Et vide. s. i verbo arma

Gala.5.c ¶ Spiritu ambulate[i]: & desideria carnis[i] nõ perficietis.

Gala.5.c ¶ Caro[k] enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicẽ aduersantur: vt nõ quęcũq3 vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini[l]: non estis sub lege.

post Archi. in c. Rogationes. de conse. dis.3. q dictũ c. deniq3. in eo qd dicit abstinentes a carne/ debere abstiere ab ouis/ lacte/ & caseo: esse intelligẽdum de tẽpore quadragesimali. quia ista licite sumunt in alio tempore: licet ieiunetur/ & a carnibus abstineatur. Et illo tẽpore quo licite sumunt oua: licet abstineatur a carnib9/ potest etiã sumi sagimen. glo. ẽ notabilis ĩ c. presbyter. in verbo sagimine. 82. distinc. & glosa in c. Admonere. i verbo carnẽ. 33. q̃sti.2. quę fortius dicit q prohibitis carnib9/ lardum non censet esse prohibitum. Et pro illa glosa est bonus text9 in l.1. C. de eroga. mil. anno. lib.12. vbi probat carnes & lardũ esse species distinctas. ex quo dicit ibi Bar. q appellatione macellatoru3 carniũ non veniunt macellatores lardi. Et aduertendũ est q licet vltra cõmunes dies ieiuniorũ esus carnium ex generali consuetudine diebus sabbatis inhibeatur: tñ non inhibetur de iure cõmuni. Tex. est cum glosa. in c. de esu carniũ. de conse. distic.3. & in c.2. §. item de illis. de obser. ieiunio. Et ad c. sabbato. de conse. disti. 3. vbi ieiuniũ pręcipi vr in sabbato: cõiter respondet q consilij est/ & non pręcepti. Sexta tamen feria etiã iure communi disponente/ a carnibus debet abstineri: nisi ea die natalis domini celebritas occurrerit. q2 ob reuerentiã vesci carnib9 permissum esset. Tex. est ĩ c. fi. de obser. ieiu. Vbi excipiunt vouẽtes & religiosi: quia tales sexta feria etiã si occurrerit natalis festũ/ debẽt abstinere. vt ibi dicitur. Quod tamẽ non procedit: si infirmitatis necessitas aliud exposcat. quia exigente infirmitate: etiã tẽpore quadragesimali esus carniũ licitus est. Ita probat textus in c.2. in fi. de obser. ieiunio. Fallit in Cartusiensibus: qui etiã infirmitatis tempore astringuntur voto abstinere a carnibus. Vbi tamen periti medici dicerent vitã alicuius Cartusiensis infirmi non posse sine esu carniũ restaurari: tunc non obstãte regula seu voto deberet carnes comedere. Sicut enim iuramentum propter euitandũ mortis periculũ non ligat: ita nec votũ cũ paribus passib9 ambulent. vt notat in c.1. & in c. debitores. de iureiu. & c. licet. &c. Magne. de voto. Ita notabiliter concludit panor. in c. si vero. col.2. de iureiu. Aduertendum est vlterius q monachi/ nedum sexta feria sed etiam quolibet alio die debent carnibus abstinere. vt est textus in c. carnẽ. de conse. distinc.4. vbi dicit tex. Carnem cuiq̃ monacho nec gustandi nec sumendi est concessã licentia. non q creaturam dei iudicemus indignam: sed q carnis abstinentia vtilis & apta monachis ęstimetur/ seruato tamẽ moderamine pietatis erga ęgrotos. Quod si quis monachus violauerit/ & contra sanctionem regulę vsumq3 veterem vesci carnibus pręsumpserit: sex mensiũ spacio retrusioni & pœnitentię subiacebit. De qua etiam carnium prohibitione monachis facta est bonus textus in c. Cum ad monasteriũ. de sta. mo. vbi dicitur. In refectorio nullus omnino carne vescatur/ nec in quibusdam solennitatibus (sicut aliquando fieri consueuit) conuentus exeat cum abbate/ paucis ibi relictis/ vt extra refectorium edant carnes: cum illis diebus præcipue regularis disciplina sit studiosius obseruanda. Sed nec extra refectorium: nisi in infirmatorio esum carnium credant sibi licere. Quanq̃ ex indulgentia possit abbas interdum aliquos fratrum nunc hos nunc illos prout necessitas postulauerit aduocare: ipsisq3 secum in camera sua melius & plenius exhibere. Dicit tamẽ dominus Cardinalis in d.c. cum ad monasterium. se cõsuluisse q in monasterijs in quibus a tẽpore imemoriali fuit esus carnium in vsu habitus/ impune possunt monachi vti carnibus: donec monasteriũ aliter reformet. quia ex quo non fuerunt adinuẽtores/ nec apparet ex qua causa hoc fuerit introductum: potest præsumi q ex causa legitima/ quia tempus ĩmemoriale habet vim tituli. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quo & est & priuilegij c. super quibusdam. de verbo signifi. Si tamen monasteriũ reformaret/ debent reformationi parere: vt concludit panor. in c. super eo. de regula. & moderni in c. ad nostram. de appella. & est bona glosa in c.1. de sta. mo. li.6. & in c. quod omnes. de regu. iuris. eodẽ li. Et licet ab omnib9 carnibus monachi debent abstinere: ab hedinis tamen principaliter abstinebunt/ quia hedinę carnes prouocant dæmones. ita dicit glosa in c. fi. in verbo triginta. in fi. 32. quęsti.2. Alijs autem a monachis esus carniũ: nisi certis diebus est omnino permissus. immo qui carnibus vtẽtes damnant: sunt excõmunicandi. Textus est in c. si quis carnem. 30. distinc. quia etiam Christus carnibus vtebatur: vt est bonus textus in c. accipite. de consecra. distinc.2. i ¶ Similis est textus Hieronymi in c. Nunq̃. paulo post principium: de consecra. distinc.5. vbi dicitur. Ama scientiam scripturarum: & carnis vitia non amabis. k ¶ Glosa in c. perfecta. in verbo cogit. de pœni. distinc.1. citat hoc dictum. Dicit enim. Sensualitas semper rationi repugnat. Vnde apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum: & econuerso. l ¶ In exornationem huius dicti videndus est notabilis textus in c. duæ sunt. in fi. 19. quęsti.2. vbi dicitur. Spiritus dei lex est: & qui spiritu dei agunt/ lege dei ducunt. Et quis est qui spiritusancto possit resistere digne? Quisquis igit hoc spiritu ducitur: etiam episcopo suo contradicẽte eat liber nostra auctoritate. Iusto eni lex non est posita: sed vbi spiritus dei/ ibi libertas. & si spiritu dei ducimini: non estis sub lege. Et pro effectu huius dicti est etiã notabilis textus in c. licet. in prin. de regula. vbi dr. Licet quibusdã monachis & canonicis necnon hospitalarijs & tẽplarijs a sede apostolica sit indultũ ne postq̃ aliquis professus fuerit apud eos ad alium locum possit ipsis inuitis arctioris etiã religionis prętextu transire/ vt vnusquisq3 secundum apostolũ in ea vocatione permaneat in qua dignoscit esse vocatus. Quia tamen vbi spiritus dei est/ ibi libertas/ & qui spiritu dei aguntur non sunt sub lege/ q2 lex non est posita iusto: ea ratione videtur hoc illis esse cõcessum/ ne quis ex temeritate vel leuitate in iacturã vel iniuriam sui ordinis sub prætextu maioris religionis ad aliũ ordinẽ transuolaret/ sicut frequẽter a multis cõstat esse præsumptũ/ non quidẽ vt ei licẽtia denegetur/ qui eam cum humilitate ac puritate duxerit postulandã: vt nõ ficte sed vere ad frugem melioris vitæ

valeat transmigrare. Talis ergo postq̃ a prelato suo transeũdi licentiã postulauerit/ ex lege priuata que publice legi praeiudicat absolutus/ libere potest sanctioris vite propositum adimplere: non obstãte proterua indiscreti cõtradictione prelati. quia priuilegiũ meretur amittere: qui concessa sibi abutitur potestate. Hec textus. m ¶ Glosa in c. Omnino. in verbo vt mercede. 31. dis. dicit per istam sententiã Pauli/ beneficiatũ posse vxorem & filios de beneficijs ecclesiasticis enutrire: si aliunde facultas non suppetat. Et ita etiã tenẽt panor. & cõmuniter canoniste in c. coniugatus. in fi. de conuer. cõiu. ãpliantes istud procedere etiam in filijs illegitimis. quia licet in eorum susceptione peccatũ sit: tamen sunt enutriendi etiã de reditibus ecclesiasticis/ si aliunde non habeat/ propter equitatem. c. Cum haberet. de eo qui dux. ĩ ma. quã pollu. per adul. Per hoc etiam dictũ Pauli/ glosa in c. decẽter. in glo. ma. in prin. 89. distinc. sentit episcopũ ecclesiastica officia propinquis dare posse/ si digni sint. imo dicit panor. quẽ alij canoniste sequunt/ q epũs parentib9 suis pauperibus & dignis poti9 prouidere deb3 q̃ extraneis. Ita dicit panor. per illũ textũ in c. dilecto. de prebẽdis. Et panormitanũ sequit in hoc dicto preceptor meus Decius. in c. Cum M. Ferrariẽsis. in 3. no. de cõsti. De hac denique sententia Pauli est bo. tex. in c. Non existimemus. 13. questi. 2. vbi dicitur. Corpori humano quicquid impẽditur non est presidiũ salutis: sed humanitatis officiũ secundum effectum quo nemo vnq̃ carnem suam odio habuit.
n ¶ Archi. in c. vnum orarium §. alias ea demum. colũ. 1. 25. distin. dicit carnem ideo foeno cõparari: quia vt foenũ in humido positum putrescit/ ita caro posita in delicijs. Ideo Matthaei. 14 dicitur q turba iussa est discumbere super foenum: quia super carnem nostrã debemus discũbere & eam calcare.

¶ Manifesta sunt opera carnis/ quae sunt fornicatio/ immundicia/ impudicitia/ luxuria/ idolorum seruitus/ veneficia/ immundicie/ contentiones/ emulationes/ ire/ rixe/ dissensiones/ secte/ inuidie/ homicidia/ comessationes/ ebrietates/ & his similia que predico vobis: quoniam qui talia agũt/ regnum dei non consequentur. Gala. 5. d.

¶ Qui sunt Christi: carnem suam crucifixerũt cũ vicijs et cõcupiscẽtijs. 5. d.

¶ Nemo vnq̃[m] carnem suam odio habuit/ sed nutrit & fouet eam: sicut et Christus ecclesiam/ quia membra sumus corporis ei9/ de carnib9 eius et ossibus eius. Ephe. 5. f.

¶ Induite vos armaturam fidei/ vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. Et latius supra in verbo Armatura. 6. b

¶ Gloriamur in Christo Ihesu/ & nõ ĩ carne fiduciã habẽtes: q̃q̃ & ego habeam confidentiam in carne. Philip. 3. a

¶ Omnis caro vt foenum:[n] & omnis gloria eius velut flos foeni. 1. petri. 1 d

¶ Omne quod est in mundo/ aut est concupiscentia cordis/ aut concupiscentia oculorum/ aut superbia vite. Et infra in verbo Mundus. Ioan. 2. b.

Castigare et castigatio.

¶ Benedico te deus pater: quia tu castigasti me/ & tu saluasti me. Tho. 11. d

¶ Deus castigauit nos propter iniquitates nostras: & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. Tho. 13. a

¶ Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me. psal. 117. c

¶ Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo: obtinuerunt diuitias. Et dixi. Ergo sine causa iustificaui cor meũ: & laui inter innocentes manus. Et fui flagellatus tota die: & castigatio mea in matutinis. Psal. 72. c

¶ Castigasti me domine & erudit9 sum: quasi iuuẽculus indomitus. Hie. 31. c.

¶ Castigo corpus meum (dicebat Paulus) & in seruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs predicauerim[p]/ ipse reprobus inueniar. 2. co. 9. d.

¶ Quẽ diligit dñs castigat:[q] flagellat autem omnẽ filium quem recipit. hebre. 12 c

Castitas et castus.

¶ Confortatum est cor tuum (dixit populus Israel ad Iudith) eo q castitatẽ[r] amaueris & post virum tuum alterũ nescieris. Ideo &[r] manus domini confortauit te: ideo eris benedicta Iudith 15. d.

o ¶ Videatur textus in c. si Paulus. 32. questi. 5. vbi dicitur. Si Paulus apostolus vas electionis & praeparatus in euangelio Christi/ ob carnis aculeos & incentiua vitiorũ/ reprimit corpus suum/ & seruituti subijcit ne alijs predicans ipse reprobus inueniatur/ & tamen vidit aliam legẽ in suis membris repugnantem legi mentis suae/ & captiuantem se in lege peccati/ si post nuditatẽ/ ieiunia/ fames/ carceres/ flagella supplicia/ in semet reuersus exclamat/ infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: tu te putas securum esse debere? p ¶ Hinc dicit textus in c. Oportet. 8. questi. 1. in fi. predicatorẽ debere esse vite irreprehensibilis. & c. 1. 38. dis. dicit tex. Sciant sacerdotes sanctas scripturas/ & omne opus eorum in praedicatione & doctrina consistat: atq; edificent cunctos tam fidei scientia q̃ operũ disciplina. Et dicit tex. notabilis in c. infames. in fine 3. questi. 7. Cui9 vita despicitur: restat vt eius predicatio contẽnatur. & in c. Qui sine peccato est. eadem causa & q̃stione dicitur. Prius illi purgãdi sunt per quos aliorum culpe feriuntur: vt ipsi iam mundi per vltionem veniant qui aliorum vitia corrigere festinant. Et in c. iudicet. eadem causa & q̃stione dicit textus. Iudicet ille de alterius errore: qui non habet in seipso quod condẽnet. Iudicet qui non agit eadem quae in alio putauerit punienda: ne cum de alio iudicat ipse ferat sententiam. q ¶ Per hanc Pauli sententiã quam citat Augustinus cuius est ille textus. in c. Ea vindicta. 23. questi. 4. dicitur/ eam vindictam q̃ valet ad correctionẽ non prohiberi. Et idem vult textus iuris ciuilis in l. vnica. C. de emenda. seruo. & in l. vnica. C. de emẽda. propinquo. de quo dicetur in verbo corripere. r ¶ De castitatis effectu ac emendatione/ notabiliter loquitur textus in c. hoc solum. 33. quest. 5. vbi dicitur. Dico q quo modo absq; ceteris operib9 virginitas sola non saluat: sic omnia opera absq; virginitate/ puritate/ continentia/ castitate/ imperfecta sunt. Et dicit Archi. in c. 2. colũ. 2. 12. questi. 2. q castitas dat alijs virtutibus firmum & stabile fundamentum. vt probat in Auten. Quomodo opor. episc. §. Neq; autem. colla. 2. Quae etiã quodãmodo repraesentat statũ coelestẽ. Vnde beatus Bernardus. Quid castitate decorius: que in hoc mor-

talitatis loco & tempore quendā statum Imortalitatis gloriæ repræsentat. Hīc autem castitatis viam esse arctissimā/ & non nisi deo inspirante dari: probat notabilis textus in c. de his. 28. dis. vbi dicit tex. Si aliquibus gratia castitatis deo inspirāte placuerit/ & promissionem castimonię suę absq; cōiugali necessitate sese spoponderint seruaturos: hij tāq̄ appetitores arctissimę vię leuissimo dn̄i iugo subdant. De difficultate etiā huius vię castitatis loquēs tex. i. c. Quia sāctitas. i fi. 50. dis. dicit sine carnali delicto paucos ieniri.

inęternum. Et late infra in verbo Iudith.

1. tio. 4. c. ¶Exemplum esto fidelium in verbo/in conuersatione/ in charitate / in fide/in castitate [s].

Sapię. 4 a ¶O q̄ pulchra est casta [t] generatio cum claritate.

1. tio. 5. a ¶Obsecra iuuenculas vt sorores in omni castitate.

mat. 19. b **Castrare.** ¶Sunt eunuchi [v] qui seipsos castrauerūt propter regnū cœlorum. Et vide infra in verbo Eunuchus.

psal. 1. a **Cathedra.** ¶Beatus vir qui non abijt in consilio impiorū/et in via peccatorum non stetit: et in cathedra pestilentię nō sedit. Sed in lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte.

mat. 23. a. ¶Ihesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos: dicens. Super cathedrā [x] Moysi sederunt scribę & pharisęi. Omnia ergo quęcunq; dixerint vobis/seruate & facite: secundū opera vero eorum nolite facere. Dicūnt enim & non faciunt. Et diffusius in verbo Pharisęus.

eccl. 7. a. ¶Noli quęrere ab homine ducatum: neq; a rege cathedram honoris.

Lucæ. 11. f ¶Vę vobis pharisęis: qui diligitis primas cathedras in synagogis/& salutationes in foro.

ecci. 4. d. **Catena.** ¶De carcere / catenisq; interdū quis egreditur ad regnū: & alius natus in regno/inopia consumitur.

Actuū. 12 a ¶Petrus tenebatur in carcere vinctus catenis duabus.

Cauda. ¶De Samsone qui caudas vulpium iunxit ad caudas: vide Iudicum. 15, a. Et in verbo Samson.

Iob. 40. b ¶Vehemot stringit caudam suam quasi cedrum. Et infra Vehemot.

Ecci. 9. d. **Cauere.** ¶Secundū virtutem tuam/caue te a proximo tuo: & cū sapientibus et prudentibus tracta.

26. b. ¶Ab omni irreuerentia oculorum filię caue: & non mireris si te neglexerit. Et diffusius infra in verbo filia.

32. d. ¶A filijs tuis caue: & a domesticis tuis attende.

41. d ¶Caue ab amicis de sermonibus improperij/& cum dederis ne improperes.

mat. 16. a. ¶Cauete a fermento pharisęorum et saducęorum.

Lucę. 12. b ¶Cauete ab omni auaritia: quia non in abundātia cuiusq̄ vita eius est ex his quæ possidet.

eccl. 26. d. **Caupo.** ¶Non iustificabitur caupo a peccatis labiorum.

s ¶Quia per epistolā Pauli ad Timotheū/omnium sacerdotū Christi numerus eruditur vt dicit notabilis tex. in c. miramur. versi. vbi est illa beati Pauli apostoli sententia. 61. distinc. ex hac sententia satis apparet sacerdotes prę cęteris debere castitatē amplexari & obseruare. Hinc dicit tex. q̄ Bedę est. i c. Sacerdocib⁹. 31. dis. Sacerdotibus vt semper valeant altari assistere: semper ab vxorib⁹ est abstinendū/semperq; castitas obseruanda pręcipitur. Et in c. eos. eadē distinc. dicit text⁹. Eos ad sacrificia fas est admitti; qui vel etiā cū vxore nō exerceant carnale cōmercium. Immo nedum castitas sacerdotibus pręcipitur: sed etiam pręcipit oib⁹ in ordine sacro cōstitutis. Et ideo q; subdiaconatus est hodie sacer ordo / prout est textus cum glo. in c. a multis. de ætа. & quali. subdiaconibus castitas est pręcepta. Tex. est in c. 1. 32. dis. Vbi dicitur. Omniū sacerdotum tam excellens est electio: vt hęc quę in alijs membris ecclesiæ vacant a culpa/in illis tamen habeant illicita. Cum ei extra clericorum/ id est ordinū sacrorum constitutis/nuptiarum societati & procreationi filiorū studere sit liberum: ad exhibendam tamen perfectę continentiæ puritatem nec subdiaconibus carnale cōnubium quidem concedit. Et in c. Nemo ad sacrū. eadē dis. dicit tex. Nemo ad sacrū ordinē permittat accedere: nisi aut virgo/aut ꝓbatę castitatis/& q̄ vsq; ad subdiaconatū vnicam & virginem vxorē habuerit. Et idem etiā probat tex. iuris ciuilis in Auctēn. multo magis. C. de epis. & cle. Cætera videant in verbo concubina.

t ¶Huius dicti meminit Archi. in c. 2. col. 2, 12. questi 2. ex eo inferens castitatē esse vnū de his quæ illis inesse debent qui in perfecta vnitate viuere volunt. Casta autē generatio dicitur etiā inter coniugatos: q; castitas nedum in virginali statu est/sed etiam in viduali. Textus est in c. nicena, 31. distin. & notat glo. in c. cōuiuia. 44. dis. Et ideo dicit notabiliter panot. in c. quod a te, in glo. 2. de cleri. coniu. & in c. vt clericorum mores. in 1. col. de vita & honesta. cle, q; transeundo ad secunda vota vxor non perdit relictū/ sibi factū sub cōditione/si caste vixerit. Et idem dicunt legistę pręsertim Bartho. in l. mulier. §. Cum proponeret. in fi. ff. ad sena, trebel. & in l. 1. C. si secū nup. mulier.

v ¶De istis eunuchis qui se castrauerūt propter regnum cœlorum: est notabilis textus in c. Qui sitit. circa medium. 33. questi. 5. vbi dicit textus. Alios hominum facit eunuchos natura/alios vis hominū. Mihi (ait dominus) illi eunuchi placent quos castrauit volūtas non necessitas. libēter eos in meo recipio sinu: qui seipsos castrauerūt propter regnum cœlorum/ & ob meum cultum noluerunt esse quod nati sunt. Cætera videantur in verbo eunuchus.

x ¶Circa hanc sententiam videatur bonus textus in c. Non quales. 1. questi. 1. vbi dicitur. Non quales sacerdotes domini sunt/sed quid de domino loquantur: est vobis magnopere prouidendum. nec in vicarijs beati Petri aposto

li vobis est attendendum quid sint: sed quid pro correctione ecclesiarum/ quid pro salute vestra satagant. Nec enim illos inferiores dicetis scribis & pharisaeis sedentibus super cathedram Moysi: de quibus dominus precepit dicens. Queçunq dixerint vobis facite: secundũ opera eorũ nolite facere. Ergo iperator consydera. si illos dixit audiendos q super cathedrã Moysi sedebant: q̃to potius q super cathedrã Petri residentes esse existimas obaudiẽdos. y ℭ Pro huius sniç & aliarũ sub hoc verbo cõprçhensarũ declaratiõe aduertẽdũ est: q cã multipliter sumit. Primo ei sumit pro iudiciali cõflictu. Nã causa est quç habet in se controuersiam dicendo positam cũ certarũ personarũ interpositione/ scilicet iudicis/ actoris/ & rei. Et sic sumitur i c. forus. §. causa. de verbo. signi. & in c. causam quç de offi. dele. Et ita etiã sumi potest in hac sentẽtia. Secundo. Causa sumitur pro vtilitate. vt ẽ bo. tex. in l. itẽ veniunt. in prin. ff. de peti. hære. Et sic sumi põt dum dicitur. Exurge domine deus in causam meã. & cũ dicitur. Causã tuã tracta cũ amico tuo. Tertio. sumitur causa pro titulo seu origine. & ita accipi potest dum dicitur. Infandorum idolorum cultura omnis mali causa est. l. Nec vllam. in prin. ff. de peti. hçre Quarto sumitur pro ratione vt in l. 1 ff. de regu. iuris. & sic sumitur ibi. Nihil in terra sine causa fit. Alios quinq modos quib9 hoc verbum causa sumi potest/ ponit Hostien. in c. cum dilecti. col. 3 versi. Et nota q cã. de accusa. z ℭ Hanc verberũ pœnam iudices etiã ecclesiastici possunt infligere. vt est tex. I c. in archiepiscopatu. de rap. in c. fraternitas. 12. quæsti. 2. & in c. illi qui. iuncta glo. in verbo religiosus. 5. q̃sti. 5. Cauere tñ debent a duobus. Primo ne verbera ad sanguinem vsq procedãt. c. his a quib9. & ibi glosa i verbo oprç cipiant 23. quæsti 8. Secundo/ q verbera non infligant per laicos. quia iudices ecclesiastici clericos a laicis verberari facientes/ etiam causa disciplinæ/ excõmunicati sunt. textus est valde celebris in c. vniuersitatis. de sen. excom.

Causa. ℭSi fuerit cã [y] inter aliquos/ & interpellauerint iudices: quẽ iustum esse perspexerint/ illi iustitiç palmam dabunt: quem impium cõdemnabũt impietatis. Sin autẽ eũ qui peccauerit dignũ viderint plagis: prosternẽt/ & coram se facient [z] verberari. Pro mensura [a] peccati erit & plagarum modus. Ita dũtaxat vt quadragenarium numerum nõ excedant: ne fede laceratus/ ante oculos tuos obeat frater tuus. deu. 25. a.

ℭExurge & intende iudicio meo deus meus: & dominus meus in causam meam Iudica me deus & discerne [b] causam meã de gẽte nõ sancta: ab homine iniquo & doloso erue me. Psal. 34. d

ℭEijce derisorẽ [c]: & exibit cũ eo iurgiũ/ cessabũtq causç & cõtumeliç. psal. 42. a

ℭNihil in terra sine causa [d] fit. puer. 22. b

ℭCausam tuam tracta cum amico tuo: & secretũ extraneo ne reueles. 25. b.

ℭIudicium determinat causas [e]. 26. b

ℭNouit iustus causam pauperis. Et infra in verbo Iustus/ vbi latius. 29. b

ℭInfandorũ idolorum cultura: omnis causa mali est. sapiç 14 d

ℭAdolescẽs loquere i tua cã: vix cũ necesse fuerit. Et lati9. I. Adolescẽs ecci. 32. b

ℭPupillo non iudicant: & causa viduç nõ ingreditur ad illos. esaiç 1. f.

ℭCausam viduç non iudicauerunt/ causam pupilli non direxerunt: & iudicium pauperũ [1] nõ iudicauerunt Nunquid super his non visitabo [f] (dicit dominus) aut super gentẽ huiuscemodi nõ vlciscetur anima mea? hebre. 5 g

ℭDe Pilato qui non inueniebat causam mortis in Christo: vide Luce 23. a. Et infra in verbo Ihesus. Et in verbo Pilatus.

Cecus. ℭSi cçcus [g] fuerit homo: nõ accedet offerre hostias domino/ nec panes deo suo. Et latius infra in verbo Macula. . Leuitici 21. d.

ℭSi cçcum [h] fuerit animal/ nõ offeretis dño: nec adolebitis ex eo super altare domini. 22. c.

ℭMaledictus: qui errare facit cçcum in itinere. deu. 27. c.

ℭProposuerat Dauid premiũ qui percussisset Hiebuseũ & tetigisset domatum fistulas: & abstulisset cçcos & claudos/ odientes animam Dauid 2. re. 5. b.

a ℭ Idem est de iure positiuo: quia pœna est commensuranda delicto. vt notãt Canonistæ in c. Ba litteris. de cõstitu. & legistæ in l. Rescriptum ff. de his qui vt indig. b ℭ De cõse. dis. 2. c. credere. in fi. vbi dicit tex. Inueniet illic. s. in altaris sacramẽto vitã qui hic discernit cã suam. c ℭ 5. questi. 4. c. in loco. in fi. vbi hæc verba citantur. d ℭ Sic dicũt legistç Omne esse habet ortũ a cã. vt citat Bal. in Ru. ff. si cer. peta. in. 2. col. Differt autẽ causa ab occasione. q causa cõsistit in iure: occasio autẽ in facto. Vel causa rõnabilis est: occasio vero irrationabilis. Ita notat Hostieñ. Et eũ coiter sequunt alij canonistç i c. solitç. de maio. & obe. Et Archi. & Dominicus in c. consequẽs. 11. dis. Aliã tamẽ differentiã inter cãm & occasionẽ ponit Io. An. in c. post trãslationẽ. de renũ. dicẽs q in practica vidit dubitari & obtineri q causa in dubio p̃sumit finalis: occasio vero p̃sumit ipulsiua. De hoc tñ/ an scilicet cã prçsumat finalis vel ipulsiua: videat qd notat per Bar. in. l. 2. ff. de dona. & per pa. & Philip. frãcũ. in c. Cũ cessãte. de appella. e ℭ Aliter dicũt Canonistç. Causas eni iustitia nõ autẽ iudicio dicũt terminari. Tex. est in c. forus. de verbo. signi. vbi dicit tex. causa a casu quo venit dr. Est eni materia & origo: negocij nedũ discussionis examine patefacta. quæ dũ pponit: causa est. dũ discutit: iudiciũ. dũ finit: iustitia. Vocat aũt iudiciũ quasi iurisdictio: & iustitia quasi iuris status. Et ita etiã dicit pa. in rub. de iudi. col. 1. Aduertendũ est tñ: q iudiciũ sumit qñq pro sentẽtia. vt notat Bal. in l. 1. per illũ tex. C. si aduer. rem. iudi. & notãt moderni in rub. C. de iudi. Et sic etiã iure humano recte dici potest q iudiciũ determinat causas. f ℭ De cã pauperũ loqt glo. prima i c. imprimis. 1. q̃sti. 1. dicẽs q cã pauperis prius tractanda est q̃ causa diuitis. g ℭ Hũc tex. declarãs Gregori9 in pastorali suo cuius verba ponuut in c. 1. versi. cçcus. 49. dis. dicit. Cçcus est: qui supernç lucẽ contẽplationis ignorat. qui prçsentis vitç tenebris pressus/ dũ vitã vẽturã nequaq̃ diligẽdo cõspicit: quo gressus operis porrigat nescit. Hinc eteni per pphetãtẽ Annã dr in 1. regũ. pedes sanctorũ suorũ seruabit: & ipij in tenebris cõticescẽt. Et circa hũc tex. est bo. tex. in c. vsq adeo. in fi. 33. dis. vbi dicit tex. Si corpore sauciatũ fortassis aut debilẽ nequaq̃ sancta cõtingere lex diuina permisit: q̃to magis doni cœlestis dispẽsatores esse nõ cõuenit (qd est deteri9) mẽte percussos? Vtrũ autẽ tex. hic secundũ litterç cortice acceptus/ hodie pcedat/ ita q cçcus id est oculis aut altero carens a pmotione repellat: tex. est pbans q sic/ in c. 2. de cor. viciatis. & ita etiã sentit do. abbas pa. in c. si. eodẽ ti. h ℭ Circa has sentẽtias aduertendũ q nedũ cçcũ aial phibet offerri

sed etiam animal claudum & languidum. prout est bo. tex. ist as prohibitas oblationes declarans in c. si. 45. dis. vbi posita hac sentētia. Si offeratis cęcū animal: nōne malū est? subiungit. Cæcū animal offert: qui ordinat indoctum in locum docti/ magistrūq; facit qui discipulus esse poterat. Claudū offert/ qui lucra terrena quęrētem locat: vtpote pedem in diuersa ponentē/ vnum in diuinis/ alterū in carnalibus. cui potest inferri illud de libro regū. Vsquequo claudicas in duas partes? Languidū offert/ qui vitiosum habet pro religioso: quiq; tardū & pigrū probat patientē. indiguus est enim dare deo: quod dedignat homo. Hæc textus.

Idcirco dicitur in puerbio. Cęcus & claudus non intrabunt in templū.

¶De Thobia qui cęcus effectus est: vide Thob.2. Et infra Thobias.

Iob.29.c. ¶Oculus fui cęco: & pes claudo (dicebat Iob).

psal.45.b ¶Dominus illuminat cęcos.

esaię.42.c ¶Surdi audite: & ceci intuemini ad videndum. Quis cęcus: nisi seruus meus? Et surdus: nisi ad quē nūcios meos misi? Quis cęcus: nisi qui venundatus est? Et quis cęcus: nisi seruus domini?

mala.1.b. ¶Si offeras [i] cæcum ad immolandum: nonne malum est?

mat.15.b ¶Sinite [i] illos (dixit Christus de phariseis) Cęci [i] sunt & duces cęcorum. Cęcus autē [k] si cæco ducatum pręstet: ambo in foueam cadunt.

¶De cęcis illuminatis a Christo: vide Marci.6. et Lucæ.7. Et infra in verbo Ihesus.

Cessio.

Ruth.4.b ¶Hic erat mos antiquitus in Israel iter ppinquos. Vt si quādo alter alteri suo iuri cedebat: vt esset firma concessio/ soluebat homo calciamentum suum/ & dabat propinquo suo. Hoc erat testimoniū cessionis in Israel.

Cedrus.

eccl.24.b ¶Quasi cedrus exaltata sum in libano: & quasi cypressus in monte syon.

psal.103.c ¶Saturabuntur ligna campi/ & cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt.

Celare.

puer.11.b ¶Qui fidelis est: celat [l] amici cōmissum. Et supra Amicus.

puer.12.d ¶Homo versutus celat sciētiam.

puer.17b ¶Qui celat delictum/ quęrit amicitias: qui altero sermone repetit/ separat fœderatos.

puer.25.a ¶Gloria dei est celare verbum: & gloria regum inuestigare sermonem.

Eccl.20.b ¶Melior est q celat insipientiā suā: q̄ homo qui abscōdit sapientiā suā.

Celum et celi.

Geñ.1.a. ¶Vocauit deus firmamentum cœlum.

deu.32.a. ¶Audite cœli quę loquor: audiat terra verba oris mei.

2.re.22.b. ¶Inclinauit cœlos/ & descendit: et caligo sub pedibus eius.

2 pa.2.b. ¶Si cœlū [m] & cœli cœlorum capere eum nequeūt (dicebat Salomon de deo) q̄tus ego sum vt possim ędificare ei domum.

Iob.9.a. ¶Deus extendit cœlos solus.

15.b. ¶Etiam cœli [n] non sunt mundi in conspectu domini.

26.c. ¶Columnę cœli contremiscunt & pauent ad nutum domini.

38.c ¶Nunquid nosti ordinem cœli: & pones rationem eius in terra?

38.d. ¶Quis enarrabit cœlorū rationē: & cōcentū cœli quis dormire faciet?

psal.18.a. ¶Cœli enarrāt gloriam dei: et opera manuū eius annūciat firmamētū.

18.b. ¶In sole posuit dñs tabernaculum suum: & ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam: a summo cęlo egressio eius.

i ¶De hoc dicto est bonus tex. l c inter verba laudantiū. 11. questi. 3. vbi dicit textus. Si qui satisfieri sibi ex veritate noluerint: habes consolationē/ quā aspicias in euāgelio. Cū enim dño dictū fuisset/ Scis q̄ audito hoc verbo scādalizati sunt Iudęi. Respōdit. Sinite illos. cæci sunt & duces cęcorum.

k ¶38 dis. c. Quę ipsis vbi enūeratis his quæ a sacerdotibus sciri debēt subiungitur. Ex his oībus si vnum defuerit: sacerdotis nomen vix in eo cōstabit. q̄ valde periculosę euangelicæ minæ sunt: quibus dicit. Si cęcus cęco ducatū pręstet: ambo in foueam cadūt. Et de hoc euangelico dicto est etiā bo. tex. in c. post translationē paulo post pri. de renū. Et pro effectu huius tex est bona decisio i c. Qui vult. in prin. 6 dis. vbi dicit. Qui vult confiteri peccata sua: vt inueniat gratiā quęrat sacerdotē scientem ligare & soluere. ne cum negligēs circa se extiterit: negligat ab illo q eū misericorditer monet & petit/ ne ambo in foueā cadant: quā stultus euitare noluit. Et dicit tex. in c. qd quidā. in si. 1. questi. 1. Si cęcus cæco lucernę ministret veritatē: neuter ideo magis suam illumiat cęcitatē. Et glo. ibi in verbo cæco. ponit duo carmina satis trita. Si cęcus cęcū conetur ducere secum. In foueam ductor primum cadet inde secutor.

l ¶Si tamen produceretur in testem: nō deberet celare. Alias esset falsus testis: & teneretur crimie falsi. quod cōmittitur non solū in dicēdo falsum: sed etiā in tacendo verū. vt est tex. in c. 1. de cri. fal. in l. Paulus. Et ibi Bar. C. de falsis. Et notatur in c. 1. de testi. cogen. Cætera quæ huic sententiæ annotari possent: annotata sunt supra in verbo amicus.

m ¶Si cœlum possit hoc loco sumi & pro cœlestis magnitudine imperij/ & pro his qui vitę suę sublimitate cęteros supergrediuntur: videatur glo. ponens hāc declarationem in l. si. in verbo cœlum. C. de sum. tri. & si. catho.

n ¶Similis est. textus. in c. principiū. §. si. de pœni. distinc. 2. vbi dicitur. Astra non sunt munda in conspectu domini. Et glosa ibi in verbo astra. exponit astra pro angelis.

o ¶De hoc dicto est glosa notabilis in c. Quia corpus. de consecra. distinc. 2. in verbo currebat. vbi glosa dicit. Christus currebat id est festinabat redimere nos per passionem. iuxta illud. exultauit vt gigas ad currēdā viā.

p ¶ 21. dis. c. Intantū. vbi dicit tex. Sancti patres apud Calcedonem/Dioscorū Alexandrinū antistitē inter cætera idcirco potissimum sine vlla restitutione dānauerunt: quia ponens in cœlum os suū lingua eius transeunte super terram excoīcationem in sanctū Leonē papam dictauit. q ¶ Tametsi terram dederit deus filijs hominū: tamen domini est terra & plenitudo eius vt est tex. ex psalmista sumptus. in c. quo iure 8 dis. & tex. no. in c. tua. 2. de deci. vbi dicit textus. Deus cuius est terra/ & plenitudo eius orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo: deterioris cōditionis esse nō debet q̄ dominus temporalis. &c.

¶ Verbo dñi cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Psal. 32. b
¶ Posuerunt in cœlum [p] os suum: & lingua eorum transiuit in terra. 72. b.
¶ Dominus in cœlo parauit sedē suā: & regnū ipsius oībus dñabitur. 102. d
¶ Extendit (dominus) cœlū sicut pellem: et tegit aquis superiora eius. 103. a
¶ Ascendunt vsq; ad cœlos/ et descēdunt vsq; ad abyssos: anima eorū in malis tabescebat. 106. c
¶ Cœlum cœli domino: terram autem [q] dedit filijs hominum. 113. d
¶ Laudate (dominū) cœli cœlorū: & aquę quę super cœlos sunt laudent nomen domini. 148. a
¶ Dominus sapientia firmauit terram: & stabiliuit cœlos prudentia. puer. 3. b.
¶ Quis ascendit in cœlum atq; descendit? puer. 30. a
¶ Quæ in cœlis sunt quis inuestigabit? sapię 9 d.
¶ Species cœli in visione glorię. eccl. 43. a
¶ Species cœli gloria stellarum: mundum illuminans in excelsis dñs. 43. b
¶ Helias verbo domini cōtinuit cœlum. 48. a
¶ Quis mensus est pugillo aquas: & cœlos palmo ponderauit? esaię. 40 c
¶ Rorate cœli desuper/ & nubes pluāt iustum: aperiatur terra & germinet saluatorem. 45. b
¶ Leuate in cœlū oculos vestros/ & videte sub terra deorsum: quia cœli sicut fumus liquescent/ & terra sicut vestimētum atteretur/ et habitatores eius sicut hęc interibunt. 51. b
¶ Altitudinē cœli/ & latitudinē terrę/ & pfūdū abyssi/ quis dimēsus est? eccl. 1 a.
¶ Ecce ego creo celos nouos/ & terram nouam: & non erunt in memoria priora. esa. 65. c.
¶ Hec dicit dñs. Cœlum sedes mea: terra autem scabellū pedū meorū. esa. 66. a.
¶ Nunquid non celum & terram ego implebo (dicit dominus) hiere. 23. e
¶ Dabo pdigia in cœlo & in terra: sanguinē & ignem & vaporē fumi. Iohel. 2. d
¶ (Baptisato [r] Ihesu) aperti sunt ei cœli: & vidit spm̄ [r] dei descēdentem sicut columbā/ et venientē super se. Et ecce vox de cœlo dicēs. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi complacui. Et infra Ihesus. mat. 3 g.
¶ Nolite iurare per cœlum: quia [s] thronus dei est. Et infra Iurare. mat. 5. a
¶ (Rogantibus Ihesum phariseis & saduceis vt signum de cœlo ostēderet) respondens ait. Facto vespere dicitis/ serenum erit: rubicūdum est enim cœlū. Et mane/ hodie tempestas: rutilat enim triste cœlū. Faciē ergo cœli dijudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire. mat. 16. a.
¶ Precibus Helię clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex. Lucę. 4. d
¶ Cœlū [t] & terra transibūt (dixit Christus) verba autē mea nō trāsibūt. Lucę. 21. f.
¶ De Paulo qui fuit raptus ad tertiū cœlū. vide. 2. co. 12. Et ifra Paulus 2. co. 12. d.
¶ De Petro qui vidit cœlum apertum: vide Actuum. 10. b. Et infra in verbo Petrus.
¶ De his quę testimonium dant in cœlo: vide. 1. Ioañ. 5. b. Et infra in verbo Testimonium.
¶ Vidi cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abijt: et mare iam non est. apo. 21. b.
¶ Adueniet dies dñi sicut fur: i quo cœli magno ipetu trāsiēt/ elementa vero calore soluētur/ terra aūt & omnia quæ in ipsa sunt opera exurēt. 2. pe. 3. c.

r ¶ De consecra. distinc. 4. c. per aquam. vbi textus qui Ambrosij est/ dicit. Christus ante descendit/ vt baptizaretur: secutus est spiritus sanctus vt nunq̄ ipse sanctificationis mysterio egere videretur: sed vt sanctificaret ipse/ sanctificaret & spiritus sanctus. Et dicit textus qui est Chrysostomi in c. Nōq̄. eadem dis. Nunq̄ aqua baptismi/ purgare peccata credentium posset: nisi tactu dominici corporis sanctificata fuisset.

s ¶ De iureiu. c. & si Christus. vbi dicit tex. Quāuis non sit per creaturam iurandum: si tamen iuretur per creaturam/ seruandum est quidem/ dummodo sit licitum quod iuratur. Quia teste veritate/ qui iurat in cœlo: iurat in throno dei. Cætera videantur in verbo iurare.

t ¶ 35. questi 10. circa princip. vbi dicit textus. Verbum domini validum est/ forte/ & durabile/ & immutabile/ & perseuerabile/ non momentaneum/ nō transitorium. Ait enim per se ipsa veritas quæ deus est. Cœlum & terra transibunt: verba autē mea non transibunt. Et glosa ibi in verbo transibunt. hoc dictum declarans dicit. Cœlum & terra transibunt non quoad essentiam/ sed quoad formam de qualitate in qualitatem. Et Archidi. ibidem exponens aliam partem huius dicti/ dicit. Verba mea non transibunt: id est non exeunt sine effectu.

Celestis. te.

¶ Si terrena dixi vobis/ & non creditis: quomodo si di Ioan. 3. b.

l.cori.15.f xero vobis celestia/credetis? (dixit Christus ad Iudęos).

ℂPrim⁹ homo de terra terrenus: secũdus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus/tales & terreni: et qualis cœlestis/tales & cœlestes. Igiť sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cœlestis.

philip.2.b ℂIn nomine Ihesu omne genu flectatur: cœlestium/terrestrium/& infernorum. Et latius infra Ihesus.

3 esdre.3.a **Cena.** ℂRex Darius fecit cœnam magnã omnibus vernaculis suis/ et omnibus magistratibus Mœdię & Persidis/ & omnibus purpuratis/ et prętoribus/& consulibus/& prępectis ab illo/ab India vsq̃ Aethiopiã centum viginti septem prouincijs.

marci.6.c ℂHerodes natalis sui cœnam fecit. Et infra latius in verbo Herodes.

marci.12.d ℂScribę amant primos discubitus in cœnis.

Lucę.14.c ℂCum facis prandium aut cœnam/ noli vocare amicos tuos/ neq̃ fratres tuos/neq̃ cognatos/neq̃ vicinos/neq̃ diuites: ne forte & ipsi te reinuitent/& fiat tibi retributio. Sed cũ facis conuiuiũ/voca pauperes/ claudos/& cęcos/& beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi: in resurrectione iustorum.

Lucę.14.d ℂHomo quidam fecit cœnam magnam/& vocauit multos: & misit seruum suũ hora cœnę dicere inuitatis [v] vt venirent: quia iam parata sunt oia. Et cœperunt simul oẽs excusare. Primus dixit ei. Villã [v] emi: & necesse habeo exire & videre illam. Rogo te: habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga [v] boũ emi quinq̃: & eo probare illa. Rogo te: habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem [v] duxi: et ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hęc dño suo. Tunc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas [v] & vicos ciuitatis: & pauperes/ac debiles/ et cęcos/& claudos/introduc [v] huc. Et ait seruus. Domine/ factum est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes [v] et compelle [x] intrare: vt impleatur dom⁹ mea. Dixi autẽ vobis: q̃ nemo virorum illorum qui vocati sunt/gustabit cœnam meam.

Ioã.12.a. ℂIhesus venit Bethaniã: vbi Lazarus fuerat mortuus quẽ ipse suscitauit. Fecerunt autẽ cœnam ibi: et Martha ministrabat/ Lazar⁹ vero erat vnus ex discumbentibus. Et infra Lazarus.

ℂDe cœna a qua surrexit Ihesus vt pedes discipulorũ lauaret: vide Ioan.13.a. Et infra in verbo Ihesus.

ℂDe discipulo qui recubuit in cœna super pectus Ihesu: vide Ioã.21.f. Et infra in verbo Discipulus.

l.cori.10.f ℂSi quis vocat vos infidelium ad cœnam/& vultis [y] ire: omne [y] quod vobis apponitur manducate/nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit/hoc immolatum est idolis: nolite manducare [z] ꝑpter illũ qui indicauit/et propter conscientiã. Conscientiã aũt dico non tuã: sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena consciẽtia?

v ℂPro huius parabolæ effectu & exornatione est textus notabilis in c. Displicet. in fi. 23. questi. 4. vbi dicit textus. Vtitur ecclesia potestate vt non solum inuitet sed etiam cogat ad bonũ. Hęc dominus significare volebat: qui quãuis haberet magnã potestatem/ prius tamen elegit commendare humilitatẽ. Hoc etiam in illa conuiuij similitudine satis euidenter ostenditur: vbi misit ad inuitatos/& venire noluerunt. & ait seruo. Exi cito in vias/plateas/ & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles/cæcos/& claudos introduc huc. Et ait dño seruus. Factum vt imperasti: & adhuc locus est. Et domi nus seruo ait. Exi ĩ vias & sepes: & compelle intrare vt impleatur dom⁹ mea. Vide nunc quemadmodum de eis qui primo venerant dictum est/ introduc eos: nunc dictum est compelle. Ita significata sunt primordia ecclesię adhuc crescẽtis: vt essent per vires etiã compellendi. Hæc textus. Archidiaconus autẽ ibi notabiliter declarãs hanc parabolã: dicit istos qui se excusauerunt per villam/iuga boum/ & vxorem/ repulsos fuisse a cœna magna/ per quã intelligitur regnum cœleste. Vnde versus. Villa/boues/ vxor regnum clausere btis. Et per ista tria intelligũtur illa tria generalia peccata quę fere totum mundum interficiunt/ scilicet superbia per illum qui emit iuga boum/ Auaritia per illũ qui emit villas. Luxuria per illũ qui duxit vxorẽ. De istis tribus dicit Ioãnes in ep̃la sua. Oẽ qd ẽ in mũdo: aut est cõcupiscentia carnis/ aut cõcupiscẽtia oculorũ/ aut superbia vitę. Dum añt dixit seruo. Exi cito i plateas &c. tangit Iudęos/ qui tanq̃ ciues legẽ/ prophetas/& eloquia dei habebant/ statuta supernę ciuitatis scientes. quos quidẽ de ciuitate ad nuptias vult vocari: sine cõpulsione tamẽ. Vnde dicit. Introduc huc. nõ dicit compelle intrare/ vt de alijs statim sequitur. nã nihil ad nos de his quæ foris sunt. extra. de diuor. c. gaudemus. sed per hoc quod dicit q̃ exeat in vias & sepes: notat hæreticos & schismaticos. per sepes enim schismatici designantur: qui schismatum spinis incõsutilem domini tunicã/ id est ecclesiæ vnitatẽ lacerant. & isti tanq̃ de foro ecclesiæ sunt cogendi intrare/& fidem seruare quam in baptismo receperunt. Hæc Archi. x ℂ23. questi. 4. c. ipsa pietas. in prin. & c. Nimiũ. & c. displicet. in fi. In quibus textibus per hanc euãgelij sententiã dicitur/ nonnũq̃ aliquos ad bonũ faciendum nedũ inuitandos/ sed etiam cogendos esse. Et annotatum est annotatione proxima.

y ℂGlosa in c. si quis carnem. 30. dis. dicit hanc Pauli sententiam hodie non procedere. Non enim licitum est Christiano cum infideli comedere. Tex. est. I c. omnes. in prin. 28. quest. 1. vbi dicit tex. Omnes clerici siue laici/ Iudęorum cõuiuia vitent: nec eos ad conuiuiũ quisq̃ accipiat. Et ita etiam per textum dicti c. omnes. tener panor. in c. q̃ sit. in 2. no. de Iudęis. Et facit textus in l. vnica. C. Ne Christia. manci. z ℂ23. questi. 4. c. Sicut. in prin. vbi dicit Augustinus cuius est illa textualis decisio. Satius est fame mori q̃ idolaticis vesci. Quod tamen dictum Augustini

¶Conuenientibus vobis in vnum: iam non[a] est dñicam[b] cœnam man= 1.cori.11.f
ducare. Vnusquisq; enim suam cœnam presumit ad manducandum.
Et latius infra in verbo Manducare.

¶Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. apo.19.b

¶De Angelo quem vidit Ioannes dicentem omnibus auibus quę vola=
bant per mediũ cœli. Venite et congregamini ad cœnam magnã dei. vi=
de Apo. 19. c. in fi. Et infra in verbo Vidi.

Census. ¶Melius est corpus validum: q̃ census[c] immensus. ecci.30.b.

¶Non est census super censum salutis corporis. ecci.30.c.

¶De respõsione Ihesu ad interrogãtes an liceret dare censum[c] Cęsari:
vide Math. 22. b. Et infra in verbo Ihesus.

Cera. ¶Sicut fluit cęra a facie ignis: sic pereant pctõres a facie terrę. Psal. 67. a

¶Montes sicut cęra fluxerunt a facie domini. 96. a.

Cerimonie. ¶Quomodo potui placere dño in cerimonijs[d] mẽte Leui.10.
lugubri? (dicebat Aaron.) Et supra Aaron.

¶Tribum Leui pones (dixit dominus ad Moysem) super tabernaculũ nume.1. a
testimonij/& cuncta vasa eius/& quicquid ad cerimonias [d] pertinet.

¶Mihi mãdauit (dixit Moyses ad filios Israel) vt docerem vos cerimo= deu.4.b.
nias[d]/& iudicia quę facere debetis in terra quam possessuri estis.

Certare et certamen. ¶Vsq; ad mortẽ certa pro iustitia/& de= ecci.4. d.
us expugnabit pro te inimicos tuos.

¶Certa bonum certamen fidei. 1.tio.6.c.

¶Qui certat in agone: nõ coronabitur nisi legitime certauerit. 2.tio.2 a.

¶Bonum certamen certaui/fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi 2.tio.4.b
corona iustitię: quam reddet michi dñs in illa die iustus iudex/non solũ
autem mihi/ sed & omnibus qui desiderant aduentum eius.

¶Deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum/per patien= hebre.12 a
tiã curramus ad propositum nobis certamẽ: aspicientes in auctorem fi=
dei & consummatorem Ihesum/qui proposito sibi gaudio sustinuit cru
cem/confusione cõtempta. Recogitate eñi eum qui talem sustinuit a pec
catoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt nõ fatigemini ani=
mis vestris deficiẽtes. Nondũ enim vsq; ad sanguinẽ restitistis aduersus
peccatũ repugnantes: & obliti estis cõsolationis/qui vobis tanq̃ filius lo
quitur dicens. Fili mi noli negligere disciplinam dñi: neq; fatigeris dũ
ab eo argueris. Quem eñi diligit dominus castigat: flagellat [e] autẽ om=
nem filium quem recipit.

Certus. ¶Hoc pro certo habet omnis qui colit te (dñe) q; vita eius Tho. 3. d.

glo. ibi in verbo procedere dicit intelligendum: vbi ad idoli venerationem comederẽtur idolatica/ alias in extrema necessitate/ esus idolaticorum non videretur inhibitus: cum necessitas legem non habeat. l. 2. §. cum in eadem. ff. ad l. Rho. de iactu. & c. si quis propter necessitatem. ff. de furtis. a ¶Per hoc dictũ Pauli dicit textus in c. quando. 2. 44. dis. conuentus seu congregationes quę fiunt vt crapulæ studeatur/ re ræhendi. b ¶In cœna domini non lautius vt plerisq; faciunt sed temperantius epulandũ est. Tex. est in c. Non oportet. in fi. de consecra. distinc. 3. Nec nisi semel sumendus est cibus. & cõtraria consuetudo corruptela est. Textus est cũ glo. in verbo ieiuniũ. in c. non liceat. eadem dis. Et dicta die chrisma singulis annis conficiendum est. Text⁹ est in c. Ilis. eadem dis. c ¶Quid sit census: notat Archi in c. Quęsitum est. in. 2. col 1. q̃sti. 3. & resolutio est vt dicatur quędã annua pręstatio quę superiori fit ratione prędiorũ possessorũ/ aut etiã ratione superioritatis. Facit bonus textus in c. prohibem⁹. & in c. preterea, de censi. et in l. ętatẽ & in l. forma. ff eodem ti. Et dicit pa. in c 2. versi. Item notat q; solutio. de cẽsi. q; solutio tributi seu census nõ est inprobata lege canonica/ imo est præcepta. Etiam lege diuina. tũ q; Christus soluit: tũ q; dixit. Reddite quę sunt Cęsaris Cęsari. Et est differẽtia iter cẽsum & pẽsionẽ. q; cẽsus soluimus de re nostra: pensionem autem de re aliena. Ita notat pa. in c. constitutus. colũ. 3. de relig. domi. Et ibi subiungit aliã differẽtiã inter censum & pẽsionem. q; ratione census nõ soluti non potest fieri expulsio a re cuius occasione census debet: sed tantũ agi potest ad solutionem census. Sed si pẽsio non soluatur per biẽnium vel triẽniũ: expelli poterit qui pensionem non soluit. Tex. est in c. potuit. de locato. in l. 2. C. de iure. emphi. & in l. Quæro §. iter locatorẽ. ff. locati. Et hanc differẽtiã ponit etiam Bar. in l. 1. ff. de publica. Et dicunt Hostieñ. & panor. in c. fi. de causa posses. & propri. & Fely. in c. ad audientiam. colum. 7. versi. pro differentia. de pręsũp. q; solutio census aliquando denotat subiectionẽ. c. Omnis aĩa. de censi & c. Cum venissent. de resti. spolia. Aliquãdo exẽptionẽ. c. constitutus. de reli. do. Et aliqñ ptectionẽ. c. recepimus. de priuile. Et dicit glo. in Ru. C. de cẽsitis & cesito. q; cẽsus tributũ & publica pensitatio idẽ sunt. d ¶Glosa in c. Qui syncęra. In verbo cerimonię. 45. dis. dicit cerimonias esse sacrificia Iudęorũ: & sic dici / quia cereis exercebãtur. Archidiaconus vero in dicto c. Qui syncęra. in 2. col. dicit cerimonias appellari vel a carẽdo quia Iudęi carebant seu abstinebant a quibusdam escis. vel a ciros quod est manus & monos quod est lex. quia legalia seu cerimonialia in opere manuum consistebant. Glosa autem in c. Non est peccatum. §. his ita. 6. distinc. dicit q; de cerimonialibus ratio reddi non potest quare ad litteram sint mandata. Hæc tamen cerimonialia ab aduentu Christi cessauerunt. & ea obseruantes mortaliter peccãt: immo incurrũt idolatriã vel quasi. Ita dicit Archi. post Hieronymũ & Origenẽ in d. c. Qui syncęra. 45. dis. Non erant tamen in lege Moysi sine effectu: quia per ipsa dimittebantur peccata venialia. Ita dicit glo. in c. Quod autem. in verbo mundabantur. 32. questi. 1. e ¶23. q̃sti. 4. c. ea vindicta. & vide supra castigare.

f ℭ 2. q. 7. c. Paul⁹. vbi glo. i v̄bo sciret. mēinit hui⁹ dicti. & de eodē v̄bo. tex. i c. Adhuc perfidi. in fi. de pœni. dis. 4.
g ℭ Hāc ppheticā snia; declarās tex. i c. pricipiū. versi. hui⁹ pricipat⁹. de pœni. dis. 2. dicit. Pricipat⁹ luciferi celsitudinē ppheta intuēs: adiūgit. Tu Cherub extēt⁹ &c. Cherub qppe plenitudo sciē iterp̄taf. & idcirco iste cherub dr: q trāscēdisse cūctos scia nō dubitaf q i medio ignitorū lapidū pfectus ābulauit. qz iter āgelorū corda charitatis igne succēsa/clarus glia cōditionis extitit quē bn̄ extentū ac ptegentē dicit oē ei qd ptegim⁹ obūbram⁹. qz cōparatiōe claritatis suę obūbrasse cęterorū claritatē credit. ipse fuisse extētus & ptegens reperit. reliquos eni quasi obūbrādo operuit: q eorū magnitudinē excellētia maiore trāscēdit. Et subdit. De hoc cherub idcirco tā mira in qb⁹ fuit & q amisit insinuantur: vt hoi ostēdat qd ipse si superbiat de electionis suę culpa passur⁹ sit/si ferięndo illu pcere noluit quem creādo i glia tātę claritatis eleuauit. Cōsideret ergo hō elat⁹/ qd i terra mereai sūāgelis ᵽlatus in cœlo p̄ternitur. Hęc tex. i d. c. pricipium.

si in probatione fuerit coronabitur/si autem in tribulatiōe fuerit liberabitur/ & si in correptiōe fuerit ad misericordiā tuā venire licebit. Et lati⁹ ifra in verbo dn̄s.

Ro. 8. g. ℭCertus [f] sum: q neq̄ mors/neq̄ vita/neq̄ angeli/neq̄ principat⁹/ neq̄ virtutes/ neq̄ instantia/neq̄ futura/neq̄ fortitudo/neq̄ altitudo/neq̄ pfūdū/neq̄ creatura alia poterit nos separare a charitate dei quæ est in Christo Ihesu. Et. g. Charitas.

2. thi. 1. a. ℭScio cui credidi: et cert⁹ sū qa potēs est depositū meū seruare i illū diē iust⁹ iudex

2. pe. 1. c. ℭCertus sum q velox est depositio tabernaculi mei (dicebat Petrus) secūdū quod dominus noster Ihesus significauit mihi.

Cherub et cherubi.

Gen. 3. d. ℭCollocauit deus ante paradisum voluptatis/cherubim & flammeum gladium atq̄ versatilem: ad custodiendam viam ligni vitę.

Exo. 25. b ℭDuos cherubim facies (dixit dominus ad Moysen) aureos & pductiles ex vtraq̄ parte oraculi: cherub vnus sit in latere vno/et alter in altero.

Exo. 37. a ℭFecit Beseleel duos cherubim ex auro ductili/quos posuit ex vtraq̄ parte ppiciatorij: cherub vnum in summitate vnius partis/& cherub alterū in summitate partis alterius/ duos charubim in singulis summitatib⁹ propiciatorij/extendentes alas et tegentes propiciatorium seq̄ mutuo & illud respicientes.

3. reg. 8. a. ℭCherubi expādebāt alas super locū arcę: & ptegebāt arcā/& vectes ei⁹ desuper.

Psal. 17. b ℭAscendit super cherubim et volauit: volauit super pennas ventorum.

psal. 79. a ℭQui sedes super cherubi/manifestare corā Effraim / Beniamin & Manasse. Excita potentiam tuam & veni: vt saluos facias nos.

ℭDe Hieremia qui vidit cherubi: vide Hiere. 10. per totū. & infra in verbo Vidi.

Eze. 28. d ℭTu cherub[g] extētus & ptegens & posui te in mōte sancto dei/in medio lapidum ignitorū. Ambulasti perfectus in vijs tuis a die cōditionis tuę: donec inuēta est iniquitas in te. In multitudine negociationis tuæ repleta sūt interiora tua iniquitate & peccasti: & eieci te de monte sancto dei/et perdidi te o cherub ptegēs de medio lapidum ignitorū Et eleuatū est cor tuū in decore tuo/perdidisti sapientiā tuā in decore tuo: in terrā pieci te ante faciē regū/dedi te vt cernerēt te/in multitudine iniquitatū tuarū & iiquitate negotiatiōis tuę polluisti sctificationē tuā. Producā ergo ignē de medio tui q comedat te: et dabo te i cinerē super terrā i cōspectu oīm vidētiū te. Oēs q viderit te i gētib⁹ obstupescēt super te: nihili factus es & nō eris iperpetuū.

Ceruus.

Iob. 7. a. ℭCeruus desiderat vmbram.

psal. 41. a ℭSicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus.

Psal. 103. c ℭMontes excelsi ceruis: petra refugium herinacijs.

Cāti. 2. b. ℭSimilis est dilectus meus capreę hinnuloq̄ ceruorum.

Ceruix.

Deu. 10. d ℭCeruicem vestram ne induretis amplius.

Iob. 13. b. ℭMemoria vestra comparabitur cineri: & redigentur in lutum ceruices vestrę.

Ecci. 30. b ℭCurua ceruicem filię tuę in iuuentute. Et infra Filia.

Ecci. 38. b ℭTristitia cordis flectit ceruicem. Et infra in verbo Cor: & in verbo Tristitia.

Cesar.[h]

Mat. 22. b ℭDe rn̄siōe Ihesu ad iterrogātes an liceret dare cēs⁹ Cęsari/vide mat. 22.

ℭDe edicto quod exijt[a] a Cęsare Augusto: vide Lucę. 2. a. Et. i. i verbo Edictū (b

ℭDe Iudęis q dixerūt se nō habere regē nisi Cęsarē: vide Ioā. 19. &. infra. Rex.

ℭDe Paulo qui appellauit ad Cęsarē: vide Actuū. 25. Et infra in verbo Paulus.

Cessare.

puer. 19. d ℭNon cesses audire doctrinam.

h ℭ Glo in pri. digest. oīg i verbo Cæsar. dicit a cęsare Augusto quēlz ipatorē appellatū fuisse cęsarē. Iuliū eni ipatorē q & dict⁹ ē Augusť dicit cæsarē vocatū vł qz de vētre matris cęs⁹ fuit vel q ventrē mris fecit apire: vt videret locum in quo cōcept⁹ fuit. vel ab euētu q Cæsareā deuicit/ sicut & alias plures pūcias. Bal. autē ibi col. 3 dicit. q Cæsar fuit ppriū nomē Iulij Cęsaris qd sibi ipositū fuit qz int in pru obijt & ipsa secato vtero lucē vidit. nē p: nō videt matrē: vt nō videret supiorē se qnē natura in hoc genuerat vt oīa Cęsar essent. Hęc Bal. Cū quo satis couenit Io. fa. i ti. phemij iustitu. i v̄bo Cęsar. subiūgit eni q etiā dict⁹ fuit Cęsar qz iā magnā cæsariē pilorū hēbat: cū a mr̄is ventre fuit extract⁹. a ℭ De hoc edicto qd exijt a Cęsare Augusto loqť Archi. i c. Magnū i prī. 81. qst. 4. dicens q hoc edicto

fuit primo statutū a Cęsare Augusto vt tributa soluerenť. Quę an soluenda sint ab ecclesia: est bonus tex. in c. Tributū. 21. questi. vlti. & dicet in verbo tributū. k ℭ Hic aduertendū est q cibi appellatione venit etiā potus. & sic sola cibi mētio sufficiēs erat. Ita Archi. in c. in qbus. de conse. dis. 2. nō venit tñ appellatione cibi vestiariū aut calciariū: quis bñ veniat appellatione alimētorū. glo. est no. i c. epūs. 10. q. 2. & est optimus tex. in l. Diarija. ff. de ali. & ciba. leg. vbi dicit. Cibarijs legatis neq habitationē neq vestiariū neq calciariū deberi palā est. l ℭ Hoc dictū cōgruit prěserum clericis. quia arma clericorū sunt lachrymę. vt est textus in c. cōueniot. 23. q. 4. m ℭ Quod etiā inimicis cibaria sint administrāda: bon⁹ est text⁹ in c. qnicūq. §si. sed sicut. 17 questi. 4. & in c. hęc aūt. §. ex his oib⁹. 23. q. 4 n ℭ Pro huius sententię limitatione tex. est notabilis in c. Nō cogāť 41. dis. vbi dicit Augustinus. Nō cogātur diuites pauperū cibis vesci / vtāť cōsuetudie infirmitatis suę: sed doleant aliter se nō posse sustētari. Si cōsuetudinē mutāt / ęgrotāt. vtanť supflua / dēt paupib⁹ necessaria. vtātur pciosis. dēt pauperib⁹ vilia. Et hāc eandē declarationē sentit tex. & ibi glo. i verbo cibarijs in l. seruis vrbanis. ff. de lega. 3. Et idē etiam voluit pa. in c. Cū instātia. in. 1. col. de cēsibus. Et i maiorē elucidationē huius tex. videať tex. solēnis i c. Quisquis. 41. dis. vbi dicit text⁹. Fieri pōt vt sine aliquo vicio cupiditatis vel voracitatis pciosissimo cibo sapiēs vtať: insipiēs aūt fœdissima gulę flāma in vilissimū olus ardescat. & sanius quisq maluerit more dñi / pisce vesci: q lenticula more Esau nepotis Abraę / aut ordeo more iumētorū. Nō enī ppterea continētiores nobis sunt plęręq bestię: q vilioribus alanť escis. Nā in oib⁹ huiuscemodi rebus non ex earū rerū natura quibus vtimur: sed ex cā vtēdi & more appetendi / vel probandū vel iprobandū est qd facim⁹ Et tex. qui eiusdē est sententię / in c. delicię. eadem dis. vbi dř. Delicię qbusdā absq desyderio percipiātur nō officiunt: & viles cibi appētet accepti ipediūt profectū abstinētię. Dauid enī aquā male cōcupitam effudit: & Helias carnē comedit. Dicit etiā tex. de tēperantia in cibis sumendis obseruāda loquens in c. nihil ei. de cōse. dis. 5. Nihil sic iocundū est sicut cibus bene digest⁹ aut decoct⁹. Nihil sic salutē / nihil sic sensuū acumē operať / nihil sic ęgritudinē fugat: sicut moderata refectio. Sufficiētia qppe cū nutrimēto & sospitatē sil pcreat & voluptatē: abūdantia vero morbū facit & molestias ingerit & ęgritudines generat. Quod enī fames facit: hoc etiā plenitudo ciborū / magis aūt & multo peiora. Fames quippe in paucis dieb⁹ aufert hoiem & liberat eū de hac vita pœnali. Excessus vero ciborū cōsumit & cōputrescere facit corpus humanū / & macerat ęgritudine diuturna: & tunc eū morte crudeli cōsumit. o ℭ Pro hoc dicto est bo. tex. in c. sicut. 32. q. 4. vbi dicit tex. Satius ē fame mori: q idolaticis vesci. De cui⁹ dicti declaratiōe vide qd annotatū ē. s. i verbo cœna. p ℭ Sic e ē qd dř post Pauiū apřm i c. Quicūq suffragio. in fi. 12. q 2. vbi dř. Dignus ē mercēnari⁹ mercede sua. q ℭ Vt faciam voluntatē patris mei: id est vt peccatores cōuersi & pœnitētes saluet. Ita istū tex. declarat tex. i c. Iter hęc hyrcū. l fi. de pœni. dis. 3. Et circa hūc tex ē etiā bo. tex. i c 1. 12. dis vbi dicit tex. Sicut dei fili⁹ venit facere volūtatē pris sui: sic & vos iplere volūtatē mris vrę / q ē ecclīa. r ℭ De cōse. dis. 2. c. dupliciter. vbi dicit tex. q Hieronymi est. Dupliciter intelligiť caro Christi & sās

ℭ Qui iustus est tribuet: & non cessabit. puer. 21. d

ℭ Si spiritus potestatem habentis descenderit super te / locū tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima. eccēs. 10. a

Cibare et cibus. ℭ Omne quod mouetur & viuit: erit vobis in cibum. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia: excepto q carnē cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum / & de manu hominis. Geñ. 9. a.

ℭ De aialibus non assumēdis in cibū ex lege Mosaica: vide late Leui 11.

ℭ Anima nostra (dicebant filij Israel de manna loquentes) iam nauseat super cibo isto leuissimo. Nu. 21. b.

ℭ De cibo Salomōis per singulos dies: vide. 3. Reg. 4. c. Et. i. Salomō.

ℭ Vtor (dixit Angelus ad Thobiā) cibo [k] inuisibili / & potu qui ab hoibus videri nō potest. Et supra Angelus. & infra Thobias. Tho. 12. d

ℭ Si is q aderat me super me magna loquutus fuisset: abscōdissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meus et notus me⁹ / qui me cum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu. psal. 54. c

ℭ Cibabis nos domie pane lachrymarū [l]: & potū dabis nobis i lachrymis in mensura. Psal. 79. a

ℭ Si esurierit inimicus tuus: ciba [m] illū. Et infra Inimicus: vbi lati⁹. puer. 25. c

ℭ Sufficiat [n] tibi lac caprarū in cibos tuos: & in necessaria domus tuæ et ad victum ancillis tuis. 27. d

ℭ Formicę populus infirmus pręparat in messe cibum sibi. 30. d

ℭ Ante obitū tuū operare iustitiā: qm̃ nō est apud iferos inuenire cibū. Eccl. 14. c

ℭ Omnem escam māducabit venter: & est cibus cibo melior. Fauces cōtingunt cibum: & cor insensatum verba mendacia. 36. c.

ℭ Multi de populo Israel diffinierunt apud se vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori [o] q cibis coinquinari immundis. 1. Macha. 1. in fi.

ℭ Iudas Machabęus secesserat i desertū locū / ibiq iter feces viā in mōtib⁹ ante suis agebat: & fœni cibo vescentes demorabanť / ne participes fierent coinquinationis. Et infra Iudas Machabęus. 2. macha. 5. f.

ℭ Dignus [p] est operarius cibo suo. Mat. 10. b

ℭ Rogabant discipuli Ihesum: dicentes. Rabbi: māduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibū habeo māducare quē vos nescitis Dicebāt ergo discipuli adiuicē. Nūquid aliqs attulit ei māducare? Dixit eis Ihesus. Me⁹ cib⁹ [q] est vt faciam voluntatem eius qui misit me / vt perficiam opus eius. Ioā. 4. b.

ℭ Operamini non cibum qui perit / sed qui permanet in vitam ęternam: quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit deus. Ioā. 9. c.

ℭ Caro mea vere est cib⁹ [r]: & sanguis meus vere est pot⁹ (dixit Christ⁹). Ioan. 6. f.

ℭ Si propter cibum frater tuus cōtristatur: iam nō secundū charitatem Ro. 14. c.

guis. Vel ſpiritualis illa atq; diuina: de qua ipſe ait. Caro mea vere eſt cibus: & ſanguis meus vere eſt potus. Vel ea quę crucifixa eſt: & ſanguis qui militis eſt effuſus lancea. Et annotatū eſt in verbo caro. s ℭ Iure poſitiuo/criminoſorum ſocietas in cibo reperitur interdicta: ſi vel infideles ſint/ vel hæretici/ vel excōmunicati. De infidelibus ꝙ interdictū ſit cibos cū eis ſumere: textus eſt in c. Omnes in prin. 28. queſti. 1. & notat panor. in c. q̄ ſit. de Iudæis. De hęreticis eſt bonus textus in c. excōmunicamus. §. Credentes. de hære. & in Auten. credentes. C. eodem titu. De excōmunicatis vero eſt textus in c. in pręſentia. in verbo in mēſa. de ſen. ex. Et facit textus argumēto ſumpto a ſpeciali in c. Cum voluntate. §. prędicatores. in ſi. eodem titu. t ℭ De cauteriata conſcientia loquitur tex. in c. didici. 2. queſti. 7. & ibi. glo. in verbo cauteriatam. exponit cauteriatam id eſt vulneratam vel aduſtam ignoto erroris cauterio. v ℭ Hinc dicit tex. in c. ſi quis carnē. 30. diſ. Si quis carnē manducantē ex fide cū religione præter ſanguinē & idolo imolatā & ſuffocatam crediderit condēnandū tanq̄ ſpem non habentem: qui eam manducat / Anathema ſit. x ℭ De cilicij pœnitentia: eſt textus apud canoniſtas i c. pœnitentes. in prin 50. diſ. De qua etiā pœnitentia cilicij loquitur textus in c. Qui ſanctus. verſi. qui autem. de pœni. diſtinc. 1. vbi dicit. Sacerdos qui peccator eſt & quem remordet propria conſciētia: cilicio pœnitētię accingatur/ & plangat vel propria delicta vel ppli. y ℭ 37. diſtinc. c. legimus. verſi. hinc etiā. vbi dicit tex. Origenes per cyniphes & ranas quib⁹ Aegyptij ſūt percuſſi vanam dialecticorū garrulitatē & ſophiſtica argumēta intelligit. Archidiaconus autem exponens dicit in. 1. colū. ſuę interpretationis in illud caput/ ꝙ cyniphes ſunt muſcæ adeo ſubtiles/ vt viſum niſi acute cernentis effugiant: & corpus acerbo terunt ſtimulo. z ℭ Hui⁹ ſentētię pſalmographi meminit textus in c. Si quis diaconus. paulo poſt prin. 50. diſtinc.

a ℭ Quid ſit circūcidere: declarat gloſa iuris ciuilis in l. circuncidere. ff. ad l. cor. de ſicca. dicens ꝙ circuncidere eſt pellem quæ eſt in ſummitate virgæ naturalis circumcirca incidere. Hæc autem circuncīſio Iudęis in Iudęos permiſſa eſt: non in alterius religionis homines. Tex. eſt in dicta l. Circuncidere. ff. de ſicca. vbi contrarium molientibus infligitur pœna caſtrātiū. q̄ qualis ſit: declarat text⁹ in l. lege cornelia §. ſi. ff. eodem. vbi dī pœnā talium capitalem eſſe. Et dicetur in verbo eunuchus. Hæc aūt capitalis pœna interpretat exilij perpetui. vt eſt caſus ſolennis in l. Iudæi. C. de Iudęis Vbi dicit textus.

ambulas. Noli cibo tuo illum perdere: ꝑ quo Chriſtus mortuus eſt.

1. cori. 5. d ℭ Scripſi vobis non commiſceri/ ſi is qui frater nominatur inter vos/ eſt fornicator/ aut auarus/ aut idolis ſeruiēs/ aut maledicus/ aut ebrioſus/ aut rapax: cum hmōi nec cibum [s] ſumere.

Coloſ. 2. c ℭ Nemo vos iudicet in cibo aut in potu.

1. tio. 4. a ℭ In nouiſſimis temporibus diſcedent quidā a fide: attendētes ſpiritib⁹ erroris & doctrinis demoniorū/ & in hypocriſi loquentiū mendaciū & cauteriatam [t] habentiū ſuam cōſcientiā/ prohibentiū nubere / abſtinere a cibis [v]/ quos deus creauit ad percipiendum cū gratiarum actione fidelibus & hijs qui cognouerūt veritatē. Quia omnis creatura dei bona eſt/ et nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: ſanctificatur enim per verbum dei & orationem.

Hebre. 5 d ℭ Cum deberetis magiſtri eſſe propter tēpus/ rurſum indigetis: vt vos doceamini quę ſint elementa exordij ſermonū dei/ & facti eſtis quibus lacte opus ſit nō ſolido cibo. Oīs enī qui lactis eſt particeps expers eſt ſermonis iuſtitię: paruulus eſt enī. Perfectorū aūt eſt ſolidus cibus: & eorū q̄ ꝑ cōſuetudine exercitatos habēt ſenſus ad diſcretionē boni ac mali.

Cilicium. ℭ De Achab rege qui humiliat⁹ operuit carnem cilicio: vide. 3. Regum. 21. g. Et ſupra in verbo Achab.

4. re. 6. f. ℭ Vidit omnis populus cilicium quo veſtit⁹ erat Benadab rex Syrię ad carnem intrinſecus.

ℭ De Iudith vidua quę veſtita erat cilicio: vide Iudith. 8. a. Et. 9. Iudith.

pſal. 34. b ℭ Cum mihi moleſti eſſent teſtes iniqui: induebar cilicio.

mat. 11. c. ℭ Vę tibi Corozain/ vę tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factę eſſēt virtutes q factę ſūt i vobis/ oli i cinere & cilicio [x] pœnitētiā egiſſēt. Verūtā dico vobis: Tyro & Sydoni remiſſi⁹ erit in die iudicij q̄ vobis.

pſal. 150. a **Cymbalum.** ℭ Laudate dn̄m in cymbalis beneſonātib⁹/ laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

1. pa. 15. c. ℭ In reductiōe Arcę fœderis: erāt cātatores/ i cymbalis ęneis cōcrepātes

Exo. 8. d. **Cyniphes.** ℭ Extēdit Aaron virgā/ percuſſitq; puluerē terrę & facti ſunt Cyniphes [y] in hominib⁹ & iumētis. Omnis puluis terre verſus eſt in Cyniphes per totam terram Aegypti. Malefici autem incātationibus ſuis non potuerunt Cyniphes educere. Et ſupra in verbo Aaron.

Iob. 42. a **Cinis.** ℭ Ago pœnitentiam in fauilla et cinere (dicebat Iob).

Pſal. 101 b ℭ Cinerem [z] tanq̄ panē manducabam: & potū meum cū fletu miſcebā.

Eccl. 10. b ℭ Quid ſuperbis terra & cinis?

Eccl. 17. d ℭ Omnes homines ſunt terra & cinis.

ℭ De rege ciuitatis Niniue qui pœnitentiam egit in cinere: vide Ionę. 3. Et infra in verbo Ionas.

Gen. 17. b **Circuncidere et circuncīſio.** ℭ Hoc eſt pactū meū quod obſeruabitis inter me & vos/ & ſemen tuum poſt te (dixit dn̄s ad Abraam) Circūcidetur [a] ex vobis omne maſculinū/ & circūcidetis carnē præpu-

tij vestri: vt sit signū fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circū-cidetur in vobis. Omne masculinū in generationibus vestris tam vernaculus q̄ emptitius circuncidetur: & quicunq; non fuerit de stirpe vestra. Eritq; pactum meum in carne vestra: in fœdus ętemū. Masculus cuius preputij caro circuncisa non fuerit: delebitur [b] aīa illa de populo suo.

¶Tertia die circuncisionis grauissimus vulnerum dolor erat. Gen̄.34.d

¶Circuncidite præputium cordis vestri. Deu.10.d

¶Circuncidet dominus deus cor tuū/ & cor seminis tui: vt diligas dn̄m deum tuum ex toto corde tuo & in tota anima tua/ vt possis viuere. 30.b.

¶Ait dominus ad Iosuę. Fac tibi cultros lapideos: & circūcide secūdo filios Israel. Fecit quoq; quod iusserat dn̄s: & circuncidit filios Israel in colle preputiorū. Hęc autē causa est secūdę [c] circuncisionis. Oīs populus qui egressus est de ęgypto generis masculini vniuersi bellatores viri/ mortui sunt in deserto per longissimos vię circuitus: qui omnes circuncisi erant. Populus autem qui natus est in deserto per.xl.annos itineris latissimæ solitudinis incircuncisus fuit: donec consumerētur qui nō audierant vocē dn̄i/ & quibus ante iurauerat vt ostenderet eis terram lacte et melle manantē. Horū filij in locū successerunt patrum/ et circūcisi sunt a Iosue: quia sicut nati fuerant in præputio erant/ nec eos in via aliquis circunciderat. Postq̄ autē omnes circūcisi sunt: manserunt in eodē castrorum loco donec sanarētur. Iosue.5 a

¶De circuncisione Ihesu: vide Lucę.2. Et infra in verbo Ihesus.

¶Circūcisio pdest si legē obserues: si aūt pręuaricator legis sis/ circūcisio tua prępuptiū facta [d] est. Si igitur prępuptiū iustitias legis custodiat: nōne prępuptiū illius in circūcisionē reputabitur? & iudicabit id quod ex natura est prępuptiū legē consummans te qui per litteram & circuncisionē pręuaricator legis es? Neq; enī qui in manifesto Iudęus est/ neq; quæ in manifesto est circūcisio: sed qui in abscondito Iudęus est/ & circuncisio cordis in spiritu nō littera/ cuius laus non ex hominibus sed ex deo. Ro.2 d.

¶Circūcisus aliquis vocatus est? non adducat preputium. In preputio autem aliquis vocatus est? non circūcidatur. Circuncisio nihil [e] est/ preputium nihil est: sed obseruatio mandatorum dei. 1.co.7.d.

¶Si circuncidamini: Christus vobis nihil [f] pderit. Testificor autē rursus omni homini circuncidenti se: qm̄ debitor est vniuersę legis faciēdę. Gala.5.a.

¶Quicunq; volunt placere in carne: hi cogunt [g] vos circūcidi tantum/ Gala.6.c.

Iudęi & bonorum proscriptione & perpetuo exilio damnabuntur: si nostrę fidei hominem circūcidisse eos vel circūcidendum mandasse constiterit. Et idem vult tex. in l. vnica. iūcta glosa in verbo capitali. C. ne Christ⁹ mācip. Cuius autem effectus esset circuncisio in lege Mosaica: ponit panor. & sequunt alij Canonistæ in c. Maiores. colum. 2. de baptismo. Vbi dicit q̄ tollebatur per eam peccatum/ & damnationis euitabatur periculum. Quando vero seu quo tempore inuenta fuerit circuncisio/ & quo tempore finierit: est bonus textus Hieronymi in c. ab exordio. 35. distin. vbi dicit tex. Ab exordio cōditionis hūanę nec carnibus vescebamur/ nec dabamus repudiū/ nec pręputia nobis eripiebant in signū. Post diluuiū aūt cū datione legis datę per Moysē quā implere nullus potuit/ carnes ingestę sunt ad vescendū/ & repudij concessa duritia/ & cultellus circūcisionis appositus: quasi dei munus plus in nobis creauerit q̄ necesse est. Postq̄ autē Christ⁹ venit in fine tēporū/ et Oetiā reuolat ad A.1. extremitatē retraxit ad principiū: nec repudiū nobis dare permittit/ nec circūcidimur/ nec comedimus id ē suademus nō comedere carnes. Hæc tex. De pœna autē circūcidentiū est etiā textus apud canonistas in c. plerię. de conse. distinc. 4. vbi dicit text⁹. Plerię ex Iudęis qui dudū ad Christianā fidē promoti sūt/ nūc blasphemātes Christum/ nō solū Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur: sed etiā abominandas circuncisiones exercere. De quib⁹ consultu pijssimi ac religiosissimi dn̄i nostri Sisemundi regis hoc sanctum decreuit concilium vt hiūci transgressores pōtificali auctoritate correcti/ ad cultum Christianę dignitatis reuocent: vt quos ppria voluntas non emendat/ animaduersio sacerdotalis coerceat. Eos autem quos circuncidūt si filij eorū sint/ a parētum cōsortio separent: si serui/ pro iniuria corporis sui/ libertati tradantur. Hæc tex. Quare autē circuncisionis præceptū datum fuerit: ponit tex. in c. omnis qui diligit. circa fi. de pœni. dis. 1. vbi dicitur. Circuncisio data est Abraæ in signū iustitiæ: non in causam iustificationis.

b ¶De baptismo c. maiores. & conse. dis. 4. c. Si baptizata. vbi hoc circuncisionis pręceptū ponitur. Et eius effectus habetur in c. quod autē. & in c. seq. eadē dis. vbi dictus qui Gregorij est/ videtur probare circuncisionem tūc illum effectū habuisse quem hodie habuit baptismus. Sed pa. & cōmuniter canonistę in c. maiores. de bap. intelligunt illos tex. quātum ad peccati sublationem/ non autem quantum ad conferendam gratiam/ seu quātū ad apertionem ianuæ paradisi. Et ita etiam dicit glosa in dicto c. ab exordio. in verbo implere. 35. dis. & annotatū est proxima annotatione.

c ¶Huius secundæ circuncisionis meminit textus Hieronymi in c. Sed & illud. 26. questi. 3. Et ibi dicit glosa q̄ populus circuncisus fuit a tempore Abraæ vsq; ad illud tempus quo populus exiuit de Aegygto. Sed postea non fuerunt circuncisi quadraginta annis quibus fuerunt in deserto. Sed cum transierūt Iordanem/ denuo præceptum fuit vt vnusquisq; circunciderētur. Et dicit ibi Archidiaconus/ q̄ hæc circuncisio facta per Iosue vocatur secunda circuncisio: non q̄ in ea aliquis fuerit bis circuncisus/ sed quia fuit secundum præceptum datum de circuncisione faciēda.

d ¶Circuncisio tua præputium facta est: id est circuncisus es pręputio/ & non in corde. Cum tamen dixerit legislator. Circuncidite præputia cordis vestri. Istam declarationē ponit glosa in c. finali. in verbo præputium. 22. quęsti. 2.

e ¶Nihil est: id est non proficit ad salutem. Glosa est ita declarans in c. circuncisio. de pœni. distinc. 2.

f ¶35. questi. 9. c. sententiam. in verbo legimus. & c. sic enim. paulo post medium. 28. questi. 1.

g ¶Qui cogūt circūcidi seu circuncidūt puniunt vtroq; positiuo iure. Vt de iure ciuili tex. est in l. Iudęi. C. de Iu-

vt crucis Christi persecutionem nõ patianť. Neq̃ eñi qui circuncidunť legẽ custodiunt: sed volunt vos circuncidi vt in carne vestra gloriẽtur.

Psal.11.b. **Circuitus.** ¶In circuitu[h] impij ambulant.

psal.49.a ¶Ignis in conspectu dñi exardescet: & in circuitu eius tẽpestas valida.

psal.88.a ¶Deus qui glorificatur in cõsilio sanctorũ magnus est: & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

Tho.4.d **Chirographum**[i]. ¶Indico tibi fili mi (dixit Thobias ad filiũ suum) dedisse me decem talenta argẽti dum infantulus esses / gabelo in Rages ciuitate Medorũ: & chirographum ei9 apud me habeo. Et ideo perquire quomodo ad eum peruenias: & recipias ab eo supramemoratum pondus argenti / & restituas ei chirographum suum.

1.Esdre. 1.a. & 3.a. **Cyrus.** ¶Cyrus Persarum rex anno primo regni sui iussit ędificari domum dñi in Hierusalem quę est in Iudęa.

Cisterna. ¶De Ioseph qui fuit missus in cisternã: vide Geñ.37.c. Et infra in verbo Ioseph.

Exo.21.d ¶Si quis aperuerit cisternã[k] & foderit / & non operuerit eam / cecideritq̃ bos aut asinus in eam: reddet dñs cisternę precium iumentorum / quod autem mortuum est ipsius erit.

Hiere.2.b ¶Duo mala fecit popul9 me9 (dixit dñs) Me dereliquerũt fontẽ aquę viuę: & foderũt sibi dissipatas cisternas quę cõtinere non valent aquas.

Hiere.6.b ¶Frigidam facit cisterna aquam suam.

1.re.16.d. **Cithara.** Quãdocũq̃ spiritus domini malus arripiebat Saul: Dauid tollebat citharam[l] & percutiebat manu sua / & refocillabat Saul / & lenius habebat Recedebat enim ab eo spiritus malus.

Iob.30.d. ¶Versa est (dicebat Iob) in luctum cithara mea: & organum meum in vocem flentium.

psal 32.a. ¶Cõfitemini dño in cithara: in psalterio decem chordarũ psallite illi.

psal.42.b ¶Cõfitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea / et quare conturbas me?

1.co.14.b ¶Quæ sine aia sunt vocẽ dantia / siue tibia / siue cithara: nisi distinctionẽ sonituũ dederit / quomodo scietur id quod canitur / aut quod citharizať?

puer.19.d **Cito.** ¶Qui timet hominem: cito corruet.

Eccl.8.b. ¶Quia non profertur cito cõtra malos sentẽtia: absq̃ timore vllo filij hominum perpetrant mala.

Eccl.19.a ¶Qui cito credit: leuis est corde. Et infra Credere.

2.thess.2.a ¶Non cito moueamini a vestro sensu. Et ibi latius.

dęis. i l.vnica. C. Ne christia.mã. & in l.circũcidere.ff. ad l.corne. de sicca. Et de iure canonico est tex. in c. plerīq̃. de conse. distinc.4. vbi dicit tex. Iudęos ad Christianã fidem ꝓmotos si aliquos circũcidant esse ad cultũ Christianę religionis reuocãdos. Bos autẽ quos circuncidũt / si filij eorũ sint / a parẽtũ cõsortio separãdos: si serui / ꝓ iniuria corporis sui libertati tradẽdos. Et idẽ de seruis circũcisis libertate donãdis probat tex. in c. nulla. versi. si vero Christiani. 54. dis. & notať in c.2. de Iudæis. h ¶Glosa in cle. i. in verbo choreas. dicit hoc dictũ cõtra chorizãtes qui in suis saltib9 circuitũ tenẽt allegari posse. Et aduertendum est ꝙ circuitus nedum iure diuino vitari debet sed etiam vtroq̃ iure positiuo. Tex. est no. in cle. auditor. in fi. de rescrip. in l. Ne in arbitris. in fi. C. de arbitris. in l. fi. ff de adop. & in l. dñs testamẽto. ff. de cõdi. indebiti. vbi Bar. colũ. fi. prosequiť hanc materiã circuitus / quãdo scilicet sit euitãdus & pręsertim in iudicijs: videať ibi per eũ. i ¶Quõ & quando chirographũ de iure humano probet vel non probet debitum aut eius solutionẽ: tex. est no. in l. fi. cum Auctẽ seq. C. Si cer. pe. vbi dicit. Super chirographarijs instrumentis hęc pro cõmuni vtilitate facienda duximus / vt si quis pecuniã credere supra quinquaginta libras auri voluerit / vel super reddito debito securitatem accipere: cũ amplius sit memorata quãtitate / sciat nõ aliter debere chirographũ a debitore vel a creditore accipere / q̃ si testimoniũ triũ testium probatę opinionis per suas subscriptiones idem chirographum capiat. Nã si citra hũoi obseruationẽ chirographũ pro pecunijs mẽoratã auri q̃titatẽ excedẽtib9 pferať: minime hoc admitti a iudice oportet. Quod ĩ futuris creditis vel debitorũ solutionib9 locũ hře oportet. Hęc tex. dictę l. In tex. aũt Auctẽ. dicit. Nouo iure quinq̃ testes adhibẽdi sunt / si fiat cõtract9 ab iperito litterarũ ĩ ciuitate & ĩ scriptis & excedat librã auri. Nã si quis facere quemlibet contractum voluerit ex non scripto: manifestum est quia aut per testes aut per iusiurandum fidẽ percipiet / actore quidẽ testes deducẽte / pulsato aũt iurãte aut referẽte / sicut iudex deposuerit. In agris aũt quæ hactenus valuerint apud eos & nũc sunt firma. Hęc tex. De debito etiã ꝑ chirographũ loquiť tex. q̃ videri põt ĩ l. vnica. ĩ fi. C. Etiã ob chiro. pecu. pig. reti. pos. Et aduertẽdũ ẽq̃ simpliciter appellatiõe chirographi / venit nõ solũ ipsa tabula seu papir9 chirographaria: sʒ debitũ ĩ chirographo cõtẽtũ. Et ideo legato vť vẽdito chirographo: debitũ chirographariũ videť esse vẽditũ seu legatũ. Tex. ẽ ĩ l. q̃ chirographũ. ff. de leg. 3. vbi dř. Qui chirographũ legat: nõ tm̃ de tabulis cogitat / sʒ etiã de actiõib9 quarũ ꝑbatio tabulis cõtineť. Appellatiõe ei chirographi vti nos ꝑ ipsis actiõib9 palã ẽ / cũ vẽditis chirographis intelligim9 nomẽ venisse. k ¶Idẽ cautũ ẽ vtroq̃ iure positiuo. vt est tex. vbi hęc verba ponũt ĩ c.2. de iniurijs. & in l. Qui foueas. ff. ad l. aquiliam. & ĩ l. queadmodũ. in pri. ff. eodẽ ti. Vbi tñ tex. istud limitat & dicit nõ ꝑcedere vbi cisterna seu fouea facta esset nõ in itinere publico sed in loco medio particulari. Quã limitationẽ admittũt canonistę in d. c. 2. de iniurijs. l ¶De cithara Dauid loquitur textus in c. vt cognouerunt. §. Opponitur. versi. Quomodo charitate non habebat qui irrisus. de pœni. distinc. 2. De quo dicetur in verbo Dauid.

ℭManus cito [m] nemini impoſueris: neqꜫ cōmunicaueris [n] pc̄tis alienis 1. tio.5.d.

Ciuitas. ℭCain ędificauit [o] ciuitatem: et vocauit nomē eius ex no mine filij ſui Enoch. Geñ.4.d.

ℭSeparauit Moyſes tres ciuitates trans Iordanem ad orientalē plagā: vt confugiat ad eas qui occiderit nolēs proximū ſuū/ nec ſibi fuerit ini micus ante vnū & alterū diē/ & ad harū aliquā vrbium poſſit euadere. deu.4.g.

ℭFluminis impetus lętificat ciuitatem dei. pſal.45.a

tex. Minus malum existit/ viam domini non agnoscere: q̃ post agnitam retroire. Et dicit text⁹ in c. scimus. in fi. 12. questi. 2. Melius est non vouere: q̃ votum prout melius potest non perficere. Cui textui satis est conformis textus in c. magnę. de voto. l ❡ Glo. in l. non sunt liberi. in glo. 1. in fi. sentit istud nonnũq̃ contingere/ etiam dum mulieres concipiunt: vt scilicet partum similē ei rei quam intuentur seu cogitant concipiant. m ❡ Idem vtroq̧ positiuo iure cautũ est: vt ã notatũ est. §. in ver. adulteriũ. n ❡ Istud etiã arctissime & sub gladij vltoris intermiuatiõe prohibēt iura ciuilia. Vt ē solēnis textus in l. cum vir nubit in fœminã. C. de adulte. vbi dicit. Cũ vir nubit in fœminã vires porrectu-rã quid cupiat vbi sexus perdidit locum/ vbi scel⁹ est id quod non proficit scire/ vbi venus mutatur i alterã formã/ vbi amor q̃ritur nec videt. Iubem⁹ ergo insurgere leges/ ar-mari iura gladio vlto-re: vt exq̃sitis pœnis sub dantur infames qui sunt vel q̃ futuri sũt rei. Hæc tex. In hac etiã materia est bonus textus in l. 1. §. Remouet. in verbo mu-liebria passus. ff. de postu lando Et dicit text⁹. in l. isti quidem. paulo an-te fi. ff. quod me. causa. q̧ in masculo metus patien di coitũ/ maior esse debet q̃ metus mortis. De hoc etiam crimine quod so-domiticũ dici solet/ loq-tur tex. in auctẽ. vt nõ lu. con. na. colla. 6. & di cit q̧ ratione huius crimi nis ciuitates cum homi-nibus perierunt. Et pro-pterea decernit: vt eo pec cãtes/ vltio supplicio pu-niantur. De iure aũt ca-nonico tametsi hoc cri-men grauissimum cense-tur (vt est textus Augusti ni in c. adulterij crimen. in princ. & in c. flagitia. in fine. 32. questi. 7. & in c. vt clericorũ mores. in princ. de vita & hones. cle.) tamē mitius punit q̃ puniat a iure ciuili. put probatur in c. clerici. de exces. prę la. vbi dicit tex. Quicũq̧ illa incontinentia quę est cõtra naturã (ppter quã ira dei venit in filios diffidētiæ/ & quinq̧ ciuitates igne consumpsit) deprę hensi fuerint labo-rare. si clerici fuerint/ deijciantur a clero/ vel ad agendam pœnitentiam in monasterijs detradantur si laici: excō-municationi subdantur/ & a cetu fidelium fiant penitus alieni. Alibi dicit text⁹. iuris canonici in c. in archiepisco patu. de rapto. q̧ peccantes hoc crimine etiã si Iudæi seu infideles sint/ possunt etiam per iudicem ecclesiasticum pe cuniaria pœna mulctari/ & flagellis affici: ea tamen moderatione adhibita/ q̧ flagella in vindictã sanguinis transi-re minime videantur. o ❡ Textus est huic similis apud canonistas in c. mulier. 15. questi. 1. vbi dicit textus. Mulier q̃ accesserit ad pecus/ & vult ascēdi ab eo: interficietis mulierē/ & pecus morte moriat. rei enim sunt. de quo tex. videat apud legistas qđ notat do. nr⁹ Iason in l. Imperiũ colũ. 12 ff. de iuris. cũ iudi. Quare autē pecus cũ rō-nis sit expers/ occidat: declarat textus Augustini in c. firmissime. in fi. 15. questi. 1. vbi dicit text⁹. Sacræ legis aucto-ritate animalia iubentur interfici: non propter conscientiam peccati/ sed quia refricant memoriam facti Et idem vult textus in d. c. mulier. in fine. De hoc antem dicto iuris diuini est textus expressus in c. reos sanguinis. §. Sed obij citur. 23. q̃sti. 5. p ❡ Idē dicit tex. Augustini apud canonistas in c. si paulo post princ. 31. distinc. vbi dicitur. Mu lieres cũ in menstruis consuetis detinent/ viris suis misceri prohibētur: ita vt lex sacra morte illũ feriat/ qui ad mē struatã mulierē accedit Et archidiaconus ibi dicit istud prohiberi duplici ratione. Prio q2 sanguis menstruus adeo execrabilis & imũdus est/ sicut ait Iuli⁹ solinus in libro de mirabilibus mũdi: vt eius contactu fruges nõ germinēt/ arescãt arbusta/ moriãtur herbę/ amittãt arbores fruct⁹/ nigrescãt aera/ & si canes inde ederēt in rabiē efferant. Se-cũdo. quia menstrui tempore concepti fetus/ testãte Hieronymo vitiũ sanguinis cõtrahũt: ita vt leprosi & Elephã tici ex hac corruptione nascantur. Hæc Archi. Et dicit textus in d. c. fina. non solũ nõ esse cõmiscendum cũ vxore mēstrua: sed nec etiã cũ vxore quæ peperit/ nisi tēpore purgatiõis effluxo. de quo dicet in verbo debitũ q ❡ Idem est de iure positiuo. q2 nedũ ratiõe consanguinetatis: sed etiã ratione affinitatis phibet cõmixtio. c. 1. de consang. & affi. & l. licet. C. de incest. nup. cũ similib⁹. Quod aũt nati ex tali cõmixtione prohibita non dicantur liberi seu fi-lij: tex. est nota in l. si quis vetiti. in princ. & in auctē. ex cõplexu. C. de incest. nup. Ius tñ canonicũ agnoscit eos fi-lios. & eos patribus alimētãdos decernit. Tex. est in c. cũ haberet. de eo qui dux. in vxo. quã pol. per adulte.

veritatis: q̃ post agnitionem/ retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato.

Coire et coitus.

❡ Tollens Iacob virgas populeas virides/ & amygdalinas/ & ex platanis/ ex parte decorticauit eas: detractisq̧ corticibus in hijs quę spoliata fuerant candor apparuit/ illa vero quæ integra fuerant viridia permãserunt/ atq̧ in hũc modũ color effectus est varius. Posuitq̧ eas in canalibus vbi effundebatur aqua: vt cum venissent greges ad bibendum/ ante oculos haberent virgas/ & in aspectu earum conciperent. Factumq̧ est vt in ipso calore coitus oues intuerētur [l] virgas: et parerent maculosa & varia & diuerso colore respersa. Gen. 30. f.

❡ Ad vnum coitum Thamar concepit. Gen. 38. c.

❡ Cũ vxore proximi tui/ nõ coibis [m]: nec seminis mixtiõe maculaberis. Leui. 18. c.

❡ Cum masculo non cõmiscearis coitu fœmineo/ quia abominatio est: et cum omni pecore non coibis/ nec maculaberis cum eo. Leui. 18. c.

❡ Qui dormierit cũ masculo [n] coitu fœmieo: vterq̧ operat⁹ est nephas/ morte moriatur/ sit sanguis eorum super eos. Leui. 20. b

❡ Qui cũ iumēto & pecore coierit/ morte [o] moriat: pec⁹ quoq̧ occidite. Leui. 20. c.

❡ Qui coierit cum muliere in sexu menstruo [p]/ & reuelauerit turpitudinem eius/ ipsaq̧ aperuerit fontem sanguinis sui: interficientur ambo de medio populi sui. Leui. 20. c.

❡ Qui coierit cũ vxore patrui vel auũculi sui/ & reuelauerit ignominiã cognationis suę [q]: portabũt ambo peccatũ suũ/ absq̧ liberis morietur. Leui. 20: d

❡ Iumenta tua non facies coire: cum alterius generis animantibus. Leui. 19. d

Collaphus.

❡ De Ihesu qui collaphis cęsus est: vide Math. 26. Et infra in verbo Ihesus.

Colere.

❡ Tentati sunt patres nostri: vt probarentur si vere colerent deum suum. Iudith. 8 c

❡ De colentibus deos & idola: vide Sapi. 15. Baruch. 6. Et alibi sępe. vt infra in verho Dij. & infra in verbo Idola.

r ℭ Quot sint coloni/ & de eorum differẽtiis/ notat Bar. in. l si apes. §. i. in vlti. colũ. ff. de furtis. vbi dicit quosdam esse colonos ad tẽpus non modicum/ quosdam ad modicum tempus. Et istos esse in triplici differentia. Aliqui eni colunt nũmis/ aliqui pro pẽsione in alia materia non habita ratione ad fructus fundi/ & alij pro pensione ex fructibus fundi. Et apud canonistas de istis colonis & diuersis eorum speciebus tractat Panor. in c. iudicatũ de imu. eccle. vbi videat s ℭ De iure positiuo/ indigenę & coloni seu incolę peregrinantis non est eadem ratio. l. 2. & 3 C. de incolis. lib. 10. & l. scire. ff. ad municipales. Secus si nõ peregrinaretur sed haberet firmã sedem in ciuitate: quia tunc ipsius & indigenę eadem esset rõ. Tex. i d. l. 2. i fi. C. de inco. & in l. icola et his. & in l. incola iã mũeribꝰ. ff. ad municipa.

gen. 19. g. **Colonus.** ℭAbraam fuit colonus terrę Palestinorum.

exo. 12. c. ℭEadem lex erit indigenę [x]/ & coloni qui peregrinatur [a] apud vos.

mat. 12. c. **Colligere.** ℭQui non colligit mecum (dixit dominus) spargit.

ioã. 6. b. ℭColligite quæ superauerũt fragmẽta: ne pereãt. Et infra Fragmẽtũ.

mat. 13. d. ℭColligite primum zizania [t]/ & alligate ea in fasciculos ad comburẽdũ: triticum autem congregate in horreum meum.

psal. 64. c **Collis.** ℭPinguescẽt speciosa deserti: & exultatiõe colles accigent. Induti sunt arietes ouium/ & valles abundabunt frumento: clamabunt etẽm hymnũ dicent.

psal. 71. a. ℭSuscipiant montes pacem populo: & colles iustitiam.

canti. 2. b. ℭEcce iste venit saliens in montibus: transiliens colles.

esa. 41. d. ℭTriturabis mõtes & cõminues/ & colles quasi puluerẽ pones/ vẽtilabis eos & vẽtꝰ tollet eos/ & turbo disperget eos: & tu exultabis i dño & in sãcto Israel lętaberis.

eze. 36. a. ℭHęc dicit dominus deus montibus & collibus/ rupibus & vallibꝰ. Ecce ego induco super vos gladium: & disperdam excelsa vestra. &c.

luce. 3. b. ℭOmnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur.

psal. 22 a. **Collocare.** Dñs regit [v] me & nihil michi deerit: i loco pascuę ibi me collocauit

psal. 42. a ℭCollocauit me i obscuris sicut mortuos sęculi: & anxiatꝰ est super me spũs meꝰ.

eccl. 9 b. **Colloquium.** Colloquiũ mulieris q̃si ignis exardescit. Et infra mulier.

1. cori. 15 b ℭCorrumpunt [x] bonos mores colloquia mala.

Color. ℭQꝫ color i leproso cõsiderãdꝰ sit: vide Leui. 13. Et. ĩ. late Leprosꝰ.

Coluber. ℭDe virga Aarõ quę versa est in colubrũ: vide exo. 4. a. et. ĩ. Aarõ.

iob. 26. d. ℭSpũs dñi ornauit cœlos/ & obstetricãte [y] manu eiꝰ eductus est coluber y tortuosꝰ

prou. 30 c ℭViã colubri supra petrã Salomon se dicebat ignorare. Et vide infra in verbo Via

eccẽs. 10. b ℭQui dissipat sepem: mordebit eum coluber.

eccl. 21. a. ℭQuasi a facie colubri/ fuge peccata: & si accesseris ad illa/ suscipient te.

ecci 25. c. ℭNon est caput nequius super caput colubri.

Esa. 14. g. ℭDe radice colubri egredietur regulus: & semẽ eius absorbens volucrem.

canti. 2. c. **Collum.** ℭPulchrę sunt genę tuę sicut turturis: & collum tuũ sicut monilia.

canti. 4. b ℭSicut turris Dauid collum tuum quę ędificata est cum propugnaculis.

cãti. 4. c. ℭVulnerasti cor meum soror mea: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum et in vno crine colli tui.

canti. 7. b ℭCollum tuum sicut turris eburnea.

eccl. 33. d. ℭIugum & lorum curuant collum durum: et seruũ inclinãt operationes assiduę.

eccl. 41. d ℭCollum vestrum subijcite iugo sapientię.

michee. 2 a ℭCogito super familiam istam malũ: vnde non auferetis colla vestra & non ambulabitis superbi/ quoniam pessimum est.

abacuc. 3 a ℭPercussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsqꝫ ad collum.

gen. 8. c. **Columba.** ℭEmisit Noe columbã post coruũ: vt videret si iã cessassent aquę super faciẽ terrę. Quę cũ nõ inuenisset vbi requiesceret pes eius/ reuersa est [z] ad eũ in arcã: aquę enim erant super terrã. Extenditqꝫ manũ suã: & apprehensam intu

t ℭVide quæ annotãtur. ĩ in verbo zizania.

v ℭVersiculꝰ hic ponitur ĩc. i cali ce. de conse. dis. 2.

x ℭFacit bonus textꝰ in c. sępe. in princ. 28. q. sti. 1. vbi dicit tex. Sępe malorũ consortia bonos corrumpũt. Et hoc dictũ Pauls allegat glo. in c. turbat. in verbo indidisset. 37. distinc. & in clemen. 1. in verbo colloquia. de celebra. missa.

y ℭHuius dicti meminit Hostiẽn. in c. magnę. de voto

z ℭDe hac reuersiõe columbæ in arcam/ loquit tex. in c. vnicꝰ per frõtis. de sacra vnc. vbi dicit tex. Colũba i qua spiritus sanctꝰ super Christũ in baptismo descendit/ ad vespe rũ in cathaclismo reuertẽs/ ramum rettulit virẽtis oliuę. Et ibi Panor. dicit septem in columba proprietates inueniri/ septem spiritus sancti donis attributas/ contra septẽ peccata mortalia Caret enim felle/ &

visum recuperat: per quod intellectus contra luxuriam. Nullū ledit: & per hoc cōsiliū cōtra auaritiam. Alienos pullos nutrit: et per hoc pietas contra inuidiam. Gemitum habet pro cantu: & per hoc timor contra superbiam. Iuxta fluuiū morat: & per hoc sciētia cōtra irā. Grano puro vescit: & per hoc sapiētia cōtra gulā. In petra nidificat: & per hoc fortitudo cōtra acidiā. Hæc Panor. a ℭ 7.q.1.c aduersitas.§.cū aūt. versi. hinc idē in psalmo. vbi pro hui⁹ tex. declaratiōe dr. Colūba a molestijs q̄rit auolare/ sed nō dilectionē amittit/ semperq̧ gemit. Sic bonus vult se separare corpore nō amore ab his quibus nō pōt prodesse. sed si aliqñ ligatur non visco cupiditatis/ sed cura et officio vt desere re non possit:

lit in arcam Expectatis autē vltra septē diebus alijs: rursum dimisit colūbā ex arca Atilla venit ad eū ad vesperam: portans ramū oliuę virētibus folijs/ in ore suo. Intellexit ergo Noe q̧ cessassent aquę super terrā. Expectauitq̧ nihilomin⁹ septē alios dies/ & emisit columbam: quę non est reuersa vltra ad eum.

ℭ De duobus pullis colūbarū offerendis: vide Leui. 5. b. & Lucę. 1. d. Et infra in verbo Oblatio. & in verbo Ihesus.

ℭ Famis tēpore vēdebatur in Samaria quarta pars cabi stercoris columbarū quinq̧ argenteis. Et vide infra in verbo Fames. 4. reg. 6. f

ℭ Quis dabit mihi pennas sicut columbę [a]: & volabo & requiescam? psal. 54. b

ℭ Si dormiatis inter medios cleros: pennę columbę deargentatę/ & posteriora dorsi eius in pallore auri. psal. 72. c

ℭ Ecce tu pulchra es amica mea/ ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. canti. 1. d.

ℭ Surge/ ppera amica mea/ speciosa mea et veni: colūba mea i foramib⁹ petrę/ in cauerna macerię canti. 2. d

ℭ Vna est columba [b] mea: vna est matri suę electa. cāti. 6. c.

ℭ Sicut pullus hyrundinis/ sic clamabo: meditabor vt columba. esa. 38. c.

ℭ Qui sunt isti qui vt nubes volant: & quasi columbę ad fenestras suas? esa. 60. b.

ℭ Estote sicut columba nidificans in summo ore foraminis. hiere. 48 d

ℭ Baptizato Ihesu descēdit super eū spūs dei q̄si colūba [c]. Et vide ifra Ihes⁹. mat. 3.

ℭ Estote [d] prudētes sicut serpētes: & simplices sicut colūbę [d] (dixit xp̄s ad discip̄los) 1. mat. 10 b

ℭ Ihesus intrauit in templū dei/ & eijciebat omnes vēdentes & emētes in templo: & mensas nummulariorum/ & cathedras vendentium columbas [e] euertit. mat. 21. b.

Columna. ℭ Dn̄s precedebat filios Israel ad ostēdendā viam per diē in colūna nubis/ & per noctē in colūna ignis vt dux esset itinere vtroq̧ tēpore. Nūq̄ defuit columna nubis per diem: nec columna ignis per noctem coram populo. exo. 13.

ℭ De columnis domus Salomonis: vide. 3. Reg. 7. a. Et infra in verbo Domus.

ℭ Columnę cœli contremiscunt & pauent ad nutum dei iob. 26. c.

ℭ Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius. psal. 74. a

ℭ Sapientia ędificauit sibi domum/ excidit columnas septem. Et infra Sapientia. prouē. 9.

ℭ Ferculū fecit sibi rex Salomō de lignis libani: colūnas eius fecit argēteas reclinatoriū aureū/ ascēsum purpureū/ media caritate constrauit propter filias Hierusalē. cātı. 3. d.

ℭ Crura dilecti mei columnę marmoreę quæ fundatę sunt super bases aureas. canti. 5. d

ℭ Ego (dixit Sapientia) in altissimis habitaui: & thronus meus in columna nubis. ecci. 24. a

ℭ Iacobus/ Ioānes/ & Cephas/ qui videbantur columnę esse/ dexteras dederunt mi chi (dixit Paulus) & Barnabę societatis/ vt nos in gentes ipsi autem in circūcisionē tantum/ vt pauperum memores essemus. gala. 2. b.

ℭ Hęc tibi scribo fili Timothee: sperās me venire ad te cito. Si autem tardauero vt scias [f] quomō oporteat te in domo dei conuersari quæ est in ecclesia dei viui/ colū 1. timo. 3. d

tūc dicat. cupio dissolui & esse cum Christo: sed manere i carne/ necesse ē pꝑter vos. & sic est meritū ex desyderio b ℭ Colūba quandoq̧ ponit pro homine miti & innocēte. vt est bonus tex. in c. nō omnis 2. questi. 7. Q ñq̧ pro spiritu sancto. vt in c. aliud. de cō se. distic. 4. Quādoq̧ p gratia spiritꝰ sancti. vt i c. saluator. 1. q. 3. Et qñq̧ pro ecclesia. vt est bonus text⁹ in d. c. alid. vbi dr. Ecclesiæ vnitas significat in colūba de q̄ dictū ē. Vna ē columba mea: vna ē matri suæ electa. c ℭ Videat bo. tex. in c. baptism⁹. de cōse. dis. 4. vbi dr. Colūbā attēdo p quā mihi dr/ hic est qui baptizat. an aūt eadē fuerit colūba q̄ super Ihesū baptizatum descendit/ & quæ cathaclismi tēpore/ ramū attulit oliuę virētis: tex. ī c. vnico. §. p frontis. in fi. de sacra. vnc videt velle q̧ sic. Sed glo. ibidē cōtrariū dicit. & ad textū respondet: vt ibi per eā. Et de hac colūba loquitur tex. in c. fi. de conse. distinc. 5. & ibi glosa in verbo colūbę. dicit hāc colūbā q̄ in Christi baptismo descēdit fuisse verā colūbā q̄ nec prius nec postea cōparuit/ sed in suā materiā redijt. d ℭ Hic euangelicus sermo ponit in c. qui ecclesiasticis. §. ecce. versi. hinc etiā. 36. dis. & declaratur per textum Gregorij in c. Ex merito. in fi. 6. questi. 1. vbi dicit textus. Habeant omnes simplicitatē columbę/ ne cuiq̄ machinent dolos: & serpētis astutiā/ ne aliorū supplantentur insidijs. Et eandē declarationē ponit text⁹ qui Hieronymi est/ in c. si cupis. 16. q̄sti. 1. e ℭ 16. q̄sti. 7. c. & hoc dixim⁹. §. & arbitror vbi dicit textus Origenis. Arbitror cōuenire verbū dei de vēditorib⁹ colūbarū/ eis qui tradūt ecclesias auaris & tyrānis & indisciplinaris & irreligiosis ep̄is aut presbyteris. Alibi aūt text⁹ in c. quibusdā. §. scim⁹. 1. q̄sti. 1. dicit q̧ colūbas vēdere/ est de spiritu sācto quē deus omnipotēs consubstantialē sibi per impositionē manuū hominibus tribuit/ comōdū tēporale percipere.

ℭ Similis est tex. in c. ostiari⁹. 23. distinc. vbi probat textus in ostiarij ordinatiōe debere ei instructionē fieri quō

oporteat eũ in domo dei cõuerſari. Et de epo dicit tex. in c. cũ in cũctis. in pric. de elec. Epſ ad curã aliorũ poſit⁹ in ſe ipſo debet oñdere qualiter alios in domo dei oportet cõuerſari. g ℭ Comã. i. longos ſeu ptenſos crines Ita declarat apud cano. do. Cardi. in cle. 1. §. 1. de ſta. mona. Et idem quod hic / decernit ius canonicum. vt eſt text⁹. in c. nõ liceat. 2. verſi. Nec oportet. 23. diſ. vbi dicit tex. Non oportet clericos comã nutrire & ſic miniſtrare: ſed atton ſo capite & auribus patentibus. Et de hoc etiã decreto / de coma a clericis nõ enutriẽda: eſt tex. in c. cleric⁹ neq₃ comã. & i c. clericis. de vita & ho. cle. & i c. prohibete. cũ. duob⁹. ſeq. 23. diſ.

leui. 19. f. **Coma.** ℭIn rotundum non attondetis comam.
canti. 5. c. ℭComę dilecti mei ſicut elatę palmarum: nigrę quaſi coruus.
canti. 7. b ℭComę capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus.
eze. 44. f. ℭCaput ſuum Sacerdotes & leuitę non radẽt / neq₃ comam g nutrient: ſed tondentes attondent capita ſua.
1. cori. 11. c ℭEt ipſa natura docet vos / q vir qdẽ ſi comã nutriat / ignominia eſt illi: mulier h vero ſi comã nutriat gl'ia ẽ illi / qm̃ capilli p velamiẽ ei dati ſũt

exo. 12. b. **Comburere et combuſtio.** ℭEx agno paſchali ſi quid reſiduum fuerit: igne cõburetis.
leui. 16. a. ℭQuicqd ex hoſtia pacificorũ reſiduũ fuerit: i diẽ tertiũ igne cõburetis
deute. 7. a ℭAras ſubuertite / confringite ſtatuas / lucoſq₃ ſuccidite / & ſculptilia cõburite: quia populus ſanctus es domino deo tuo.
ioſue. 7. c. ℭQuicunq₃ in hoc facinore (participij anathematis) inuentus fuerit / deprehenſus comburetur i igni cum omni ſubſtãtia ſua: quoniam preuaricatus eſt pactum domini / & fecit nephas in Iſrael.
2. para. 21 d ℭMortuus eſt rex Ioram in infirmitate peſſima: & non fecit ei popul⁹ ſecundũ morem combuſtionis / exequias ſicut fecerat maioribus eius.
pſal. 45. c ℭArcum conteret deus & confringet arma: & ſcuta comburet igni.
mat. 3. c. ℭVeſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem & cibus ignis
eſaię. 9. b. ℭVẽtilabrum in manu dñi & permũdabit aream ſuam: & cõgregabit triticum in horreum ſuũ / paleas k autem comburet igne inextinguibili.
heb. 6. b. ℭTerra ſępe veniẽtẽ ſuper ſe bibẽs imbrẽ / & germinãs herbã oportunã illis a qb⁹ colit / accipit bñdictionẽ a deo: pferẽs autẽ ſpinas l ac tribulos reproba eſt / & maledicto pxima / cui⁹ conſummatio in cõbuſtionẽ l erit.
actuũ. 16 d ℭ(Audita Pauli predicatione) multi ex eis qui fuerãt curioſa ſectati / cõtulerunt libros: & combuſſerunt eos coram omnibus.

geñ. 2. c. **Comedere.** ℭEx omni ligno paradiſi comede (dixit dñs ad Adã) De ligno autem ſcientię boni & mali ne comedas m. In quacunq₃ eñi die comederis ex eo: morte n morieris.
geñ. 32. g. ℭNon comedunt neruũ filij Iſrael / qui emarcuit in femore Iacob / vſq₃ in pręſentem diem: eo q tetigerit neruũ femoris eius / & obſtupuerit.
exo. 12. b. ℭAgnum comedetis feſtinanter. Et infra in verbo Agnus.
exo. 13. a. ℭSeptem dieb⁹ veſceris azima: & in ſeptimo die erit ſolẽnitas dñi. Azima comedetis ſeptem diebus: nõ apparebit apud te aliquid fermentatũ / nec in cunctis finibus tuis.
exo. 29. a. ℭSi remanſerit de carnibus cõſecratis ſiue de panibus vſq₃ mane: cõbures reliquias igni. Non comedentur: quia ſanctificata ſunt.

h ℭ Hoc dictũ Pauli allegat per glo 1. in c. p hibete. 23. diſtic. & de iure canonico vſq₃ adeo dictũ iſtud vendicat ſibi locũ: q ſi mulier religioni iudicans cõuenire / comã ſibi ãputauerit tanq̃ reſolues ius ſubiectiõis / excoicari põt. Tex ẽ ſing. i c. q̃cũq₃. 30. diſ. qd eſt intelligendũ in mulierib⁹ ſecularibus. Alię ei q̃ deuouent ſe mõaſterio: tẽderi debẽt. ita declarat glo. i cle. attẽdẽtes. i ver. cornutis. de ſta. mo. & pa. in c. ſi qs ex cle. de vita & ho. cle. i ℭ De iure poſitiuo ſeu hũano cõburit qui falſam principis monetã fabricat. tex. eſt in l. 2. in fi. C. de falſa mo. Qui aruſpex eſt ſeu diuinator. l. 3. C. de male. & mathema. Qui ſeruus ẽ & coit cũ dña ſua. tex. eſt in l. 1. in princ. C. de mulie. quæ proprijs ſer. ſe imiſcent. Qui ſeruilis cõditionis exiſtens / raptus crimen cõmittit vel cõmittentibus auxiliat. Tex. eſt in l. vnica verſi. penul. C. de rap. virgi. Qui eſt procurator Cæſaris / & facit concuſſiones indebitas. talis eni publice viuus cõcrematur. ita dicit tex. in l. vniuerſi. in fi. C. vbi cauſę fiſca. Qui iudæus eſt / & recedentẽ a iudaiſmo vt dei cultũ amplexet perſequitur. talis enim mox flãmis dedẽdus eſt / & cũ omnibus ſuis participibus concremandus. ita dicit textus in l. 2. in fi. C. de iudæis. Qui rũpũt aggeres nili vel eius aquã vltra ſolitũ occupant. iſti eni flãmis in eo loco cõſumunt: in quo vetuſtatis reuerẽtiã & ppemodum ipſius imperij appetierunt ſecuritatẽ. ita dicit tex. in l. vnica. C. de nili agge. nõ rũpen. Qui falſũ inſtrumẽtũ imunitatis cõſcripſit. Tali enim / flãma ſuppliciũ eſt. tex. eſt in l. 1. in princ. C. de imu. nemi. cõce. lib. 10. Qui barbaris facultatẽ depdationis in romanos dedit / vel factã cũ eis diuiſit. iſti eni viui cõburunt. Tex. ẽ in l. ſi quis a barbaris. in. fi. C. de re mili. li. 10. Qui ędes aceruũve frumẽti iuxta domũ poſitũ cõbuſſerit. hic ei vinct⁹ & verberatus / igni necari iubet. Tex. eſt in l. Qui ędes. in princ. ff. de incen. ru. naufra. Qui trãſfugę ſunt vel cõſiliorũ principis renũciatores. iſti nãq₃ etiã viui exurũtur. Tex. eſt in l. aut dãnũ. §. hoſtes. & in l. ſi quis aliquid ex metallo. §. 1. ff. de pœnis. Qui ſacrilegi ſunt. poſſunt eni qñq₃ pro qualitate criminis & cõditione pſonę viui cõburi. Tex. eſt in l. ſacrilegij pœnam. verſi. Et ſcio multos. ff. ad l. Iuliã. pecula. k ℭ Paleas id eſt peccatores. Hæc declaratio pbatur in c. quiſquis. 24. q̃ſti. 1. & in c. cũ baptizat de cõſecra. diſtinc. 4. l ℭ Simile eſt qd hẽtur in c. Alia. in princ. 16. q̃ſti. 1. & in c. q̃uis. in fi. de deci. vbi dicit arborẽ infructuoſã tanq̃ inutilẽ eſſe ſuccidẽdã. m ℭ Hui⁹ inhibitionis rationẽ ponit tex. Gregorij in c. quid ergo. verſi. ſciẽdũ. 11. q. 3. vbi dicit tex. Aliqñ p obediẽtiã debet bonũ qd agit itermitti. Neq₃ eĩ i paradiſo arbor mala extitit quã de⁹ hoi ne cõtingeret interdixit: ſed vt meli⁹ per obediẽtię meritũ / hõ bñ cõdit⁹ creſceret. & dignũ fuerat vt etiã a bono phiberet: quaten⁹ tãto veri⁹ hoc quod ageret virt⁹ eſſet q̃to & a bono ceſſans auctori ſuo ſe ſubditũ & humilẽ exhiberet. Et de hac inhibitiõe loquit etiã tex. ſed obiter / in c. ad mẽſam. §. euidẽter. verſi. ſic & Adã. 11. q̃ſti. 3. & in clemẽ. Si dñm. verſi. dedit igit nobis. de reli. & vene. ſancto.
n ℭ Morte morieris / id eſt ſeparaberis a gratia dei. Qui eni per mortale peccatũ a gratia dei ſeparantur: dicũ-

tur mori. bonus est tex. in c. qui sine.26.q̄sti.2. & in c. si quis vsuram. in verbo vita non viuit.14. questi.2. Et istam mortem hominis / scʒ a gratia dei separationē / appellāt canonistę mortē ciuilē. vt notabiliter dicit Panor. in c. per venerabilem. in vlti. no. Qui filij sint legi. & in c.1. versi. dantur & alij intellectus. de homici.

o ¶ Istorū immūdorū quorū esus ex lege Mosaica prohibitus fuit / meminit glosa in c. nuptiæ. in verbo imūda.32. questi.2.

p ¶ Nota hoc loco præcepta & mādata pro eodem sumi. canonistæ tamen & legistę secernūt mādata a præceptis: dicentes maioris esse effectus quod præcipitur q̄ quod mādatur. vt est bona glosa in c. dudum. in glosa.1. in fi.18. q̄sti.2. dū dicit / mandatum expirare morte mādātis / sed nō p̄ceptū. & glo. in l. sæpe. ff de offi. pręsi. dicit commissionem factā per verbū mādo esse delegabilē: nō aūt eā q̄ facta esset per verbū præcipio. Et glo. in c. cū aliquib⁹ in verbo cōcedimus facultatē. de rescrip. li.6. dicit pricipē præcipiētē iudici ordinario vt de aliqua causa cognoscat / videri cū facere iudicem delegatū in aliqua causa. q̄uis secus sit in principe mandante. vt est tex. in c. licet. de offi. ordi. De istis autē omnibus videatur cumulatius per Fely. in c. eam te. i.8.&.9. colū. de rescrip.

q ¶ Istud vt scilicet cū comederimus vel saturati fuerim⁹ / dñi nō obliuiscamur / a p̄sbyteris p̄sertim cœnobiticis pręreliq̄s obseruādū venit. q2 etiā eo tēpore quo comedunt & saturantur / obliuisci nō debēt. Text⁹. est nota. in c. Quādo aūt.44. dis. vbi dicit tex. Quādo veniūt p̄sbyteri ad aliq̄d cōuiuiū: aliquis prior illorū versū ante mensam incipiat & cibū bn̄dicat / & tūc secūdū ordinē sedeāt / alteri alter honorē p̄bētes. Per vices cibum & potū bn̄dicāt: & aliq̄s de illorū clericis aliquid de sācta scriptura legat. Post refectionē similiter hymnū dicant ad exēplū domini: sicut in cœna fecisse legitur. Et tex. in c. p reuerētia. eadē distic. dicit. Pro reuerentia dei & sacerdotū id vniuersa constituit synodus: vt q a solent crebro mēsis ociosæ fabulæ interponi / in oi sacerdotali cōuiuio lectio diuinarū scripturarū imisceatur. per hoc eī & aiæ ędificantur ad bonū / & fabulę nō necessarię p̄hibent. & dicet diffusi⁹ i verbo cōuiuiū.

r ¶ Istud / de eleemosynis faciēdis intelligi pōt. Etsi. eni oi die / tñ p̄serti dieb⁹ festis fieri dñt: cum sint tales dies in pietatis operibus exercēdi. vt est tex. l.3. l. Oēs. & l. fi. C. de ferijs. & c.1. & c. cōquestus. eodē ti.

¶ Hęc sunt aialia quę comedere debetis (dicit dn̄s ad Moysem & Aarō vt diceret filijs Israel). Omne quod habet diuisam vngulam & ruminat in pecoribus: comedetis. Quicquid autē ruminat & habet vngulam / sed non diuidit eam sicut camelus / & cętera: nō comedetis illud / & inter immunda [o] reputabitis. Cyrogilus qui ruminat vngulamq̄ non diuidit: immundus est. Lepus quoq̄: nam & ipse ruminat / sed vngulam non diuidit. Et sus: qui cum vngulam diuidat / nō ruminat. Horum carnibus non vescemini. Nec cadauera cōtingetis: quia immūda sunt vobis. Hęc etiam sunt quę gignunt in aquis & vesci licitū est. Omne quod habet pēnulas & squamas tā in mari q̄ i fluminibus & stagnis: comedetis. Quicquid autem pennulas & squamas nō habet eorū quę in aquis mouentur et viuunt: abominabile execrādūq̄ erit vobis. Carnes eorū non comedetis. Et morticina vitabitis. Cūcta quę non habēt pēnulas & squamas in aquis: polluta erunt. Hęc sunt quę de auibus comedere nō debetis: & vitāda sunt vobis. Aquilam / & Gryphem / & aliptum / & miluū / ac vulturem iuxta genus suum / & oē coruini generis in similitudinē suā / strutionem / & noctuam / & larum / & accipitrem iuxta genus suū / bubonem / et mergulū / et cygnū / et ibin / et onocrotalū / et porphirionem / herodionem / et caradrion iuxta genus suum / vpupam quoq̄ & vespertilionē. Omne de volucribus q̄uod graditur super quatuor pedes: abominabile erit vobis. Quicquid autē ambulat quidē super quatuor pedes sed habet longiora retro crura per quę salit super terrā: comedere debetis. Leui.11.c. & per totum. latius de aialibus imūdis ad esū ex lege Mosaica. leui.11.a.

¶ Quicquid super pectus quadrupes graditur et multos habet pedes siue per humū trahitur non comedatis: quia abominabile est. leui 11.g.

¶ Si dixeritis / Quid comedem⁹ anno septimo / si nō seuerimus neq̄ collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionē meam vobis āno sexto: et faciet fruct⁹ triū annorū. Seretisq̄ anno octauo / et comedetis veteres fruges vsq̄ ad nonum annum: donec noua nascantur edetis vetera. leui.25.c

¶ Si in preceptis [p] meis ambulaueritis: comedetis panem vestrū in saturitate. Quod si non audieritis me / nec feceritis omnia mādata [p] mea (dixit dn̄s) sed spreueritis leges meas / & iudicia mea contempseritis: comedetis & nō saturabimini. Et si nec per flagella mea audieritis me / sed ambulaueritis contra me: & ego incedam aduersus vos in furore cōtrario / et corripiam vos septem plagis propter peccata vestra / ita vt comedatis carnes filiorum vestrorū & filiarum vestrarū. Et. I. in verbo Preceptū. leui.26.a.

¶ Cum comederis [q] / & saturatus fueris: caue diligēter ne obliuiscaris [q] dn̄i dei tui qui eduxit te de terra ęgypti & de domo seruitutis. deu.6.c.

¶ De Helia cui dixit angelus / Surge & comede: grādis enim tibi restat via. vide 3. Reg.19.b. Et infra in verbo Helias.

¶ De Iezabel regina cuius carnes canes comederunt: vide.3. Reg.21.g. Et infra in verbo Iezabel.

¶ Ite (dixit Esdras ad populū) comedite pīguia & bibite mulsū / & mittite [r] partes eis q nō pręparauerūt sibi: qa dies sc̄tūs dn̄i est. Et. I. Dies. esdræ.8.c

¶ Panem tuum cum esurientibus & egentibus comede. thobię.4.c

¶ Anteq̄ comedam suspiro (dixit Iob) & quasi inundantes aquę sic rugitus me⁹: quia timor quē timebā euenit mihi / & quod verebar accidit. iob.3.g.

¶ Nocte os meum perforatur doloribus (dixit Iob) & qui me comedūt iob.30.c.

s ℂHoc dictū ponitur per tex. in c. qui peccat. paulo post princ. 24. questi. 4. & ibi. glo. in verbo zelus. exponēdo dicit zelus domus tuæ comedit me. idest amor quē habui ad templū: fuit mihi causa inuidiæ propter quā Iudei occiderunt me. Et istis verbis vtitur tex. ad notabilē effectū in c. fi. de custodia eucha. vbi dicit tex. Quia zelus nos comedit domus dei: firmiter prohibemus/ ne supellectilia in ecclesijs admittātur/ nisi propter hostiles incursus/ aut incendia repentina/ seu alias necessitates vrgētes/ ad eas oporteat haberi refugiū. Sic tñ vt necessitate vrgente res ī pstina loca reportētur.

non dormiunt.

psal.68.b ℂExtraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus filijs matris meę. Quoniā zelus [s] domus tuę comedit [a] me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

psal.101.a ℂPercussus sum vt fœnum/ et aruit cor meum? quia oblitus sum comedere panem meum.

psal.105.e ℂInitiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.

puer.23.a ℂQuādo sederis vt comedas cū pricipe/ diligēter attēde q̄ sunt apposita añ faciē tuā: et statue cultrū in gutture tuo/ si tñ habes in ptāte aiam tuā

prouē.23.a ℂNe comedas cum homine inuido/ & ne desideres cibos eius: qm̄ in similitudinem arioli & coniectoris existimat quod ignorat. Comede & bibe dicet tibi: & mens eius nō est tecum. Cibos quos comederis euomes: et perdes pulchros sermones tuos.

prouē.24.b ℂComede fili mi mel quia bonū est: & fœnum dulcissimū gutturi tuo.

puer.25.b ℂMel [t] inuenisti comede quod sufficit tibi: ne forte satiat⁹ euomas illud

prouē.25.d ℂSicut qui mel multum comedit non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis/ opprimetur a gloria.

prouē.30.b ℂEst generatio quę pro dentibus gladios habet: & commandit molaribus suis vt comedat inopes de terra/ & pauperes ex hominib⁹. Sāguisugę duę sunt filię dicentes affer. affer.

eccles.2.d. ℂNonne melius est comedere/ & bibere/ & ostēdere animę suę bona de laboribus suis? Et hoc de manu dei est?

eccles.5.b. ℂVbi multę sunt opes: multi et qui comedunt eas.

eccles.5.b. ℂDulcis est somnus operanti siue parum siue multum comedat: saturitas [b] autem diuitis non finit eum dormire.

eccles.6.a. ℂEst aliud malum quod vidi sub sole: & quidem frequēs apud homines. Vir cui dedit deus diuitias & substātiam/ & nihil deest animę suę ex omnibus quę desiderat: nec tribuit ei potestatem deus vt comedat ex eo sed homo extraneus vorauit illud. Hoc vanitas/ & magna miseria est.

eccles.9.b. ℂComede in lętitia [x] panem tuum/ & bibe cum gaudio [x] vinum tuum: quia [y] deo placent opera tua.

eccles.10.c ℂVę tibi terra cuius principes mane comedunt.

cant.5.a. ℂComedi fauum cum melle meo: & bibi vinum cum lacte meo. Comedite amici mei & bibite: & inebriamini charissimi.

esaiæ.1.c. ℂSi volueritis & audieritis me/ dixit dominus. bona [z] terrę comedetis.
ℂDe filio virginis qui butyrum & mel comedet vt sciat reprobare malum & eligere bonum: vide Esa.7.c. Et infra in verbo Virgo.

esaię.36.e ℂMisit me dñs meus ad viros qui sedent in muro: vt comedant stercora sua & bibant vrinam pedum suorum (dixit nūcius regis Nabuchodonosor ad regem Ezechiam missus).

esaiæ.5.e. ℂNolite timere opprobriū hoīs/ et blasphemias eorū ne metuatis: sicut ei vestimētū sic comedet eos vermis [a]: & sicut lanā sic deuorabit eos tinea

esaiæ.55.a ℂAudite audientes me (dixit dominus) & comedite bonū: & delectabitur in crassitudine anima vestra.

esaię.56.a ℂOua [b] aspidum ruperunt: & telas araneę texuerūt. Qui comederit de ouis eorum morietur: & quod confotum est erumpet in regulum.

hiere.19.c ℂVnusq̄sq; carnes amici sui comedet in obsidiōe/ & in angustia in qua

t ℂMel hoc loco sumi pōt pro dulcedine hūanę eloquētię: prout aliqñ sumi pōt. vt dicit tex. in c. legimus. versi. in leuitico. 37. dis. Nō ei vult dominꝰ vt in humana eloquētia mltū delectemur. vt est no. tex. ī d. c. legimꝰ. in pric. vbi dicit tex. Legimus de beato Hieronymo/ q cum libros legeret Ciceronis/ ab angelo vehemēter est correptus eo q vir Christianꝰ/ paganorū figmentis intenderet

v ℂHinc dicit notabiliter Archi. citans Augustinū in epistola ad Damasum. Periculosa ē in diuitijs suauitas/ periculosa sublimitas/ timor perpetuus/ labor infructuosus sine prouidētia/ & finis cū pœnitētia. Et dicit Gregorius/ diuitiarum saturitatem perniciosam demonstrans. Cōtinuꝰ successꝰ tēporaliū: ęternę dānationis est indiciū. Ista ponit Archi. ī c. qd ergo. in pric. de pœni dis. 3.

x ℂFacit qd de Lazaro sanctaiū Marthę & Magdalenę germano fratre scribitur ic. q̄tuslibet: ī fi. de pœni. dis. 1. vbi. dr. Lazarꝰ celebrata resurrectionis glā lętꝰ ad cœnā venit. Et aduertēdū ē q lz ī hoc textu lætitia & gaudiū pro eodē sumi videantur: tñ Archi ic. Ecclesiasticis ī pric. 12. q̄sti. 2. dicit lętitiam a gaudio differre q2 gaudium ē exultatio aī ī his q̄ digna sūt exultatiōe: lętitia vero ē effrenata lętitia. aī q̄ modū nesciat/ & ī his quoq; q̄ vicijs sūt mixta letat. Vl gaudiū aī ē exltatio: lętitia aūt ē exltatio verborū atq; mēbrorū.

y ℂSile est qd legitur ī c. teneam⁹. 1 q. 1. q̄sti. 1. vbi dicit tex. Erant Christiani q nō poterāt facere qd faciebat Simō magus. Sz ide gaudebāt/ quia nomina eorū scripta erāt in cœlis.

z ℂFacit tex. ic. cū Marthę. §. verū de cele. missa. vbi dr q vetus testamētū tēporalia pmittebat.

a ℂVermis/ idest scrupulus cōscientię. Vñ scriptū est. Vermis eorū nō morietur ī ęternū. de quo dicto est tex. in. c. Quoniā in quibusdā. in q. 19. q̄sti. 3.

b ℂQuid sit ouū/ & de eiꝰ virtute/ notat Archi. in c. deniq;. col. 1. 4. dis. & dicet. in verbo ouum.

concludent eos inimici eorum/& qui querunt animas eorum.

¶Ergo ne comedēt mlieres fructū suū: paruulos ad mēsuram palmę? threñ.2 g

¶Patres comedent [e] filios suos in medio tui Hierusalem: & filij come- Eze. 5. c.
dent [e] patres suos.

¶De pastoribus ecclesię qui gregis sui lac & lanā comedūt: vide Eze. 34. Et infra in verbo Pastor.

¶De rege Nabuchodonosor qui fœnum vt bos comedit: vide ifra Nabuchodonosor.

¶Peccata populi mei comedent [d] (dixit dominus ad sacerdotes). osee. 4. b.

¶Phariſęi & oēs Iudęi nisi crebro lauerint manus/nō manducāt/tenen marci. 7 a
tes traditionē seniorū: & a foro veniētes/ nisi baptizētur nō comedūt.

Comessator. ¶Qui comessatores pascit: confundit patrem suum. puer. 28 b

Comessatio. ¶De filio qui comessationibus vacat puniendo: vide puer. 23. c.
Deut. 21. d Et infra in verbo Filius.

¶Noli esse in conuiuijs [e] potatorum / nec in comessationibus eorū qui carnes [f] ad vescendum conferūt [f]: quia vacantes potibus & dantes symbola consumentur/& vestietur pannis dormitatio.

¶Abijciamus opera tenebrarum/& induamur arma lucis: sic vt in die ro. 13. d.
honeste ambulemus/non in comessationibus [g] & ebrietatibus/nō in cubilibus & impudicitijs/ non in cōtentione & ęmulatione. Sed induimini dominū Ihesum Christū: & carnis [h] curam ne feceritis in desiderrijs.

¶Sufficit prӕteritū tempus ad voluntatem gentium consummandam 1. pe. 4. a.
hijs qui ambulauerunt in luxurijs/desiderijs/vinolētijs/cōmessationib9/ potationibus/ebrietatibus & illicitis idolorum cultibus: in quo admirātur non cōcurrētibus vobis in eandē luxurię confusionē blasphemātes/ qui reddent rationē ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos.

Commemoratio. ¶Ihesus accepto pane gratias egit: & fregit/ lucę. 22. b.
et dedit discipulis suis/ dicens. Hoc est corpus [i] meū quod p vobis datur. Hoc facite [k] in meam commemorationem. Ibidem latius.

¶In hostijs cōmemoratio peccatorum per singulos annos fit. heb. 10. a.

Commendare. ¶Si quis commendauerit [l] amico pecuniā [m] aut

c ¶Patres de iure positiuo possunt dici comedere filios suos: qn̄ eos vēdūt vt comedant. quod/ vēdere sc3 filios proprios: permissū est patribus quando volunt vendere vt comedāt/ idest vt occurrant necessitati fames qua pmuntur. Tex. est nota. in l. 2. C. de pa. qui filios distra. vbi dicit textus. Si quis propter nimiā paupertatem egestatemq; victus causa filiū filiāve vendiderit: (vēditione in hoc tantūmō casu valente) emptor obtinendi ius seruitij habeant facultatē. liceat aūt ipsi qui vendidit vel qui alienat9 est aut cuilibet alij ad ingenuitatē eū propriā repetere: mō si aut pciū offeratur quod potest valere//aut mancipiū pro huiusmodi pręstet. Hęc tex. Ista tñ facultas vendēdi non est cōcessa matri. secūdū glo. ibi/ quā doc. sequuntur. per bonū textū in l. trāsactione. C. de transac. Nec etiam pmissa est filio. quia cū illa lex sit exorbitana & contra ius naturale vt ibi doctores dicūt: debent seruari in suis terminis/non aūt ad alios extendi arg. ff. solu. ma. l. si vero. §. de viro. Et sic lz ista sētētia iuris diuini possit pcedere de iure hūmano/ inqtū loquitur de patribus comedētib9 filios: tñ nō procedit saltem iuxta hāc interptationē eo respectu quo loquitur de filijs comedētibus patres.

d ¶Hoc dictum propheticū ponit̄ i c. pastor. 8. q̄sti. 2. & declarat̄ p tex. in c. ipsi sacerdotes. 1. q. sti. 1. vbi dicit textus. Ipsi sacerdotes pro populo interpellant/ & peccata populi comedūt: quia suis precibus ea delent atq; consumūt. & q̄to digniores fuerint: tanto facili9 in necessitatibus pro quibus clamant exaudiūtur. Et eādē declarationē ponit tex. in c. nulli. 3. q. sti. 1.

e ¶Similis est textus in c. Nō oportet. 44. distinc. vbi dicit tex. Nō oportet ministros altaris vel quoslibet clericos aut etiā laicos Xp̄ianos ex symbolis (q̄ vulg9 comessalia appellat) conuiuia celebrare.

f ¶Carnes in comessationibus ad vescendum cōferre: est absentium vitia in conuiuijs recitare seu aliorū vitia notare. Ita notabiliter dicit Archi. hanc sententiā declarans in c. Ex merito. in fine. 6. questi 1. Et sic hac Salomonis sentētia dānātur cōuiuia in quibus absentiū vita mordetur. Quӕ cōuiuia satis etiā improbantur per textū in c. Cōuiuia. 44. dis. vbi dicit text9. Conuiuia tunc ex charitate veraciter prodeūt: cū in eis nulla absentiū vita mordetur/ nullus ex irrisione reprӕhenditur. Et glo. prima ibi ponit duo carmia/ q̄ diximꝰ mōstrātia. Quisquis amat dictis absētū rodere vitā: Hāc mēsā vetitā nouerit esse sibi.

g ¶Hanc Pauli sententiā allegat tex. 44. dis. in princ. & ex ea infert comessationes nō solū sacerdotibus/sed etiā laicis noxias esse: qui festiuos & solennes dies non aliter se digne celebrare putant/ nisi comessationibus deseruiant.

h ¶Vide quod huic sententiӕ annotatū est. s. in verbo caro.

i ¶Istorū verborū meminit tex. in c. Quia corpus. paulo post princ. de conse. distinc. 2. vbi dicitur. Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo secreta potestate conuertit: ita dicens. Accipite & comedite: hoc est corp9 meū. Et de eisdem verbis loquitur text9 in c. reuera. eadem dis. vbi dicit tex. Ipse clamat dn̄s Ihesus. Hoc est corpus meū. Ante benedictionē verborū cœlestiū alia species noīatur: post cōsecrationē corp9 signatur.

k ¶Circa hӕc verba videndus est tex. in c. scriptura. in princ. de cōse. dis. 2. & in c. iterat̄. in pric. iūcto versi. itē iterat̄. eadē dis. vbi dicit tex. Iterat̄ quotidie hӕc oblatio: licet Christus semel passus in carne per vnā eādēq; mortis passionē semel saluauerit mūdū. & hoc ob cōmemorationē passiōis Christi sicut ipse ait. Hoc quotienscūq; feceritis: in meā cōmemorationē facite.

l ¶Cōmēdare hoc loco & secūdū vtrūq; ius positiuū/ idē est qd deponere/ seu in custodiā dare. Tex. est in l. cōmēdare. ff. de ver. signi. in l. luci9. ff depositi. Et in c. Ne quis arbitretur. circa fi. 22. q̄sti. 2 Et est glo. q̄ ita declarat in c. Nemo deinceps. in verbo cōmēdare. de elec. in. 6.

m ¶Vtroq; etiā iure positiuo/ cōmendatio seu depositū cadit in pecunia. Tex est in c. 1. de depo. & in l. desyderiū. cū l. seq. C. depositi. Et si fuit data signata seu i sacculo/ & ille qui recepit eā custodiēdam / ea vtat̄: tenetur furti ad duplum. Textus est in l. si depositi. C. depo. & in l. si sacculum. ff. eodem. Si vero sine obsignatione data fuerit/ s3 solum in numerato: tenetur ad tātūdem restituēdum. Textus est in l. die sponsaliorum. §. Qui pecuniam. ff. depositi.

vas in custodiam/& ab eo qui susceperat furto ablata fuerint: si inuenit fur duplū [n]. Si latet fur: domin9 domus applicabit ad deos [o]/& iurabit [p] ꝙ non extenderit manū in rem ꝓximi sui ad perpetrandā fraudem tam in boue q̄ in asino & oue ac vestimēto & qcq̄d dānū iferre pōt. Ad deos vtriusq̧ causa perueniet: & si illi iudicauerit: duplū [q] restituet ꝓximo suo

exo.22.b. ¶Si quis cōmendauerit ꝓximo suo bouem/asinū/ouē/& omne iumētū ad custodiā/& mortuū fuerit/aut debilitatū/vel captum ab hostibus/nullusq̧ hoc viderit: iusiurandum erit in medio ꝙ non extenderit manū ad rem proximi sui. Suscipietq̧ dn̄s iuramentum: & ille reddere non cogetur. Quod si furto ablatū fuerit: restituet [r] damnū domino. Si comestū a bestia: afferat ad eum quod occisum est/& non restituet.

psal.30.b ¶In manus tuas commēdo spiritū meū: redemisti me dn̄e de9 veritatis

lucæ.23.f. ¶Ihesus clamans voce magna: ait. Pater in manus tuas commendo spiritum [s] meum. Et hęc dicens expirauit.

2.cori.10d ¶Qui gloriatur: in domino [t] glorietur. Nō enim qui seipsum commēdat/ille probatus est: sed quem deus commendat.

2.timo.2a ¶Quę audisti a me: hęc commenda fidelibus hominibus qui erunt idonei & alios docere.

1.pe.4.d. ¶Hi qui patiuntur secundum voluntatem dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

Commisceri.

leui.21.c. ¶Non cōmisceat pontifex id est sacerdos magn9 stirpem generis sui vulgo gentis suę: quia ego dn̄s qui sanctifico eum.

nūeri.36b ¶Nubant filię Salphaad quibus volunt/ tantū vt suę tribus hoībus ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes em̄ viri ducent vxores de tribu & cognatione sua: & cunctę fœminę de eadem tribu maritos accipiant: vt hęreditas permaneat [v] in familijs nec sibi misceantur tribus/ sed ita maneant vt a dn̄o separatę sunt.

puer.20.b ¶Ei qui reuelat mysteria/& ambulat fraudulenter/ & dilatat labia sua: ne cōmiscearis.

Et aduertendū: ꝙ in hac materia/quando scilicet pecunia aut alię res deponūtur/& postea reperiuntur perditæ/ notabiliter loquitur Bal. in Ru. C. depositi. in princ. vbi q̄rit. Pone ꝙ depono penes aliquē fardellū sigillatū. ille apud quē depono/ exhibet dissigillatum. dico ꝙ ibi erat magna q̄titas pecunię: & ꝙ p̄sumit dissigillatū ab ipso. Ipse hoc negat. q̄ritur quid iuris? Rn̄det Bal. ꝙ in hoc articulo arbitriū & æquitas iudicis desyderat. Nā si quidē sua natura potuit dissigillari/puta quia ibi erat sigillū cerę/& persona depositarij est fide digna: nō præsumit dol9/ nec iuratur in litem quę res ibi fuerint. sed probandum est per testes vel scripturam. vt est bon9 textus. in l.1.§. si cista. ff. depo. Si vero apparet verissimile ꝙ est dissigillatum facto hoīs: tūc statur deponentis iuramento modificato nō effrenato secūdū qualitatē personarū. Argu. in l. si quādo. C. Vnde vi. & in c. si quod me. cau. ita Baldus vbi. s. Sed Bartho. i l.1.§. .fi. ff. fur. adū. nau. caupo. stabu. sentit istud quod dictū est ꝙ stabitur iuramento deponētis/ q̄ res essent in fardello/habere locū q̄n constaret ꝙ fardellū fuisset dissigillatū dolo depositarij. Tūc eni verū est ꝙ statur deponentis iuramento. et ita loquit tex. in d. l. si q̄n & i d. c. si. vbi notat Inno. q̄d me. cau. sed si de dolo expresse non cōstaret nō recurreret ad iuramētū deponentis. sed iudex posset tormētare eos qui erāt in domo: & ꝓcedere sup hoc sūmati. vt. C. de naufra. l. quotiēs & dicit Bar. se ita obseruasse de facto: cū talis casus accidisset Pisis. n ¶De iure positiuo fur tenetur ad duplū si sit fur nō manifest9. si vero sit fur manifestus: tenetur ad quadruplū. tex. est i. §. pena furti. insti. de obli. quæ ex delic. nas. Et apud canonistas notat Panor. in c. ex litteris. circa fi. de fur. De hac tn̄ materia/ quę sc3 pœna furib9 a iure positiuo īponat: videdū est q̄d diffusius annotabitur in verbo furtū. o ¶Deos: idest sacerdotes. Ita istum textū declarat tex. Gregorij in c. sacerdotib9 versi. nā diuinis eloquijs. 11. q̄sti. 1. p ¶De iure positiuo nō recurritur ad iuramētū: si reb9 suis saluis existētib9 depositas amiserit. quia ex eo ipso ꝙ res suę saluę sunt/ & depositas amisisse dicit: p̄sumit in dolo & ad earū restitutionē debet cōdēnari. Tex. est in c. bona fides. in princ. de depo. i l. Quod nerua. ff. eodē. i l.1. C. locati. & in l. si vt certo. §. Quod vero senectute. ff. cōmodati. Vbi vero ista p̄sūptio doli non subesset: teneret ꝓbare se amisisse res depositas. l. si creditori. C. de pigno. ac. §. fi. insti. q mo. re. cōtra oblig. Et hoc ꝓbato esset absoluendus: nisi ille q dedit in custodiam/ probaret dolū vel latā culpam interuenisse. De alia eni culpa leui vel leuissima nō tenet depositari9: nisi in certis casibus. tex. est vbi illi casus ponūtur i d. c. bona fides. versi. de culpa. de depos. q ¶Idē est de iure positiuo/ tex. est in l. si depositi. cū glo. in verbo furti. C. depositi. r ¶De iure positiuo nō restituet dānū: nisi dolo suo vel lata culpa/ idest magna & supina neglīgētia quæ dolo cōparatur (vt est tex. i l. magna negligētia. ff. de ver. signi.) furtū fuerit factū. casus est i d. c. bona fides. versi. de culpa. arguēdo a speciali. ff. de depo. & in l.1. in princ. C. eodē ti. Si tn̄ iste tex. intelligeret de aīali cōmodato/ nō aūt de aīali cōmendato seu dato in custodiā: etiā de iure positiuo restitueret dānū/ quocūq̧ idest ex quacūq̧ culpa furtū cōtigisset. quia de iure positiuo cōmodatari9 tenetur de dolo/ lata leui & leuissima culpa. Tex. ē in l. si vt certo. §. nūc videdū. ff. cōmo. & in c.1. in princ. de cōmo. s ¶De cele. missa. c. in quadā. paulo post princ. vbi ponitur hic tex. et dicitur per eū probari Christū habuisse spiritum nedū vitalē sed & rationale: de quo prius dixerat Tristis est aīa mea vsq̧ ad mortē. t ¶Hinc dicit Archidiaconus in c. adijcimus. in princ 16. q̄sti. 1. Qui doctus est: glorietur de scientia sua i dn̄o/ nō in se ipso. De quo dicto Archi. est tex. in c. Reuertimini. paulo ante fi. eadem causa & q̄sti vbi dicit tex. Si quis doctus & eruditus in lege dn̄i potest alios erudire: non debet suę assignare prudētię ingenioq̧ quod possidet, sed gratias agat primū dn̄o qui cuncta largitur: deinde sacerdotib9 ei9 ac ministris a quib9 doct9 est. Si ei nō egerit gratias/ sed sciētiam vēdicauerit sibi: in penuria maledicetur. &c v ¶Hæc etiā considera tio de hęreditatibus permanendis in familia: habetur de iure positiuo. vt est textus solennis in l 1. §. Quiuis. versi. Sed & si seruus. ff. de ventre inspi. vbi dicit textus. Publicæ interest partus non subijci: vt ordinum dignitas familiarumq̧ salua sit.

¶Cum detractoribus non commiſceearis. puer.24.c

¶Scripſi vobis in epiſtola: ne cõmiſceamini fornicarijs. Non vtiq̃ for nicarijs huius mũdi/aut auaris/aut rapacibus/aut idolis ſeruiẽtib⁹: alioquin debueratis de hoc mũdo exijſſe. Nũc autẽ ſcripſi vobis non cõmiſceri. Si is qui [x] frater noĩat inter vos/eſt fornicator/aut auar⁹/aut idolis ſeruiẽs/aut maledic⁹/aut ebrioſus/ aut rapax: cũ hmõi nec cibũ ſumere. 1.cori.5.c

¶Si quis nõ obediat verbo veſtro/per epiſtolam hunc notate: & nõ cõmiſceamini [y] cũ illo/vt cõnfundatur. Et nolite quaſi inimicũ exiſtimare: ſed corripite vt fratrem. 2.theſ.3.d

Commodare.

¶Fratri tuo abſq̃ vſura ꝛ id quo indiget commodabis [a]: vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo/in terram ad quam ingredieris poſſidendam. deute.23.d

¶Tota die miſeretur & commodat: & ſemen illius in benedictione erit. pſal.36.e

¶Iocundus homo qui miſeretur & commodat/diſponit ſermones ſuos in iudicio: quia ineternum non commouebitur. pſal.111.a.

¶De amico qui rogat amicum vt cõmodet ei tres panes: vide Lucę.11. a. Et ſupra in verbo Amicus.

Commorari.

¶Auris quæ audit increpationes vitę: in medio ſapientum commorabitur. puer.15.d

¶Timor dñi ad vitã: & ĩ plenitudĩe cõmorabiť abſq̃ viſitatiõe peſſimi. puer.19.d

¶Vir qui errauerit a via doctrinę: in medio gigantum commorabitur. puer.21.b

¶Cõmorari leoni & draconi/magis placebit: q̃ habitare cũ mľiere neq̃ ecci.25.c.

¶In medio mulierum noli commorari [b]. ecci.42.c.

Commouere commotus et commotio.

¶Prouidebã dñm in cõſpectu meo ſemper: qm̃ a dextris eſt mihi ne commouear. pſal.15.b.

¶Rex ſperat in domino/& in miſericordia altiſſimi non cõmouebitur. pſal.20.b.

¶Cõmouiſti terrã dñe & cõturbaſti eã/ſana cõtritiões ei⁹: q̃a cõmota ẽ. pſal.59.a.

¶Iuſtus ineternum non commouebitur. Et infra Iuſtus. prouẽ.10.d

¶Lingua tertia multos commouit pacem habentes. Et infra Lingua. ecci.28.b.

¶Non det in commotionẽ pedem tuum: neq̃ dormitet qui cuſtodit te. pſal.120.b

Comparare comparatus et comparatio.

¶Nunq̃d deo comparari poteſt homo: etiam cum perfectę fuerit ſcientię? iob.22.a.

¶Nõ ẽ poteſtas ſuper terrã quæ cõpareť ei q̃ fact⁹ eſt vt nullũ timuerit iob.41.g.

¶Homo cum in honore eſſet non intellexit [c]: comparatus eſt iumentis inſipientibus/& ſimilis factus eſt illis. pſal.48.c.

x ¶Hic textus declaratur per textũ Chryſoſtomi in c. Ad mẽſam. in princ. 11. queſti. 3. vbi dicit textus. Dũ inquit Paulus. Si quis frater &c. fratrẽ in hoc loco omnẽ fidelẽ ſimpliciter intellige/nõ monachũ tantũ. Quid aũt eſt quod fraternitatẽ vocat: niſi lauachrũ regenerationis/quod facit poſſe vocari deum patrem? Hæc textus. Dũ aũt Paulus hoc loco dicit cibum non ſumendũ cum fornicarijs aut auaris: videatur quod annotatũ eſt. ſ. in verbo cibus. & ibi dictis addatur ꝙ licet olim cũ paganis comedere liceret (vt eſt tex. in d. c. Ad mẽſam.) tñ hodie non licet. vt eſt glo. q̃ coĩter tenetur/in d. c. ad menſam & in c. q̃ ſit. in ver. vti liceat. de Iudęis.

y ¶De iure poſitiuo p hęc verba/ nõ cõmiſceamini cũ illo/ſeu nõ cõĩcetis illi/ſimpliciter plata: nõ cẽſetur illata excõicatio. ſecus: ſi proferantur cũ iſta adiectione/donec abſoluatur. quia ꝓpter hãc adiectionẽ præſumiť vinculũ. Argu. in l. decẽ. ff. de ver. obli. vbi priuatio p̃ſupponit habitum. Item ſecus: ſi pferrenť poſt factũ apparatũ excõmunicandi. Ita Panor. ĩ c. ſuper ſpecula. per illũ textũ. Ne cle. vel mona. Item ſecus: quo ad forũ animę. quia licet in foro iudiciali præſumam⁹ in partẽ benigniorẽ vt non iſerať excõicatio per illa verba: ĩ foro tñ pœnitẽtiali p̃ſumim⁹ in ptẽ ſeueriorẽ. vt notat Inno. ĩ c. cum tu. de teſti. & glo. no. ĩ c. 1. de ſeruti. ita iſtã materiã declarat Panor. in c. 1. col. 10 de iudi.

z ¶Videãť ãnotata. ĩ. ĩ verbo. vſura.

a ¶Iure poſitiuo iſpecto verbũ cõmodabis interp̃tãdũ eſt p mutuabis. qꝛ cõmodatũ non cadit in rebus q̃ vſu cõſumũtur l. 3. §. fi. ff. cõmo. In quibus tñ rebus ꝓprie cõtrahiť vſura/ & nõ alijs. vt notat Panor. in ru. de vſuris. col. 1.

b ¶Pro hui⁹ text⁹ exornatione & declaratione videantur annotata in verbo mulier. & interim notetur celebris tex. in c. hoſpitiolũ tuũ. 32. diſ. vbi dicit tex. Hoſpitiolũ tuũ aut raro aut nũq̃ mulierũ pedes terãt: quia non põt toto corde cũ deo habitare/ qui fœminarũ acceſſib⁹ copulatur. Fœmina conſcientiã ſecũ pariter habitantis exurit. Nũq̃ de mulierũ formis diſputes. Fœminæ: nomen tuũ neſciant. Fœminã quam bene videris conuerſantẽ/mẽte dilige: non corporali frequẽtia. Et dicit tex. (qui iſtũ p̃ſertim in clericis vendicare ſibi locũ demonſtrat) in c. pe. de coha. cle. & mulie. Cũ clericis non permittas mulierculas habitare: niſi forte de illis pſonis exiſtãt in quibus naturale fœdus nihil permittit ſeui criminis ſuſpicari. Et clarior tex. in c. interdixit. 32. diſ. dicit. Interdixit ſancta Synod⁹: nõ ep̃o/nõ p̃ſbytero/non diacono/nõ ſubdiacono/ non alicui omnino qui in clero eſt/ licere ſubintroductã habere mulierẽ: niſi forte aut matrẽ/ aut ſororẽ/ aut auitam/ aut etiam eas idoneas perſonas quæ careant ſuſpitione. Hęc tex. Et apud legiſtas eſt tex eiuſdẽ ſentẽtiæ in l. Eũ qui probabilẽ. cũ auctẽ. ep̃o. C. de de epiſ. & cleri.

c ¶Hõ debet elaborare vt ſe intelligat. vt ſcꝫ noſcat quid ſit/quia aĩal rõnale mortale. Mortale: ne ĩ ſuperbiã leueť. Rõnale ne in deſperationẽ labať. Hinc dicit Bernard⁹. A te tua cõſyderatio inchoet: ne fruſtra extẽdaris ad alios te neglecto. Noueris licet oĩa miniſteria/ lata terræ/ alta cœli/ profunda maris. ſi te neſcieris: ſimilis eris viro ędificanti ſine fũdamento/ ruinã faciens non ſtructurã. Vñ etiã Aug. ait in perſona dñi. O hõ ſi te videres: tibi diſpliceres & mihi placeres. ſed qꝛ te nõ vides: tibi places/ & mihi diſplices. Sed venient dies in q̃bus mihi & tibi diſplicebis. mihi: quia dãnaberis. & tibi: quia ardebis. Iſta ponit Archi. in c. Qui vult. paulo ante fi. de pœni. diſtic. 3. & idẽ Archi. in c: cauẽdũ. eadẽ diſ dicit poſt Hiero. Nũq̃ tuta eſt hũana fragilitas. & q̃to in virtutibus creſcim⁹: tanto amplius timere debem⁹/ ne de ſublimiori corruam⁹. quia q̃to gradus altior: tanto caſus grauior. Vnde dicitur. Homo cum in honore eſſet. &c.

d ¶De hac Pauli illatione. Si filij: & heredes. an de iure positiuo procedat: videatur quod diffuse annotatũ est .§.in verbo heres. Et interim notetur textus Ambrosij in c. dicat.in princ.32. questi.4. vbi simili illatione dicit. An ei ille filius heres non est: ergo neq̃ filius est. e ¶Hæc pauli sententia ponitur in c. saluator.in princ.1 q̃sti.3. f ¶Archidi.in c. consyderandum.50.distinc.ponit istud dictũ. & subiũgit, q hoc dictũ intelligitur de Christo. Et declarando dicit. Impossibile est eum scire afflictorũ afflictiones hominum: qui afflictionis experimentum non habuit / & sensibiliter oia non sustinuit. Christ⁹ vero non solum per hoc q deus / omnia sciuit: sed per hoc q homo / similia sustinuit. Et pro effectu eliciendo ex hac apostoli sententia videatur bon⁹ textus. in c. Recedite.in princ.45.distic. vbi dicit textus. Boni rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes / magis per humilitatis & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere: q̃ per austeritatẽ in foueã perditionis nutantes repellere. Et dicit textus in c. vera iustitia. in princ. eadem distinc. Vera iustitia compassionẽ habet: falsa vero dedignationem. Et dicit textus solẽnis / huiusq̃ sententiæ plurimũ exornatiuus / in d.c. consyderandum.50. distinc. Cõsyderãdum nobis est / cur omnipotens de⁹ eũ quẽ cũctę ecclesiæ præferre disposuerat: ãcillę vocẽ pertimescere / & seipsum negare permisit. Quod nimirũ magnæ esse actũ pietatis dispensatione cognoscimus: vt is qui futur⁹ erat pastor ecclesiæ / in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaq̃ eũ ostendit sibi & tunc prępofuit cæteris: vt ex sua infirmitate cognosceret q̃ misericorditer alienas ĩfirmitates toleraret.

puer.3.b. ¶Preciosior est cunctis opibus sapiẽtia: & omnia quę desyderantᵗ / huic non valent comparari.

eccl.6.b. ¶Amico fideli nulla est comparatio: & non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius.

ecci 32.c. ¶Peccator homo secundũ voluntatẽ suam inueniet comparationem.

ad ro.8.c. **Compati.** ¶Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro: q sum⁹ filij dei. Si autẽ filij [d]: & heredes. Heredes quidẽ dei / coheredes aũt Christi: si tamẽ compatimur / vt & cõglorificemur. Existimo eñi q non sunt cõdignæ [e] passiões hui⁹tẽporis: ad futurã gloriã quę reuelabiᵗ in nobis

1.cori.12 c ¶Si quid patitur vnum membrum: compatiuntur omnia membra.

heb.4.d. ¶Non habemus[f] pontificẽ qui nõ possit cõpati infirmitatibus nostris: tentatũ autem per omnia pro similitudine absq̃ peccato. Adeam⁹ ergo cum fiducia ad thronum gratię eius: vt misericordiam consequamur / & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

mar.1.b. **Compellere.** ¶Spiritus compulit Ihesum in desertum.

lucę.14.c. ¶Exi in vias & sepes / & compelle intrare: vt impleatur domus mea. Et latius supra Cœna.

psal.101.c **Compes et compeditus.** ¶Dñs de cœlo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.

psal.145 b ¶Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cęcos.

psal.149 b ¶Gladij ancipites in manibus sanctorũ: ad faciẽdã vindictã in nationibus / increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus [g]: & nobiles eorum in manicis [g] ferreis.

gen.2.a **Complere.** ¶Cõpleuit de⁹ die septimo opus suũ quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.

puer.13.d ¶Desyderium si compleatur: delectat animam.

hiere.23.d ¶Ecce turbo dñicę indignationis egredietur: & tempestas erumpẽs super caput impiorũ veniet. Nõ reuertetur furor dñi: vsq̃ dũ faciat et vsq̃ dum compleat cogitationes cordis sui.

exo.30.g. **Componere compositus et compositio.** ¶Talẽ olei cõpositionẽ nõ facietis i vsus vestros: quia sanctũ est dño. Et ĩfra Oleũ

iudith. 16 b. ¶Iudith se componenti cõtulit dñs splẽdorẽ: qm̃ ois sua cõpositio [h] nõ ex libidine / sed ex virtute pendebat. Et vide infra Iudith.

iob.9.a. ¶Non iustificatur homo compositus deo.

psal.143 a. ¶Filię eorum compositę (sunt) & circũornatę vt similitudo templi.

puer.16.c ¶Fauus mellis composita verba.

eccẽs.12.d ¶Cum esset sapientissimus Ecclesiastes / docuit populum: & enarrauit quę fecerat / & inuestigatus composuit parabolas multas.

Computare. ¶A quo tempore computentur fructus cũ redimiᵗ possessio vendita: vide Leui.25.d. & infra redimere.

lucæ.14.f ¶Quis ex vobis volens turrim ędificare: nonne prius cõputat sumptus qui necessarij sunt / si habeat ad perficiendũ? Et vide infra Edificare.

ro.14.c. **Communis et communio.** ¶Scio & cõfido in dño Ihesu: quia nihil cõmune per ipsum nisi ei qui existimat qd cõe esse / illi cõe est.

Heb.13.c. ¶Bñficẽtię & cõmunionis nolite obliuisci: talib⁹ eñi hostijs p̃meretᵘ de⁹

g ¶Cõpedes: catenæ sunt seu vincula pedum. Manicę: manuũ. glo. est quæ citat istum textum in clemẽ.1. in verbo manicis. de here. Paria aũt sunt / aliquẽ cõpedib⁹ teneri vel parietibus, vt ẽ tex. i l succurrit. in ff. ff. ex q cau.maio. & est glo. in c. nuper. de sen. excõ.

h ¶Facit qd dicit tex. in c. parsimoniã. 41. dis. vbi di. Ornatũ p̃ter corporis diligẽtiã infucatũ laudam⁹. & in c. ff. eadẽ. dis. dicit tex. Sicut in cibis mores eorũ / cũ quib⁹ viuim⁹ obseruare monemur: sic & de indumentis intelligẽdũ est.

i ¶ Hæc bonorũ cõio cõmendatur per textũ in c. 1. versi. Cõis vita .12. questi 2. vbi dicit tex. Cõis vita oĩbus necessaria est: & maxime his qui deo irreprehensibiliter militare cupiũt/ & vitã apl'orũ eorũq; discipulorũ imitari voluẽt. Cõis enim vsus oĩm quæ sunt in hoc mũdo cõis esse oĩbus debuit. sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suũ/ & alius istud: et sic inter mortuos facta est diuisio. Hæc tex. Ista aũt bonorũ coĩtas clericis pferti vtilis est: eãq; (vt dicit tex. in c. duo sunt gña .12. q. 1.) signat rasio capitis ipsorũ/ quę tpaliũ est depositio. Et dicit tex no. in c. cui portio. in fi. eadẽ cã & q̃sti. Hęc vera est sacerdotis fuga/ abdicatio domesticorũ: et q̃dã alienatio charissimorũ: vt suis se abneget/ q deo seruire elegerit. Istã vero bonorũ coitatẽ iure naturali proditam fuisse/ dicit textus. 8. distinc. in princ. cui⁹ hęc verba sũt. Iure naturali oĩa sũt cõmunia oĩbus. Quod non solũ inter eos cõseruatũ credit de quibus legitur/ Multitudinis credentiũ erat cor vnũ & aĩa vna: verũ etiam ex pręcedenti tẽpore a philosophis traditũ inuenit. Vnde apud Platonem illa ciuitas iustissime ordinata tradit: in qua quisq; proprios nescit affectus. Cui sententiæ consonus est tex. Augustini ic. Quo iure. eadem distic. vbi dicit tex. Vñ quisq; possidet quod possidet? nonne iure humano? Nam iure diuino/ dñi est terra & plenitudo eius. Pauperes & diuites vna terra supportat. Dominus de vno limo fecit & paupes & diuites. Iure ergo humano dicit/ Hæc villa est mea/ hic seruus est meus/ hæc domus mea est. Istud etiã/ rerũ scз dñia distincta fuisse iure humano: voluit tex. apud legistas i c. Ex hoc iure. & ibi late per doctores. ff. de iusti. & iure.

¶ Omnes qui narrabant/ erant pariter: & habebãt omnia communia [i]. Possessiones & substantias vendebant: & diuidebant illa omnibus put cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in tẽplo/ & frãgentes circa domos panẽ: sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis/ collaudantes deũ & habentes gratiã ad omnẽ plebem. Dñs autem agebat qui salui fiebant quotidie in idipsum. actuũ. 2. g.

¶ Multitudinis [i] credentiũ erat cor vnũ & aĩa vna: nec quisq̃ eorũ quæ possidebãt qcq̃ suũ esse dicebat/ sed erãt illis oĩa cõia [i]. Et supra Apl's. actuũ. 4. f

¶ Petro dicẽti/ nunq̃ mãducaui omne cõe & immũdũ: dixit vox Quod deus purificauit: tu cõmune ne dixeris. Et latius. I. in verbo Cornelius. & in verbo Petrus. actuũ. 10 b

Cõmunicare. ¶ Sapiam sine fictiõe didici: & eã sine iuidia coĩco [k] sapię. 7. b

¶ Non communices homini indocto: ne mala de progenie tua loquaf. ecci. 8. a.

¶ Qui communicauerit [l] superbo: induet superbiam. ecci. 13. a.

¶ Pondus super se tollit: qui honestiori se/ communicat. ecci. 13. a.

¶ Quid cõicabit cacabus ad ollam? qñ se colliserint confringentur. ecci 13. a.

¶ Sicut communicabit lupus agno aliquando: sic peccator [m] iusto. ecci. 13. c.

¶ Cõicet is qui catechizatur [n] verbo: ei qui se catechizat [n] in oib⁹ bonis gala. 6. b.

¶ Nolite cõicare [o] operib⁹ ifructuosis tenebrarũ: magis aũt redarguite ephe. 5. e.

¶ Manus cito nemini iposueris: neq; cõmunicaueris [p] peccatis alienis. 1. timo. 5 d

¶ Si quis venit ad vos/ & hanc doctrinã (sc Christi) nõ affert: nolite recipere eũ in domũ/ nec aue [q] ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue: communicat operibus eius malignis. 2. ioã. d.

Communicans et communicatio. ¶ Quę communicatio sancto homini ad canem? aut quę pars bona diuiti ad pauperem? ecci. 13. e.

¶ Mulier zelotipa: flagellum linguę omnibus communicans? ecci. 26. b.

¶ Simus necessitatibus sanctorum communicantes. ro. 12 b.

¶ Calix benedictionis cui benediximus: nonne cõicatio Christi est? 1. cori. 10 d

k ¶ Sapiẽtiã seu doctrinã esse cæteris coicãdam dicit etiã tex. no. in c. Reuertimini. 16. q̃sti. 1. in fi. vbi dicit tex. Si quis doctus intelligens largitorem deũ/ & agens his gratias per quos a deo eruditus est humiliauerit se/ & in horreum dñi tulerit cibos/ hoc est scripturæ alimẽta in ecclesijs populis ministrauerit: statĩ aperient super eũ catharactę cœli/ & effũdet pluuia spiritualis/ & mãdabit nubibus suis vt pluãt sup eũ imbrẽ/ & abũdãtia rerũ omniũ perfruet.

l ¶ Similis est tex in c. Quisquis in fi. 23 questi. 4 vbi dicit. Quõ incorruptus poteris permanere: qui corruptis sociaris? Quãdo aũt dicaf quis sociari corruptis/ seu superbis: declarat tex. i c. ita plane. eadẽ cã & q̃sti. vbi dicit tex. ita sociaf quis malis: si mali aliquid cũ eis cõmittit/ aut cõmittentibus fauet. si aũt neutrũ facit: nullomõ sociatur.

m ¶ Peccator iusto non coicat/ supple spiritualiter. Corporaliter aũt sic. Quia peccatores a iustis non sunt semper corporaliter segregandi: licet bene spiritualiter. Tex. est istã declaratione scutiẽs in c. 1. 23. q̃sti 4. vbi dicif. Tolerãdi sũt mali pro pace: ne corporaliter ab eis recedaf sed spiritualiter. Spiritualiter aũt exire: ẽ facere quod ptinet ad correctionẽ malorũ/ q̃tũ licet pro gradu cuiusq;. Et dicit tex. in c. Tu bon⁹. eadẽ causa & questio. Tu bonus tolera malũ. Nã & Christus Iudam cũ sciret furẽ esse tolerauit: & ad p̃dicãdũ misit/ eiq; cũ alijs eucharistiã dedit Et notabilis tex. in c. A malis. eadẽ causa. & questi. dicit. A malis semp corde disiũgimini. Ad tẽpus caute corpore copulamini. Duobus modis non te maculat malus: si ei nõ cõsentias/ & si redarguas. Hoc non est coicare. Coicaf qñ facto eius cõsortiũ volũtatis vel reprobatiõis ei⁹ adiũgif. Neq; ergo cõsentiẽtes sitis malis vt approbetis/ neq; negligẽtes vt nõ arguatis/ neq; superbiẽtes vt insultanter arguatis. Hæc tex.

n ¶ Catechizatur idest instruitur. ita declarat glo. in c. 1. versi. Itẽ apostolus. vbi hæc verba ponuntur. 13 q̃sti 1 Et ita per istã sententiã Pauli videtur iure diuino permissũ doctoribus: vt a suis scholasticis mercedẽ exigãt. Quod etiã admittũt iura positiua. vt est bon⁹ textus in l. Aquilius regul⁹. circa me. ff. de dona. et est glo. solẽnis in c. de quibusdã. in verbo magistri. 37. dis. & in c. Quia nõnullis. de magis. vbi Panor. dicit istud verũ esse: nisi salariũ cõpetens hẽret a publico quia tunc exigere nõ posset mercedẽ a scholasticis. An aũt posset ab offerentibus accipere: videtur tex. q sic in l. Archiatri. C. de professo: & medi li 10.

o ¶ Bon⁹ ẽ. tex in c. A malis in fi. 23. q̃sti. 4. de quo tex. vide s hoc verbo. I.

p ¶ Videãtur ãnotata s. in verbo cito. quib⁹ pro hui⁹ sententiæ declaratiõe addatur tex. in c. Miramur 61. dis. vbi dicitur. Quid est cito man⁹ imponere: nisi ãte maturitatẽ ętatis/ ante tẽpus examinis/ ante tẽp⁹ emeritũ obediẽtię/ ãte experiẽtiã disciplinæ/ sacerdotalem honorẽ tribuere nõ cõprobatis? Et qd est coicare peccatis alienis: nisi talẽ effici ordinãtẽ/ qualis est q nõ meruit ordinari? sicut ei boni opis sibi cõparat fructũ q rectũ tenet in eligendo sacerdote iudiciũ: ita graui semetipsum afficit damno/ qui ad suæ dignitatis collegiũ sublimat indignum. Hæc tex. supra allegatus. Cui similis est in c. Quid est manus. 78. dis.

q ¶ Videantur annotata supra in verbo aue.

r ¶24.quest.3.c.Cū quibus. Vbi dicit tex.cum socijs perfidorū non licet habere conuentū. dicente psalmista. Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Nec ecclesiastici moris est: cū his qui pollutam habēt cōmunionē permixtā cum perfidis/misceri concilium. s ¶55.distinc.c fi.in prin.vbi dicit textus. Euāgelica admonitio iracundiam nec vsq ad verbum furentem prosilire permittit: sed si racha fratri suo quis dixerit/reus est gehennæ ignis. Per hoc autem euangelicum dictum/dicit textus in c.homicidium.iuncta glosa in verbo aperuit. de pœniten.distic.1. non solum homicidium esse corporis peremptionē/sed & omnem iniquum motū ad nocendum fratri: in homicidij genere deputari.

psal.25.c. **Concilium.**[r] ¶Non sedi cum cōcilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Psal.39.c. ¶Non abscondi misericordiam & veritatem tuam a concilio multo.

puer.26.d ¶Qui operit odium fraudulenter: reuelabitur malicia eius in concilio.

Hiere.6.c ¶Effunde super paruulū furorem: & super concilium iuuenū simul.

Mat.5.c. ¶Qui dixerit fratri suo Racha[s]/reus erit cōcilio: qui autē dixerit fatue/ reus erit gehennę ignis.

Mat.10b. ¶Cauete ab hominibus (dixit Christus ad discipulos) tradēt enī vos in cōcilijs/& in synagogis suis flagellabunt vos. Et ad prēsides & ad reges ducemini ꝓpter me: in testimoniū illis & gentibus. Cū autē tradēt vos/ nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enī vobis in illa hora quid loquamini. Nō enī vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.

Mat.26.a ¶Iudei concilium fecerūt[t]: vt Ihesum dolo tenerēt. Dicebāt autē. Nō in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo.

Actuū.4.c ¶Principes & seniores & scribę cōgregati aduersus Petrum & Ioanē/ iusserunt eos extra concilium secedere: & conferebant adinuicem. Et ibi latius: & in verbo Petrus.

Geñ.38.c. **Concipere.** ¶Ad vnum coitum mulier concepit.

psal.7.o. ¶Ecce parturit iniustitiam: concepit dolorem/et peperit iniquitatem.

50.b. ¶Ecce in iniquitatibus[v] cōcept⁹ sum: & in pc̄tis cōcepit me mater mea

Esa.7.c. ¶De virgine dictum est. Ecce virgo concipiet & pariet filium. &c. Et vide infra in verbo Virgo.

26.c. ¶Sicut quę concepit cum appropinquauerit ad partum/dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus. A facie tua dn̄e concepimus: & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis.

Iaco.1.b. ¶Concupiscētia cū cōceperit: parit pc̄m̄. Et latius infra Cōcupiscētia

Ecci.32.c. **Conceptio.** ¶Pręcurre prior in domū tuā: & illic aduocare/& illic lude/& age conceptiones tuas/& non in delictis & verbo superbo.

t Quis concilium facere seu congregare possit: habet apud Canonistas per textus multos in 17.& 14.distinc. Et conclusio est/ꝙ generale seu vniuersale cōciliū auctoritate papę cōgregari debet: alioqui ratum non est/nec concilium meret dici sed conuēticulū seu cōciliabulum. Text⁹ est aptus in c. Regula.in fi. & in c.Multis.in princi. 17.dis. Et notant glo.& docto.in c.Quod trāslationem. de officio lega. & i c.significasti.de elec. Est tamen concilium supra papam in concernētibus fidē. vt est textus cum glo. in c. Anastasi⁹ 19.dis. Et vbi scandalizaret vniuersalem statū ecclesię. prout est glo. quæ tenetur a canonistis i c. si papa.49.distin. Circa quā materiā late scribit Ludo.Ro.in tribus suis vltimis consilijs. Et pa. & alij i d.c. significasti. & docto.in.c. in fidei fauorē. de hęre.in 6. Fuerunt autem quatuor pricipalia concilia: quę instar euangeliorum vnisalis ecclesia veneratur & seruat. vt est tex.in c.post translationem.§.1.de renunciatio.& in c. Sicut.in princi.15 distinc. vbi dicit textus qui Gregorij est. Sicut sancti euangelij quatuor libros: sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Nicenum scilicet: in quo peruersum Arrhij dogma destruitur. Constātinopolitanū quoq: in quo Eunomij Macedonij error cōuincitur. Ephesinū etiam primū: in quo Nestorij impietas iudicatur. Calcedonēse etiā: in quo Euticetis & Dioscori prauitas est reprobata. Hęc tota deuotiōe amplector/integerrima approbatione custodio: q in his velut in quadrato lapide/sanctę fidei structura consurgit/& cuiuslibet vitę cōmunis atq actionis norma cōsistit. Hæc Gregori⁹. De istis vero quatuor concilijs diffusius habetur in c.1.eadem distinc.& in c. Prima autem synodus, 16.distic. Quo autem tempore generalia ecclesię concilia congregari cœperint: declarat textus in d.c.1,15.distinc.in prin. vbi eorum initium sub imperatore Constantino fuisse dicitur. Et in fine dicti c. vnde concilij nomen originem sumpserit declaratur. Dicit enim ibi tex. Concilij nomen tractū est ex more Romanorū. Tempore enim quo agebātur causę/ conueniebant omnes in vnū: & cōmuni intentione tractabant. Vnde & conciliū a coī intētione dictū est: quasi cocilium. & consilium quasi considium.d. in l.litteram transeunte. Vel concilium dictum est a cōmuni intentione: eo ꝙ in vnum dirigant omnem mentis intuitum. Supercilia etenim oculorum sunt. Vnde qui sibimet dissentiunt/non agunt conciliū: quia non cōsentiunt in vnum. Hæc textus. De specialibus vero concilijs/prouincialibus scilicet & episcopalibus: sunt textus qui videri possunt.18.dis.per totū.& in c.Graue.de prębendis.& in c.sicut olim.de accusa. Pręmissa de concilijs ecclesiasticis loquuntur. De concilijs autem sęcularibus loquitur Bar.in l.2.C.de decu.lib.10. vbi loquitur de concilio ciuitatis/dicens ꝙ debet conuocari in loco publico & cōsueto & cū sono tubæ per pręconem de mādato potestatis/vel cū sono cāpanę. Et factū sine cōuocatione nō valet. Et dicit Bar. in l. aliud.§. Refert. ff.de iure fisc. in l.quod maior.ff.ad municipa.& i l.2.ff.de decre. ab ordi.facien. ꝙ debēt adesse duę partes cōsiliariorū: alias non valet concilium. Et istud ꝓbatur per tex.clarū in l.Nulli.in fi.ff. qd cuiusq vni.no.& in l. Nominationum. C.de decu. li.10. Et dicit panor.in c. Cū omnes.de constitu.ꝙ ista est cōmunis opinio canonistarū & legistarū. Et ita etiā dicit pręceptor me⁹ Philipp⁹ Deci⁹ in d.c. Cū oēs.colū.pe.versi.postremo.in ista materia.vbi late deducit hanc materiā: an scilicet duę partes adesse debeāt.& tandē cōcludit opinionē coiem esse ꝙ sic. v ¶De pe.dis.2.c.si enim.§.Eligat.versi. Quis enim gloriabitur. vbi dicit tex. Quis gloriabitur castū se habere cor? aut quis cōfidet mundum esse a peccatis? Tenent rei in similitudinem prævaricationis Adę. Vnde & Dauid. Ecce (ait) in iniqui

tatibus conceptus sum: & in delictis peperit me mater mea. De qua etiam psalmistę sententia dicit textus in c. fina. in fi. de pœni. distin. 4. Propheta q̃uis fide & sacramento circuncisionis ab originali peccato se mundatū cognosceret: tamen adulterio & homicidio quod commiserat/ illud remisisse intelligens/ non sine causa inter cætera ipsum confitetur & dicit. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Glo. tamen ibi in verbo conceptus. quā canonistę sequūtur/ dicit originale peccatū non esse cōfitendū: sed ideo post baptismū reuiuiscit. et de eo peccator cōqueritur. q̃ (vt dicit ibi Archidiaconus) hominē impellit ad talia: q̃ si faciat/ ita erit hō morte ęterna dignus ac si baptismum non habuisset. Et textꝰ in c. vir cum propria vxore. 33. quest. 4. dicit. Licita admixtio coniugij sine voluptate carnis non pōt fieri: voluptas ipsa sine culpa esse non pōt. Non enim de adulterio vel fornicatiōe/ sed de legitimo matrimonio susceptus erat: qui dicebat. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Et glosa ibi in verbo iniquitatibus. dicit per hoc dictum psalmistę Theologos dicere plura esse originalia peccata.

Concordia. ¶ Potestas et terror apud eum est qui facit cōcordiā [x] in sublimibus suis. Iob. 25. a.

¶ In tribꝰ bn̄placitū est spūi meo quę sunt pbata corā deo & hoibꝰ: cōcordia [y] fratrū/ & amor pximorū/ & vir & mulier sibi bn̄ cōsentientes. Eccl. 25. a

Concubina. ¶ Dedit Abraam cuncta quę possederat Isaac: filijs autem concubinarum [z] largitus est munera. Et supra Abraam. Gen̄. 25. a

x ¶ Deus qui facit concordiam in sublimibus: facit & concordiam in inferioribus. Et ad hunc finem sicut in suis sublimibus officia distincta esse voluit: ita voluit esse distincta in inferioribꝰ. Tex. est notabilis in c. fi. 89. distinc. vbi dicit textus. Ad hoc dispensationis puisio gradus diuersos & ordines constituit esse distinctos: vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent/ & potiores minoribus dilectionē impenderent/ vera concordia fieret. neq; enim vniuersitas/ alia poterat ratione subsistere: nisi huiusmodi magnus eam differentię ordo seruaret. Quia vero quæq; creatura in vna eademq; qualitate gubernari vel viuere non potest: cœlestium militiarum exemplar nos instruit. quia dum sunt angeli/ sunt & archāgeli: liquet quia non sunt ęquales/ sed in potestate & ordine (sicut nostis) differunt alter ab altero. Hic tamen concordiæ finis qui in officiorum distinctione speratur: nonnunq̃ peruersus reperitur. vt est textꝰ in c. licet. 2. in fine. 45. distinc. vbi dicitur. Dum dominari magisquā consulere subditis placet/ homo inflat in superbiam: & quod prouisum est ad concordiam/ tendit ad noxam. Et in hac materia concordię videatur bonus textꝰ in c. Archiepiscopus. 9. questi. 3. vbi dicitur. Archiepiscopus nihil de episcoporū causis aut alijs cōmunibus iuxta statuta apostolorum absq; cunctorum illorum agat consilio: nec illi assumant/ nisi quantū ad suas pertinet parochias sine suo cōsensu. quoniā tali concordia gaudet altissimus: & gloriatur in membris suis. y ¶ Vt fratrum concordia placens acceptaq; est: sic fratrum discordia odiosa & damnabilis est. vt probat tex. no. in c. oblationes. 90. dis. vbi dicitur. Oblationes dissidentium fratrum: neq; in sacrario neq; in gazophilacio recipiantur. Et dicit textus qui Cypriani est/ in c. Neq; ad Caim. eadem distinc. Neq; ad Caim/ neq; ad munera eius respexit deus. Neq; enim habere placatum deum poterat: qui cum fratre non pacem sed zeli discordiam habebat Quam sibi igitur pacē promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia se celebrare credunt æmuli sacerdotum? Tales etiam si occisi in confessione nominis Christi fuerint: macula ista nec sanguine abluitur (inexpiabilis enim & grauis culpa discordiæ) neq; passione purgatur. Textus etiam in c. studendū. eadem distinc. concordiam fratrum optandam esse demonstrans/ dicit. Studendum est episcopis: vt dissidentes fratres siue clericos siue laicos ad pacem magisq̃ ad iudicium coerceant. Et dicit textus in c. si quis. eadem dis. Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo/ satisfaciēte eo qui contristauit: acerrimis maceretur in edijs/ vsq; dū gratāti aīo satisfactionē recipiat. Fortiꝰ dicit tex. in c. fi. in fi. eadem dis. Vos cum fratribꝰ cōcordare & opē facere vicissim/ mādamꝰ. Nā si hoc agere cito neglexeritis & vicissim reconciliari non studueritis: ab apostolica sede & totiꝰ ecclesiæ cōmunione vos pelli non dubitetis. z ¶ Concubina proprie dicitur: quæ soluta est/ & a soluto retinetur vnica in domo/ indubitato affectu/ vxoris loco. Istā declarationē sentiūt. Pa. et alij canonistę in c. Innotuit. de elec. & ita etiā probat tex. in Auctēn. de tri. & semis. §. Consyderemus. versi. Talibus enī solis. colla. 3. & Bartho. in l. pe. in fi. ff. de concubi. Et ita sumēdo/ concubinarū vsus de iure ciuili/ primo fuit permissus aut saltē toleratꝰ. l. in cōcubinatu. & ibi per legistas. ff. de concubi. Postea tn̄ prohibitꝰ saltē indirecte: quia leges castitatis sunt amatrices. vt in Auctē. Qui. mo na. effi. sui. §. illud. Et est bo. tex. in Auctē. de leno. §. Sancimus igitur. colla. 3. Et ita apud canonistas concludit pa. in c. Cū sit generale. col. pe. de fo. compe. De iure autem canonico indubium est concubinatum esse prohibitum. Tex. est in c. Nemo sibi blandiatur. 32. questi. 4. & notat panor. in Rub. de adulte. Quod si concubinam largius sumamus/ scilicet pro soluta quę tenetur etiam a ligato: talium concubinarum vsus/ etiam iure ciuili prohibitus est tam in ligatis matrimonio/ q̃ in ligatis ordine seu clericis. De ligatis matrimonio bonus est textus cū glosa. & ibi Bal. in l. 2. C. de ince. nup. De ligatis ordine/ textus est notabilis. in l. Eū qui. C. de episco. & cleri. De iure autem canonico certum est talium vsum immo & cohabitationem esse clericis inhibitam. prout per discursum totius 32. distinc. cauetur. & in c. 1. & in c. Clericos. de coha. cle. & mulie. Quod si prohibitioni contrauenietes / concubinas teneant: moneri possunt. & si non acquieuerint: suspendi aut etiam deponi id est perpetuo ab altaris ministerio remoueri possunt. c. sicut. & ibi panor. & c. Si autem. de coha. cle. & mulie. Et idem sentit textus iuris ciuilis in Auctēn. Sed neq; curialem. C. de epis. & cleri. Ante autem eorum suspensionem vel depositionem/ audientes eorum missas aut officia/ non peccant: tribus concurrentibus. Primo q̃ non sint notorij notorietate iuris. vt quia non constat. eos esse concubinarios per sententiam/ vel per eorum cōfessionē sponte in iudicio factam. Si enim constaret: vitandi essent etiam in officijs ecclesiasticis. c. vestra. & c. fi. de coha. cleri. & mulie. Secundo q̃ non constet eos esse tales/ per talem facti euidentiam quę nulla pōt tergiuersatione celari. Talis enim euidentia faceret vt vitari deberēt. Textus est in d. c. vestra. in fi. & in c. fi. in fi. de coha. cle. & mulie. & bonus tex. in c. Nullus. in verbo indubitāter. 32. dis. Tertio q̃ superior nō monuerit ne eorum missæ vel officia audiantur. quia tali monitioni standum esset: & contrauenienspeccaret. c. Qui resistit. 11. q. 3. An autem filijs concubinarum donatio fieri possit: tex. est in Auctēn. licet. C. de natura libe. vbi dicit tex. Licet patri sine legitima prole seu parente cui relinqui necesse est decedēti/ naturalibus totam substātiam suam vel inter viuos largiri vel in testamēto transmittere. Quod si parentes duntaxat ei supersint: legitima parentibus relicta/ reliquū inter naturales distribui permittitur. Ab intestato vero cum desit soboles ciuilis/ nec superstit coniūx legitima/ si naturales ex concubina extant quę sola fuerit ei indubitato affectu coniuncta: in duas paternę substantię vncias succedant vt matri inter eos virilis portio si superest detur. Existētibus autem filijs legitimis non potest eis dari seu relinqui: nisi sola vncia. Textꝰ est in §. ne igitur tale fieri. in Auctēn. Qui mo. na. eff. sui. colla. 7. Et idem est de iure canonico. vt notat panor. in c. Cum haberet. de eo qui duxit in vxo. quam pol. per adul. & in c. tanta. Qui filij sunt legi. An tamen iste textus iuris diuini de concubinis loquatur prout de iure positiuo sumi solent: Theosophorum

est. Sed apud canonistas dicit Archi. in c. Audite. §. concubinas. 34. dis. Cōcubinam in iure diuino sæpe sumi pro vera vxore. Et aduertendum est circa clericum tenentem concubinam/ quia licet compelli possit/ vt eam expellat/ vt dictum est: tamē non debet cogi eam abiurare hoc est iurare de non redeūdo ad eam. quia esset timor periurij. Ita dicit textus in c. clericos. de coha. cle. & mulie. vbi dicit panor. in 3. no. ꝙ vbi sunt multi concubinarij in dioecesi alicuius episcopi: episcopus non debet omnes suspēdere seu excoīcare: sed incipere debet a principalioribus/ vt eorum exēplo alij terreantur. Pro quo dicto est bonus tex. in c. latores. de cle. excō. mi. Et notandū est ꝙ clericus cōcubinę suę nihil donare pōt vel in testamēto relinqre. Ita notabiliter cōcludit pa. i c. 1. col. 1. de cleri. ęgro. & apud legistas Bar. limitā do illum tex. in l. affectionis. ff. de dona. & in l. donationes in concubinam. ff. eodem. & plenius in l. miles ita. §. mulier. ff. de testa. mili. Et si clericus notorie teneat concubinam: censetur suspēsus ipso iure. & ideo nec eligi nec eligere potest. Ita sentit Inno. in c. sicut. in verbo suspendat. de coha. cle. & mulie. & Archi. in c. præter hoc. in prin. 32. distinc.

¶De Absalon qui ingressus est ad concubinas patris sui: vide supra in verbo Absalon sub quota. 2. Reg 16. in fi.

3. reg. 11. a ¶Fuerūt Salomoni vxores quasi reginę septingētę/ & cōcubinę trecētę

Cāti. 6. b. ¶Sexaginta sunt reginę & octoginta concubinę: & adolescentularum non est numerus.

¶Concupiscere concupiscens et concupiscentia.

Exo. 20. c ¶Non cōcupisces [a] domū ꝓximi tui/ nec desiderabis vxorē eius: nō seruum/ non ancillam/ nō bouem/ non asinum/ nec omnia quę illius sunt.

Nu. 11. g. ¶Adhuc carnes coturnicum erāt in dētibus filiorū Israel/ nec defecerat hmōi cib⁹: & ecce furor dñi concitatus in populū percussit eū plaga magna nimis. Vocatusq̧ est ille locus Sepulchra cōcupiscētię: ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat carnes.

Tho. 3. c. ¶Tu scis dñe (dicebat Sara filia Raguelis) quia nunq̄ concupiui virū: et mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.

Psal. 83. a. ¶Concupiscit & deficit anima mea in atria domini.

psal. 61. c. ¶Rapinas nolite concupiscere.

puer. 6. c. ¶Non concupiscat pulchritudinē eius (s. mulieris malæ) cor tuū: ne capiaris in nutibus illius.

Ecci. 18. d ¶Post concupiscentias [b] tuas non eas: & a volūtate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis.

Ecci. 21. a ¶Concupiscētia spadonis deuirginauit iuuēculā: sic qui facit per vim iudicium iniquum.

Ecc. 20. a. ¶Aufer a me dñe vētris cōcupiscentias [c] / & cōcubit⁹ [c] concupiscentiæ ne appręhendāt me: & animo irreuerēti & infrunito ne tradas me.

Ecci. 25. d ¶Non concupiscas mulierem in specie.

Mat. 4. b. ¶Non concupiscatis spolia (dicebat Iudas Machabeus ad milites) quia bellum contra nos est: sed state nunc cōtra inimicos nostros & expugnate eos/ & sumetis postea spolia [d] securi.

Ro. 6. b. ¶Non regnet peccatū [e] in mortali corpore vestro: vt obediatis concupiscentijs eius.

Gala. 5. c. ¶Caro cōcupiscit aduersus spm̄: spūs autē aduersus carnē. Et. s. Caro

Gala. 5. d. ¶Qui sunt Christi: carnē suā crucifixerunt cum vitijs & cōcupiscētijs.

Iaco. 1. b. ¶Vnusquisq̧ tentatur [f]: a cōcupiscētia sua [f] abstractus & illect⁹. Deinde concupiscentia [f] cum cōceperit/ parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit/ generat mortem.

Iaco. 4. a. ¶Vnde bella & lites in vobis? nōne ex cōcupiscētijs vestris quæ militāt in mēbris vestris? Cōcupiscitis: & nō habetis. Occiditis & zelatis: & nō potestis adipisci. Litigatis & belligeratis: & nō habetis ꝑpter quod non postulatis. Petitis & non accipitis: eo ꝙ male petatis/ vt in concupiscētijs vestris insumatis.

a ¶De constitu. c. Nā & concupiscentiam. vbi probatur hui⁹ præcepti diligentem obseruationem/ cætera omnia pctī absorbere. & de hac concupiscentiæ prohibitione est textus in c. si de rebus. in fi. & in c. qd aūt. in fi. 23. questi. 7.

b ¶De hoc dicto est textus notabilis in c. virum. 47. distinc. vbi dicit textus. Virum catholicum & pręcipue domini sacerdotē sicut nullo errore iplicari: ita nulla oportet cupiditate violari. dicēte scā̄ scriptura. Post concupiscentias tuas non eas. Mens etiā potentiæ auida/ nec abstinere nouit a vetitis/ nec gaudere concessis/ nec pietati adhibere consensum.

c ¶Recte sapiens primo ventris concupiscētias postea concupiscentias cōcubitus petit a se abdicari. qa (vt dicit bonus textus Hieronymū citās. 44. dis. in princi.) venter & genitalia sibimetipsis vicina sūt: vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligat viciorum. Hinc Nabuzardam princeps cocorū muros Hierusalem destruxisse legitur: quia venter cui multitudo cocorū deseruit/ ędificia virtutum ad solum redigit. Hæc textus.

d ¶An spolia capta in bello efficiant capientiū: videndū est qd annotatur in verbo bellum. e ¶Hæc Pauli snia obiter allegat per tex. in c. ponderet. in fi. 50. distinc. & in c. Non ex quo. circa medium. de consecra. distinc. 4.

f ¶Quod concupiscentia quæ manet in finibus tentationis/ non sit peccatum prout hic innuitur: bonus est textus in c. Si concupiscentia. 15. questi. 1. vbi dicitur. Si concupiscentia vel inobedientia quę adhuc in membris moribundis habitat/ pręter nostrę voluntatis legem quasi sua lege mouetur/ si absq̧ culpa est in corpore dormientis: q̄to magis absq̧ culpa est in corpore non consentientis? Quod autem nemo ad culpam trahatur nisi ductus propria volūtate/ vt sentit iste tex. est textualis decisio in c. Nō est ꝙ cuiq̄. eadē causa & questione. vbi dicit tex. Nō est ꝙ cuiq̄ nostrā ascribamus ęrūnam: nisi nostrę volūtati. Nemo nostrū tenet ad culpā: nisi volūtate ꝓpria deflexerit. Et sub-

fungitur. Voluntarium sibi militem elegit Christus: voluntarium sernum sibi diabolus auctionatur/ & acquirit suo sui. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet: nisi se ei prius peccatorum ęre vendiderit.
g ℭ De hac sentētia Ioānis notabiliter loquitur Archi. in c. displicet. 23 questi. 4. de quo videatur quod annotatum est in verbo cœna. v. h ℭ 1. qsti. 4. c. Ecclesia. §. his itaq. versi. Animalia. vbi dicit textus. Animalia ægyptiorum & possessiones eorum & primogenita grandine & morte consumpta sunt: vt in illis puniantur quorū fertilitate lętabantur/ & vt daret intelligi q mund⁹ pibit & cōcupiscētia ei⁹.

ℭAn putatis quia inaniter scriptura dicit? Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis. Iaco. 4 b

ℭEfficiamini diuinę consortes naturę: fugiētes eius quę in mūdo est cōcupiscentię corruptionem. 2. pe 1. b.

ℭOmne [g] quod est in mūdo: cōcupiscetia carnis est/ & cōcupiscētia oculorum/ & superbia vitę quæ non est ex patre sed ex mundo est. Et mundus transit [h]: & concupiscentia eius. 1. io. 2. c.

Condemnare condemnatus et condemnatio.

ℭAd vnius [i] testimonium nullus condemnabitur. Nu. 35. d.

ℭCondemnati erunt omnes qui blasphemauerunt te (Hierusalem). Tho. 13. c.

ℭSi iustificare [k] me voluero: os meum condemnabit me. Iob. 9. c.

ℭLoquar in amaritudine animę meę: dicam deo/ noli me condemnare. Iob. 10. a.

ℭDeus non condemnabit frustra: nec omnipotēs subuertet iudicium. Iob. 34. a.

ℭCum iudicatur/ exeat condemnatus: & oratio [l] eius fiat in peccatum. psal. 108 a

ℭQui iustificat [m] impiū/ & cōdemnat [m] iustum: abominabilis est vterq; apud deum. puer. 17. c

ℭCondemnat iustus mortuus [n] viuos [n] impios: & iuuentus celerius cōsummata/ longam vitam iniusti. Sapi. 4. c.

ℭHos tanq̄ pater monens probasti: illos autem tanq̄ durus rex interrogans condemnasti. Sapi. 11. b.

ℭCum sit timida conscientia: data est in omniū condemnationem. Et latius infra in verbo Conscientia. Sapi. 17. c

ℭNolite condemnare [o]: & non condemnabimini. Lucę. 6. f.

ℭDe eo quod dixit Ihesus ad mulierem adulterij accusatam/ Mulier nemo te cōdēnauit: nec ego te cōdēnabo [p]. vide Ioan. 8. b. & .ī. Ihesus.

ℭIn quo alium iudicas/ teipsum condemnas [q]: eadem enim agis quę iudicas. Et infra Iudicare. Ro. 2. a.

ℭNon sicut per vnū peccatū: ita & donū. Nā iudiciū quidē ex vno i cōdemnationē: gratia autem ex multis delictis in iustificationē. Et ibi lati⁹. Ro. 5. c.

ℭDeus qui iustificat: quis est qui condemnet? Ro. 8. f.

i ℭ Idem est de vtroq; iure positiuo. Textus est in l. iurisiurādi in fi. C. de testibus. vbi ampliaf hæc sententia: vt procedat etiam si ille vnus testis esset in dignitate. Dicit enim ibi textus. Vni⁹ omnino testis responsio non audiatur: etiam si preclarę curię honore pfulgeat. Et idem probat textus de iure canonico in c. Cū a nobis. in pri. de testibus. vbi dicit tex. Districtius inhibem⁹: oe vnius iudicis quātęcūq; fuerit auctoritatis verbo credaf/ siue super testamētis/ siue super quibusdam alijs contractibus quęstio agitef. Vnus tn̄ testis licet probationem plenam non faciat: facit semiplenam: quę sufficit ad delationem iuramenti necessarij seu suppletiui probationis. Tex. est in c. fi. & ibi late per canonistas de iureiu. in l. in bonę fidei. C. de reb⁹ credi & in l. admonēdi. ff. de iureiu. & dicetur in verbo testis.
k ℭ Hęc sententia inserta est i c. Si enī. versi. Et beat⁹. de peni. dis. 2.
l ℭ Hoc dictum declarans textus Hieronymi in c. Nihil inde. de peni. dis 3. dicit. Si quādo frater sic in fratrē peccat vt emendare valeat qd peccauit: potest ei diuinit⁹ dimitti. si autē permaneāt opera: frustra voce assumif pœnitētia. Hoc ē qd dicif. Oratio ei⁹ fiat in peccatū. m ℭ Similis est tex. in c. si quis dixerit. 11. q. 3. vbi dicit tex. Si quis dixerit iustum iniustū/ & iniustū iustū: abominabilis est vterq; apud deū. Similiter q sanctū dicit nō sanctū & rursus non sanctū asserit sanctū: abominabilis est apud deū. Et pro effectu hui⁹ tex vt scilicet sciat an iusti condēnatio ei noceat: videaf tex. cū glo. in c Temerariū. eadē causa & qsti. vbi df. Temerariū iudiciū plerūq; nihil nocet ei de quo temere iudicaf. Ei autē qui temere iudicat: ipsa temeritas necesse est vt noceat. Et glo. in verbo plerūq;. dicit tale iudiciū nocere: si contēnaf. Et dicit tex. in c quid obest. eadē causa & questi. Quid obest homini q ex illa tabula vult eū delere humana ignorātia: si de libro viuentiū nō deleat iniqua consciētia? Et i c. etsi ad tēpus. eadē causa & qsti. dicit tex. Et si dixerit sententiā procōsul in Cyprianū: aliud est cella terrena/ aliud ē tribunal cœleste. Ab inferiore accipit sententiā: a superiore coronā. Et in c. senti. dicit tex. qui Augustini est. Senti de Augustino quicquid libet: sola me in oculis dei cōscientia nō accuset n ℭ Et sic videf q mortui sciāt ea quę agunf a viuis. De quo est notabilis tex. Augustini in c. fatendū. 13. q. 2. vbi dicit tex. Fatendū est/ nescire quidē mortuos quid hic agaf dum hic agif: postea vero audire ab eis qui hinc ad eos moriēdo pergūt/ non quidē oia: sed quæ sinunf etiā isti meminisse/ & quæ illos quib⁹ hęc indicanf oportet audire. Possunt & ab angelis qui reb⁹ quę hic agūtur pręsto sunt audire aliquid mortui: qd nūc quēq; illorū audire debere iudicat/ cui cūcta subiecta sunt. Hęc tex. d. c. fatendū. Dum aūt iste tex. dicit iustos mortuos condēnare viuos impios: an possit intelligi de hijs spiritib⁹ qui credunf ad viuos redire/ & eos ppter nō impletas eorū volūtates vexare? de quib⁹ spiritib⁹ ita loqf Archi. in d. c. fateodū. Quidā ex mortuis ad viuos rapi pñt: nō per ppriā naturā sed per diuinā potentiā. Vtrū tn̄ ista fiāt per eorū pręsentiā/ aut per angelos suscipiētes eorū personā: affirmare nō audeo. Deus ei oīps q est vbiq; pręsens: per angelica ministeria vsquaq; diffusa pōt hoibus ita pręberę solatia/ quib⁹ in huius miseria vitę iudicat esse prębenda. Hæc Archi. qui dicit ista esse verba Augustini. o ℭ Similis est tex. in Mattheo relatus. 23. questi. 1. in prin. vbi dicitur. Nolite iudicare: & nō iudicabimini. p ℭ Circa hunc tex. videat bo. tex. in c. Quod autē. paulo ante fi. 32. questi. 1. vbi dicit tex. Posteaq̄ Christus ait adulteræ nec ego te condēnabo. Vade: deinceps noli peccare quis non intelligat maritum debere ignoscere. qd videt ignouisse deū? q ℭ Silis est tex. in c. Multi sacerdotes. paulo ante finē. 40. dis. vbi dicit tex. bene docendo/ & male viuendo: deum instruis quomo

do te debeat condēnare. r ¶ Quando de iure positiuo sit hęreticus vitandus: annotabitur in verbo hęreticus. s ¶ Hinc dicit textus in c. Qui sine. in prin 26. questi 3. Qui sine saluatore salutem vult habere/ & sine vera sapientia ęstimat se prudentem fieri posse: non sanus sed ęger/ non prudens sed stultus / in ęgritudine assidua laborabit/ & in cęcitate assidua stultus & demens permanebit. t ¶ Facit tex. in c. & venit. in prin. de pœni. distic 1. vbi dicit textus. Peccatores a conspectu dei fugiūt. Et subiungitur. Exit a facie dei: qui indignus est conspectu eius. sancti autem mādūcant & bibūt in cōspectu dei: & ōnia quę agūt/ in conspectu dei agunt.

ad titū. 3. c ¶ Hęreticum [r] hoīem post primam et secūdā correptionē deuita: sciens/ qa subuersus est qui hmōi est/ & deliquit cū sit pprio iudicio cōdēnatus

Confidere confidens confidentia et confidēter.

Deu. 33. c. ¶ Amantissimus dñi habitabit confidenter: in eo quasi in thalamo tota die morabitur/ & inter humeros illius requiescet.

iudith. 9. b ¶ Isti confidunt in multitudine sua/ & in virtutibus suis / & in contis et in sagittis suis & in lanceis gloriantur : & nesciunt quia tuipse es deus noster q conteris bella ab initio/ & dñs nomē est tibi. Erige brachiū tuū sicut ab initio: & allide virtutem eorum in virtute tua Et ibidem latius.

psal. 10. a. ¶ In domino confido: quomodo dicitis animę meę/ transmigra in mōtem sicut passer?

24. a. ¶ Ad te dñe leuaui animā meam: deus meus in te cōfido non erubescā.

117. a. ¶ Bonum est confidere in domino: q̄ confidere in homine.

124. a ¶ Qui confidunt in domino sicut mons syon: non commouebitur in eternum qui habitat in Hierusalem. Mōtes in circuitu eius: & domin9 in circuitu populi sui/ ex hoc nunc & vsq; in sęculum.

134. a ¶ Similes illis fiant qui faciunt ea/ (simulachra scilicet gentium) & omnes qui confidunt in eis.

145. a. ¶ Nolite cōfidere in principib9: neq; in filijs hoīm in quib9 nō est sal9 [s]

puer. 10. b ¶ Qui ambulat simpliciter: ambulat confidenter.

11. d. ¶ Qui confidit in diuitijs suis: corruet.

12. a. ¶ Qui confidit in cogitationibus suis: impie agit.

14. c. ¶ Sapiens timet & declinat a malo: stultus autem transilit & confidit.

17. b. ¶ Expedit magis occurrere vrsę raptis fœtibus: q̄ fatuo confidenti sibi in stultitia sua.

28. a. ¶ ¶ Fugit [t] impius nemine persequēte: iustus autem quasi leo confidens absq; terrore erit.

28. d. ¶ Qui confidit in corde suo: stultus est.

Sapi. 3. b. ¶ Qui confidunt in deo/ intelligēt veritatem/ & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius.

Sapi. 14. d ¶ Dū confidunt homines in idolis quę sine itellectu & sine anima sunt: male iurantes noceri se non sperant.

Ecci. 11. c. ¶ Confide in deo & mane in loco [v] tuo: facile est eñi in oculis dei subito honestare pauperem.

Ecci. 16. a ¶ Antiqui gigantes destructi sunt/ confidentes suę virtuti. Et latius infra in verbo Gigas.

Ecci. 32. d ¶ Qui credit deo/ attēdit mādatis: & qui cōfidit in illo/ nō minorat9 erit

Esa. 42. c. ¶ Confundantur confusione qui confidunt in sculptili: qui dicunt conflatili/ vos dij nostri.

hierę. 17 b ¶ Hęc dicit dominus. Maledictus homo qui confidit [x] in homine/ & ponit carnē brachiū suū: & a dño [x] recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto/ & non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili.

hiere. 17 b ¶ Benedictus vir qui confidit in domino: & erit domin9 fiducia eius. Et erit quasi lignū quod trāsplantaē super aquas / quod ad humorē mittit radices suas: & non timebit cū venerit ęstus/ & erit foliū eius viride/ & in tēpore siccitatis non erit solicitum/ nec aliquando desinet facere fructū.

v ¶ Mutatio tamen loci plęrunq; non mediocriter valet/ & pserti volentib9 conuerti ad pœnitentiā. Tex. est notandus in c. valet. 81. distic. vbi dicit tex. Valet iterdū conuersis pro salute animę suę/ mutatio loci Plęrūq; eni dū mutatur locus: mutaē mentis affectus. Congruū est ergo/ inde etiam corporaliter euelli: vbi qsq; illecebris deseruiuit. Nā locus vbi quisq; praue vixerit: in conspectu mentis apponit qd sępe ibi quisq; cogitauit vel gessit. Hoc textus. Interdū tñ loci mutationem nocere probat text9 qui videri pōt in c. Quorundā. in prin. 74. dis. & i l. Si vt proponis. 2. C. Quo & quando iudex.

x ¶ A dño recedit cor eius. Si enim cor non recedat a dño: bonū est cōfidere i hoīe/ & ab eo auxiliū petere. tex. est isti9 declaratiu9 in c. sex differentię sunt. §. Itē vasa sacra. versi. Sicq; aliud. 23. questi. 3. vbi dicit text9. Aliud ē suffragiū ab hoīe: petere tāq̄ a ministro iustitię vt mala volūtas aduersantiū ei9 ministerio careat effectu/ & bonorū volūtas ei9 suffragio sortiatur effectū: aliud spem suam a deo in hominem trāsferre: vt aduersa quę inferūē a deo ad vitę correctionē/ humano pellāē auxilio/ nulla præcedēte correctione. Et subiungitur. Petere solatium ab hoīe vt malis facultas delinquendi adimaē/ vt ecclia pacē adipiscaē/ vt aliquis multorū vtilitati seruet: vtile est & honestum. Dissimulare vero: est grauissimū. Hinc de Paulo legit/ φ cū quidā Iudęorū iurassent se nō comesturos panē nisi eū interficerēt: petijt milites a ptore quorū psidio illesus seruaret ab iniuria Iudęorū/ nō suę voluptati sed oīm vtilitati victurus.

y ℭ Videãtur annotata in verbo patientia. z ℭ Ex hoc dicto psalmographi dicit textus in c. ponderet. versi. nos vero. 50. dis. Errant qui putant sacerdotes post lapsum/ si condignam egerint pœnitẽtiam/ domino non posse ministrare/ & suis honoribus frui: si bonam deinceps vitam duxerint/ & suum sacerdotiũ digne custodierint. quia propheta Dauid pœnitentiã agens dixit. Redde mihi lętitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Ipse nãq; post pœnitentiam/ & alios docuit & sacrificium deo obtulit: dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesiæ/ si lapsi fuerint & cõdignã pœnitentiam deo gesserint/ vtrumq; facere posse/ docere & sanctificari. Hęc text9. in d. c ponderet. & eandem sententiã ponit tex. in c. Cum exaudiero. eadem distinc.

ℭ Iudas Machabęus: milites suos ne hostiũ multitudinẽ metuerẽt hortabatur. Nam illi quidem armis confidũt (dicebat) nos autem in omnipotente domino qui potest & veniẽtes aduersum nos & vniuersum mũdum vno nutu delere confidimus. 2. machab 8. d.

ℭ Si quis confidit Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se/ quia sicut ipse Christi est/ ita & nos. 2. co. 10. b

ℭ Nolite amittere cõfidentiam vestram: quę magnam habet remunerationem. Patientia [y] enim vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem. hebre. 10 g

Confirmans confirmatus et confirmatio.

ℭ Brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dominus. Psal. 26. e.

ℭ Redde [z] mihi lętitiam salutaris tui: & spiritu [a] principali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. 50. c.

ℭ Manda deus virtuti tuę: confirma hoc quod operatus es in nobis. 67. f.

ℭ Panis: cor hominis confirmat [b]. 103.

ℭ Quęrite dominum & confirmamini: quęrite faciem eius semper. 104.

ℭ Confirma me domine in verbis tuis. 118. d.

ℭ In te (dñe) cõfirmat9 sũ ex vtero: de vẽtre matris meę tu es me9 ꝓtector 70. b

ℭ Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi vero sunt plures consiliarij/ confirmantur. puer. 15. e

ℭ Pœnitẽtibus dedit dominus viam iustitię: & confirmauit deficientes sustinere/ et destinauit illis sortem veritatis. Eccl. 17. c

ℭ Testamentum suum confirmauit dominus super caput Iacob. Eccl. 44. in fine.

ℭ Ego rogaui [c] ꝓ te (dixit dñs ad Simonem Petrũ) vt non deficiat fides tua. Et tu aliquãdo conuersus: confirma [c] fratres tuos. Lucę 22. c.

ℭ Fidelis deus est: qui confirmabit vos & custodiet a malo. 2. thess. 3 a

ℭ Volo te confirmare: vt curent bonis operibus pręesse qui credũt deo. ad titũ. 3 c

a ℭ Spiritu confirmamur secundum canonistas: quando recipim9 confirmationis sacramẽtum. textus est in c. Nouissime. de conse. dis. 5. vbi dicit tex. A sũmo sacerdote per impositionẽ manus/ paraclitus traditur baptizato: vt roboretur per spiritum sanctũ ad prędicãdũ alijs donũ quod in baptismate consecutus est per gratiam/ vitæ donatus ęternę. Signatur enim baptizatus cum chrismate in sũmitate capitis per sacerdotem/ per põtificem vero in fronte: vt in priori vnctione significetur super ipsum spiritus sancti descensio ad habitationẽ deo consecrandã. In secunda quoq;: vt eiusdem spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sãctitatis & scientiæ & virtutis venire in hominem declaretur Hæc textus. Qua autem obseruatione & honestate suscipiendum sit hoc sacramentum: declarat textus in c. vt ieiuni. eadem distinc. vbi dicit textus. Vt ieiuni ad confirmationẽ veniãt perfectę ętatis/ vt moneantur ad confessionem facere prius/ vt mundi donum spiritus sancti valeant accipere. Et in c. vt episcopi. eadem dis. dicitur. Vt episcopi non nisi ieiuni per impositionem manuũ spiritum sanctum tradant: statutum est exceptis infirmis & morte periclitãtibus. Et q a solis episcopis conferri possit: est tex. in c. Manus. eadẽ dis. vbi dicitur. Manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est: quod ab alijs perfici non potest/ nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab alijs q̃ ab ipsis apostolis legitur aut scitur peractum esse: nec ab alijs q̃ qui eorum tenent locum vnq̃ perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit: irritum habeatur & vacuum/ & inter ecclesiastica nunq̃ reputabitur sacramẽta. Et dicit textus in c. quãto. de consue. nõ valere consuetudinem in contrariũ: q scilicet ab alijs q̃ ab episcopis conferri possit. Et textus in c. dictum est. & in c. de homine. de conse. distinc. 5. dicit hoc sacramentum non nisi semel accipiendum esse. Et q sit sacramentum necessitatis/ ita scilicet q sine eo salus haberi nõ possit si contẽnatur: tenet glosa in c. remissionem. §. sed notãdum. 1. quæsti. 1. & in c. veniens. de transac. Et coĩter doctores in d. c. quãto. de consuetu. Et tempore generalis interdicti sicut pueri possunt baptizari: sic & baptizati ad confirmationem in frontibus possunt sacro chrismate deliniri. Ita dicit tex. in c. Responso. in fi. de sen. excõ. Et per hoc sacramentum inducitur cognatio spiritualis: potens ad impediendum ne contrahatur matrimoniũ/ & ad iam contractum dirimendum. Textus est in c. 1. de cogna. spiri. li. 6. Et sicut plures non debent tenere baptizandum in baptismo: sic etiam dicendum est in confirmatione. Tex. est in c. non plures. de conse. distinc. 4. Et qui non est baptizatus vel confirmatus: alium in confirmatione tenere non debet. Text9 est in c. in baptismate. eadem distinc. b ℭ Similis est sententia in c. Accipite. de conse. distinc. 2. vbi dicit text9. Panis confortator est hominis. c ℭ 21. distinc. in prin. in versi. petrum. vbi dicit textus. Petrum quasi in summum sacerdotem Christus elegit: dum ei prę omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit. & a se petra/ Petri nomen sibi tribuit: atq; pro eius fide se specialiter rogasse testatus est. Et vt ipse cæteros confirmaret sibi: subiunxit dicens. Ego pro te rogaui Petre: vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. De qua etiam Christi rogatione pro fide Petri: textus est in c. maiores. in prin. de bap. vbi dicit textus. Maiores ecclesiæ causas pręsertim articulos fidei contingentes ad Petri sedem referendas intelligit: qui eum quærenti domino quem discipuli dicerent ipsum esse respondisse notabit/ & pro eo dominum exorasse ne deficiat fides eius. Hoc tamen quod hic dicitur Christum orasse pro Petro: Canonistæ intelligunt/ id est pro ecclesia in persona Petri. & sic pro Petro orauit velut pro capite ecclesiæ: vt non deficeret fides eius scilicet fides ecclesię. Ita istam materiam interpretatur glosa in c. a recta. in verbo nouitati. in fi. 24. questi. 1. Panor. in c. Maiores. col. 2. de bap. & in c. significa-

uit.colũ.3.de elec.& ibi concluditur Christi rogationem pro fide Petri/operatam fuisse ꝙ ecclesia vniuersalis errare non potest: non autem ꝙ Petrus & eius successores nõ possint errare (qui a papa potest esse hereticus: & de heresi per conciliũ ecclesię condẽnari.c.si papa.49.dis.& ibi glosa. d ¶ Et ibi quomodo de iure positiuo c[onfirmetur] annotabi̅t. e ¶ In confessione sacramentali/de qua tex. hic non loquitur (quia secundũ canonistas [...] Theologi aliter dicãt) sacramẽtalis cõfessio pocius ẽ iducta ex quadã vniuersalis ecclię traditiõe q̃ ex nouo vel veteri testamento: vt concludit glosa de pœni.dis.5.in summa.& panor.in c.oĩs vtriusq; sex⁹.col.5.de pœ.& remis.) iniquitates aliorũ confitẽdę non sunt. vt pbat tex.in d.c.oĩs.ĩ verbo sua.& ibi pa.ĩ 2 no.

hebre 6 d ¶Homines per maiorem sui iurant: & omnis cõtrouersię eorũ finis ad confirmationem est iuramentum.

1.pe.5.c. ¶Deus omnis gratię qui vocauit nos in ęternam suam gloriã in Christo Ihesu modicum passos: ipse perficiet/confirmabit/solidabitq;.

¶Quomodo testamentum confirmetur: vide infra Testamentum [d]

¶Confiteri confitendum confessus & confessio.

1.esdrę. 9.a ¶Conuenerunt filij Israel in ieiunio & in saccis/& humus super eos: & separatum est semẽ filiorum Israel ab omni filio alienigena. Et steterũt et cõfitebãtur [e] peccata sua/& iniquitates [e] patrũ suorũ: & cõsurrexerũt ad standũ/& legerũt in volumine legis dñi dei sui. Quater in die/& quater in nocte confitebantur: & adorabant dominum deum suum.

Tho.13.b. ¶Cum timore & tremore confitemini domino: regemq; sæculorũ exaltate in operibus vestris.

Psal.6.b. ¶Cõuertere dñe & eripe animã meã: saluũ [f] me fac ppter misericordiã tuã. Quoniã nõ ẽ ĩ morte q meẽor sit tui: ĩ iferno [f] aũt qs cõfitebi̅t tibi?

7.d. ¶Confitebor dño scdm̃ iustitiã eius: & psallam nomini dñi altissimi.

31.b. ¶Dixi cõfitebor [g] aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti [g] impietatem peccati mei.

34.c ¶Cõfitebor tibi (dñe) in ecclesia [h] magna: in populo graui laudabo te.

41.b. ¶Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me. Spera in deo/quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.

42.ĩ fi. ¶Cõfitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis.&c.vtš.pxĩe.

66.a. ¶Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi [i] omnes.

73 d. ¶Ne tradas bestijs animas confitẽtes tibi: & animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finem.

75.b. ¶Cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquię cogitationis diem festum agent tibi.

88.a. ¶Cõfitebũ̅t cœli mirabilia tua (dñe) etenĩ veritatẽ tuã ĩ ecclia sanctorũ

94.a. ¶Pręoccupemus faciem dñi in confessione: & in psalmis iubilemus ei.

99.b. ¶Populus dñi & oues pascuę eius introite [k] portas eius in cõfessione [k] et in psalmis iubilemus ei.

108.ĩ fi. ¶Confitebor dño nimis in ore meo: & in medio multorũ laudabo eũ.

110.a. ¶Cõfitebor tibi (dñe) ĩ toto corde meo: ĩ cõsilio iustorũ & cõgregatiõe

f ¶ Ex hoc tex. Gratianus in c. Conuertimini.§. Item a mortuo. de pœni.dis.1. nititur ostendere sola cõtritione peccatum deleri. Dicitur ei ibidẽ. Pœnitẽs ille qui timore octauę resurrectionis territus exclamauerat. Domine ne in furore tuo arguas me/neq; ĩ ira tua corripias me: postea supplicans aiebat. Saluum me fac propter misericordiam tuã. quoniam non est in morte q memor sit tui. ĩ inferno aũt nullus tibi cõfitebi̅t. Si ergo null⁹ confitebitur tibi/nisi resuscitat⁹/nemo autem viuit æternę gehennę filius & perpetua dãnatione dign⁹: patet ꝙ anteq̃ quisq; confiteatur peccatũ/a reatu suę preuaricationis quo ęterna sibi debebantur supplicia/ per gratiã internę compunctionis absoluitur. Hæc textus.d. versi. Itẽ a mortuo. De hoc tamẽ/an scilicet sola cordis contritiõe peccata deleant̃: vidẽdus est amplissimus tex.in c.voluissent. de pœni. dis.1. vbi concludi̅t ꝙ non.& ibi auctoritatib⁹ iuris diuini contrariũ innuẽtibus respõdetur. Et text⁹ ĩ c.si.notabiliter loquẽs ĩ hac materia dicit. Quidam deo solũmodo confiteri debere pctã dicũt: vt Gręci. Quidã vero sacerdotib⁹ confitenda esse percensent: vt tota fere sancta ecclesia. Quod vtrũq; nõ sine magno fructu intra sanctã fit ecclesiã: ita dũtaxat/vt deo qui remissor est pctõrũ/pctã nr̃a confiteamur (Et hoc perfectorũ est) & cũ Dauid dicamus. Delictũ meum cognitũ tibi feci: & iniustitiã meã non abscondi &c. Sed tñ apl̃i institutio nobis sequẽda est: vt cõfiteamur alterutrũ peccata nostra/& oremus pro inuicẽ vt saluemur. g ¶ Tex. hic poni̅t in c.dixi confitebor.de pœni. distinc.1. & ibidẽ adduci̅t pro assertiua parte eius quęstionis qua petit/an sola cõtritione peccata absq; alia exteriori cõfessione deleant̃. Quia tñ cõis est resolutio ad peccatorũ deletionẽ/exteriorẽ confessionẽ requiri (vt est tex. multis diuini/iuris auctoritatibus innitens in c.voluissẽt §. Ex hijs itaq; apparet.de pœni.distinc.1.& in c. Omnis vtriusq; sexus. de pœni.& remis.) huic psalmographi sententię respondet text⁹. in c. Quis aliquando.de pœni.distinc.1.dicẽs/hoc verbum remisisti interpretandum esse pro remissibilem fecisti. Et Archi.ibi.dicit ad cõfessionis integritatẽ septẽ requiri: quę ex isto dicto prophetę notari pñt. Debet eni imprimis esse deliberata. vnde dicit. Dixi/id est firmiter ppo sui & deliberaui. Debet esse itegra. vnde dicit. Cõfitebor.ĩ. simul non diuisim. Debet esse apta. vnde dicit. Fatebor: id est aperte manifestabo. Debet esse amara siue accusatoria. vnde dicit. aduersum. Debet esse propria. vnde dicit me. Debet esse verecũda. vnde dicit. iniustitiã. Debet esse volũtaria. vnde dicit. meam. Hæc Archid. Confessionis aũt tres partes pręcipuas ponit tex. in c. perfecta pœnitẽtia.de pœni.distinc.1.& in c.pfecta pœnitẽtia.de pœni. dis.3. vbi dr̃. In corde cõtritio/in ore cõfessio/in opere tota humilitas: hęc est fructifera pœnitẽtia. h ¶ Sacramentalis cõfessio non est necessario in ecclia faciẽda. Facta tñ in ecclia maioris est meriti: q̃ facta extra eccliam. vt est bo.tex. cũ glo.in verbo in priuatis.in c.parsimoniã.41.dis. i ¶ De iure positiuo Gręci ppl̃i licet teneant̃ ad peccatorũ cõtritionẽ: nõ tñ tenent ad eorũ exteriorẽ cõfessionẽ sacramẽtalẽ. q̃ ordinationẽ ecclię de exteriori sacramẽtali cõfessione faciẽda nõ admiserũt. glo. est de pœni.dis.5.in sũma. quã seq̃t pa.in d.c. Oĩs vtriusq; sex⁹.col.5.de pœni.& re. k ¶ Pro effectu huius dicti videat̃ tex.in c.voluissent.§.hinc idem ppheta.de pœni.distinc.1.vbi dr̃. Propheta ait.

¶Confitebor tibi (dñe) qm̃ exaudisti me: & factus es mihi in salutem. Psalmus.

¶Confitemini dño quoniã bon⁹: quoniam in eternũ misericordia eius. 117 in fi.

¶Confitebor tibi domine in directiõe cordis: in eo quod didici iudicia iusticie tue. 118.a.

¶Media nocte surgebam ad confitendum [l] tibi (domine) super iudicia iustificationis tue. 118.h.

¶Educ (dñe) de custodia animã meam ad confitẽdum nomini tuo. Me expectant iusti: donec retribuas mihi. 141.i fi.

¶Precinite dño in confessione: psallite deo nostro in cithara. 146.b.

¶Qui abscondit scelera sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit et reliquerit [m] ea/ misericordiam consequetur. puer.28.c

¶Non cõfundaris [n] cõfiteri peccata [o] tua: & ne subijcias [p] te oi homini pro peccato. Eccl.4.d.

¶In partes vade seculi sancti: cũ viuis & dantibus cõfessionẽ deo. Nõ demoreris i errore impiorũ. Ante mortẽ [q] cõfitere. A mortuo quasi nihil perit cõfessio. Confiteberis viuẽs/ viuus & sanus [q] cõfiteberis/ & laudabis deum: & gloriaberis in miserationibus eius. Ecci.17.d

Introite portas eius in confessione. ostendens ad portas misericordie non nisi per confessionẽ peccati aliquẽ posse attingere. l ¶Hoc dictum psalmiste citatur & declaratur per Archi. in c. presbyteri. 91. distinc. vbi dicit. sanctos patres octo horas principales delegisse pro persoluẽdis deo laudibus. & inter ceteras elegisse mediã noctẽ: q̃ media nocte Christus natus est. Media nocte exterminator angelus percussit priogenita Aegypti. Media nocte Christus vẽturus est ad iudiciũ. Iuxta illud. Media autẽ nocte clamor factus est. ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Media nocte comprehensus est/ & ligatus & collaphisatus. Et media nocte infernũ spoliauit. Hec Archidia. qui etiam hanc sententiam notabili⁹ declarat i c. imitare. col. t. 6. q. 1. vbi dicit. Aliqui orant in primo noctis: vt muniant se contra spiritua les nequitias. Alij in media nocte: vbi quieta sũt omnia. Alij i aurora: cũ iam recreata est natura. Sed meli⁹ est q̃ in media nocte. iuxta illud. Media nocte surgebam &c. Est enim orandũ media nocte propter sex causas. Vna est: propter Christi exemplũ. vnde dicit Ambrosius super illũ versi. Media nocte. q̃ domin⁹ pernoctauit in oratiõe: vt nos pprio ad orationem inuitaret exemplo. Secunda causa est propter secretũ. Vnde Mat. 6. Cum oraueris: intra cubiculũ tuum. Tertia propter silentiũ. Vnde in Threnis. Sedebit solitarius: & tacebit. Quarta: quia tunc cessant impedimenta rerum visibilium. Quinta: propter spiritualium nequitiarum impetum. Vnde Ambrosius. Tunc spirituales nequitiæ omne nephas suadere contendunt: quando nullus culpe arbiter/ nullus criminis cõscius/ nullus potest esse testis erroris. Tunc varias disceptationes peccatori dormienti infundunt. Prouidendũ est ergo: vt eo tempore quo potes vincere: nequaq̃ vincendi tempus amittas. Surge igitur ad precandũ deum illa hora: qua tentator consueuit irruere/ qua solet aduersus tentationes graues remedium venire cœleste. & ista est. Sexta causa: quia tunc facilius descendit ad nos dei beneficiũ. Vnde Sapi 18. dicitur. Dum medium silentiũ tenerent omnia/ & nox in suo cursu iter perageret: omnipotẽs sermo tuus domine de regalibus sedibus venit. Hæc Archi. m ¶Reliquerit: ita scilicet q̃ propositum habeat ea iterũ nõ cõmittendi. Si enim propositũ haberet ea iterũ committendi: quãuis de iure positiuo audienda esset sua confessio/ & pœnitentia ei in spem future emendationis iniungenda/ tamen non esset ei danda absolutio. quia confessio sua: veniæ meritoria non fuit. textus est notabilis vbi ista probant in c. Quod quidam. de pœ. & remis. n ¶Non confundaris: ita videlicet q̃ pre confusione retraharis a confessione peccatorũ. Quia (vt dicit tex. in c. voluissent. §. Caim quoq̃. de pœni. distinc. 1.) qui peccata sua confiteri dissimulant: diuinæ miserationis indigni habentur. In confessione tamen confusio seu verecundia adesse debet: immo erubescẽtia seu confusio est maxima pars pœnitentie. vt est bonus tex. in c. Quem pœnitet. in prin. de pœni. distinc. 1. vbi dicit tex. Qui per vos peccastis/ per vos erubescatis: erubescentia enim ipsa partem habet remissionis. Et de hoc est glosa notabilis in c. perfecta pœnitentia. in verbo fructifera. eadem distinc. o ¶Peccata: scilicet omnia. c. omnis vtriusq̃ sexus. in pri. de peni. & remis. Esset enim inutilis aut saltẽ non meritoria confessio: si quedã confiteremur/ & quedã scienter celaremus. vt est tex. solẽnis qui Augustini est/ in c. sunt plures. in prin. de peni. distinc. 3. vbi dr. Sũt plures quos peccasse pœnitet/ sed non omnino/ reseruantes sibi quedam in quibus delectentur: non animaduertentes dominũ simul mutum & surdum a demonio liberasse. per quod docet nos: nunq̃ nisi de oĩbus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reseruari: habẽti septẽ dæmonia potuit proficere sex expulsis. Expulit autem septem: vt omnia crimina simul eijciẽda doceret. Legionẽ aũt ab alio eijciens/ neminem reliquit de omnibus qui liberatũ possideret: ostẽdens q̃ si etiam peccata sint mille/ oportet de omnib⁹ pœnitere. Hec tex. Augustini. Immo non sufficeret omnia cõfiteri diuersis/ partem vni & partẽ alteri: sed vni & eidem sunt omnia cõfirenda. Vt tenet panor. per illũ textum in d. c. omnis. in primo no. An autem etiã de venialibus sit confitendũ: glo. in c. perfecta penitentia. de peni. distinc. t. tenet q̃ non/ nisi in genere. Glo. tamen in d. c. omnis. in verbo omnia. & ibi panor. colũ. 2. in fi. consulunt/ vt si etiam subeat recordatio pctõꝝ venialiũ confiteamur: & presertim ea que in cõsuetudinem ducunt. Que vero sunt venialia pctã: textus solẽnis in c. vnũ orariũ. §. Criminis. versi. Que aũt sint minuta. 25. dis. multa ex eis enumerant/ quæ videri possunt. p ¶De iure etiã positiuo/ non oĩ homini subijcere nos possumus seu confiteri de peccatis: sed proprio sacerdoti confitendum est. dicto c. omnis. de pœni. & remis. Quis autẽ dicatur proprius sacerdos: tractant ibidem canoniste/ concludẽtes hos proprij sacerdotis apppellatione cõprehẽdi/ præsbyter parochialis/ eius vicarius/ eps/ eius vicari⁹/ legatus natus aut creatus in prouincia & Archipresbyter. ita panor. & alij in d. c. Oĩs. vbi de hac materia diffusius videri põt. q ¶Ante mortem id est anteq̃ constituaris in vltimo mortis periculo. Istam declarationem sentit tex. Augustini in c. 2. de peni. distinc. 2. vbi dicit textus. Vis quod incertum est euadere? age penitentiam dum sanus es. Si sic agis: dico tibi quia securus es. quia penitentiam egisti: eo tempore quo peccare potuisti. Si autem vis agere penitentiam quãdo iam peccare non potes: peccata te dimiserunt non tu illa. Hec Augustinus in d. c. 2. in cuius principio dicit. Si quis positus in vltima necessitate sue egritudinis voluerit accipere penitẽtiã & accipit: fateor vobis/ nõ illi negamus qd petit/ sed non presumimus q̃ bene hinc exit. si securus hinc exierit ego nescio. penitentiã dare possumus: securitatem autem dare non possumus. non dico damnabitur: sed non dico/ liberabitur. Et hæc eadem sentit Augustinus in c. si quis autem. & in c. Nullus expectet. eadem distinc. vbi dicitur. Periculosissimũ est & interitui vicinum: ad mortem protrahere penitentiæ remedium. Nec hijs obstare potest impetrata in extremis a latrone peccatorũ venia. q̃ vt dicit tex. in d. c. nullus. licet latro veniã meruerit: in fine de omni crimine nõ tamẽ dedit baptizatis peccandi & perseuerandi auctoritatẽ. tunc enim baptizatus est: qui tũc primum in cruce Christum confessus est.

r ¶An in susceptione baptismi sit in adultis pambula cõfessio necessaria: annotatũ ẽ i verbo baptism⁹. vbi videat. s ¶Huius sentẽtię meminit tex. in c. Adhuc perfidi instant de pœni. dis. 3 & in c. vnico §. Quia vero. in fi. de sacra vnc. vbi dicit tex. In fronte vngit baptizatus: vt libere confiteat quod credit. quia corde creditur ad iustitiã: ore con fessio fit ad salutẽ. memor eius qđ dñs ait. Qui me cõfessus fuerit corã hoibus &c. Declarat aũt hęc sentẽtia per textũ in c. Aestimant. cũ duob⁹ sequeñ. 11 questi 3 vbi ostendit q deũ nedũ verbis sed etiã factis negam⁹: & ipsum nedum

Eccl. 20. a ¶Quam bonum est arguere/q̃ irasci: & confitentem in oratione non prohibere?

39. a. ¶Sapiens: in oratione confitebitur domino.

39. b. ¶Confitemini domino in voce labiorum vestrorum/ & in canticis labiorum/ et in citharis: & sic dicetis in confessione. Opera domini vniuersa: bona valde. In verbo enim eius stetit aqua sicut congeries: & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum. Quoniam in pręcepto ipsius placor fit: & nõ est minoratio in salute ipsius. Opera omnis carnis coram illo: & non est quicq̃ abscõditum ab oculis eius. A sęculo & vsq in sęculum respicit: & nihil est mirabile in conspectu eius.

Esa. 12. a. ¶Confitebor tibi dñe quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus/ & consolatus es me. Ecce deus saluator meus/ fiducialiter agam & nõ timebo quia fortitudo mea & laus mea dominus/ & factus es mihi in salutem.

Esa. 38. d. ¶Non infernus confitebitur tibi (dñe) neq mors laudabit te: non expectabũt qui descendunt in lacum/ veritatem tuam.

Mat. 3. a. ¶Baptizabãt a Ioãne baptista in Iordane: cõfitẽtes[r] peccata sua. Et. j. Io. baptista

Mat. 10. d. ¶Omnis qui confitebitur[s] me corã hominibus: confitebor & ego eũ (dixit Christus) coram patre meo qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominib⁹: negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est.

Mat. 11. d. ¶Ihesus dixit. Confitebor tibi pater domine cœli & terrę: quia abscõdisti hęc a sapientib⁹ & prudẽtib⁹/ & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniã sic placitũ fuit añ te

Ro. 10. b. ¶Quid dicit scriptura? Prope est verbũ in ore tuo: & in corde tuo. Hoc est verbũ fidei quod prędicam⁹. Quia si cõfitearis in ore[t] tuo dñm Ihesum/ & in corde[t] tuo credideris q deus illum suscitauit a mortuis: saluus eris. Corde[t] enim creditur ad iustitiam: ore[t] autem confessio fit ad salutem.

philip. 2. a ¶Omnis lingua cofiteatur quia dñs Ihesus in gloria est dei patris. Et infra Ihesus

1. tio. 6. c. ¶Certa bonum certamen fidei/ appręhẽde vitam ęternam in qua vocatus es/ & cõfessus bonam confessionem coram multis testibus.

ad titũ. 1. in fine. ¶Confitẽtur se nosse deum/ factis[v] autẽ negant: cum sint abominati & incredibiles/ & ad omne opus bonum reprobi.

hebre. 4. i fine. ¶Habentes põtificem magnum qui penetrauit cœlos Ihesum filiũ dei: teneamus anchoram spei nostrę confessionem.

Iaco. 5. d. ¶Cõfitemini[x] alterutrũ pc̃tã vestra/ et orate pro inuicẽ vt saluemini. Et j. Oro.

1. Ioã. 1. d. ¶Si confiteamur peccata nostra: fidelis est et iustus dñs vt remittat nobis peccata nostra/ & emundet nos ab omni iniquitate.

Iosue. 1. c. **Confortare confortans et confortatus.** ¶Ecce pręcipio tibi: cõfortare & esto robustus (dixit dñs ad Iosue) Noli metuere/ & noli timere: quoniam tecum est dominus deus tuus in omnibus ad quęcunq perrexeris.

2. re. 11. d. ¶Conforta bellatores tuos aduersus vrbem/ vt destruas eam: & exhortare eos.

Psal. 26. d ¶Expecta dominum/ viriliter age/ & confortetur cor tuum: & sustine dominum.

psal. 138. c ¶Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum.

147. a. ¶Lauda Hierusalem dñm: lauda deum tuum Syon. Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Esa. 35. b. ¶Dicite pusillanimes/ confortamini: & nolite timere. Ecce deus noster vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet/ & saluabit nos.

Esa. 41. b ¶Vnusquisq proximo suo auxiliabitur: & fratri suo dicet/ Confortare.

Esa. 41. b ¶Confortauit Faber ęrarius percutiẽs malleo/ cũ qui cudebat tunc tẽporis dicẽs glutino/ bonum est. & confortauit eum clauis/ vt non moueatur. Et tu Israel serue

verbis sed factis confitemur. Dicit ei tex⁹ in d. c. Aestimant. Quotiẽscũq vincimur a vicijs atque pc̃tis: totiẽs deum negam⁹. & ecõtrario quotiẽs bonũ qđ agim⁹: deũ cõfitemur.

t ¶Et sic nedũ corde credi: sed & ore cõfiteri necessũ ẽ. Et ideo dicũt canonistę nõ licere p quẽcũq metũ Christũ negare: tametsi corde nõ negat Bo. ẽ tex. cũ glo. i verbo negare. in c. Nõ solũ 11. q. 3. & facit tex. i c. nolite tiere. i fi. 11. q. 3. & i c. primũ. i pri. 22. q. 2. vbi dicit tex. Primũ ẽ capitale mẽdacium & lõge fugiẽdũ qđ fit in doctrina religiõis: ad qđ mẽdaciũ nulla cõditione qs debet adduci. Et de hac sentẽtia Pauli ẽ etiã tex. in c. vnico. §. qi vero. in fine. de sacra vnc.

v ¶De hoc dicto aplĩ textus ẽ Hieronymi i c. aestimãt. in pri. 11. q. 3. vbi dicit tex. Aestimãt qđã i eo tm̃ deũ negari: si in persecutione qs a gẽtib⁹ cõprehẽsus/ se cõfiteri renuerit esse christianũ. Ecce tñ apl's i oib⁹ q̃ peruersa sũt: factis deũ asserit negari. Et subiũgit. Quotiẽscũq vicimur a vicijs atq pc̃tis: totiẽs deũ negam⁹. x ¶Glo. de pœni. dis. 5. in sũma dicit hoc dictũ Iacobi nõ fuisse ab initio nisi consilij: sed postea ex ordinatiõe ecclesię i pceptũ trãsijsse. Et idẽ sẽtit pa. i c. ois. in. 1. q. extra glo. de pœ. & re.

y ¶ In hui⁹ sentētię exornationē tex. est notabilis qui Augustini est/ in c. Quod dicit. 41. dis. vbi dicit tex. Non interest oino qd alimentorū sumas vt succurras necessitati corporis: dūmodo cōgruat in generib⁹ alimentorū hijs cū quib⁹ tibi viuendū est. Neq; quantū sumas interest multū. cū videamus aliorū stomachū citius saturari cibis/ & eos tū illi ipsi paruo quo satiant/ ardēter & intolerabiliter & oino turpiter inhiare: alios autē paulo plus poculo quidē saturari / sed tolerabiliter inopiā perpeti/ vel ante horā positas epulas/ si id in tpe aut opus sit aut necesse sit/ cū tranqllitate aspicere neq; tāgere. Magis ergo interest nō qd vel q̄tū alimētoꝝ p cōgruētia hominū atq; personę suę & pro suę valitudinis necessitatequis accipiat: sed quāta facilitate & seueritate animi careat / cum eis vel oportet vel necesse est carere. vt illud ī aio christiani cōpleat: quod apostus dicit. Scio & min⁹ habere scio & abūdare. vbiq; & ī omnibus imbutus sū & saturari & esurire/ & abūdare & penuriā pati. Oia possū in eo q me confortat. Hæc textus.

z ¶ 76. dis. c. ieiunium. ꝟsi. ieiunium quarti. vbi aliqd ;de hac tabularū cōfractione.

a ¶ De istis ciuitatib⁹ refugij / glo. ē apud canonistas. i c. Illa cauēda. in ꝟbo legis. 15 questi. 1.

b ¶ Hinc dicit notabilis tex. i c. fi. in fi. 47. distic. Mouere nos nō debēt cōuitia pditorū quomin⁹ a via recta & a certa regula nō recedamus quā apostolus istituit dicēs Si hoib⁹ placerem: Christi seruus nō essem.

meus Iacob quem elegi/ semen Abraam amici mei/ in quo appręhendi te ab extremis terrę/ & a longinquis eius vocaui te/ & dixi tibi. Seruus me⁹ es tu: elegi te. & nō abieci te. Ne timeas: quia ego tecum sum. Ne declines: quia ego deus tuus. Cōfortaui te & auxiliatus sum tibi: & suscepit te dextera iusti mei.

¶ Bonus dominus & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. Naū. 1. b.

¶ Confortabo domum Iuda/ & domum Ioseph saluabo (dixit dominus). zacha. 10 b

¶ Ihesus positis genibus orabat dicens. Pater si vis transfer calicem istum a me: veruntamen non mea volūtas/ sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo cōfortans eum. Et infra in verbo Ihesus. Lucę. 22. c

¶ Vigilate/ state in fide/ viriliter agite & confortamini/ & oia vestra in charitate fiāt 1. co. 16. c.

¶ De cętero fratres confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Ephe. 6. c.

¶ Scio [y] humiliari/ scio & abundare vbiq; & in omnibus institutus sum: & satiari et esurire/ & abundare & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me cōfortat. Veruntamen benefecistis: communicantes tribulationi meę. ad philip. 4. b.

¶ Confortare in gratia quę est in Christo Ihesu. 2. tio. 2. a.

¶ Omnes me dereliquerunt/ non illis imputetur: dominus michi affuit & confortauit me/ vt per me prędicatio impleatur. 2. tio. 4. c.

Confringere.

¶ Moyses proiecit de manu tabulas & confregit [z] eas ad radicem montis. Et infra latius in verbo Moyses. Exo. 32. f.

¶ Arcum conteret dominus/ & confringet arma: & scuta comburet igni. Psal. 45. b

¶ Molas leonum confringet dominus. 57. b.

¶ Omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti. 74. i fine.

Confugere.

¶ Cum confugeritis in vrbes mittam pestilētiam in medio vestri: & trademini in manibus hostium (dixit dn̄s ad non obseruātes precepta sua.) Leui. 26. d

¶ Separauit Moyses tres ciuitates [a] trās Iordanē ad orientalē plagam vt cōfungiat ad eas qui occiderit nolēs proximū suū. Et supra Ciuitas. Et infra Occidere. Deū. 4.

Confundere confusus et confusio.

¶ De turri in cuius ędificatione facta est confusio linguarum: vide Gene. 11. a. Et infra Turris.

¶ Qui oderunt te domine/ induantur confusione. Iob. 8. ifi.

¶ Disperge domine superbos in furore tuo/ & confunde eos. Iob. 40. a

¶ Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te cōfido nō erubescā. Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te/ non confundentur. Psal. 24. a

¶ Confundantur omnes iniqua agentes: superuacue. 24. a

¶ In te domine speraui non cōfundar in ęternum: in iustitia tua libera me. 30. a.

¶ Accedite ad (dominum) & illuminamini: & facies vestrę non confundentur. 33. b.

¶ Nouit dominus dies immaculatorum: & hęreditas eorum in ęternū erit. Nō cōfundētur in tēpore malo/ & in tēpore famis saturabūtur: quia peccatores peribūt. 36. d.

¶ Confundantur & reuereantur simul qui quęrūt animā meam vt auferant eam. 39. d.

¶ Deus dissipauit ossa eorū qui hoibus placēt [b]: cōfusi sunt quoniā de⁹ spreuit eos 52. b.

¶ Ne auertatur humilis factus cōfusus/ pauper & inops laudabūt nomē tuū (dn̄e) 73. d.

¶ Confundantur oēs qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis 96. a.

¶ Tunc non confundar: cum perspexero (domine) in omnibus mandatis tuis. 118. a.

¶ Confundantur & conuertantur retrorsum: omnes qui oderunt Syon. 128. a

¶ Qui stertit in ęstate/ filius est confusionis. puer. 10. a

¶ Os stulti/ confusioni proximum est. puer. 10. c

¶ Qui comessatores pascit/ confundit patrem suum. puer. 28 b

c ¶ Similis est tex. Isidori in c.1.29.distinc.vbi dicit tex. Sciendum est ꝙ pleraq; capitula ex causa/ex persona/ex loco/ex tempore/consyderāda sunt: quorum modi quia medullitus non indagantur/in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur/cum anteiudicant ꝙ intelligant/ante inculpant ꝙ iterando lecta perquirunt. Et in fi. dicit etiam tex.in c.Eorum.11.questi.3. Intellige parcius: & tunc increpa. Anteꝙ audias non reprehendas. Alioquin(vt ibi dicit glo.in verbo intellige)dici poterit.sicut praue intellexisti: sic praue respōdes. d ¶ Simile est quod in materia opprobrij notat Archi.in c.nullus itaq;.1.questi.1.vbi dicit quoddam esse opprobrium culpæ quo contēnimur a deo & ab angelis eius: et aliud opprobrium probationis quo scilicet affligimur vt probemur. & istud adducit gloriam & honorem. Istud etiam dictum intelligi potest de duplici cōfusione; quę dum est facienda/sacramentalis confessio haberi potest. De qua duplici cōfusiōe: dictū est in verbo confessio. i versi. Nō cōfūdaris e ¶ Sic econtra gloria patris est fili⁹ sapiēs. Ita dicit tex. post Salomonem in c.Estó subiectus.in fi.95.distinc. f ¶ Bene monet sapiens ne amicum salutare cōfundamur: quia si nō salutaremus/inimicitiæ argumētum videremur exhibere. Qui enim aliū non salutat: eius inimicus pręsumitur.vt est bon⁹ tex.in c. Cum super. de offi.delega.per quem ita dicit glosa in c.Cum Adrianus.in verbo salutādū.63.dis. De quo diffusi⁹ dicet̃ i v̈bo salutare. g ¶ Hęc iprecatio prę cęteris respicit prælatos.quia (vt dicit textus in c.pręcipue.11.quæsti.3.)scire pręlati debent ꝙ si peruersa vnꝙ perpetrant/tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exēpla trāsmittūt. Vnde necesse est vt tāto se cauti⁹ a culpa custodiāt: quāto per praua ꝙ faciūt nō soli moriunt̃. Et dicit tex. i c.Magnæ.circa prin. de voto. Quod agit̃ a p̄latis: facile trahit̃ a subditis i exēplū. Iuxta qd dñs inquit ad Moysem i leuitico. Si sacerdos qui est vnct⁹ peccauerit: faciet delinquere populum. h ¶ Quot ad faciendā cōgregationē requirātur: glo.ē i c.1.in verbo duo. de elec. vbi per illū textū

Prouer.18 d ¶ Qui pri⁹ respōdet[c] ꝙ audiat: stultū se esse demōstrat & cōfusiōe dignū
Eccl.2.c. ¶ Respicite filij nationes hominum: et scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est.
4.c. ¶ Pro anima tua ne confundaris dicere verum. Est enim confusio[d] adducens peccatum: & est confusio[d] adducens gloriam & gratiam.
20.c. ¶ Est qui perdet animam suam prę confusione/ & ab imprudenti persona perdet eum/personę autem acceptione perdet se.
20.c
21.d. ¶ Est q prę confusione ꝑmittit amico: & inueniet eum inimicū gratis.
20.d. ¶ Homo peritus confundetur a persona potentis.
¶ Mores hominum mendacium sine honore: & confusio illorum cum
22.a. ipsis sine intermissione.
22.a. ¶ Confusio patris[e] est de filio indisciplinato.
22.d. ¶ Patrē & virū confundit audax filia. Et supra Audax Et.I.Filia.
41.a. ¶ Amicum salutare[f] non confundaris.
¶ Non duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis abscōditi:
Esa.1.g. et eris vere sine cōfusione/& inuenies gratiā in conspectu omniū hoim.
Esa.42.c. ¶ Confundantur ab idolis quibus sacrificauerunt.
hiere.17 b ¶ Confundantur confusione qui confidunt in sculptili/ qui dicunt conflatili vos dij nostri.
hiere.17.c ¶ Domine omnes qui te derelinquunt cōfundentur/ recedētes a te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentiū dnm.
¶ Cōfundāt̃ q me persequūt̃/& nō cōfūdar ego: paueāt illi & nō pauea ego. Indue super eos diē afflictionis: & duplici cōtritiōe cōtere eos dñe.
Danie.3 d ¶ Ne confundas nos domine/ sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam & secundum multitudinem misericordię tuę: & erue nos in mirabilibus tuis/& da gloriā noī tuo dñe. Et confundant̃ oēs qui ostendūt[g] seruis tuis mala/confundātur in oīpotētia tua/ & robur eorū conterat̃: & sciant quia tu es dominus deus solus & gloriosus super omnē terrā.
2.co.4.c. ¶ Humiliamur: sed non confundimur. (dicebat Paulus).

Gen.1.a. **Congregare et congregatio.** ¶ Dixit deus. Congregent̃ aquę quę sub cœlo sunt in locū vnū/& appareat arida. Et factum est ita Et vocauit deus aridā terrā: et cōgregationes aquarū appellauit maria.
Iob.15.d. ¶ Congregatio[h] hypocritę sterilis est.
Psal.38.b. ¶ Thesaurizat[i](homo) & ignorat cui congregabit ea.
73.a. ¶ Memor esto domine congregationis tuę: quam possedisti ab initio.
110.a. ¶ Cōfitebor[k] tibi dñe i toto corde meo: i cōsilio iustorū & cōgregatiōe[k]

dicit glo. duos facere cōgregationē.& illā glo.seq̃t bar.i.l.ꝑtor.2.ff.vi.bo.rap.& idē dicit glo. i c.1.in verbo cōgregatio.10.q.1.esse in collegio: qz etiā duo faciūt collegiū. Sec⁹ in familia/qz ad faciēdū familiā requirunt̃ tres ad min⁹. l.detestatio.i fi.ff. de v̈bo.signi. Sec⁹ etiā i poplo/gēte/plebe/& turba. Ad hoc ei vt popul⁹/gēs/plebs/aut turba cōstituat̃: decē hoies requirunt̃. Bo.ē tex.& ibi Bar.i d.l.ꝑtor.2.ff.vi.bo.rap.& pa.i d.c.1.col.2.de elec. Et in q̃tū dictū ē duos facere collegiū sicut cōgregationē: videt̃ tex.in cōtrariū.i l. Necatius.ff.de verbo.signi.vbi vident̃ requiri tres. Ideo dici pōt ꝙ de iure canonico ad collegiū faciēdū sufficiūt duo: sed de iure ciuili requirunt̃ tres. Ita resoluit pa.in d.c.1.col.1.i fi.& ibi ponit rationē diuersitatis ꝙ videat̃. i ¶ Videat̃.bo.tex.in c.Nonne.in prin.iuncto cū fi.37.dis.vbi dicit̃. Nōne vobis videt̃ in vanitate sensus/& obscuritate mētis igredi: qui diuitias per phas & nephas quęrit:qui adulatur regibus:hereditates captat alienas/& opes congregat quas in momēto cui sit relicturus ignorat? k ¶ An confiteri seu laudare dominū in congregatione/salubrius sit ꝙ laudare seu cōfiteri dominū in solitudine: videri potest bonus tex.in c.Illud.7.questi.1.vbi probatur poti⁹ optandā esse congregationem/ꝙ solitudinem. Alibi vero textus in c.Qui vere.in princi.16.questi.1.solitariam vitam cōmendat.& in c. Quando.de pœni.distin.1.dicit textus. Quando Adam solus erat/non est pręuaricatus: quia mens eius adhęrebat deo. Dicit tamen tex. apertus in c.in omnibus.81.distinc. Melius duo ꝙ vnus.similiter & fidelius & tutius res geritur. Væ enim vni: quia nō est qui erigat eum. Et idem sentit tex.in c. Monachi.in prin.de statu mona.vbi dicitur. Monachi in maiori conue-

tu, aut cum aliquibus fratribus maneant: nec soli inter sęculares homines / spiritualium hostium conflictum expectent. Salomone dicente. Væ soli: quia cum ceciderit non est qui subleuet eum.

l ℭ Viro etiam iusto: licet congregare vt det ei qui placet deo/ seu vt eroget pauperibus. bonus est textus in c. Gloria. in prin. 12 questi. 2. vbi dicitur. Gloria episcopi/ est pauperum operib⁹ prouidere: ignominia sacerdotis/ est proprijs studere diuitijs. Et textus in c. aurum. in prin. eadem causa & questio. dicit. Aurum ecclesia habet: non vt seruet/ sed vt eroget & subueniat in necessitatibus. m ℭ Simile videt̃ qđ dicit psalmista Dormierũt sommũ suũ/ & nihil inuenerũt: omnes viri diuitiarũ in manibus suis. De quo dicto meminit Hostiensis in c. Quærentes. de offi. delega. & dicetur loco suo. n ℭ Ad quẽ spectet cõgregare existẽtes de aliqua congregatiõe seu collegio: tractãt Innocen. & panor. in c. 1. de maio. & obedien. & idem panor. in c. Cũ nobis. col. pe. de elec. Et apud legistas Bar. in l. 1. ff. de albo scribẽ. & in l. 2. C. de decu. lib. 10. Et cõclusio est/ inspiciendam esse consuetudinem: qua non subsistente & capite deficiente/ ad antiquiorem spectat congregatio. vbi vero pro precib⁹ deo offerendis congregãdus est populus/ prout tex. hic loqui videtur: incumbit epõ loci vt populum cõgreget/ & processionem indicat. ad quã tamẽ accedere/ non possunt religiosi cõpelli: saltem ex leui causa. Text⁹ est in c. Nimis graue. de excess. prę la. Quẽ textum ad istum effectum cõmendat panormi. in c. dilectus. col. pe. de offi. ordi. Quod tamen dictum est/ congregationem esse faciendam per antiquiorem: an indistincte procedat/ videatur per Petrum de Aucha. in repe. c. 1. in. 15. charta. versi. secundo quæro. de cõsti. & per Fely. satis diffuse in hac materia loquentẽ in c. Cum omnes. colũ. penul. versi. sed dubium est. eodem ti. de consti. o ℭ Sanctificari debet ieiunium. tũ quia vt dicit textus in c. ieiunium. in prin de conse. distinc. 5. ieiunium magnum & generale est abstinere ab iniquitatibus/ & ab illicitis voluptatibus sęculi. tum quia (vt dicit textus in c. nihil. eadem distinctione) Nihil prodest ieiunare & orare / & alia religionis bona agere / nisi mens ab iniquitate/ & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Inquantum tamen hæc prophetica sententia loquitur de senibus & paruulis: est aduertendum. quia si sumatur ieiunium pro ieiunio spirituali/ pro abstinentia scilicet ab omnibus illicitis: quod hic de ieiunio dicitur senibus & paruulis congruit. Quod si ieiunium sumatur pro ieiunio corporali: tũc hęc clausula de ieiunio loquẽs/ nõ est ad senes debilitatos/ & ad paruulos id est vno anno & viginti minores referenda/ quia tales ad ieiunia non tenentur. Ita concludit panor. in Rub. de obser. ieiunio. col. 2. & Archidiaconus in c. pronunciandum. colũ. 1. de consecra. distinc. 3.

p ℭ Facit quod notat Archidiaconus post Augustinum in c. Accusatores suspecti. 3. questi. 5. vbi dicit. Miser est omnis animus auari. victus amicitia rerum mortalium: dilaniatur cum eas amiserit. & tunc sentit miseriã: quia miser erat anteq̃ sentiret. Auari autem miseria declaratur per textũ in c. sicut hi. in prin. 47. distinc. vbi dicitur. Sicut hi qui per insaniam/ mente translati sunt/ non iam res ipsas sed phantasias passionis suæ vident: ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis astricta/ semper aurum/ semper argentum videt/ semper reditus computat/ gratius intuetur aurum q̃ solem/ ipsa eius oratio & supplicatio ad deum/ aurum quęrit.

q ℭ Mittit mercedes in pertusum sacculum: qui occasione bonorum quæ facit/ ad mala aliqua perpetranda redditur audacior. Ita sentit textus notabilis qui Gregorij est/ in c. hoc nobis. in fi. cum c. seq. de pœnitentia distinctione 4. vbi dicit textus. In perpetratione malorum nulla debet esse fiducia præteritorum bonorum. De pertuso quippe sacculo aliũde exit/ quod aliũde mittitur: quia indiscretæ mentes/ mercedem quæ ex bono acquiritur/ non aspiciunt quomodo ex malo opere perdatur.

ℭ Formica congregat in ęstate quod comedat. Et latius infra Formica puer. 6. b.
ℭ Qui congregat in messe/ filius sapiens est: qui autem stertit in ęstate/ filius est confusionis. 10. a.
ℭ Qui congregat thesauros lingua mendacij: vanus & excors est/ & impingetur ad laqueos mortis. 21. a.
ℭ Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali: in pauperes congregat eas. 28. b.
ℭ Multę filię congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas. 31. d.
ℭ Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam/ & sciẽtiam/ & lætitiam: peccatori autẽ dedit afflictionem & curam superfluã vt addat et cõgreget [l]/ & tradat [l] ei qui placuit deo. Sed & hoc vanitas est: & cassa solicitudo mentis. Eccẽs. 2. d
ℭ Congregationi pauperum affabilem te facito. Eccl. 4. a.
ℭ Qui aceruat ex animo suo iniuste/ alijs congregat [m]: & in bonis illius alius luxuriabitur. 14. a.
ℭ Quę in iuuẽtute tua nõ cõgregasti/ quomõ in senectute tua inuenies? 25. a.
ℭ Laborauit diues in congregatione substantię: & in requie sua replebitur bonis suis. 31. a.
ℭ Sacerdotes/ vocate cœtum/ congregate senes/ omnes habitatores terrę in domũ dei vestri/ & clamate ad dñm/ a/ a/ a/ diei: quia prope est dies domini/ & quasi vastitas a potente veniet. Iohel. 1. c.
ℭ Canite tuba in Syon/ sanctificate ieiuniũ [o] vocate cœtum/ cõgregate populũ/ sanctificate ecclesiam/ coadunate senes [o]/ cõgregate paruulos [o]/ et suggentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili: & spõsa de thalamo suo. Et ibi latius. Iob. 2. d.
ℭ Cum conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem: congregabo omnes gentes/ & deducam eas in vallem Iosaphat. Et disceptabo cũ eis ibi super populo meo & hęreditate mea Israel: quos dispersẽrũt in nationibus/ & terram meam diuiserunt/ & super populum meũ miserũt sortem. Et ibi latius. Iohel. 3. a
ℭ Vę qui congregat auaritiam [p] malam domui suę: vt sit in excelso nidus eius/ & liberari [p] se putat de manu mali. Aba. 2. b.
ℭ Qui mercedes congregauit: misit [q] eas in sacculum [q] pertusum. Aggei. 1. b

r ¶ Simile eſt quod dicitur in c. ſi. in ſi.20. diſtinc. vbi dicit textus. Vetus promiſſor dominus ait. Si duo ex vobis vel tres conueniunt ſuper terram in nomine meo: de omni re quancũq; petierint/ fiet illis a patre meo. Et dicit text9 in c. Cum ſcriptura .in ſi.1.queſti.1. Credo adeſſe dominũ Iheſum inuocatum precibus ſacerdotũ: qui ait. Vbi fuerit duo vel tres cõgregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. Et textus in c. Alienus.1. Rñ.24. queſti.1. ponit notabilem effectum huius doctrinę Chriſti. dicit enim ibi tex. Dominus cũ diſcipulis ſuis ait (vt vnanimitatẽ ſuaderet & pacem) dico vobis quia ſi duo etc. oſtendit non multitudini ſed vnitati deprecantiũ plurimũ tribui. Si duo (inquit) ex vobis conuenerint. Vnanimitatẽ prius poſuit: concordiam pacis ante præmiſit. Quomodo autem poteſt ipſe cũ aliquo conuenire: qui cum corpore ipſius eccleſię/ & cũ vniuerſa fraternitate non conuenit (Quomodo autem poſſunt duo vel tres in nomine Chriſti colligi: quos cõſtat a Chriſto & eius euangelio ſeparari (Hęc tex. d. c. Alienus. cui ſatis aſtipulatur tex. ad hoc dictum euangelicum eandem declarationẽ ſentiens in c. Neq; ad Cain. 90. diſtinc. vbi dicit textus. An ſecum eſſe Chriſtũ cum collecti fuerint opinantur hij: qui extra eccleſiã Chriſti colliguntur (Tales etiam ſi occiſi in cõfeſſione nominis Chriſti fuerit: macula iſta nec ſanguine abluit/ inexpiabilis ei & grauis culpa diſcordiæ/ neq; paſſione purgatur.

Mat.18.c ¶ Dico vobis (Dixit Chriſtus ad diſcipulos). Si duo [r] ex vobis conſenſerint ſuper terram/ de omni re quãcunq; petierint: fiet illis a patre meo qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo [r] vel tres [r] cõgregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum.

mat.24.c. ¶ Vbicunq; fuerit corpus [s]: illic congregabuntur & aquilę [s].

mat.24.c ¶ Plangent omnes tribus terrę/ & videbunt filiũ hominis venientẽ in nubibus cœli cum virtute multa & maieſtate: & mittet angelos ſuos cũ tuba & voce magna/ & congregabunt electos eius a quatuor ventis cœli/ a ſummis cœlorum vſq; ad terminos eorum.

mat.25.c. ¶ Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua & omnes angeli eius cũ eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę Et congregabuntur ante eũ omnes gẽtes: & ſeparabit [t] eos abinuicem/ ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis [t]. Et ſtatuet oues quidem a dextris: hœdos autem a ſiniſtris. Et ibi latius Et infra in verbo Filius hominis.

Coniungere.

Eccl.2.d. ¶ Coniungere deo & ſuſtine: vt creſcat in nouiſſimo vita tua.

Eccl.13.c. ¶ Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur.

Eſa.5.b. ¶ Vę qui coniungitis domum ad domũ: & agrum agro copulatis vſq; ad terminum loci.

mat.19.a. ¶ Quos deus coniunxit [v]: homo non ſeparet [v].

Actu.10.d ¶ Abominatum eſt viro Iudęo: coniungi aut accedere ad alienigenam.

Coniunx et coniugium

Deu.7.a. ¶ Non inibis cũ gẽtibus fœdus/ nec miſereberis earum/ neq; ſociabis [x] cum eis coniugia [x]. Filiam tuam non

s ¶ Hanc euangelicam ſentẽtiam poſitam in c. quoniã vetus. circa me. 24 queſti.1. declarat Archi. ibi dicẽs. Vbi fuerit corpus/ id eſt Chriſtus cum corpore: ibi congregabunt aquilę/ id eſt ſancti in reſurrectione renouati. t ¶ Hæc euangelica ſententia: de extremo iudicio venit intelligenda. Tunc enim Chriſtus viuorum iudex & mortuorũ ſeparabit oues ab hœdis/ id eſt iuſtos ab iniuſtis. Ita declarat Hoſtieñ. in c. quęſitũ. de tẽpo. ordi. v ¶ Pro effectu huius ſententię eſt bonus tex. in c. Ebron. in ſi. 13. queſti. 2. vbi dicit. Quos coniunxit vnum coniugiũ/ coniũgat vnũ ſepulchrum: quia vna caro ſunt. & quos deus coniungit: homo non ſeparat. Et dicit tex. in c. ſunt qui. 27. queſti. 2. Sunt qui dicũt religionis gratia coniugia debere ſolui. Verum ſciẽdum eſt ſi hoc lex humana conceſſit: lex tamen diuina prohibuit. Per ſe enim veritas dicit. Quos deus coniũxit: homo non ſeparet. Et in c. ſcripſit. eadem cauſa & queſti. dicit tex. Scripſit nobis Theberga regina ſe regia dignitate vel maritali copula velle exui: & ſola vita priuata eſſe contentã deſyderare. Cui nos ſcripſimus/ non aliter hoc fieri poſſe: niſi eãdem vitam coniunx eius Lotharius elegerit. Nam licet ſcriptum ſit/ quos deus coniunxit homo non ſeparet: deus tamẽ & homo ſeparat/ quãdo diuini amoris intuitu/ ex conſenſu vtriuſq; cõiugis matrimonia diſſoluunt. Hęc textus d. c. ſcripſit. Qui eſt intelligẽdus: quãdo matrimoniũ eſt cõſummatũ carnali copula. quia ſi adhuc conſummatũ non eſſet: liceret vtriq; coniugatorum (altero etiã inuito & non ingrediente religionem neq; vouente continentiã) religionem ingredi. Tex. eſt in c. verum. de conuer. coniu. & bon9 textus in c. ex publico. in ſi. eodem titu. vbi dicit. Quod dñs in euãgelio dicit/ non licere viro vxorẽ ſuã dimittere niſi ex cauſa fornicationis: intelligendum eſt ſecundum interpretationem ſacri eloquij de his quorum matrimonium carnali copula eſt conſũmatum/ ſine qua confirmari non põt. pro interpretatione etiã huius ſentẽtię euãgelicę/ videndus eſt tex. in c. Quos deus. 33. queſti. 2. vbi dicit tex. Quos deus coniũxit: homo nõ ſeparet. Quęris quomodo (ſubaudi/ Violẽter/ ſine lege/ abſq; ratione/ quos deus coniunxit homo non ſeparet. Non enĩ homo ſeparat: quos pœna condẽnat/ quos reatus accuſat/ quos maleficiũ coartat. Et pro vberiori effectu iſtius ſententię videat adhuc tex. in c. inter corporalia. verſi. Cum ergo. de tranſla. epiſ. vbi dicitur. Cum fortius ſit ſpirituale vinculum q̃ carnale: dubitari nõ debet quin omnipotens deus ſpirituale coniugiũ quod eſt inter epiſcopũ & eccleſiã ſuo tantũ iudicio reſeruauerit diſſoluẽdum/ qui diſſolutionem etiam carnalis coniugij quod eſt inter virũ & fœminã ſuo tantum iudicio reſeruauit/ præcipiens. vt quos deus coniunxit homo non ſeparet. Hæc tex. Procedit autẽ hæc ſententia: etiam ſi alter cõiugũ in fornicationem vel ſpiritualem qualis eſt hęreſis/ vel carnalẽ laberet. q2 vinculũ matrimoniale quo deus eos coniũgit non eſſet diſſoluendũ: licet thori ſeparatio fieri poſſit. Tex eſt in c. q̃ſiuit. & in c. q̃to. verſi. ſi vero. de diuor. Si tñ ambo eſſent fornicati: nedũ vinculũ nõ diſſolueret/ ſed etiã ſeparatio quoad thorũ denegaret. Tex. ẽ i c. ſi. de adul. vbi dicit tex. Cũ paria crimina cõpẽſatione mutua deleant: vir fornicator/ fornicationis obtẽtu/ ſuæ vxoris non poteſt conſortium declinare. De quo habetur apud legiſtas in l. viro atq; vxore. ff. ſolu. ma. & dicet i verbo debitũ. x ¶ Sic etiam non licet hodie Chriſtianis inire coniugia cum Iudæis vel gentilibus. Tex. eſt in c. Caue. 28. queſti. 1. vbi dicitur. Caue Chriſtiane: gentili aut Iudæo filiam tuam tradere. Caue inq̃ gentilem vel Iudæam/ atq; alienigenam hoc eſt omnem hęreticam & alienam a fide tua accipere tibi vxorem. Et dicit textus iuris ciuilis in l. Ne quis. C. de Iudęis. Ne quis Chriſtianam mulierem in cõiugem Iudęus accipiat: neq; Iudęę Chriſtianus coniugiũ ſortia-

dabis filio eius/nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet[y] filiũ tuũ ne sequatur me/ et vt magis seruiat dijs alienis/irasceturq̧ furor domini et delebit te cito.

¶Audi me (dixit Angelus ad Thobiam) & ostendã tibi qui sunt quibus preualere potest demoniũ. Hi nãq̧ qui coniugiũ[z] ita suscipiunt vt deũ a se & a sua mente excludant/& suę libidini ita vacẽt sicut equus & mulus quibus nõ est intellectus: habet potestatem demoniũ super eos. Tu autem cum acceperis coniugem/ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea: & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea. Prima autem nocte: incenso iecore piscis fugabitur demoniũ Secũda vero nocte: in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. Tertia autem nocte: benedictionẽ cõsequeris. Transacta aũt tertia nocte accipies virginem cum timore domini amore filiorum magisq̃ libidine ductus: vt in semine Abraę/benedictionem in filijs consequaris. Tho. 6. d.

¶Noli timere (dixit Angelus ad Ioseph) accipere Mariã coniugẽ tuã. Vbi latius. Et infra in verbo Ioseph. Mat. 1. d.

Consanguineus.

¶ Dixit dñs ad Moysem. Loquere ad sacerdotes filios Aaron: & dices ad eos. Ne cõtaminetur sacerdos in mortib9 ciuiũ suorũ/nisi tãtum in consanguineis[a]/ac propinquis[a]/ supra patrẽ et matrẽ/& filium & filiã/fratrẽ quoq̧ & sororem virginem quę non est nupta viro: sed nec in principe populi sui contaminabitur. Leui. 21. a.

Conscius et conscientia.

¶Est qui promittit & quasi gladio pungitur conscientię: lingua autem sapientium sanitas est. Puer. 12. c.

¶Frequenter preoccupant pessima redarguẽte conscientia. Cum enim sit timida conscientia: data est in omnium condemnationem. Sẽper eni presumit seua: perturbata conscientia. Sapię. 17 c

¶Bona est substantia[b]: cui non est peccatum in conscientia[b]. Eccl. 13. c.

¶De gentibus quę legem non habent/quibus consciẽtia reddit testimoniũ: vide ad Roma 2. c. & supra i verbo Cogitare. Et ifra i verbo Lex

¶De esca in cuius esu conscientia proximi offenditur: vide. 1. Co. 8. b. c et. d. Et late infra in verbo Esca.

tur. Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit: adulterij vicem cõmissi huiusmodi crimen obtinebit/ libertate in accusandum publicis quoq̧ vocibus relaxata. Hæc tex. Prędicta tamen sunt intelligenda ab initio. quia ex post facto si scilicet matrimonium esset inter duos infideles contractum/ valeret: licet alter eorum ad fidem cõuerteretur. Tex. est in c. de infidelibus. in c. quanto. & in c. gaudemus. de diuor.

y ¶ Hoc casu/ cum scilicet alter coniugum qui infidelis est vult seducere fidelem & pertrahere vt derelinquat deum suum: qui fidelis est/ ad secunda si voluerit vota transibit. Et in hoc casu intelligimus qd dicit apostol9. Si infidelis discedit/ discedat. frater enim vel soror nõ est seruituti subiectus in huiusmodi. Et canonem etiã in quo dicitur. Cõtumelia creatoris: soluit ius matrimonij circa eũ qui relinquitur. Ista sũt verba textus in c. Quanto. versi. si enim alter infidelium. de diuor. Secus: si nolit pertrahere seu seducere fidelem / sed cum eo sine contumelia creatoris velit cohabitare. q2 poterit. nec fideli permittitur cum alio cõtrahere. vt probat tex. in d. c. quãto. Si tamẽ qui cõuersus est ad fidem esset mulier: inhiberet̃ ei cohabitatio viri sui infidelis. quia mulier (vt fragilis) facile traheret̃ in viri ĩfidelitatẽ. Tex. ẽ i c. Iudei. 28. questi. 1. vbi dicitur q̧ hoc casu proles cõmunis erit associãda matri conuersæ. & idem respectu prolis dicendum in patre: vt scilicet associetur patri conuerso. Tex. est in c. 2. de cõuer. infide.

z ¶ Circa hanc sentẽtiam videatur quod diffuse annotatũ est in verbo angelus / in annotatione istorum verborum angeli ad Thobiam.

a ¶ Textus hic cõsanguineos & propinquos pro eisdem esse sumẽdos innuere videtur. Et ita etiam in iuribus humanis sentit textus. & ibi notat pa. in vlti. no. in c. Quotiẽs. de testibus. & bo. tex. in l. officiales. in fi. C. de epis. & cle. & in l in fide cõmissi. §. Cũ Pollidi9. in verbo ꝓpinqua sua. iũcta glo. in verbo necessitudini. ff. de vsuris. Et licet iste tex. cõsanguineos restrigat ad patrẽ & matrẽ/ filiã & filiũ/ fratrẽ & sororẽ virginẽ: tamẽ iure humano/cõsanguinei dicunt̃ oẽs q sanguine cõiũcti sũt. vt notat cardi. in cle. 1. in. 11. q. de cõsan. & affi. Quãdoq̧ tñ iure hũano cõsanguineorũ appellatio restringit̃ tm̃ ad fratres. vt est bo. tex. i l. post cõsanguineos. in pri. ff. de suis & legi. hęre. Quãdoq̧ ad quartũ gradũ: vt ĩ matrimonijs. ita ꝓbat̃ i c. Nõ debet. de cõsã. & affi. Quãdoq̧ ad gradũ decimũ vt i successionibus. Tex. ẽ i §. fi. de succes. cogna. Quãdoq̧ ad septimũ gradũ vt in testimonijs. glo. ẽ in l. si fœia. in verbo iniuriã. C. ad turpil. & idẽ dicit glo. in c. postremo. de appel. qñ agit̃ de recusãdo iudice tãq̃ suspecto ratione cõsanguinitatis. quia cõsanguinitas attendet̃ vsq̧ ad septimũ gradũ. De hoc tñ dicat̃ vt ibi per pa. col. 2. & per ꝑceptorẽ meũ do. Iasonẽ/ ĩ l. q iurisdictiõi pręest. in. 1. colũ. ff. de iuris. omnium iudi. vbi concludit in materia recusationis consanguinitatem esse inspiciendam vsq̧ ad eum gradum quo successiones deferuntur/& sic vsq̧ ad gradum decimum.

b ¶ De iure humano seu positiuo/ substantia habetur absq̧ eo q̧ habeatur peccatum in conscientia: quãdo est acquisita etiam per prescriptionem. dummodo tamen legitima sit: id est bona fide et iusto titulo cœpta & terminata. quia hoc modo quæsita substantia retineri potest absq̧ peccato: licet post perfectam præscriptionem superueniret mala fides. Ita concludit Inno. in c. Cura. in fi. de iu. pa. & pa. in c. Vigilanti. de prescrip. Et apud legistas Bal. in Auten. adhęc in. 1. col. C. de vsu. & do. me9 Iason in. §. sed iste. in antepe. col. insti. de ac. Secus esset dicendũ in substãtia acquisita per sententiam. quia si postea victor cognoscat sententiam fuisse iniustam: non potest illam substãtiam retinere in foro conscientię. Ita Inno. & panor. in c. quia plęriq̧. de imu. eccle. Quę autem sit ratio diuersitatis inter id quod quęritur per sententiã/& id quod quęritur per prescriptionem: ponit pręceptor meus Philippus Decius in c. Nouit colũ. 7. de iudi. vbi videatur. Quid autem sit dicendum in substantia acquisita in deprędatione hostiũ/ an ratione talis non habeat peccatũ in consciẽtia: Bal. in c. 1. in. 4. col. de mili. vassal. qui cõtu. est. dicit q̧ talis acquisitio valet etiam in foro conscientię, de quo videat̃ supra in verbo bellum. Et in hac materia notetur quod

dicit panor.in c.1.in fi.de resti.in inte.vbi dicit q ad hoc vt substantiã quesitã ex contractu meo possim retinere in foro conscientie: satis est q cõtractus tenuerit de iure gentiũ. vt quia sine aliqua deceptione interuenit verus consensus tradentis. tũc enim acquirens tutus est in foro conscientie: licet debita solẽnitas non fuerit obseruata. Ita panor. vbi supra. & sequit preceptor meus Philippus Deci9. in c. Quoniam contra. in vlti. no. de proba. Secus/ si aliqua deceptio interuenisset: quia non licet bono viro aliquem etiam in quadrante decipere. glo. est in l. semper in contractibus. ff. de regu. iu.

1.co.4.a. ¶Nihil mihi conscius [c] sum/ sed non in hoc iustificatus [c] sum: qui autẽ iudicat me dominus est.

1.co.10.f. ¶Oẽ quod ĩ macello venit mãducate: nihil ĩterrogãtes ꝓpter cõsciẽtiã.

1.co.10.f. ¶Si quis vocat vos infideliũ ad cœnam/ & vultis ire: omne [d] quod vobis apponitur manducate/ nihil interrogantes propter conscientiam [d]. Si quis autem dixerit/ hoc immolatum est idolis: nolite manducare propter illum qui indicauit & ꝓpter cõscientiã. Cõscientiam dico non tuã/ sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia?

1.co.1.c. ¶Gloria nostra hec est: testimonium [e] conscientie [e] nostre.

2.co.4.a. ¶Habẽtes hanc administrationem iuxta quod misericordiam cõsecuti sum9 nõ deficim9: sed abdicam9 [f] occulta dedecoris non ambulantes in astutia/ neq3 adulterantes verbum dei: sed in manifestatione veritatis/ cõmendantes nosmetipsos ad omnem consciẽtiam hominum coram deo.

ad titum 1.in fine. ¶Omnia munda [g] mundis: coinquinatis [g] autem & infidelibus nihil est mundum/ sed inquinate sunt eorum mens & conscientia.

hebre.13.c ¶Orate pro nobis. Confidimus enim q bonam consciẽtiam habemus: in omnibus bene volentes conuersari.

Actu.24.d ¶Studeo sine offendiculo conscientiam [h] habere bonam ad deum & ad homines semper.

c ¶Pro effectu hui9 dicti videatur bonus text9 in c. adhuc perfidi inst it. versi. quapropter de pœni. distinc. 3. vbi dicit textus. Eliminãdus est ab ecclesia: qui vnq̃ pœnitẽtib9 negat indulgentiã/ Non enim inquirit quid apostolus senserit qui dixit. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. sentiens etiã iustis peccata solere contingere. Nõ se confirmabat absq3 peccato: qui se cognouit ĩdissolubili vinculo charitatis iunctum Christo. Nisi enim sciret iustos sepe venire ad veniã: quomodo dubitaret se peccare/ qui sciebat se spiritũ dei habere/ & intentione mundissima seruire? Hæc textus. Huius etiam sentẽtie Pauli meminit glosa in c. Paulus. 2. questi. 7.

d ¶Huius sententie declarationem vide supra in verbo cœna. & ibi dictis adde/ q ideo dicit hic nihil interrogari debere propter conscientiã: quia si cũ scrupulo conscientiæ manducaret putans non esse manducãdum/ peccaret. Omne enim qd non est ex fide: peccatũ est. c. Quoniã omne. de prescrip. Istam declarationẽ ponit Archi. in c. si quis carnem. in prin. 30. distinc. e ¶Simile est quod notatur per glo. in c. Ille rex. in verbo conscientiã. in fi. de peni. distin. 3. vbi post Horatium dicit glosa. Nil cõscire sibi/ nulla pallescere culpa: supple/ Gloria nostra est. Simile etiam est quod dicit Augustini textus in c. senti. 11. questi. 3. vbi dicitur. Senti de Augustino quicquid libet. sola me in oculis dei conscientia non accuset. Hinc dicit tex. Gregorij in c. in cũctis. eadem causa & questi. In cũctis que in hac vita aduersa ꝓueniunt: sola est (sicut nostis) oĩpotẽtis dei districtio pensanda/ atq3 ad cor propriũ semper recurrend. vt ibi lingua implicet: vbi consciẽtia non accusat. Quẽ ei consciẽtia defendit: liber est inter accusationes. Et liber sine accusatione esse non potest: si sola que interius addicit conscientia accuset. Hæc tex. Aduertendum est tamen/ quia vbi sinistram aliorum de nobis suspitionem tollere possumus: solum testimonium conscientiæ nostræ non debet si nobis sufficere. Quia propter nos conscientia nostra nobis necessaria est: fama autem propter proximos. Et qui cõdens conscientiæ negligit famam: crudelis est. Ita dicit textus. qui Augustini est in c. Nolo. in prin. 12. questi. 1 & c. Non sunt audiendi. 11. questi. 3 Et hanc declarationem sentit etiam notabilis textus in c. inter verba laudantium. eadem causa & questione. vbi dicitur. Inter verba laudãtium siue vituperantium/ ad mentem semper recurrendum est. et si non in ea inuenitur bonũ qd de nobis dicitur: magnã tristitiam generare debet. & rursum si nõ in ea inuenitur malum quod de nobis homines loquũtur: in magnam debemus letitiam prosilire. Quid enim: si non omnes laudant & conscientia liberos nos demonstret? Habemus Paulum dicentem. Gloria nostra hec est: testimoniũ consciẽtiæ nostre. Iob quoq3 dicit. Ecce in cœlo testis meus. Si ergo est nobis testis in cœlo/ testis in corde: dimittamus stultos loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt: nisi q in puluerem sufflant/ & in oculos suos terram excitant/ vt vnde plus detractionis perflant: inde magis nihil veritatis videant? Vocandi tamen etiam sunt ipsi & tranquille admonendi/ eisq3 satisfieri modis omnibus debet: scientes quid de Iudæis veritas dicat. Ne forte scandalizemus eos. Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint: habes consolationem quam aspicias in euangelio. Cum enim domino dictum fuisset/ scis quia audito hoc verbo scandalizati sunt Iudæi: respondit. Sinite illos. Ceci sunt & duces cæcorum. Paulus quoq3 apostolus admonet dicens. Si fieri potest: quod ex vobis est/ cum omnib9 pacem habẽtes. Dicturus cum omnibus pacem habeamus: hoc difficile esse perspiciens/ præmisit si fieri potest. & subiũxit quod fieri potest: cum dicit quod ex vobis est. quia si nos charitatem erga odientes seruare cupimus: etsi illi nobiscũ pacem non habent/ nos tamen cum illis sine dubio habemus. Hec textus. Istud autem testimonium conscientiæ quoad nos: & odorem bone fame quoad proximos/ presertim habere debent episcopi. vt est textus hanc Pauli sententiam citans in c. vnico. versi. hoc igitur chrismate. de sa. vnc.

f ¶Facit quod annotatum est annotatione proxima.

g ¶Pro effectu huius textus videatur bonus textus in c. Proposuisti. versi. Nam sic Paulus. 82. distinc. vbi dicit. Sacerdotes quibus sacrificandi & orandi iuge officium est: semper debebunt a carnali consortio abstinere. Quia si contaminatus fuerit carnali concupiscentia: quo merito se posse exaudiri credit? cum dictum sit. Omnia munda mũdis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum/ sed coinquinata est eorum mens & consciẽtia. Et dicit textus in c. dominus. §. Item nos dicimus. 1 questi. 1. Nos dicimus tale cuiq3 sacrificium fieri: qualis accedit vt offerat/ & qualis accedit vt sumat. & eos de sacrificijs talium manducare: qui ad illud tales accedunt quales & illi sunt. Itaq3 si offerat deo malus/ & accipiat inde bonus: tale cuiq3 est/ qualis quisq3 fuerit. quia & illud scriptum est. omnia munda mundis. h ¶Simile est quod habetur in c. nolo. in princi. 12. questi. 1. vbi dicit textus. Nolo vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem. Prouidemus enim bona (vt ait apostolus) non solum coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus.

i ¶ Hoc dictũ ponit tex. in c. Qui ecclesiasticis paulo ante fi. 36. distinc. vbi dicitur. Petrus cum rectoribus ecclesię scriberet: ait. Parati esse debetis reddere rationẽ omni poscenti vos satisfactionẽ de ea fide & spe quę in vobis est. Et glo. ibi in ꝟbo satisfactionẽ. dicit ex hoc dicto Petri argumentũ sumi/ ꝙ plati tenent respõdere ad oẽs: qz debent differre a subditis/ quantũ granũ a palea. Et idem sentit glo. in c. si qñ. de rescrip. in verbo rationabilẽ. Dicũt tñ ibi docto. & Archi. in dicto c. q ecclesiasticis. in fi. ꝙ si episcopus minus sit eruditus: ab alio doceri contẽnere non debet.

¶ Hęc est gratia dei: si ꝓpter cõsciẽtiã sustinet qs tristitias patiẽs iniuste — 1. pe. 2. c.
¶ Dñm Christũ sanctificate in cordib⁹ vestris/ parati [i] semper ad satisfactionem omni poscenti vos/ rationẽ de ea quę in vobis est spe & fide: sed cũ modestia & timore conscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt[k] de vobis confundantur[k] qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. — 1. pe 3. c.

Consecrare consecratus et consecratio.

¶ Quicquid habueris masculini sexus: consecrabis domino. Vbi latius. — Exo. 13. b.
¶ De obseruandis ex lege Mosaica in hijs qui in sacerdotio consecrantur: vide Exo. 29. — Exo. 29.
¶ Tabernaculũ & oĩa vnctiõis oleo cõsecrabis [l]: vt sint sancta sanctorũ — Exo. 40 b
¶ Moyses fundens oleũ super caput Aaron[m] vnxit eũ & cõsecrauit[m]. filios quoqꝫ eius oblatos cõsecrauit. Et infra Moyses. — Leui. 8. b.
¶ Locut⁹ est dñs ad Moysem dicẽs. Ego dñs. Dic ad Aaron & ad filios ei⁹ & posteros eorũ. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea — Leui. 22. a

vt est textus cum glo. in c. Non oportet 18. distinc. De hoc dicto Petri dicet cumulatius in verbo rõ. k ¶ Videatur qd annotatũ est supra hoc ꝟbo. c. l ¶ De hac per Moysem facta tabernaculi & alio eum ad cultũ dei spectantium consecratione: tex. est in c. 1. de conse. dis. 1. vbi dicit text⁹. Tabernaculum Moysem (domino pręcipiente) fecisse & sacrasse cum mensa & altaribus eius & ęreis vasis & vtensilibus ad diuinũ cultum explẽdum legim⁹: & non solũ diuinis precibus ea sacrasse/ sed etiã sancti olei vnctione (domino iubente) perlinisse nouimus. Hęc text⁹. Ista autem tabernaculi seu ecclesię cõsecratio fieri potest nõ solũ festis sed etiam priuatis dieb⁹. Textus est in c. 2. in fi. de conse. eccle. vel alta. licet aliæ consecrationes/ episcoporum scilicet aut virginum/ non nisi dominicis & certis diebus festis fieri possint. put est textus in c. 1. de tempo. ordi. & in c. deuotis virginibus. 20. quęsti. 1. & in c. quod die dominico. 75. distinc. Et istę consecrationes ecclesiarum/ episcoporum/ aut virginum/ non nisi ab episcopis consecratis fieri possunt. c. aqua. vbi notatur de consecra. eccle. vel alta. & notatur in c. suffraganeis. de elec. m ¶ Hinc dicit textus 21. distinc. in prin. Summi pontifices & minores sacerdotes a deo sunt instituti per Moysem: qui ex pręcepto domini Aaron in summum pontificem/ filios eius vnxit in minores sacerdotes. Hęc autem consecratio in episcopis necessaria est. Licet enim aliquis sit in episcopum electus & confirmatus: tamen ea quę ordinis sunt episcopalis/ vt clericos ordinare/ chrisma conficere/ clericos deponere/ virgines benedicere/ & ecclesias & altaria consecrare non cõsequitur/ nisi post habitam consecrationem. Tex. est cum glo. in c. transmissam. de elec. Vnde cõmuniter dicunt canonistæ ꝙ consecratio episcopalis est ordo: cum in consecratione potestatẽ spiritualẽ consequat quã prius non habebat. & ideo iura de episcopali cõsecratione loquẽtia: qñqꝫ dicunt epm consecrari/ qñqꝫ vero epm ordinari. Textus est in c. quod die dñico. 75. di. Theologi tñ dixerunt ꝙ non erat ordo/ sicut nec ipsa tonsura. vnde ipsi dicunt septẽ esse ordinea. nos aũt Canonistę dicimus nouẽ: quia nos cõputamus primã tonsuram/ & consecrationẽ seu ordinem episcopalẽ. Ita dicit pa. in c. Cũ i cũctis. §. Cũ vero. colũ. 1. de elec. Et est bo. tex. ꝓbans cõsecrationẽ esse ordinẽ in c. cleros. 21. distinc. & in c. quotiens. in verbo sui ordinis. de pur. cano. & est glosa formalis dicens nouẽ esse ordines secundũ canonistas/ in prohemio sexti/ in verbo epm. Et debet consecratio peti infra tres menses a tempore confirmationis numerandos. Tex. est in c. ordinationes. 75. distinc. vbi ritus/ hora/ & dies consecrationis faciendæ ostenduntur. Dicit enim ibi textus. Ordinationes epõrum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem prouincia fuerint episcopis sunt celebrandę: qui simul conuenientes/ seruitium cum precibus celebrent/ manus cum sanctis euangelijs imponentes/ dominica die hora tertia orantes/ sacraqꝫ vnctione (prophetarum exemplo regum capita perungentium) eos more apostolorum & Moysi vngentes. quia omnis sanctificatio constat esse in spiritusancto: cuius virtus inuisibilis sancto est chrismati permixta. & hoc ritu solẽnem celebrent ordinem. Tempus autem consecrationis/ triũ mẽsium spacio claudatur: vltra quod nisi necessitate cogente/ epõrum consecrationes post electionem supra confirmatam differre non licet. Hęc textus. Quot vero epõs consecrationi alicuius episcopi oporteat adesse: cõmunis resolutio est tres esse necessarios si fiat sine archiepõ de ipsius permissu. prout fieri põt iuxta tex. in c. suffraganeis. de elec. Si autem fiat ab archiepiscopo: duo cum ipso requiruntur episcopi. Ista probantur in c. si archieps. iuncto c. seq. de tempo. or. & est bonus tex in c. fi 66. distinc. vbi dicitur hanc formam a tribus episcopis consecrandorum epõrum formam ab apostolis fuisse datam. Non põt tñ Archiepũs de consecrando aliquo episcopo se intromittere: nisi primitus pallium receperit. Tex. est in c. quod sicut paulo ante fi. de elec. & probatur in d c. suffraganeis. Et facit tex. in c. Nisi. de aucto. & vsu pallij. Et licet in consecratione facienda/ missa dici soleat: tamen non est de substãtia consecrationis. vt late concludit glo. quã cõmuniter omnes sequũtur. in d. c. Quod sicut. & in d c. ordinationes. in verbo tertia. 75. distinc. Est autẽ vtile electo in episcopũ habere tres menses ad consecrationẽ petendam. quia interim de beneficijs quę antea obtinebat disponere potest. qd nõ posset post consecrationẽ vel effluxũ tẽpus cõsecrationis. quia ex tũc vacat ipso iure & non prius. Tex est & ibi per docto. in d. c. Cũ in cũctis. §. Cum vero. de elec. Hæc de cõsecratione epõrum qui loco Aaron successerunt. De consecratione autẽ minorũ sacerdotũ qui successerunt loco filiorum Aaron/ notandũ est ꝙ etiam a solis episcopis fieri potest. vt notatur in c. quanto. de consue. Potest tamẽ ab vnico epõ fieri. c. cum quidã in verbo episcopũ. de tempo. or. Sed in solis quatuor tẽporibus/ vel sabbato sancto/ vel sabbato in passione. Tex. est in c. de eo aũt. de tẽpo. or. Quod si fiat extra hęc tpa: licet valeat cõsecratio/ suspẽdit tñ cõsecratus. d. c. Cũ quidã. & c. Consultationi tuę. eodẽ ti. Et consecrari debẽ in presbyterũ est in anno xxv. Minorẽ aũt ea ętate nõ debet eps cõsecrare etiã cũ dispẽsatiõe sua: qꝛ cõis cõclusio canonistarũ ẽ ꝙ eps circa hãc ętatẽ dispẽsare non põt. Ita probat text⁹ cũ glo. in cle. gñalẽ. de ęta. & qua. & est bo. tex. arguendo a speciali in c. vnico. eodẽ ti. lib. 6. & notat pa. in c. Cũ in cũctis. §. inferiora. colũ. 2. de elec. in antiq. Quod si aũt illã ætatẽ aliquis ordinet seu cõsecret: consecrans ab ordinũ collatione/ cõsecratus aũt ab ordinis executione suspẽdit vsqꝫ ad ætatẽ legitimam. bonus est textus in c. vel non est compos. de tẽpo. or. Si tamẽ consecratus in minori ętate se immisceret executioni ordinis: non efficeretur irregularis. Ita in terminis notat cardi. in d. cle. generalem. in 6. questi. de ęta. & quali.

n ¶ Simile est quod in nouo testamento dicitur. Probet aūt seipum homo: & sic de pane illo edat & de calice bibat. Quo dicto ostenditur/ non omni consecrato consecratis vti esse permissū: sed prius ab omni immūdicia emūdare se debere. ita probat tex in c. qui scelerate viuunt. & in c. timore. de cōuse. distinc. 2.

o ¶ Pro effectu huius dicti videatur textus in c. Nulli. 12. questi. 2. vbi dicitur. Nulli liceat ignorare: omne quod dño consecratur/ siue fuerit homo/ siue animal/ siue ager/ vel quicquid semel fuerit consecratum/ sanctum sanctorū erit dño/ & ad ius pertinet sacerdotum. propter quod inexcusabilis erit omnis qui a dño & ecclesia cui cōpetunt aufert/ vastat/ & inuadit vel eripit. Hæc tex. Pro maiori tñ huius dicti effectu & declaratione/ notandus est textus copiosus in c. ad hæc. de relig. do. vbi dicit. Si locus ad hospitalitatis vsū & pauperum prouisionem fuerit (sicut moris est) auctoritate pōtificis destinatus: cum sit religiosus/ nō debet mūdanis vsibus deputari. sicut de vestibus & ligneis vasis & alijs vtensilibus ad cultū religionis per pōtificem deputatis antiqua consuetudo indubitanter obseruat: & venerabiliū patrum edocent sanctiones. Et dicit tex. in c. semel deo dicatum. de regu. iur. lib. 6. Semel deo dicatū: nō est ad vsus humanos vlterius trāsferendum. Et idem sentit textus apud legistas in l. si quis sepulchrū. §. senatusconsulto ff. de relig. & sump. fu. vbi dicit. Senatusconsulto cauet: ne vsus sepulchrorum permutatiōibus polluatur. idest ne sepulchrū/ alterius conuersationis vsum accipiat. Quod etiā disponit textus contrafacientibus ducentorum aureorū pœnam imponendo. in l. 3. §. si quis in sepulchro. ff. de sepul. vio. Pro ampliori aūt ornatu huius dicti/ videri potest cumulatius quod notat Io. an. in d. c. semel deo. de regu. iu. in. 6.

quę consecrata [n] sunt/ & quę obtulerūt filij Israel domino in quo est immundicia/ peribit [n] coram domino.

leui. 27. d. ¶ Quicquid semel fuerit cōsecratum [o]: sanctū sanctorum erit domino.

nūeri. 6. ¶ Vir siue mulier cū fecerint votum vt sanctificētur: & se voluerint dño consecrare: vino [p] & oī quod inebriare [p] potest abstinebūt [p]. Vbi latius de lege istorum consecratorum qui & nazarei: videri potest.

1. para. 10. c. ¶ Arma Saulis consecrauerunt Philistijm in phano dei sui.

ecci. 25. a. **Consentire consentiens et consensus.** ¶ In trib⁹ bene placitum est spiritui meo: quę sunt probata corā deo & hominib⁹. Cōcordia [q] fratrū/ & amor pximorū/ & vir & mulier sibi bene cōsentiētes.

Ro. 1. d. ¶ Qui mala agunt/ digni sunt morte: non solū qui ea faciunt [r]/ sed etiā qui consentiunt [r] facientibus.

1. cori. 7. a ¶ Nolite fraudare [s] inuicem (dixit Paulus ad coniugatos) nisi forte ex cōsensu vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum/ ne tentet

p ¶ Rationē huius abstinentię ponit tex. 35. distinc. in princ. vbi dicitur. Ministri templi prohibentur vinum & siceram bibere/ ne ebrietate cōtaminētur corda eorum: vt sensus eorū vigeat semper/ & tenuis sit. vel quia vēter mero æstuans facile despumat in libidines. Vnde Noe ebrietate nudauit femora. Loth quē Sodoma non vicit: vina vicerunt. Et idem sentit textus in c. ecclesię. in c. venter. in c. vinolētum. & in c. luxuriā. eadem distinc. de quo dicetur vberius in verbo vinum.

q ¶ Videatur quod annotatū est huic sententiæ in verbo concordia.

r ¶ Quod agētes & consentientes pari pœna puniantur: est bonus textus in c. 1. de offi. dele. & in c. notū. 2. qsti. 1. in fine. alibi tñ tex. in c. Qui aliorū. 24. questi. 3. & in c. qui consentit. 11. questi. 3. videt ꝙ velle cōsentientes grauius delinquant & puniantur q̄ agentes. Ideo pro resolutione dici potest/ vt dicit glo. magistralis in d. c. 1. in verbo pœna. de offi. dele. ꝙ quadrupliciter aliquis dicitur consentire: negligendo sc3/ consulendo/ defendendo/ & cooperando. Negligendo: vt qñ potest obuiare delicto seu crimini/ & non obuiat. & tunc licet talis sit in culpa/ quia non caret scrupulo societatis occultę qui manifesto facinori desinit obuiare/ dicit tex in c. quātę. de sen. excō. tamen mitius punitur/ q̄ agens. Ita dicit glo in d. c. 1. quā Panor. ibi dicit cōmuniter teneri de iure cononico. de iure autem ciuili licet quis possit obuiare delicto si velit: tñ si nolit obuiare/ non tenetur. bonus est tex. in l. metū. §. sed licet. ff. quod me. cau. iuncta l. fi. §. fi. ff. de cōdi. ob tur. causam. inducendo vt per glo. in d. c. q̄tæ. de sen. excō. fallit in eo qui esset superior respectu personarū volentiū delinquere. quia talis obuiare debet. glo. est in l. culpa caret. ff. de regu. iuris. et notat Bal. in l. nullus. C. de sū. trini. & fide catho. Aut si delictū esset committendū in personam superioris. quia subditus sciens tenetur obuiare si possit/ & reuelare. alias punitur pœna capitis. Ita dicit mirabiliter Bar. in l. vtrū. ff. de parri. Quod dictū dicit Fely. in dicto c. 1 de offi. dele. in. 2. col. esse seruandum in practica. Si vero aliquis consentiat consulendo: tunc licet glo. in d. c. 1. simpliciter dicat ꝙ consulens mitius punitur q̄ agēs: tamen distingui solet/ an agens alias erat facturus. et tunc mitius puniatur. An non erat alias facturus: & tūc pari pœna punietur. facit textus in c. sicut dignum. §. Quia vero. de homi. Et late notatur per Io. an. in c. nullus ex consilio. de reg. iuris. in. 6. De hoc tamen/ an scilicet sit adhibenda illa distinctio/ an alias erat facturus vel non: videatur quod notat Bar. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniu. Et multę remissiones in ista materia videantur per præceptorem meum do. Iasonem. in. §. Oēs autem. colū. 2. insti. de actio. & videatur quod ānotatur infra in verbo consiliū. h. Si autem consentiat defendendo: tunc grauius delinquit & punitur q̄ agens. Ita loquitur text⁹. in d. c. Qui aliorum. 24. questi. 3. & in dicto qui consentit 11. questi. 3. quod verū est in maioribus criminibus. in alijs aūt punitur solum eadem pœna. ita Panor. in d. c. 1. colū. 3. versi. quartū mēbrum. de offi. dele. Quod si aliquis consentiat cooperando idest auxilium præbendo: an teneatur eadem vel maiori pœna/ videatur quod annotatum est. s. in verbo auxilium.

s ¶ Ex hoc dicto Pauli dicit textus in c. ante trienniū in fi. 31. distic. Si (vt ait Paulus) ab vxoribus est cessandum vt expeditius orationi vacemus: ministris altaris quibus quotidiana necessitas orādi incūbit/ nunq̄ coniugali officio vacare permittitur. Hæc textus. De hoc autem/ an scilicet orationis tempore abstineri debeat: dicetur diffusius in verbo oratio. Sed inq̄tum hęc sententia loquitur de abstinētia copulæ carnalis ex mutuo consensu coniugatorum: notandum est ꝙ maritus & vxor etiam remanendo in sęculo/ & post matrimoniū carnali copula consummatum/ possunt ex se ipsis continentiam perpetuam vouere. glosa. est in c. veniens. de regula. & in. coniugatus. de conuer. coniu. & in c. charissimus. eodem ti. Et alteri volenti contra votum venire non tenetur alter consentire. c. quod deo pari. 33. questi. 5. etiam si alter continentiam non seruaret. quia propter peccatum alterius/ nō debet alter assumere occasionem peccandi. Vnde dicit Inno. in c. dudum. de conuer. coniuga. ꝙ si post factum mutuum votum continētiæ coniuges commiscerentur: proles esset illegitima. De quo dicto est bona glo. in c. ministri. 81. distinc. Et ita etiam dicit Panor. in dicto c. charissimus. in fine. Si aūt alter tantum voueret continētiam: valeret votum quoad se/ & sic non posset exigere debitum. Sed non quoad alterum: & sic debitum teneretur reddere. bonus est tex. in c. quidam. de conuer. coniuga. etiam si alter voto alterius præbuisset consensum. quia

vos sathanas propter incontinētiam vestram. Hęc autem dico secundū indulgentiam: non secundum imperium.

Conseruare. ¶Conserua me dñe quoniam speraui in te: dixi domino deus meus es tu/ quoniam bonorum meorum non eges. psal 15.a.

¶Si volueris mandata conseruare: conseruabunt te. eccl.15.d.

¶Timenti deum non occurrent mala: sed in tentatione deus illum conseruabit t & liberabit a malis. eccl.33.a.

¶Maria virgo conseruabat omnia verba hęc/ conferens in corde suo. Vide infra in verbo Maria virgo. luce.2.g.

Considerare et considerans. ¶Cōsiderat v peccator iustū et querit mortificare eum: dñs autē nō derelinquet eum in manibus ei9/ nec damnabit v eum cum iudicabitur illi. psal.36.f.

¶Respicit dominus vias hominis: & omnes gressus eius considerat. prou.5.d.

¶Qui obseruat ventū/ non seminat & qui cōsiderat nubes/ nunq̄ metet. eccles.11.b

¶Si preoccupat9 x fuerit homo in aliquo delicto: vos q̄ spirituales estis hmōi instruite in spiritu lenitatis/ considerans teipsum x ne et tu tenteris. galat.6.a

¶Si quis auditor est verbi & non factor y: hic comparabitur viro cōsideranti vultum natiuitatis suę in speculo. Cōsiderauit enim se et abijt: & statim oblitus est qualis fuerit. iaco.1.d.

Consiliari consilium et consiliarius. ¶Cōsiliū Achitofel quod dabat in diebus illis: quasi si quis consuleret deū. Sic erat oē consilium Achitofel cum esset cum Dauid/ & cum esset cum Absalon. Achitofel dedit consilium Absalon/ dedit & ei cōsiliū Chusi Arachites: et dixit Absalon & omnes viri Israel. Melius est cōsiliū Chusi Arachite consilio Achitofel. Dñi autē nutu dissipatum z est consilium Achitofel vtile: vt induceret dominus super Absalon malum. 2.reg.16.f

¶Achitofel videns q̄ non fuisset factū cōsiliū suū/ strauit asinum suū/ surrexitq̄ & abijt in domum suam/ & in ciuitatem suam: & disposita domo sua suspendio a interijt. 2.reg.17.c

¶Roboam reliquit b consilium senum/ & cum iuuenibus tractare cœpit qui cum eo nutriti fuerant & erant in comitatu illius. At illi respōderūt ei vt iuuenes & nutriti cū eo in delicijs. Et ibi lati9. Et. ſ. i verbo Roboā. 2.reg.17f

intelligitur vt ille non teneatur exigere/ non autem vt non teneatur reddere. Ita Panor. in c.1. col.2. & in d. c. charissimus. de conuer. coniuga. Quid aūt si velint vouere continēciam exeundo a sæculo/ an possit: annotatū est .§. in verbo caro. & ibi videatur. t ¶Conseruator tentatorum deus est: & hoc de iure poli. iure aūt fori seu humano/ conseruator tentatorum/ seu iniurias & molestias patientium vt pupillorum/ viduarum/ aduenarum/ & aliarum miserabilium personarum: est princeps seu imperator/ et eius. vt e. l bonus tex. in l. vnica. C. qñ impe. inter pupil. & viduas. in c. ex parte. b. & in c. ex tenore. de foro compe. in c. licet. de censibus. & in c. significantibus. de offi. delega. & isti sunt conseruatores ordinarij. De alijs autem conseruatoribus qui apostolici conseruatores dicuntur: loquitur textus in c. 1. de offi. dele. lib. 6. vbi dicit eos de manifestis iniurijs cognoscere. ad alia aūt quę iudicialem exigunt indaginem: suā non posse extēdere potestatē. & in c. fi. eodem ti. multa alia in materia istorum conseruatorū apostolicorū statuūtur: quę videri possunt/ quia textus apertus est/ & satis copiosus. v ¶Pro eliciendo effectu ex hoc dicto psalmistę bonus est textus in c. non imperpetuum. 24. questi 3. vbi dicitur. Nō iperpetuū dānamur: cū iniuste iudicamur dicente psalmista. Nec damnabit eū cum iudicabitur illi. Et dicit textus in c. 1. in pric. de re iudi. lib. 6. Aeterni tribunal iudicis illū reū nō habet: quem iniuste iudex cōdēnat. teste propheta nec dānabit eū cū iudicabitur illi. x ¶Textus in c. pōderet. 50. distic. huic sententiæ innitens dicit. Si aliquis lapsus quoquo modo fuerit: & portem9 eū/ & fraterno corripiamus affectu sicut ait beatus apostolus. Si p̄occupatus fuerit homo in aliquo delicto. &c. & textus no. in c. postulatus. 3. q̄sti 8. dicit ex hac sententia Pauli/ cum quælibet proximorū errata conspicimus: non hæc ante reprehendēdo iudicemus/ q̄ ad cōscientiā nostram humiliter reuersi/ digito eam discretionis solerter exculpem9/ & quid in ea conditori placeat/ quid ve displiceat examiatione dirimamus. iuxta illud apostoli. si p̄occupatus fuerit hō in aliquo delicto. &c. y ¶Hoc dictum Iacobi ponitur in c. si enim. versi. rursus idem Iacobus ait. de pœni. dis. 2. & ex eo mōstratur fidem non sufficere: nisi etiam adsint opera fidei. z ¶Achitofel cōsiliū licet vtile/ non fuit secutus Absalon. Et etiā de iure positiuo nō tenebatur ipsum sequi: etiam si ipse Absalon sine Achitofel consilio nihil agere deberet. quia qui tenetur facere cū consilio alterius: licet teneatur petere cōsiliū illius/ nō tñ illius cōsiliū tenet sequi. Text9 est in c. cū olim. in fi. de arbi. & in l. Titium & Meuiū. & ibi Bar ff. de admi. tuto. & notat Bar. in l. 1. § si plures. ff. de exerci. & Panor. in c. cū in veteri. in. 3. colū. de elec. hinc probat notabilis tex. in c. 1. de capel. mona. q̄ licet actus debeat explicari consilio alterius: nō ideo tñ minus dicitur pendere a barbitrio explicantis. a ¶Videatur q̄ annotatū est §. in verbo Achitofel. & ibi allegatis addatur bon9 tex. in l. si quis filio exhæredato. §. proinde. ff. de iniu. rup. & irri. testa vbi dicit tex. Eorū qui magis mori q̄ damnari maluerint ob cōsciētiā criminis: testaméta irrita cōstitutiōes faciant licet in ciuitate decedant. Quod si quis tædio vitæ vel valitudinis aduersæ impatiētia vel iactatiōis vt quidam philosophi mortē sibi consciuerunt: in ea causa sunt/ vt testaméta eorū valeant. Hæc tex. d. legis. per quem declaratur ista sententia in verbo disposita domo sua. quia vt ex dicto textu cōstat/ dispositio quam fecit Achitofel de domo sua/ valuit: tametsi suspendio mortem sibi cōsciuerit. b ¶Hinc dicit glo. in c. peruenit. in verbo cōsilia. 84. distinc. Qui bono cōsilio non acquiescit: amittere debet dignitatē/ exemplo Roboā qui senioribus nō credidit. iste aūt Roboam qui malo iuuenū cōsilio credidit/ nō potuit excusari a culpa: etiam si actus suos eorum cōsilio explicare debuisset. Quia qui consilio alterius aliquid explicare debet: non excusatur/ si illius malum consilium sequutus fuerit. Ita panor. in c. Cum in veteri. colū. 4. de elec.

& ideo dicit Bar. in l. si cōuenerit. ff. de re. iudi. q iudex non excusatur: si tulerit sententiā iniquā ex co[n]silio aliquorum/ etiam partium consensu in consiliaros acceptorum. Et ideo dicit cautos iudices facere debere vt pa[r]tes cōsentiant: vt sequatur cōsiliū consiliariorum ab ipsis electorum. c ¶ Istud de cōsiliarijs malis intelige: qui etiam iure humano puniūtur: vt est casus in c. tanta. in fi. 86. distinc. Consiliarij aūt boni: & in hoc & in futuro sæculo præmiantur. tex. est in c. bonæ rei. 12. questi. 2. vbi dicitur. Bonę rei dare consilium: & presentis habet vitæ subsidiū/ & ęternę remūe[ra]tionis expectare cernit p̄miū. d ¶ In exornationem huius dicti bene facit tex. in c. fi. versi. pariter. 43. distinc. vbi dicit tex. Obseruare debet sacerdos: ne indignis nō intelligētibus secreta mysteria/ sua prædicatione reserare incipiat. Qui ei ea docet quæ ab auditoribus nō valent intelligi: non ad eorum vtilitatē sed sui ostentationem facit. Vnde in expositione Beati immaculati. dicit. Vitiū animi est indignis secreta vulgare: quod fit vel loquacitate incauta dum sine iudicio volat irreuocabile verbū/ vel adulatione vt ei placeat cui secreta reuelat/ vel iactatione scientiæ vt plura scire videat. Hęc tex. e ¶ Vide quod in huius sententiæ exornatione ānotatū ē. s. in verbo congregatio. f ¶ Hui9 dicti meminit Hostien. in c. prudentiā. §. 1. de offi. dele. & glo. in cle. 1. in verbo comprobatur. de sen. excō. Et satis huic dicto astipulatur tex. in d. c. prudentiā. in fi. 1. respon. de offi. dele. vbi dicitur. Fuit antiqua sedis ap[osto]licę p[ro]uisio: vt causarum cognitiones duob9 q̄ vni/ & tribus q̄ duob9 diligentius delegaret. cū sicut canones testantur/ integrum sit iudiciū: qd plurimorum sententijs cōfirmatur. Et dicit tex. in c. duobus. in fi. 20. dis. Facilius inuenitur: quod a pluribus senioribus q̄rit. Et text9 in l. fi. paulo ante fi. C. de fideicō. dicit. Lex ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositū testamētum/ maiorem numerū testium expostulat: vt p[er] āpliores hoies perfectissima veritas reueletur. g ¶ Quia textus in cle. 1. paulo āte fi. de senten. excō. dicit integrum esse iudiciū: quod plurimorum sententijs comprobatur. prout etiā dicit tex. in c. prudentiam. in fi. 1. respon. de offi. dele. & in c. extra conscientiam. in princ. 64. distic. glosa in d. cle. 1. pro con-

thob. 3. c. ¶ Non est in hominis potestate consilium tuum (domine).

thob. 4. d ¶ Omni tempore benedic deum/ & pete ab eo vt vias tuas dirigat: & omnia consilia tua in ipso permaneant.

iob. 5. c. ¶ De9 appręhēdit sapientes in astutia eorū: & consiliū prauorū dissipat

iob. 12. c. ¶ Adduxit dn̄s consiliarios [c] in stultum finem/ & iudices in stuporem.

iob. 18. b. ¶ Arctabuntur gressus virtutis impij/ & pręcipitabit eū consilium suū: immisit enim in rete pedes suos/ & in maculis eius ambulat.

iob. 26. b. ¶ Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet [d] sapientiā & prudentiam tuam ostendisti [d] plurimā.

iob. 42. a. ¶ Quis est iste qui celat consilium absq; scientia?

psal. 1. a. ¶ Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum/ & in via peccatorū nō stetit: et in cathedra pestilentię non sedit.

psal. 1. d. ¶ Non resurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in cōsilio iustorum.

psal. 12. a. ¶ Quādiu dn̄e ponā cōsilia in aīa mea: dolorem in corde meo per diē?

psal. 32. b. ¶ Dn̄s dissipat consilia gentiū: reprobat autē cogitationes populorum et reprobat consilia principū. Consilium autem domini in ęternum manet: cogitationes cordis eius in generatione et generationem.

psal. 65. a. ¶ Venite: & videte opera dei/ terribilis in consilijs super filios hominū.

psal. 88. b. ¶ Deus glorificatur in consilio sanctorum.

psal. 110. a ¶ Cōfitebor tibi dn̄e i toto corde meo: i cōsilio iustorū & cōgregatiōe [e]

psal. 118. c ¶ Testimōia tua (dn̄e) meditatio mea est: & cōsiliū meū iustificatiōes tuę

puer. 1. c. ¶ Despexistis omne consiliū meū (dixit sapientia) & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo: & subsannabo cum vobis id quod timebatis euenerit. Et infra Sapientia vbi latius.

proū. 8. c. ¶ Ego (sapientia) habito in cōsilio: & eruditis intersum cogitationibus.

puer. 11. b ¶ Salus est [f]: vbi multa consilia.

proū. 12. a ¶ Cogitationes iustorum iudicia: & consilia impiorum fraudulenta.

proū. 12. c ¶ Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est/ audit consilia.

puer. 12. c ¶ Qui pacis ineunt consilia: sequitur eos gaudium.

proū. 13. b ¶ Qui agunt omnia cum consilio: reguntur sapientia.

proū. 13. c. ¶ Astutus omnia agit cum consilio.

proū. 15. c ¶ Dissipātur [g] cogitationes/ vbi non est consilium [g]: vbi vero sunt plures consiliarij/ confirmantur [g].

proū. 19. c ¶ Audi consilium/ & suscipe disciplinā: vt sis sapiēs in nouissimis tuis.

proū. 20. a ¶ Sicut aq̄ p[ro]funda sic cōsiliū in corde viri: sed hō sapiēs exhauriet illud

proū. 20. c ¶ Cogitationes cōsilijs roborant: & gubernaculis tractāda sunt bella.

proū. 21. d ¶ Non est sapientia/ non est prudentia/ non est consilium contra dn̄m.

proū. 27 b ¶ Bonis amici consilijs anima dulcoratur.

ecceś. 12. d ¶ Verba sapientum sicut stimuli/ & quasi clauum in altū defixi: quę per magistrorum consilium data sunt a pastore vno.

sapię. 9. c ¶ Quis hominum poterit scire consilium dei?

ecci. 6. a. ¶ Multi pacifici sint tibi: & consiliarius sit tibi vnus de mille.

ecci. 8. d ¶ Cū fatuis cōsiliū nō habeas: nō eīm poterūt diligere nisi quę eis placēt

ecci. 8. d. ¶ Coram extraneo ne facies consilium: nescis enim quid pariet.

ecci. 15. c. ¶ Deus reliquit hoiem in manu cōsilij sui. Et lati9 ifra i verbo Homo.

ecci. 21. c. ¶ Consilium sapientis sicut fons vitę permanet.

ecci. 25. a. ¶ Quam speciosum canicici iudiciū? & presbyteris cognoscere consiliū

firmatione illorum textuum allegat hanc sententiā Salomonis. h ¶ Hac sententia clare probatur iure diuino eum puniri: qui dat malum consilium. Quid aūt sit dicendum iure humano: videtur tex. in c. nullus ex consilio. de regu. iu. in. 6. probareq; non puniatur nisi consiliū dolosum sit seu fraudulentum. In hac tñ materia breuiter dici pōt ꝙ si consiliū detur circa cōtractū vel quasi tunc non obligat consulentem. l. 2. in fi. ff. Man. vbi dicit tex. Nemo ex consilio obligatur: etiam si non expediat ei cui datur. quia liberum est cuiq; apud se explorare an expediat sibi consiliū. Si tñ consulens dolose dedisset malū consiliū: teneretur actione de dolo ei cui dedit. tex. est in l. Quod si cum scires. ff. de dolo. in l. cōsilij. ff. de regul. iur. & in l. ideoq; §. si ca. isi. ff. Man. vbi Bar. & in l. 2. eo. ti. & l. 1. ex maleficijs §. si iudex. ff. de ac. & obli. ex hoc infert aduocatos & cōsultores non teneri ex malo consilio: nisi dolose fuerint versati. & ita transit spe. in ti. de requi. consilij. §. s. versi. cōsiliarij. viderit tñ imperiti si non palpentur: cū imperitia culpę ascribatur. l. imperitia. ff. de regu. iur. sed Bar. in d. §. si iudex. sentit culpam imputari iudici cuius officiū necessarium est & ad quē necessario recurrit. sed nō aduocato aut consultori ad quem non nisi voluntarie recurritur. Sed attēta hac ratione/ etiā medici imperitia non ascriberetur culpę: nec ex ea teneretur. Cuius cōtrariū dicitur in §. imperitia in insti. ad l. aqui. Et si necessitas saltem causatiua cōsideretur in medico: eadem in aduocato videtur consideranda. Si vero cōsilium detur circa maleficium vel quasi: tunc licet consulens non teneatur ei cui dedit consiliū (vt dicit glo. in d. c. nullus ex consilio. in fi.) tamen tenetur ei cōtra quē dedit consilium. & puniri pōt ea pœna qua is qui fecit actū: si is qui actum fecit non fuisset alias facturus. si aūt fuisset alias idest etiam sine consilio facturus. nō punitur eadem pœna/ sed tamen punietur. Ista distinctio probatur in c. sicut dignum. §. Quia vero. de homi. in l. non solum. §. si mandato. ibi. alias nolenti. ff. de iniurijs. & per glo. in §. ope. in verbo. recte insti. de obli. quæ ex delic. nas. & in l. 1. §. persuadere. ff. de ser. corrup. in verbo factur us. & notat glo. & Bar. in l sępe. in verbo condici pōt. ff. de ver. sig. & ita etiā late cōcludit Saly. in l. 1. col. 4. versi. quęro secundo. C. de rap. vir. Et licet Bar. in d. l. non solū. §. si mandato in fi. ff. de iniur. dicat illam distinctionem/ esset facturus vel non faciendam non esse: tamen cōmuniter tenetur illa distinctio. & dictum Bar. dum vult consulentem delictū semper teneri: intelligi potest q̄tum ad aliqualem pœnam/ non tamen vt teneatur eadem pœna. quia q̄tum ad hoc seruāda est prędicta distinctio. & ita istam materiam resoluit præceptor meus Philip. Decius post multos quos allegat in c. 1 col. 6. versi. an secundo mēbro. de offi. dele. i ¶ Simile est quod dicitur in c. ne innitaris. in pric. de consti. vbi dicit tex. post apostolū. Non innitaris prudentiæ tuæ. De quo dicto dicetur in verbo prudentia.

¶Facienti nequissimum consilium [h] super ipsum deuoluetur [h]: & non agnoscet vnde adueniet illi. ecci. 27. d.

¶Non affligas temetipsum in cōsilio [i] tuo.

¶Vir consilij non disperdet intelligentiam. ecci. 30. c.

¶Fili sine consilio [k] nihil facias: & post factum non pœnitebis. ecci. 32. d.

¶Noli cōsiliari cum socero tuo: & a zelantibus te absconde consilium. ecci. 32. d.

¶Omnis consiliarius prodit consiliū: sed est consiliarius in semetipso. ecci. 37. a.

¶A consiliario malo serua animam tuam/ prius scito quę sit illius necessitas/ & quid ipse in animo suo cogitabit: ne forte mittat sedē in terrā/ et dicat tibi/ Bona est via tua/ & stet ecōtrario videre quid tibi eueniat. ecci. 37. b. ecci. 37. b.

¶Cum viro irreligioso tracta [l] de sanctitate/ & cū iniusto de iustitia/ & cum muliere de hijs quę ęmulatur/ cum timido de bello/ cum negociatore de traiectione/ cum emptore de venditione/ cum viro liuido de gratijs agendis/ cum impio de pietate/ cū inhonesto de honestate/ cum operario [l] agrario de omni opere [l]/ cum operario annuali de cōsummatione anni/ cum seruo pigro de multa operatione. Nō attendas hijs in omni cōsilio sed cum viro sancto assiduus esto: quēcūq; cognoueris obseruantem timorem dei cuius anima est secūdū animā tuā. Quicūq; titubauerit in tenebris non condolebit tibi: & cor boni consilij statue tecū/ non est enim tibi aliud plus illo. Anima viri sancti enunciat aliquando vera q̄ septem speculatores sedētes in excelso ad speculandum. Et in hijs omnibus deprecare altissimum: vt dirigat in veritate viam tuam. ecci. 37. b.

¶Ante omnem actum/ verbū verax pręcedat te: & ante omnem actum consilium stabile. ecci. 37. d.

¶Aurū & argētū & cōstitutio pedum: & super vtrūq; cōsiliū bñplacitū ecci. 40. c.

¶Paruulus natus est nobis/ & filius datus est nobis: & factus est principatus [m] super humerū eius/ & vocabitur nomen eius/ admirabilis/ consi- esaię. 9. b.

k ¶ Sine consilio supple prudētū aut litteratorū. Immo etiam quandoq; imprudentū & illiteratorum consiliū requirendum est. vt est bo. tex. cum glo. 1. in c. ad nostram. de consue. vbi Panor. post Io. An. dicit imprudentes nōnunq̄ in aliqua re habere intellectum magis eleuatū q̄ oēs prudentes. Et ponit exemplum de fatuo Parisiensi qui decidit quæstionem miro modo inter tabernarium & quēdam pauperem a quo tabernarius volebat extorquere pecuniam/ quia comederat panem ad odorem assati. nam soluit illi ex sono vnius denarij turoñ. quam quęstionem (vt ibi dicit Panor.) nō potuisset Cato melius decidere ad satisfaciendum animis imprudentiū. Et ad pręmissa facit bonus tex. in l. potior is. C. de offi. rec. prouin. in princ. & in c. esto subiectus. in fine 93. distinc. l ¶ Nota ergo iure diuino in consilio requirendo habēdā esse rōnem materiæ quæ consulitur. & ita etiā dicitur in iure humano/ ꝙ vbi agitur de aliquo casu consulendo: recurrendū est pro consilio ad peritos in arte quā casus consulēdus respicit. Bo. est tex. in c. ꝓposuisti. in verbo testimonio septē mulierū. de ꝓba. in c. ex litteris. de fri. & male. in l. 1 §. 1. ff. de ven. inspi. in l. nemini. circa me. C. de aduo. diuer. iudi. & in c. significasti. de homi. & est glo. in §. ꝑterea. insti. de re. di. Vnde dicit notabiliter Domi. in c. statutū. in pric. in vl. col. de rescrip. in. 6. ꝙ cōsiliarius merus legista recusari pōt in causa mere spirituali. Et idē q̄ñ causa esset multū subtilis/ & in apicibus iuris ciuilis/ & acciperetur consiliarius vnus grossus & rudis canonista: quia recusari posset. vt notat Bal. in l. fi. in. 56. questi. C. de hęre. insti. De hac aūt materia/ quādo scilicet ad peritos in arte recurritur: videantur plura notabilia dubia decisa per Panor. & dñm meū Deciū in d. c. proposuisti. de proba. m ¶ Textus in c. vnico. §. vnde in veteri. de sacra vnc. ex hoc dicto Esaię dicit. Principes non vngūtur in capite sed in brachio siue humero vel in armo: in quibus principatus congrue de-

signatur. Iuxta illud quod legitur. Factus est principat⁹ super humerū eius. n ¶ Idem dicit tex. in c. 1. in pric. de sū. tri. & fi. catho. vbi dicitur. Firmiter credimus/ & simpliciter confitemur: φ vnus solus est verus de⁹/ ęternus/ immensus/ & incōmutabilis/ incōpræhensibilis/ omnipotens/ & ineffabilis/ pater filius & spiritussanctus.
o ¶ Vide quod annotabitur in verbo iudicare. p ¶ Nota igitur: φ in virginitate viuere non est præcepti sed consilij. Et sic sentit hæc sententia Pauli/ ea quæ consilij sunt non esse præcepti seu obligatoria. & ita etiam

liarius/ deus fortis/ pater futuri sęculi/ princeps pacis. Et ibi latius. Et infra in verbo Paruulus.

¶ De spiritu consilij: vide Esa 11. a. Et infra in verbo Spiritus in bono

Esaię.47 d ¶ Defecisti in multitudine consiliorum tuorum.

hiere.32.d ¶ Deus magnus est consilio/ & incomprehensibilis [n] cogitatu.

lucæ.7.d. ¶ Pharisęi & legisperiti consilium dei spreuerunt.

1.cori.4.a ¶ Nolite ante tempus iudicare [o] quoadusque veniat dñs/ qui & illuminabit abscondita tenebrarum / & manifestabit cōsilia cordium: & tūc laus erit vnicuique a deo. Et infra in verbo Iudicare.

1.cori.7.d ¶ De virginibus preceptum dñi non habeo/ consilium [p] autem do tanq̄ misericordiam consecutus a domino vt sim fidelis.

actuū.5.g ¶ Si est ex hominibus/ cōsilium hoc/ aut opus/ dissoluetur: si vero ex deo est/ nō poteritis dissoluere illud/ ne forte & deo repugnare videamini (dixit Gamaliel ad Iudeos.) Vbi plenius. Et infra in verbo Cornelius.

Consolari consolans consolatus consolatio et cō solator.

2.reg.10.a ¶ Misit Dauid ad Amon regem: consolans eum per seruos suos super patris interitu. Et vide latius infra in verbo Dauid.

2.reg.12.f ¶ Dauid mortuo filio suo paruulo/ cōsolatus [q] est Bersabee vxorē suā. Et infra in verbo Dauid.

thob.1.c. ¶ Thobias quotidie pergebat per omnē cognationē suam & consolabatur eos: diuidebatque vnicuique prout poterat de facultatibus suis.

iudith.8.c ¶ Expectemus humiles cōsolationem dñi: & exquiret sanguinē nostrū de afflictionibus inimicorum nostrorū/ & humiliabit omnes gentes quę cunque insurgunt contra nos/ & faciet illas sine honore dñs deus noster.

iob.6.b. ¶ Hęc mihi sit cōsolatio: vt affligens me dolore domin⁹ nō parcat/ nec contradicam sermonibus sancti.

iob.7.c. ¶ Si dixero/ consolabitur me lectulus meus & releuabor loquens mecū in strato meo: terrebis me per somnia/ & per visiones horrore cōcuties.

iob.16.a. ¶ Audiui frequenter talia (dicebat Iob ad amicos eum consolantes) consolatores [r] onerosi omnes vos estis. Nunquid habebūt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestū est si loquaris? Poterā & ego similia vestri loqui. Atque vtinam esset anima vestra pro anima mea: cōsolarer & ego vos sermonibus/ & mouerē caput meum super vos. Et ibi latius.

dicit tex. in c. si. in si. 24. questi. 1. vbi dicit. Quādo consiliū datur: offerētis arbitriū est/ vbi præceptum necessitas est seruientis vt obediat. Et idē sentit text⁹ in c. denique. in si. 4. distinc. vbi dicitur. Decretū necessitatem facit: exhortatio aūt liberam volūtatem excitat. Et de hoc est glo. in c. 1. in verbo statuta. de consti. Et idem dicendum est: vbi diceretur aliquid de honestate debere fieri. quia sicut constitutio loquens per modum consilij non obligat: ita etiam non obligat constitutio loquens per modū honestatis. Ita Inno. & Panor. in c. t. de vita & ho. cle. Hæc regulariter procedunt. tamen in tribus casibus lex consilij obligat. Primus est: vbi quis astringit se cōsilijs. vt faciunt religiosi qui obligātur ad tria consilia: paupertatis sc3/ castitatis/ & obedientiæ. c. cū ad monasteriū. cū similibus. de sta. mo. ad alia aūt consilia regulariter non tenētur. vt probat in clemē. Exiui de paradiso. de verbo. sig. & notat Panor. vbi videatur in dicto c. cū ad monasteriū. Secund⁹ casus est: qn̄ quis venit cōtra legem consilij ex contemptu. quia tūc peccat. vt est bona glo. in c. quis aūr 10. distinc. quā multū notat dñic⁹ ibi/ & Panor. & moderni in d. c. 1. de consti. Quando autem aliquid dicatur agi ex cōtēptu: dicetur i verbo cōtēptus. Tertius casus est quādo lex continet consiliū reuerentiæ. quia obligat. Tex. est cum glo. in verbo consilio. in c. ad aures. de ætate & quali. & in cle. 1. in verbo hortamur. de testi. Dicitur aūt consiliū reuerentiæ: primo quando aliquid consulitur ob reuerentiam/ sed non habet præcisam prohibitionem. vt est tex. in c. testamentum. cum glo. in verbo humiliter. 6. distinc. & in c. sponsus. 30. questi. 5. Et tale consiliū obligat cōtrauenientes ad veniale: sed nō ad mortale. vt notat Archi. in d. c. testamentū. Secundo: qn̄ materia est necessaria/ sed tn̄ in ea ponuntur verba consilij & non præcepti. & tale consilium inspecta materia potius q̄ verbis obligat ad mortale. c. 2. de maio. & obedi.
q ¶ Et merito. Debent enim esse socij passionū & consolationū: quia participes sunt diuinę atque humanę domus. dicit tex. in l. aduersus. C. de cri. expi. hære. r ¶ De hac onerosa consolatione / & alijs consolationū speciebus/ loquitur notabiliter Archi. in c. prima consolatio. de pœni. distinc. 3 vbi dicit φ triplex est consolatio. Temporalis sc3: vt lucæ. 6. Vę vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestrā. Et hæc est omnino damnosa: quia impedit consolationem spiritualem. delicata est enim spiritualis consolatio: & non datur admittentibus alienam. Item vana est. vt zach. 12. vane consolabuntur. Item onerosa: propter fastidij generalitatem. vnde Aug. Bonum temporale dilectū vilescit cum aduenit. Iob. 16. Consolatores onerosi omnes vos estis. Secunda est consolatio spiritualis. de qua Esa. 49. Cōsolatus est dñs populum suum. Hæc debetur humilibus. 2. ad corin. 7. Qui consolatur humiles: consolatus est nos. Item lugentibus. Esa. 57. Reddidi consolationes ipsis & lugentibus eius. Item deū timentibus. vnde de Simeone legitur Luce. 2. Simeon iustus & timoratus expectans consolationem Israel. Tertia consolatio: est consolatio cœlestis. de qua Esa. 66. In Hierusalē consolabimini. & hæc consolatio est appetēda. propter quod monemur ad hanc Esa. 40. Cōsolamini consolamini popule meus. Item & plenissima. Esa. 66. Vt repleamini ab vberibus consolationis eius. Item preciosissima Esa. 64. Oculus nō vidit deus absque te quæ præparasti ex-

pectantibus te. Item longissima. Esa. 35. Lętitia sempiterna super capita eorum. Hæc Archi. s ¶ Facit notabilis textus Hieronymi. in c. Regum. in princ. 23. questi. 5. vbi dicitur. Regum officium est proprium: facere iudicium atq; iustitiam/ & liberare de manu calũniantium vi oppressos/ et peregrinis pupillisq; & viduis qui facilius opprimũtur a potentibus prębere auxilium. Et ita etiam imperator mœrentiũ seu miserabiliũ personarum exhibet se consolatorem. in l. Vnica. C. Quando impe. inter. pupil. & vi. vbi dicit. Si pupilli vel viduę aliquæ/ fortunę iniuria miserabiles/ iudiciũ nostrę serenitatis orauerit/ præsertim cum alicuius potentiam perhorrescũt: cogantur eorum aduersarij examini nostro sui copiam facere. t ¶ Videatur quod annotatum est. s. in verbo baculus. v ¶ Simile statuitur iure hũano: vt scz qui angustiatur in corde suo/ cõsolationis loco aliquid sibi pbeatur. vt est no. tex. in l. iure succursũ est. in pric. ff. de iure do. vbi dicitur. Iure succursum est patri/ vt filia amissa/ solatij loco succederet/ si redderetur ei dos ab ipso pfecta: ne & filiæ amissæ & pecuniæ dãnum sentiret. Est etiã simile quod dicit. Ad quẽ spectat onus: & emolumentũ spectare debet. 12. qsti. 2. c. Ecclesiasticis. & 15. qsti. 6. c. de lapsis. et. C. de furtis. l. Apud antiquos. cũ similibus allegatis. per Hostiẽ. in c. 1. colũ. 2. de sepultu. Et propius ad istam sententiam psalmistæ facit bonus tex. in c. schismatici dicũt. in princ. 23. questi 6. vbi dicit. Schismatici dicunt. Cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent apostolum Paulum. Agnoscãt in eo prius cogentem Christũ postea docentẽ. prius serientem: postea consolãtem. x ¶ Consolatio dat humilibus. vt p Archi. in c. prima consolatio. de pœni. distinc. 3. & annotatum est. s. hoc verbo. r. y ¶ Si hæc Salomonis sententia de ploratu seu luctu ac infirmitate spirituali intelligi possit: astipulatur ei bonus tex. in c. Recedite. 45. distic. vbi dicit. Boni rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitatem pensantes: magis per humilitatis & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere/ q̃ per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde doctor gentium/ factus sum (inquit) infirmis infirmus. z ¶ Videatur quod annotabitur in verbo oratio. post Io. an. in cle. vnica. in verbo orationes. de reliq. & venera. sancto. a ¶ Horum verborum Esaię meminit tex. in c. fi. in fi. 15. distinc. & notabiliter do. Archi. in c. pria. consolatio. de pœni distinc. 3. & videatur. s. hoc verbo. r. b ¶ De consolatione lugentium/ dictum est aliquid. s. hoc verbo. r. c ¶ De hac consolatione quę fit per fidem & gratiam spiritualem: loquitur notabilis tex. in c. fina. 45. dis. vbi dicitur. Tenere vos & omnes fideles oportet eum qui secundum doctrinam fidelis est sermonẽ: vt potens sit consolari in doctrina sancta/ & contradicẽtes redarguere/ & recte viuentes atq; etiam rectam fidem tenẽtes consolidare. d ¶ Ex istis verbis apostoli dicit tex. in c. 1. de sepul Nulli negamus propriam eligere sepulturam & etiam alienã. Sed quia dignus est operarius mercede sua: tertiam partem sui iudicij illi ecclesiæ dari censemus/ in qua cœlesti pabulo refici consueuit. vt iuxta apostolum sint consolationum socij: vt fuerunt passionũ. Et est simile quod dicitur. Ad quem spectat onus: spectare debet & cõmodum. de quo dictum est. s. hoc verbo. r.

¶ Cum sederem (dicebat Iob) quasi rex [s] circũstãte exercitu/ eram tamẽ mœrentium consolator [s]. iob. 29. g.

¶ Virga tua (domine) & baculus [t] tuus: ipsa me consolata sunt. psal. 22. a.

¶ Sustinui qui simul cõtristaret & nõ fuit: qui cõsolaretur & nõ inueni. psal. 68. c.

¶ Renuit cõsolari anima mea: memor fui dei & delectatus sum/ & exercitatus sum/ & defecit spiritus meus. psal. 76. a

¶ Secundum multitudinem dolorũ [v] meorũ in corde meo: consolationes [v] tuę (domine) lętificauerunt animam meam. psal. 93. d.

¶ Memor esto verbi tui seruo tuo (domine) in quo mihi spẽ dedisti. Hęc me cõsolata [x] est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me. psal. 118. g

¶ Memor fui iudiciorum tuorum a sęculo domine: & consolatus sum. psal. 118. g

¶ Fiat misericordia tua vt consoletur me: secũdũ eloquiũ tuũ seruo tuo psal. 118. k

¶ Defecerũt oculi mei in eloquiũ tuum: dicẽtes quãdo cõsolaberis me? psal. 118. l

¶ In cõuertẽdo dñs captiuitatem Syon: facti sumus sicut cõsolati. Tũc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione. psal. 125. a

¶ Nõ desis plorantibus [y] in cõsolatione/ & cum lugẽtibus [y] ambula/ & non te pigeat visitare infirmum [y]: ex hijs enim in dilectione firmaberis. ecci. 7. d.

¶ Oratio [z] humiliantis se nubes penetrabit: & donec propinquet nõ cõsolabitur/ & non discedet donec altissimus aspiciat. ecci. 35. d.

¶ In requie mortui requiescere fac memoriam eius: & cõsolare illum in exitu spiritus sui. ecci. 38. c.

¶ Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus/ & consolatus es me. esa. 12. a.

¶ Consolamini [a] cõsolamini populе meus: dicit deus vester. Loquimini ad cor Hierusalem/ & aduocate eam: quoniã cõpleta est malitia eius/ dimissa est iniquitas illius. Et ibi latius. esa. 40. a.

¶ Audierunt quia ingemisco ego: & non est qui consoletur me. Omnes inimici mei audierunt malũ meũ: lętati sunt quoniam tu fecisti. Adduxisti diem consolationis: & fiant similes mei. threñ. 1. g

¶ Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur [b]. mat. 5. a.

¶ Desidero videre vos/ vt aliqd impartiar vobis gratię spiritualis ad cõfirmandos vos: id est simul consolari [c] in vobis per eam quę inuicem est fidem vestram atq; meam. Ro. 1. b.

¶ Benedictus deus & pater dñi nostri Ihesu Christi/ pater misericordiarum/ & deus totius consolationis: qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra/ vt possimus & ipsi cõsolari eos qui in omni pressura sunt/ per exhortationem qua exhortamur & ipsi a deo. Quoniam sicut abundãt passiones [d] Christi in nobis: ita & per Christũ abundat consolatio [d] no 2. cori. 1. a

ſtra. Siue autē tribulamur pro veſtra conſolatione/ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione & ſalute quę operatur tolerantiam earūdem paſſionum quas & nos patimur/vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſciētes quoniam ſicut ſocij paſſionum [d] eſtis/ſic eritis & conſolationis [d].

1.theſſ.5.c ℭConſolamini [e] inuicem: & ędificate [e] alterutrum.

1.theſſ.5.d ℭCorripite inquietos/conſolamini puſillanimes/ſuſcipite infirmos: patientes eſtote ad omnes.

Conſpuere.

ℭDe Iheſu in cuius faciem Iudęi conſpuerunt [f]: vide Mar.14.g.& 15.b. Et infra Iheſus.

Cōſumere cōſumens cōſumptus et cōſumptio.

gen.35.d. ℭIſaac conſumptus ętate: mortuus eſt. Et infra Iſaac.

deute.5.d ℭDominus deus tuus: ignis conſumens eſt.

iob.4.b. ℭVidi eos qui operantur iniquitatem & ſeminant dolores & metūt eos/ flante deo periſſe/& ſpiritu irę eius eſſe conſumptos.

ſapię.5.c ℭIn malignitate noſtra/conſumpti [g] ſumus.

eccl.17.c. ℭLaqueo peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum: dolor autem conſūmet illos anteq̄ moriantur.

eccl.31.a. ℭQui inſequitur conſumptionem: replebitur ex ea.

Conſummare conſummatus et conſummatio.

pſal.7.c. ℭConſumetur nequitia peccatorum & diriges iuſtum: ſcrutās [h] corda et renes deus.

pſal.58.c. ℭDe execratione/& de mendacio annunciabuntur in conſummatione in ira conſummationis: & non erunt.

pſal.118.m ℭOmnis conſūmationis vidi finem/latum mandatum tuum nimis.

ſapię.3.d ℭFilij adulterorū [i] in cōſummatione erūt. Et ſupra Adulter vbi lati9.

ſapię.4.c ℭConſummatus [k] in breui/ expleuit tēpora multa: placita eñi erat deo anima illius. Propter hoc pperauit educere [k] illum de medio iniquitatū. Populi autem videntes & non intelligentes/ nec ponentes in pręcordijs talia: quoniam gratia dei & miſericordia eſt in ſanctos eius/& reſpectus ſuper electos illius.

ſapię.6.c ℭCogitare de ſapientia: ſenſus eſt conſummatus.

ſapię.6.c ℭCuſtoditio legum/conſummatio incorruptionis eſt: incorruptio autē facit eſſe proximum deo.

ſapię.9.b ℭSi quis erit conſummatus inter filios hominum: ſi fugerit ab illo ſapientia dei/in nihilum computabitur.

eccl.18.b. ℭNon eſt minuere neq̧ aducere/nec eſt inuenire [l] magnalia dei. Cū cōſummauerit [l] homo/tunc incipiet: & cum quieuerit/ operabitur.

e ℭNota ergo/conſolationem quam proximis debemus/debere eſſe ędificatoriam. Ea enim quę deſtructoria eſt/& nō ędificatoria: deſolatio dicit/& nō cōſolatio. tex. eſt vnus i hac materia in c. filij vel hęredes. de hæte. in. 6. vbi dicit tex. Filij vel hæredes illorum qui dum in ęgritudinis lecto decūberent/ petierunt hęreticos cōſolaturos vt ab eis per manus impoſitionem conſolationem reciperent ſecundum peſſimam conſuetudinem eorūdem / ſicq; viā fuerunt vniuerſæ carnis ingreſſi: ad probandū q ipſi defuncti conſolationem illā immo verius deſolationem nō ſanę mentis effecti ſuſceperint / vel poſt perditam iam loquelam/cum tamē moris ſit (vt dr̄ apd eos) q nullū taliter conſolentur qui non ſit ſanę mentis & memoriam habeat ordinatā / admitti nō debent ſi dum viuebant diffamati erāt de hęreſi vel ſuſpecti aut légitime con ſtiterit q ſanę mentis exiſtentes huiuſmōi hæreticos petierāt. Alioquin admitti poterunt prædicti filij vel hæredes ad probādum præmiſſa. non tamen per vxores/filios/familiares/ vel de ſuis aliquos/ſed per teſtes alios fide dignos & ſpecialiter fidei zelatores.

f ℭIn opprobriū ſeu ignominiam olim in faciem conſpuebatur. Ita probat tex. no. in c. oli. in princ. 8. queſti. 1. vbi dicit tex. Olim iuſſus eſt frater pręmortui fratris vxorem ducere: vt nō ſibi ſed illi ſuſcitaret ſobolē/ eiuſq nomine vocaret quod inde naſceretur. Quod ſi recuſaret: diſcalciatus vno pede/ conſpui ſolebat in faciem.

g ℭHinc dicit tex. in c. Nūquid. in fi. de pœni. diſtinc. 1. Sciēt omnes eccleſiæ quia ego ſum ſcrutator renum et cordis. & glo. ibi in verbo cordis. ponit Auguſtini expoſitionē i hęc verba. Scrutatur corda & renes. Scrutatur corda/ ideſt qd qſq cogitat / & renes / ideſt quod quemq; delectat. Et ita etiā iura humana/ cordium ſcrutatorem deum appellant. vt eſt extus. in c. 1. in pric. Ne ſede vacan. &. in c. Erubeſcant. in fi 32. diſtinc. & alibi ſæpe.

h ℭCōſumpti ideſt corrupti vl̄ mortui. Vtro q enim mōdo verbū conſumere accipitur. vt probat in l. Vnica. C. de famoſ. libel. iūcta l. Videamus. ff. quod me. cauſa.

i ℭVideatur quod annotatū eſt. ſ in verbo Adulter.

k ℭAliquando tñ aliqui ex bono in malū deficientes moriūtur. Nec tñ q̄rendū eſt cur illos deus cum fideliter & pie viuerent/ non tñ de vitę huius rapuit periculis: ne malicia mutaret intellectum eorū/ & ne fictio deciperet animā eius. Ita dicit tex. Aug. in c. Si ex bono. in princ. de pœni. diſ. 4. qui tex. omnino videatur: quia copioſe & notabiliter loquitur in hac materia. Aliquando etiā malos aliquos ſtatim deus conſummat: de quibus loquitur tex. Hieronymi in c. quid ergo. in princ. 21. queſti. 5 dicens. Dñs eſt qui creauit mūdum/ & conſūmationem eius faciet. Quod ſi vobis videtur crudelis & rigidus & cruētus q in diluuio genus deleuit humanū/ſuper Sodomam & Gomorram ignē & ſulphur pluit/ Aegyptios ſubmerſit in fluctibus/ Iſraelitarū cadauera proſtrauit in eremo: ſcitote eū ideo ad pręſens reddidiſſe ſupplicia/ ne in æternū puniret. Hæc Hiero. in Naum prophetam. & in d. c. quid ergo.

l ℭSimile eſt quod dicit poſt apoſtolū in c. ſi ex bono. in princ. de pœni. diſtinc. 4. Quam inſcrutabilia ſunt iudicia dei: & inueſtigabiles viæ eius (vt ibi diffuſe videatur/ q dei magnalia nimis profunde non ſunt perſcrutanda.

¶Stuppa collecta/ synagoga [m] peccantium: & cōsummatio [m] illorum/ flamma ignis. ecci. 21.b.

¶Consummatio timoris dei: sapientia & sensus. ecci.21.c.

¶Sine mendacio [n] consummabitur verbum regis. eccl.34.a.

¶In aperiendo manus suas lętabitur: & sic preuaricatores in cōsumma tione tabescent. ecci 40.c.

¶Simile est regnū cœlorū sagenę missę [o] in mare & ex omni genere pi= sciū [o] congreganti: quam cum impleta esset educentes & secus littus se= dentes/elegerunt bonos in vasa sua/malos aūt foras miserūt. Sic erit in consummatione sęculi. Exibūt angeli & separabunt [o] bonos de medio iustorū & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentiū. mat.13.f.

¶Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationē [p] sęculi (dixit Christus ad discipulos). mat. 28.g

¶Cum in cruce accepisset Ihesus acetum: dixit. Consummatum est. ioā. 19. f.

¶Christus semel in cōsummatione sęculorum ad destitutionem pecca= ti per hostiam suam apparuit. heb.9.g.

¶Omnes testimonio fidei probati nō acceperunt repromissionem: deo pro nobis melius aliquid prouidente/ vt nō sine nobis consummarent. heb. 11. d.

Consurgere.

¶Vsq; quo piger dormies? Quādo cōsurges ex som no tuo? Et ibi latius. Et infra in verbo Dormire. prou.6.b.

¶Bene consurgit [q] diluculo/qui quęrit [q] bona. prou.11.d

¶Vę qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam: & potādum vsq; ad vesperam vt vino ęstuetis. esaię.5.c.

¶Consurge consurge: induere fortitudinem brachium domini. Cōsur ge sicut in diebus antiquis/in generationibus sęculorum. esa.5.c.

¶Si consurrexistis cum Christo: quę sursum sunt quęrite/vbi Christus est in dextera dei sedens. Quæ sursū [r] sunt sapite: non quę super terrā. col. 3. a.

Consuetudo.

¶Non est in loco nostro cōsuetudinis: vt minores ante tradamus ad nuptias (dixit Laban ad Iacob). gen.29.c.

¶Iuxta cōsuetudinē [t] terrę egypti in qua habitastis nō facietis/ & iuxta morem [t] regionis Chanaam ad quam ego introducturus sum vos/ non agetis [t]: nec in legitimis eorum ambulabitis (dixit dominus ad filios Is= rael per os Moysi.) leui.18.a.

¶Factum est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis: & post te non erit fornicatio. In eo enim q; dedisti mercedes/& mer cedes [v] non accepisti: factum est in te contrarium. eze. 16. d.

¶Est cōsuetudo (dixit Pilat9 ad Iudęos) vt vnū dimittā [x] vobis i pascha ioā. 18. a.

m ¶Quorum peccantium consummatio sit flamma ignis: videatur quod annotatum est satis diffuse. s. in ver= bo comburere. De synagoga aūt peccātiū dicetur in verbo synagoga. n ¶App'auit hæc sentētia verbis Chri= sti. Cœlum & terra transibunt: verba aūt mea non transibunt. Quorū annotatio videatur. s. in verbo Cœlum. o ¶De sagena seu retibus dñi in quibus boni pisces recipiūtur & mali: loquitur tex. in c. Quisquis. in si. 24. questi.1. vbi dicit. Nec propter paleam relinquimus aream domini/ nec propter pisces malos rūpimus retia dñi/ ne q; propter hœdos in fine separandos deserim9 gre gem domini. Et idem di cit tex. in c.1. in si 23. q.7. p ¶De cōsūmatione sęculi loquitur tex. in c. quid ergo. in princ 23 q. 5. vbi dicit. Dñs est qui creauit mundum: & con= summationē eius faciet. q ¶Satis conforme est quod dicit in textu vul= gato in l. pupillus. in si. ff. de his quæ in frau. cre= dito. vbi dicit. Si vigila= ui: meam conditionē me liorem feci. quia ius ciui= le vigilantibus scriptum est. r ¶Textus in c. sicut in sacramentis. in princ. iuncta glo. in ver= bo apostolicus. de conse. distinc. 4. dicit. Quidam viuūt animales: qui pro ficere sibi nolunt ad per= cipienda quæ sunt spiri= t9 dei. ad quod hortatur sermo apostolicus: dum dicit. Quæ sursum sūt sa pite. s ¶De hac si= liarum primogenitarum in nuptijs sortiendis pręlatione iuxta morem seu consuetudinem patriæ. est glo. in c. vnico. §. Ia= cob ergo. i verbo primo= genitarū. 29. questi. 1. De cæteris autē iuribus pri= mogenituræ tam secun= dum ius q̄ cōsuetudinē: dicetur in verbo primo= genitus. vbi videatur. t ¶Mos & consuetu do: verbis proprię sum= ptis differunt. Mos eni dicitur respectu obserua tionis vetustæ: consuetu do aūt dicitur etiam ha= bito respectu ad obserua tionē nouiter cœptam. Ita sentit Archi. i c. Mos est. 1. distinc. Sępe tamen confunduntur. Et si ob= seruatio in vsum seu con suetudinem deducta ma= la sit/ & veritati seu re= ctæ rationi cōtraria: nō est obseruanda/ siue longęua sit siue non. prout hic probatur. Et est tex. idem probans in c. si consuetudinem. 8. dis stinc. vbi dicitur. Si consuetudinem fortassis opponas: aduertendum est quod dñs dicit Ego sum via/ veritas/ & vi ta. non dixit/ ego sum consuetudo: sed veritas. Et certe (vt beati Cypriani vtamur sententia) quælibet consuetudo q̄tūuis vetusta/ q̄tūuis vulgata/ veritati omnino est postponenda: & vsus qui veritati est contrarius/ est postponen= dus. Hoc etiam clare probatur & dicitur in c. Mala consuetudo. in c. veritate. in c. Qui cōtempta. in c. frustra in c. consuetudo. & in c. fina. eadem distinc. Et apud legistas est tex. idem probās in l. consuetudinis. C. quę sit lōga con= sue. & facit tex in l. quod vero contra. ff. de legi. Et dicit tex. in c. fi. de consue. consuetudinem rationi contrariam non consuetudinem sed corruptelam dici. Quæ aūt sint consuetudines rationi contrariæ/ & a legibus & canonib9 improbatæ: videantur per modernos multa cumulata in l. de quibus. ff. de legibus. per Panor. in d. c. fi. de consue. & per do. meum. Philip. deciū. in Rub. dicti tituli de consue. in vlti. col. vbi notabiliter loquitur. Inijruni vero hac sententia innuitur/ eorum consuetudinem quibuscū versamur non esse seruandam: intelligēdum est de praua con= suetudine. Alias enim debemus nos conformare consuetudini eorū cum quibus viuimus: vt est tex. in c. illa. circa

me.12. distinc. vbi dicitur. Quod neq; contra fidem catholicam neq; contra bonos mores esse conuincitur: indifferēter est habendum/ & pro eorum inter quos viuitur societate seruandum est. Augustinus idem auctoritate Ambrosij asserit: dicens. Mater mea Mediolanum me secuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem: cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de ea re beatissimum Ambrosium episcopum. At ille ait. Cum Romā venio/ sabbatum ieiuno: cum Mediolani sum/ non ieiuno. Sic & tu ad quamcunq; forte ecclesiam veneris/ eius morem serua: si cuiq; non vis esse scandalum/ nec quemq̄ tibi. Hoc cum matri renūciassem: libenter amplexa est. Hæc textus. Et dicit idem Augustinus in c. Quisquis. in princ. 41. distinc. Quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur q̄ sese habent mores eorum cum quibus viuit: aut intemperans/ aut superstitiosus est. quisquis vero sic eis vtitur / vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat: aut aliquid significat/ aut flagitiosus est. Hæc textus.

y ¶ Mercedes quas pro earum prostitutiōe meretrices accipiunt/ non accipiunt turpiter: tametsi turpiter faciant ꝙ sint meretrices. Ita dicit textus in l. Idemq; §. sed quod meretrici. ff. de condi. ob tur. causam. vbi propterea statuitur: vt mercedes eis datæ repeti non possint. Et idem etiam dicit glosa in c. Ea transmissa. de deci. ꝙ meretrix de suo quæstu & elemosynam facere / & decimam soluere potest. Et dicit Bal. in l. 1. in 1. col. C. de condi. ob tur. causam. ꝙ potest de suo quęstu testari/ & ꝙ ab hęredibus non auferetur per fiscum vel ecclesiam tanq̄ turpe lucrum. Et idem tenet Bal. & disputat in c. Cum decorem. de vita & hones. cle. & ibi subiungit ꝙ si consanguinei meretricis velint ꝙ non possit contrahere nec testari: debent facere ꝙ sibi interdicatur bonis per iudicem suum. iuxta textum in l. Et mulieri. cum glo. ibi. ff. de cura furio. Et ista etiam post Bal. dicit do. meus Iason in d. §. sed ꝙ meretrici. vbi ponit omnia pręmissa. Et quod dictum est meretrici posse interdici bonis: tenet etiam do. meus Philip. Decius in c. pastoralis de iudi. vbi omnino videatur: quia satis ample loquitur.

z ¶ Hæc cōsuetudo de vno vincto in paschali celebritate remittendo: est cōformis iuri communi/ & ab ipso ampliatur & limitatur. Textus est bene solennis in l. 3. C. de epis. audi. vbi dicit textus. Vbi primus dies paschalis extiterit: nullum teneat carcer inclusum/ omnium vincula dissoluantur. Sed ab his secernimus eos: quibus contaminari potius gaudia lætitiamq; communem si dimittantur animaduertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? Quis adultero/ vel stupri vel incesti reo: tempore castitatis ignoscat? Quis non raptorem virginis in summa quiete & gaudio cōi persequatur? Instantius nullam accipiat vinculorum requiem: qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit. Patiantur tormenta veneficus/ maleficus/ adulter/ violatorq; monetę. Homicida/ patricida: quod fecit semper expectet. Reus etiam maiestatis de domino: aduersus quem talia molitus est/ veniam sperare non debet. His ergo tali strictione dānatis/ indultū serenitatis nostrę eo pręcepti fine concludimus: vt remissionem venię crimina nisi semel commissa non habeant/ nec in eos liberalitatis augustæ referatur humani-

1.cori.11.c ¶Decet mulierem non velatā orare deum. Nec ipsa natura docet vos: ꝙ vir quidem si comam [y] nutriat/ ignominia est illi. Mulier vero si comā nutriat/ gloria est illi: quoniā capilli ꝓ velamine ei dati sūt. Si quis autē videtur contentiosus esse: nos talem cōsuetudinem non habemus neq; ecclesia dei.

actuū.25.d ¶Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem: priusq̄ is qui accusatur pręsentes [z] habeat accusatores / locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quę ei obijciuntur.

1.mach.8.c **¶Consulere.** ¶Romani [a] curiam fecerūt sibi/ & quotidie consulebant trecentos viginti: consilium agentes semper de multitudine vt quę digna sunt gerant. Et infra in verbo curia.

¶Contemnere. Cōtemptus. Contemptor. Et Contemptibilis.

¶De dei comminationibus in eos qui pręcepta sua cōtemnunt: vide leui. 26. b. Et latius infra in verbo Pręceptū.

nūe.15.d. ¶Anima quę per superbiā [b] aliquid commiserit: siue ciuis sit ille/ siue peregrinus/ quoniam [b] aduersum dominum rebellis fuit/ peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit/ [b] & pręceptū illius fecit irritum: idcirco delebitur et portabit iniquitatem suam.

1.reg.2.f. ¶Quicunq; honorificauerit me (dicit dominus) glorificabo eum: qui autem contemnunt me/ erunt ignobiles.

psal.118.a ¶Adolescētulus sum ego & cōtēptus: iudicia tua (dn̄e) nō sum oblitus.

psal.118.c. ¶Aufer a me (dn̄e) opprobriū & cōtēptū: quia testimonia tua exquisiui.

nitas qui impunitatem veteris admissi/ non emēdationi potius q̄ cōsuetudini deportauerint. Hęc textus. Qui tamen in eis delinquentibus quos dicit diebus paschalibus & solennibus non dimittēdos/ intelligendus est: vt carceri teneantur/ nō autem vt supplicio tradantur. quia diebus in honorem dei feriatis executio/ pręsertim criminalis fieri non debet. c. 1. in fi. de ferijs. & l. pe. ff. eodē. & dictum est. s.

y ¶ Videantur annotata in verbo Coma.

z ¶ Idem lege ciuili disponitur. Debent enī accusatores esse præsentes/ aut saltem contumaciter absētes/ & sic pro pręsentib⁹ haberi/ anteq̄ ad sententiam procedatur: alioqui sententia est ipso iure nulla. Tex. est. in l. Si accusatoribus. C. de accusa. Et apud canonistas est textus. ea ista sententia factus in c. Non oportet. 3. quæsti. 9. vbi dicit. Non oportet quemlibet iudicari vel dānari: priusq̄ legitimos habeat pręsentes accusatores/ locūq; defendendi accipiat ad abluēda crimina. Et tex. in c. habet. in fi. eadē causa & questi. declarat hec verba/ locūq; &c. idest inducias ecclesiasticas. Quas aūt circūstātias accusator exhibere debeat accusatori: est tex. clar⁹ qui videri potest/ in l. libellorū. ff. de accu. & in c. qualiter & qn̄. 2. §. debet eodem ti.

a ¶ Videātur quæ annotabūtur in verbo Romani.

b ¶ Ista sentētia in verbo superbiā/ iunctis illis verbis verbū ei dn̄i cōtēpsit/ videt ꝓbare ꝙ is qui aliquid facit per superbiā: dicit facere ea cōtemptu. quod canonistę intelligunt esse verum: vbi sola superbia seu solo aīo parēdi suæ superbæ voluntati faceret. & sic faceret sine aliqua causa particulari: sꝫ ex sua sola volūtate. tūc ei ꝓprie dicit aliquis facere ea cōtēptu. Si vero moueret ea aliqua cā ꝗuis mala/ vt ea cōcupiscētia vel ira: tūc excusaret a cōtēptu. Ita dicit Archi. in c. quicūq; 6. dis. Cardi. in cle. 1. in. 3. no. da sepul. Chaldæ. in consi. suis. cōsi. 4. in ti. de sen. excō. & est bona glo. in c. Metropolitanū. in glo. 2. versi. Ex cūtemptu. 2. questi. 7. Et post alios idem tenet dominus meus Philipp⁹ Decius. in c. 1. in. 2. glosa in. 2. lec. de consti.

Et idem etiam sentiunt glo. iuris ciuilis in l.satis.in glosa.1.ff.de in ius vocan.& in l 1.in glosa. ma.in fi.ff.si quis in ius voca.non ierit. Est autem magni effectus/scire an aliquid fiat ex contemptu/an sine contemptu: quia ratione contemptus multa culpantur/ qui cessante contemptu non culparentur / aut saltem non ita grauiter culparētur. vt per multa exempla quæ videri possunt/ probat & ostendit Fely.in d.c.1.col.7.in 3.fallentia.circa me.de cōsti. Hinc est ꝙ dicit glosa no. in c.qualis. in verbo blasphemias.25.distinc.ꝙ ille qui peccat ex contemptu : dicitur peccare in spiritũ sanctum/ cum ex sola obstinatione peccare videatur.

¶Qui vanus & excors est: patebit contemptui. prou.12.a
¶In itinere contemptorum : vorago est. prou.13.c
¶Impius [c] cum in profundum peccatorum venerit/ cōtemnit [c]: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. prou.18.a
¶Viro qui corripientem dura ceruice contemnit / repentinus ei superueniet interitus: & eum sanitas non sequetur. prou.29.a
¶In duobus contristatum est cor meum: & in tertio iracūdia mihi aduenit. Vir bellator deficiens per inopiam/ & vir sensatus contemptus: & qui transgreditur a iustitia ad peccatum / deus parauit eum ad romphęam. eccl.26.d.
¶Cum fatigatus desieris contemnere: contemneris. esa.33.a.
¶Quomodo si contemnat mulier amatorem suum: sic contempsit me domus Israel (dicit dominus). hiere.3.f.
¶Irritū fecistis pactū Leui (dicit dominus exercituum ad sacerdotes) propter quod ego dedi vos cōtemptibiles [d] / & humiles oībus populis: sicut non seruastis vias meas/& accepistis faciem in lege. mala.2.b.
¶Videte: ne contemnatis vnum ex hijs pusillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cœlis est. mat.18.b.
¶Ignobilia mūdi/& contemptibilia [e] elegit deus/& ea quę non sunt/vt ea quę sunt destrueret [e]: vt non glorietur omnis caro in cōspectu eius. Et infra eligere.vbi latius. 1.cori.1.d
¶Nemo adolescētiam tuam contemnat [f]. Et [g] in verbo adolescentia. 1.tio.4.c.
¶Qui fideles habēt dominos: non contēnant. Et latius īfra in verbo dominus. 1.tio.6.b.

¶Contemplari & contemplatio.

[g] ¶Oculi domini cō= 2.para16c

c ¶Hoc dictum in obstinatos & apostolicę sedi rebelles allegatur per textū in c Nec licuit.17.distinc. Et ex hoc dicto dicit Archi.in c. quicūq. 61.distic.ꝙ licet iteratio delicti non arguat aliquem fecisse ex contemptu: tamen frequentia peccati dispositiue inducit ad cōtemptum.

d ¶Sacerdotes nō modo ob eorū crimina contemptibiles redduntur vt hic dicitur: sed etiam ob eorum multitudinem seu turbam copiosam. Textus est in c.legimus.paulo ante finē.93.distinc. Vt autem a contemptu caueant: admonet apostolus inquiens. Nō vituperetur ministerium nostrum. De quib9 apostoli verbis est text9 in notabili proposito/in c. Oportet. paulo post princ.81.distinc.

e ¶Simile est quod notat Panor.in c.1.col.fi.de cōsti. vbi dicit ꝙ vnius sententia etiam deterioris seu contemptibilioris quandoq destruit seu præficitur opinioni multorum etiam sapientum. quia sępe deus reuelat paruulis: quod abscondit sapientibus. & ad hoc allegat bonū textum quem dicit esse sing. in li.1.§. Sed neq. C.de vete.in enucle. Et facit etiam id quod notabiliter dicit idem Panor.in c.Ad nostram.colū.2. de cōsue. vbi dicit ꝙ quandoq parum sapientes habēt in certa re magis eleuatum intellectum / & acutius sciūt decidere vnū casum: q̄ omnes sapientes.

f ¶Adolescentiam præsertim eruditam et honestam non esse contēnendam: probat etiam notabilis text9 in c.fi.38.distinc. vbi dicit tex. Nullus episcopus propter opprobrium senectutis vel nobilitatē generis a paruulis vel minimis eruditis/ si quid forte est vtilitatis aut salutis inquirere negligat.

g ¶Contemplari deum/seu vitam contemplatiuam eligere: melius est q̄ in vita actiua manere. vt est nota. textus hanc vitam contemplatiuam cōmendans/in auten.de mona.in princ colla.3.vbi dicit textus. Conuersationis monachalis vita sic est honesta / sic commendare nouit deo ad hoc veniētem hominem: vt omnem quidem eius humanam maculam detergat/purum autem declaret ac rationabili natura decentem & plurima secundum mētem operantem & humanis cogitationibus celsiorem. Et ita etiam contemplatiuam vitam actiuę esse præferēdam dicit Archi.in c.in scripturis.col.1.8.questi.1.& in c.Qui episcopatū. eadem causa & quæstione. dicit ꝙ de vita actiua & contemplatiua disputans Augustinus sic loquitur. Vna flagellatur malis: ne extollatur in bonis.altera tanta plenitudine gratiæ caret omni malo: vt sine vlla tentatione superbiæ cohæreat summo bono. Vna: bona & mala discernit. Altera: sola quę bona sunt discernit. Ergo vna bona est: sed adhuc misera. altera: melior & beata. Aliquādo tamen actiua contemplatiuæ præferenda est. vt probat text9 notabilis in d.c.in scripturis.§. Quies itaq. 8.questi.1. vbi dicitur. Quies nobis ex corde appetenda est: & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desyderio debemus occupationem fugere: ita (si desit qui prædicet) occupatiōis onus libenti necesse est humero subire. Quod ex duorum prophetarum opere docemur: quorum vnus prædicationis officium vitare conatus est/& alter appetijt. Nam mittenti se domino Hieremias respondit dicens. A.a.a.domine deus/ ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Et cū omnipotens deus ad prædicandum sibi personam quæreret dicens/ quem mittā? & quis ibit ex vobis? vltro se obtulit Esaias dicens. Ecce ego: mitte me. En ab vtrisq exterius diuersa vox prodijt: sed non a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis: amor dei/& proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias: officium prædicationis appetijt. Per contemplatiuam vero Hieremias amori conditoris sedule inhærere desyderans: ne mitti ad prędicandum debeat contradicit. Quod ergo laudabiliter vn9 appetijt: hoc laudabiliter alius expauit. Iste: ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet. Ille: ne dāna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisq est subtiliter intuendū: quia & is qui recusauit plenę nō restitit/ & is qui mitti voluit ante se per altaris calculum purgatū vidit. ne aut nō purgat9 adire quisq mysteria sacra audeat: aut quem superna gratia elegit/sub humilitatis specie/superbe contradicat. Hęc textus. d.§. Quies itaq.

templantur vniuersos: & prębent fortitudinem hijs qui corde perfecto credunt in eum.

iob.3.c. ¶Ex quo deus absconderit vultum: quis est qui contempletur eum?

prou.15.a ¶In omni loco oculi domini contemplantur [h] bonos et malos.

¶De Iacob qui posuit virgas coram grege/ vt in earum contemplatione conciperent: vidit Gene.30.g. Et supra in verbo concipere.

iob 9.a. ¶**Contendere et contentio.** ¶Si voluerit homo cōtendere cum deo: non poterit respondere ei vnum pro mille.

iob.39.d. ¶Adiecit dominus & locutus est ad Iob. Nunquid qui contendit cum deo: tā facile conquiescit? Vtiq qui arguit deum: debet & respōdere ei.

prou.3.d. ¶Non cōtēdas aduersū hominem frustra: cū ipse tibi nihil mali fecerit.

prou.20.a ¶Honor est homini qui separat [i] se a contensionibus [i]: omnes autem stulti miscentur contumelijs.

prou.19 b ¶Vir sapiens si cum stulto contenderit: siue irascatur siue rideat/ non inueniet requiem.

eccles.5.f. ¶Quis futurus est/ iam vocatum est nomen eius: & scitur ꝙ homo sit/ & non possit [k] contra fortiorem se in iudicio contendere.

eccl.8.a. ¶Nō cōtendas cū viro locuplete: ne forte ecōtra constituat litem tibi.

mat.5.f. ¶Audistis quia dictum est. Oculum pro oculo: dentem pro dēte. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis percusserit te in dextrā maxillam tuam/ prębe [l] illi & alteram: & qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere/ dimitte ei & pallium.

Alio etiam casu contemplatiuæ vitæ actiuam esse præferendā censet tex. in c. nisi cū pridem.§. Verum si propter alias causas. versi. Quippe si ꝗtocūq. de renū. vbi dicitur. Cū propter charitatē te deceat animā tuā pro subditis tuis ponere: nulla occasione dūmodo proficere illis possis & si non omnibus/ tn̄ multis/ ab eorum regimine te conuenit excusare. Et subiungitur. Nec putes ꝙ ideo Martha malam partem elegerit quæ circa plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. quoniam licet illa sit magis secura: ista tamē magis est fructifera. Et licet illa sit magis suauis: hęc tamē magis vtilis/ cum in fœcunditate sobolis lippitudo Liæ Rachelis pulchritudini sit prælata. ꝗuis simul & contemplatiuus esse valeas & actiuus/ legislatoris exēplo qui nūc ascendebat in mōtem vt ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate/ nunc descendebat in castra vt cum vtilitate maiori necessitatibus populi prouideret. Monemus itaq vt laborem pastoralis regiminis nō recuses: ne fortassis ad pedes suos cū Maria spernerent te recipere/ qui sibi apud se diuertenti spreuisses cum Martha solicita ministrare. Hæc tex. Præter casus aūt textib⁹ s. allegatis comprehensos: aliū casum ponit Fely. in c. in pręsentia. col. 20. de proba. in quo contemplatiuæ actiua vita p̄fertur. quando scilicet pater haberet filios pauperes non valentes sibi victū quęrere nisi ex labore patris: vel econtra si filius haberet patrem pauperem ex solo labore filij viuentē. quia tunc contēplatiua vita non debet actiuę pręferri. Allegat ad hoc bonum tex. in c.1.30. dist. vbi dicitur. Si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione dei cultus/ hoc iustū esse iudicantes/ & non potius debitum honorem parentibus reddiderint vt hoc ipsum in eis veneretur quod fideles sint: anathema sint. Et dicit Fely. sanctum Thomam ita tenere. Alias aūt (nisi in casibus p̄missis) regulariter verum est actiuę vitę contemplatiuam esse pręferendam. Bonus est tex. qui loquitur in casu satis dubitabili. in c. duę sunt. in fi 19.q.2. vbi dicit tex. Si quis in ecclesia sua populū retinet & sęculariter viuit/ si afflat⁹ spiritussancto in aliquo monasterio uel regulari canonica/ saluare se voluerit: quia lege priuata ducit/ nulla ratio exigit vt lege publica constringatur. Et subiūgitur. Quisquis igitur hoc spiritu ducit: etiam episcopo suo contradicēte erit liber nostra auctoritate. h ¶Hinc dicit tex. in c. Hęc aūt.§. Ex his omnibus.23 q.4. diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos/ vt sitis filij patris vestri qui solem suum oriri facit super bonos & malos/ & pluit super iustos & iniustos. i ¶De eo autem qui se a contentionibus non separat loquitur bonus tex. in c.1. de pœni. distinc 2. vbi dicitur. Si quis semel notatus fuerit contentionis vitio/ & rursus in hoc ipsum inciderit: sciat se primam causam ex qua cōtentio nascitur in interioribus medullis habere reconditam. Et Archi. ibi declarando quid sit contētio/ dicit Augustinū dicere ꝙ contētio est impugnatio veritatis agnitę cū fiducia clamoris. Hoc aūt contentionis vitium inhibetur pręsertim clericis. vt est bonus tex. in c. didici. paulo ante finē.1.q.7. Et monachis. tex. est in c. si quis monachus.90. distinc. Et de prohibita cōtentione est bonus tex. in c. in loco.5.q.4. vbi dicitur. In loco benedictionis consedentes dn̄i sacerdotes/ nullus debet aut indiscretis vocib⁹ perstrepere aut quibuslibet tumultib⁹ perturbare. nullus etiā fabulis vanis aut risibus agi: & quod est deterius obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Et subiūgitur. Debet quicquid aut consedentiū consultationibus agitur aut ab accusantium parte ꝓponitur/ sic mitissima prolatione verborum ꝑferri: vt nec contentiosis vocibus audientes perturbent/ aut iudicij vigorē tumultu eneruent. k ¶Simile est quod dicitur in l.3 in princ. ff. de aliæ iudi. mu. causa far. vbi dicit tex. Potētioribus pares esse nō possumus. Fortior aūt seu potentior dupliciter cōsyderari potest. Quandoq enim fortior dicit ratione officij seu dignitatis p̄cipuę. Quandoq vero dicit fortior ratione nobilitatis/ vel diuitiarū aut amicorū. De qua materia/ & an cū eis sit contendedū: videat quod late notat Panor. in c. fi. de alię iudi. mu. cau. fac. l ¶Circa hanc sententiam dum sentit vt his qui vel nostro corpori vel rebus nostris molestias inferūt nō resistam⁹: vidēdū est quod notauit Panor. & cōmuniter oēs canonistę. in c.1. de cōsti. vbi concludunt ista nō esse p̄cepti sed consilij: saltem respectu fori contētiosi. possumus eni & propter tuitionē corporis & ꝓpter tuitionem rerum alteri resistere etiam vsq ad mortē eius si aliter corp⁹ aut bona tueri non possumus. Istud probatur in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. in l. sentētiā.§. Qui cū aliter. ff. ad l. aquil. in l.4.§. lex.12. tabularum. ff. eodem. in l. furem. ff. de sicca. in c. si perfodiens. de homi. & notatur in l.1. C. Vnde vi. Hæc procedunt in sęcularibus. Clerici aūt pro defensione rerum non possunt resistere vsq ad alterius mortem. text⁹ est in c. suscepim⁹. de homici. secūdo ista non procedunt in foro conscientiæ: quia absq peccato bona nostra alium occidēdo tueri nō possumus. Ita sentit glosa in dicta l. vt vim. in verbo iure. in princ. & ibi ita eam declarat do. Iason. ff. de insti. & iu. & Panor. in c.2. de homi. Pro defensione tamen corporis nedum proprij sed etiam alieni licitum est resistere etiam vsq ad alterius mortem nedum in foro exteriori sed etiam in foro conscientiæ. Ita Panor. in c. olim.1. in.6. col. versi. sed nunquid sit licitum de resti. spo. & facit bonus textus. in c. dilecto. de sen. excommunicationis in.6.

Clericus tamen qui pro corpore alterius defendendo aliquem occidet et/ incurret et irregularitatem: licet secus esset si occideret pro defendendo corpore proprio. Textus est cum glo. in verbo summ. in cle. i. de homi. Et quod non peccet occidens pro defensione alterius qui aliter euadere non potest: glosa est in §. i. in verbo hactenus. 23. questi. 8. & est bonus tex. in c. non in inferenda. 23 questi. 3. vbi dicit tex. Non in inferenda sed depellēda iniuria: lex virtutis est. Qui enim non repellit iniuriam a socio si potest: tam est in vitio q̃ ille qui facit. Vnde sanctus Moyses hinc prius orsus est tentamenta imbellis fortitudinis. Nam cū vidisset Hebręum ab Aegyptio iniuriam accipiētem / defēdit: ita vt Aegyptium prosterneret atque in arena absconderet. Salomon quoque ait. Eripe eū qui ducit ad mortē. Haec tex. Et ita etiā sentit. Inno. in c. si vero. i. de sen. excō.

¶Contēdite intrare per angustam portā [m]: quia multi (dico vobis) quęrunt intrare & non poterunt. lucæ. 13. f.

¶Facta est contentio inter Christi discipulos: quis eorum videtur esse maior. Dixit aūt eis. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatē habent super eos benefici vocantur. Vos autē non sic [n]. Sed qui maior est in vobis/ fiat sicut minor: & qui pręcessor est/ sicut ministrator. lucæ. 22. c

¶Reddit deus vnicuique iuxta opera eius. His quidem qui secundū patientiam boni operis/ gloriam et honorem & incorruptionem quęrentibus vitam ęternam: his autem qui sunt ex contentione [o] & qui non acquiescunt [o] veritati/ credunt autem iniquitati/ ira et indignatio in omnē animam hominis operantis malum/ Iudęi primum/ et gręci. ad ro. 2. b.

¶Frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Et latius. infra in vero iudicium [p]. 1. cori. 6. b

¶Sic currite [q]: vt compręhendatis. [q] Omnis enim qui in agone contēdit/ ab omnibus se abstinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant/ nos autem incorruptam. Et latius infra in verbo currere. 1. cori. 9. g

¶Adhuc carnales estis. Quum enim sit inter vos zelus & contētio: nō ne carnales estis & secūdū hominem ambulatis? Quum enim quis dicat Ego quidem sum Pauli/ alius autē ego Apollo: nonne homines estis? 1. cori. 3. a

¶Opus carnis: est contentio Et late supra in verbo caro. gala. 5. d.

¶Quidam ex contentione Christum annunciant: nō syncere existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. philip. 1. c

¶Nihil per contētionem neque per inanem gloriam sed in humilitate superiores sibi inuicem simus arbitrantes: non quę sua [r] sunt singuli considerantes sed et ea quę aliorum. philip. 2. a

¶Noli contendere verbis [s]: ad nihil enim vtile est / nisi ad subuersionem audientium. 2. ti. 2. a.

¶Stultas quęstiones [t] & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles et vacuę. ti. t. 3. c.

¶Si zelum amarum habetis/ & contētiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia desursū descēdēs a patre luminū: sed terrena/ animalis/ diabolica. Vbi eni zelus & cōtētio: ibi inconstantia/ & omne opus prauum. iaco. 3. c.

¶Contritus et contritio.

¶Cor cōtritum [v] & humiliatum deus non despicies. psal. 50. d.

¶Commouisti terram & conturbasti eam: sana contritiones eius quia psal. 59. a.

m ¶Videantur quę annotabūtur in verbo Porta. n ¶Hinc dicit textus in c. consuetudo. 16. questi 6 predicatores suos veritas nihil per cōtentionem agere pręcipit. Maioritas autē in quibus & circa quæ tēdat: dicetur in verbo maior.

o ¶Isti qui non acquiescunt veritati cognitæ/ sed eam cum clamore impugnant: proprie vocantur contensiosi, vt declarat Archi. i c. 2. de pœni. distinc. 2. & 3. annotatum est.

p ¶Et ibi annotabit.

q ¶Simile est quod dicit tex. in prohe. insti. in fi. vbi dicit Iustinianus imperator. Vosmetipsos sic eruditos ostendite: vt spes vos pulcherrima foueat/ posse nostrā remp. in partibus eius vobis credendam gubernari. De alijs aūt quæ huic dicto possent aptari: dicetur in verbo Corona.

r ¶Sunt tamen plerique qui quæ sua sunt nō aūt q̃ aliorū vel Ihesu Christi sunt consyderāt. prout est bonus textus in c. licet nōnūq̃. 45. distinc. in c. nosse. 63 distinc. in c. sūt in ecclesia. 8. questi. 1. & in dicto capite. sūt in ecclesia. Quisnam sua cōsyderare dicat declarans tex. dicit. Sua quęrunt: qui temporalia commoda sequuntur/ lucris inhiant/ honorem ab hominibus appetunt.

s ¶Hæc admonitio Pauli/ secundum ius humanum respicit principaliter causarū patronos seu aduocatos. de quibus conformiter ad hāc sententiam dicit textus in l. Quisquis. versi. ante omnia. C. de postulam. Ante omnia vniuersi aduocati ita prębeāt patrocinia iurgantibus/ vt non vltra q̃ litiū poscit vtilitas in licentiam conuiciandi & maledicēdi temeritatē prorumpant/ agant quod causa desyderat/ temperent se ab iniuria. Nam si quis adeo procax fuerit vt non ratione sed probris putat esse certandū: opinionis suę imutationē patiet. t ¶Aliter sumitur hoc loco verbū quęstiones: q̃ sumat in ti. ff. de quæstionibus & in c. quęstionē in pric 12. q. 2. de quo in verbo q̃stio.

v ¶Da hoc dicto est tex. in c. sacrificiū de pœni. dis. 1. & ex eo arguit solā cōtritionē ad peccatū delēdū sufficere/ quod verū est dūmōheat ppositū de exteriori cōfessione faciēda tēpore ab ecclesia ordinato. sūt eni tres partes pœnitentiæ q̃ loco & tēpore debent adesse. bonus est tex. in c. perfecta. eadē dis. vbi dicit tex. In corde cōtritio/ in ore cōfessio/ in ope tota hūilitas: hęc est fructifera pœnitētia. & idē dicit tex. in c. perfecta. de pœni. dis. 3 & dicit tex. i c. si. i fine. 22. q. 1. Si quis perpetrato piurio aut quolibet alio criminali peccato timēs pœnitētiā lōgā ad cōfessionē venire noluerit/ ab ecclesia repellendus est/ siue a cōmunione & cōsortio fideliū: vt nullus cū eo comedat neque bibat neque in domo sua eū recipiat. & i c. nō dubito. paulo āte fi. de cōse. dis. 4. dicit tex. Sicut bono Catechumino baptismus deest ad regnū cœlorū capessendū/ sic malo baptizato vera cōfessio. merito aūt dictū est cōtritionē sine cōfitendi proposito non dalere peccatum; quia sine confitendi proposito non est contritio vera Cōtritio enim dicitur esse dolor volūtarie assumptus cum proposito confitendi. Ita Archi. in d. c. perfecta. in princ.

x ¶ Quod ergo dicitur cõtritione peccata dimitti: intelligitur/ idest deus in contritione dimittit. Neq̃ enim cordis contritione neq̃ oris confessione peccata dimittũtur: sed gratia dei. vt est bonus tex. in c. Nemo tollit. de cõse. distinc. 4. sed ipsa cordis contritio signum est peccata esse dimissa: sicut exterior satisfactio signũ est cordis contritionis. gratia enim præcedit contritionẽ: & cõtritio remissionẽ. Vnde remissio est attribuenda causę quæ est causa causæ. Ita dicit glo. notabilis de pœni. distinc. 1. in summa.

commota est.
psal.146.a ¶ Dominus sanat [x] contritos corde: & alligat contritiones eorum.
prouẽ.16.c ¶ Contritionem [y] pręcedit superbia: & ante ruinam exaltabitur spiritus.
esa.61.a. ¶ Spiritus dñi super me: eo ꝙ vnxerit [z] me. Ad annũciandum mãsuetis misit me vt mederer cõtritos corde/ & prędicarem captiuis indulgentiã et clausis apertionem/ vt pręedicarem annũ placabilem dño & diem vltionis deo nostro/ vt consolarer omnes lugentes/ vt ponerem fortitudinem lugentibus Syon/ & darem eis coronam pro cinere/ oleum gaudij pro luctu/ pallium laudis pro spiritu mœroris.
threñ.3.c. ¶ Cui eomparabo te vel cui assimilabo te filia Syon? magna [a] est enim velut mare contritio [a] tua. quis medebitur tui?
ezec.34.a ¶ Sanabo contritiones eorum/ diligam eos spõtanee: quia auersus est furor meus ab eis.

Continere continens et continentia.

1.reg.21.a ¶ Si de mulieribus agitur: continuimus [b] nos ab heri & nudiustertius (dixit Dauid ad Abimelech sacerdotem). Et vide infra in verbo Dauid: vbi diffusius.
¶ Quod tribus primis nuptiarũ diebus cõtinẽdum [c] sit: vide Tho. 6. d. Et supra in verbo Coniugium: vbi late. Et in verbo Angelus.
sapiæ.1.b ¶ Spiritus domini repleuit orbem terrarũ: & hoc quod cõtinet omnia/ scientiam habet vocis.

y ¶ Cõtritio si hic sumatur pro dolore de peccatis assumpto prout regulariter sumitur: pbatur hoc dicto cõtritionẽ de omni peccato esse habẽdam/ si appellatiõe superbię omne peccatũ continetur. Vt notabiliter dicit Archi. in c. Quis aliqñ. col. fi. de pœni. dis. 1. Si autẽ sumatur pro humiliatione seu abiectione & depressione: probat hoc dictũ omnes superbos tãdẽ a deo humiliãdos seu abijciendos & deprimendos. de quo est solẽnis textus qui de superbia & depressione primi angeli loquitur/ in c. principium. de pœni. dis. 2. vbi paulo ante fi. dicitur. De primo angelo idcirco tam mira in quibus fuit & quę amisit/ insinuantur: vt homini ostendatur quid ipse si superbiat de electionis suę culpa passurus sit/ si feriendo illi parcere noluit quem creando in gloria tantæ claritatis eleuauit. & vt consyderet homo elatus: quid in terra mereatur/ si angelis prælatus in cœlo prosternitur.

z ¶ Ponitur hoc dictum in c. vnico. de sacra vnc. de quo dicetur in verbo. vngere.

Alio etiam caſu contemplatiuæ vitæ actiuam eſſe præferendā cenſet tex. in c. niſi cū pridem. §. Verum ſi propter alias cauſas. verſi. Quippe ſi q̄tocū͂q. de renū. vbi dicitur. Cū propter charitatē te deceat animā tuā pro ſubditis tuis ponere: nulla occaſione dūmodo proficere illis poſſis & ſi non omnibus/ tñ multis/ ab eorum regimine te conueniat excuſare. Et ſubiungitur. Nec putes ꝙ ideo Martha malam partem elegerit quæ circa plurima ſatagebat, quia Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. quoniam licet illa ſit magis ſecura: iſta tamē magis eſt fructifera. Et licet illa ſit magis ſuauis: hęc tamē magis vtilis/ cum in fœcunditate ſobolis lippitudo Liæ Rachelis pulchritudini ſit prælata. quis ſimul & contemplatiuus eſſe valeſs & actiuus/ legiſlatoris exēplo qui nūc aſcendebat in mōtem vt ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate/ nunc deſcendebat in caſtra vt cum vtilitate maiori neceſſitatibus populi prouideret. Monemus itaq͂ vt laborem paſtoralis regiminis nō recuſes: ne fortaſſis ad pedes ſuos cū Maria ſperneret te recipere/ qui ſibi apud ſe diuertenti ſpreuiſſes cum Martha ſolicita miniſtrare. Hæc tex. Præter caſus aūt textib⁹ ſ. allegatis compræhenſos: aliū caſum ponit Fely. in c. in preſentia. col. 20. de proba. in quo contemplatiuæ actiua vita p̄fertur. quando ſcilicet pater haberet filios pauperes non valentes ſibi victū quęrere niſi ea labore patris: vel econtra ſi filius haberet patrem pauperem ex ſolo labore filij viuentē. quia tunc contēplatiua vita non debet actiuę pręferri. Allegat ad hoc bonum tex. in c. 1. 30. diſt. vbi dicitur. Si qui filij parentes maxime fideles deſeruerint occaſione dei cultus/ hoc iuſtū eſſe iudicantes/ & non potius debitum honorem parentibus reddiderint vt hoc ipſum in eis venerētur quod fideles ſint: anathema ſint. Et dicit Fely. ſanctum Thomam ita tenere. Alias aūt (niſi in caſibus p̄miſſis) regulariter verum eſt actiuę vitę contemplatiuam eſſe pręferendam. Bonus eſt tex. qui loquitur in caſu ſatis dubitabili. in c. duę ſunt. in ſi. 19. q. 2. vbi dicit tex. Si quis in eccleſia ſua populū retinet & ſęculariter viuit/ ſi afflat⁹ ſpiritu ſancto in aliquo monaſterio uel regulari canonica/ ſaluare ſe voluerit: quia lege priuata ducit/ nulla ratio exigit vt lege publica conſtringatur. Et ſubiūgitur. Quiſquis igitur hoc ſpiritu ducit: etiam epiſcopo ſuo contradicēte erit liber noſtra auctoritate. h ¶Hinc dicit tex. in c. Hęc aūt §. Ex his omnibus. 23 q. 4. diligite inimicos veſtros: beneſacite his qui oderunt vos/ vt ſitis filij patris veſtri qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos/ & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. i ¶De eo autem qui ſe a contentionibus non ſeparat loquitur bonus tex. in c. 1. de pœni. diſtinc 2. vbi dicitur. Si quis ſemel notatus fuerit contentionis vitio/ & rurſus in hoc ipſum inciderit: ſciat ſe primam cauſam ex qua cōtentio naſcitur in interioribus medullis habere reconditam. Et Archi. ibi declarando quid ſit contētio/ dicit Auguſtinū dicere ꝙ contētio eſt impugnatio veritatis agnitę cū fiducia clamoris. Hoc aūt contentionis vitium inhibetur pręſertim clericis. vt eſt bonus tex. in c. didici. paulo ante finē. 1. q. 7. Et monachis. tex. eſt in c. ſi quis monachus. 90. diſtinc. Et de prohibita cōtentione eſt bonus tex. in c. in loco. 5. q. 4. vbi dicitur. In loco benedictionis conſedentes dñi ſacerdotes/ nullus debet aut indiſcretis vocib⁹ perſtrepere aut quibuſlibet tumultib⁹ perturbare. nullus etiā fabulis vanis aut riſibus agi: & quod eſt deterius obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Et ſubiūgitur. Debet quicquid aut conſedentiū conſultationibus agitur aut ab accuſantium parte p̄ponitur/ ſic mitiſſima prolatione verborum p̄ferri: vt nec contentioſis vocibus audientes perturbent/ aut iudicij vigorē tumultu eneruent. k ¶Simile eſt quod dicitur in l. 3 in princ. ff. de aliæ iudi. mu. cauſa fac. vbi dicit tex. Potētioribus pares eſſe nō poſſumus. Fortior aūt ſeu potentior dupliciter cōſyderari poteſt. Quandoq͂ enim fortior dicit ratione officij ſeu dignitatis p̄cipuę. Quandoq͂ vero dicit fortior ratione nobilitatis/ vel diuitiarū aut amicorū. De qua materia/ & an cū eis ſit contendēdū: videat quod late notat Panor. in c. ſi. de alię iudi. mu. cau. fac. l ¶Circa hanc ſententiam dum ſentit vt his qui vel noſtro corpori vel rebus noſtris moleſtias inſerūt nō reſiſtam⁹: vidēdū eſt quod notant Panor. & cōmuniter oēs canoniſtę. in c. 1. de cōſti. vbi concludunt iſta nō eſſe p̄cepti ſed conſilij: ſaltem reſpectu ſori contētioſi. poſſumus enī & propter tuitionē corporis & p̄pter tuitionem rerum alteri reſiſtere etiam vſq͂ ad mortē eius ſi aliter corp⁹ aut bona tueri non poſſumus. Iſtud probatur in l. vt vim. ff. de iuſti. & iu. in l. ſententiā. §. Qui cū aliter. ff. ad l. aquil. in l. 4. §. lex. 12. tabularum. ff. eodem. in l. furem. ff. de ſicca. in c. ſi perfodiens. de homi. & notatur in l. 1. C. Vnde vi. Hæc procedunt in ſęcularibus. Clerici aūt pro defenſione rerum non poſſunt reſiſtere vſq͂ ad alterius mortem. text⁹ eſt in c. ſuſcepim⁹. de homici. ſecūdo iſta non procedunt in foro conſcientiæ: quia abſq͂ peccato bona noſtra alium occidēdo tueri nō poſſumus. Ita ſentit gloſa in dicta l. vt vim. in verbo iure. in princ. & ibi ita eam declarat do. Iaſon. ff. de iuſti. & iu. & Panor. in c. 2. de homi. Pro defenſione tamen corporis nedum proprij ſed etiam alieni licitum eſt reſiſtere etiam vſq͂ ad alterius mortem nedum in foro exteriori ſed etiam in foro conſcientiæ. Ita Panor. in c. olim. 1. in 6. col. verſi. ſed nunquid ſit licitum de reſti. ſpo. & facit bonus textus. in c. dilecto. de ſen. excommunicationis in. 6.

Clericus tamen qui pro corpore alterius defendendo aliquem occideret/ incurreret irregularitatem: licet secus esset si occideret pro defendendo corpore proprio. Textus est cum glo. in verbo suum. in cle. 1. de homi. Et q̄ non peccet occidens pro defensione alterius qui aliter euadere non potest: glosa est in. §. 1. in verbo hactenus. 23. questi. 8. & est bonus tex. in c. non in inferenda. 23. questi. 3. vbi dicit tex. Non in inferenda sed depellēda iniuria: lex virtutis est. Qui enim non repellit iniuriam a socio si potest: tam est in vitio q̄ ille qui facit. Vnde sanctus Moyses hinc prius or sus est tentamenta imbellis fortitudinis. Nam cū vidisset Hebręum ab Aegyptio iniuriam accipiētem / defēdit: ita vt Aegyptium prosterneret atq̄ ī arena absconderet. Salomon quoq̄ ait. Eripe eū qui ducit ad mortē. Hæc tex. Et ita etiā sentit. Inno. in c. si vero. 1. de sen. excō.

m ℂ Videautur quę annotabūtur in verbo Porta. n ℂ Hinc dicit textus in c. consuetudo. 16. questi 6 predicatores suos veritas nihil per cōtentionem agere præcipit. Maioritas autē in q̄bus & circa quæ tēdat: dicetur in verbo maior. o ℂ Isti qui non acquiescunt veritati cognitæ/ sed eam cum clamore impugnant: proprie vocantur contensiosi. vt declarat Archi. ī c. 2. de pœni. distinc. 2. & ſ. annotatum est. p ℂ Et ibi annotabit. q ℂ Simile est quod dicit tex. in prohe. insti: in fi. vbi dicit Iustinian⁹ īperator. Vosmetipsos sic eruditos ostendite: vt spes vos pulcherrima foueat/ posse nostrā remp. in partibus eı⁹ vobis credendam gubernari. De alijs aūt quæ huic dicto possent aptari: dicetur in verbo Corona.

r ℂ Sunt tamen plerīq̄ qui quæ sua snut nō aūt q̄ aliorū vel Ihesu Christi sunt consyderāt. prout est bonus textus in c. licet nōnūq̄. 45. distinc. in c nosse. 63 distinc. in c. sūt in ecclesia. 8. questi. 1. & in dicto capite. sūt in ecclesia. Quisnam sua cōsyderare dicat declarans tex. dicit. Sua quęrunt: qui temporalia commoda sequuntur/ lucris inhiant/ honorem ab hominibus appetunt.

s ℂ Hæc admonitio Pauli/ secundum ius humanum respicit principaliter causarū patronos seu aduocatos. de quibus conformiter ad hāc sententiam dicit textus in l. Quisquis. versi. ante omnia. C. de postulam. Ante omnia vniuersi aduocati ita prębeāt patrocinia iurgantibus: vt non vltra q̄ litiū poscit vtilitas in licentiam conuiciandi & maledicēdi temeritatē prorumpant/ agant quod causa desyderat/ temperent se ab iniuria. Nam si quis adeo peocax fuerit vt non ratione sed probris putat esse certandū: opinionis suę imutationē patiet. t ℂ Aliter sumitur hoc loco verbū quęstiones: q̄ sumat in ti. ff. de quæstionibus & in c. quęstionē in pric 12. q. 2. de quo in verbo q̄stio.

v ℂ De hoc dicto est tex. in c. sacrificiū de pœni. dis. 1. & ex eo arguit solā cōtritionē ad peccarū delēdū sufficere/ quod verū est dūmō hēat ꝓpositū de exteriori cōfessione faciēda tēpore ab ecclesia ordinato. sūt eni tres partes pœnitentiæ q̄ loco & tēpore debent adesse. bon⁹ est tex. in c. perfecta. eadē dis. vbi dicit tex. In corde cōtritio/ in ore cōfessio/ in ope tota hūilitas: hęc est fructifera pœnitētia. & idē dicit tex. in c. perfecta. de pœni. dis. 3 & dicit tex. i c. si. ī fine. 22. q. 1. Si qa perpetrato piurio aut quolibet alio criminali peccato timēs pœnitētiā lōgā ad cōfessionē venire noluerit/ ab ecclesia repellendus est/ siue a cōmunione & cōsortio fideliū: vt null⁹ cū eo comedat neq̄ bibat neq̄ in domo sua eū recipiat. & i c. nō dubito. paulo āte fi. de cōse. dis. 4. dicit tex. Sicut bono Catechumino baptism⁹ deest ad regnū cœlorū capessendū/ sic malo baptizato vera cōfessio. merito aūt dictū est cōtritionē sine cōfitendi proposito non delere peccatum: quia sine confitendi proposito non est contritio vera. Cōtritio enim dicitur esse dolor voluntarie assumptus cum proposito confitendi. Ita Archi. in d. c. perfecta. in princ.

ℂ Contēdite intrare per angustam portā [m]: quia multi (dico vobis) quęrunt intrare & non poterunt. lucæ. 13. f.

ℂ Facta est contentio inter Christi discipulos: quis eorum videtur esse maior. Dixit aūt eis. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatē habent super eos benefici vocantur. Vos autē non sic [n]. Sed qui maior est in vobis/ fiat sicut minor: & qui pręcessor est/ sicut ministrator. lucæ. 22. c

ℂ Reddit deus vnicuiq̄ iuxta opera eius. His quidem qui secundū patientiam boni operis/ gloriam et honorem & incorruptionem quęrentibus vitam ęternam: [h]is autem qui sunt ex contentione [o] & qui non acquiescunt [o] veritati/ credunt autem iniquitati/ ira et indignatio in omnē animam hominis operantis malum/ Iudęi primum/ et gręci. ad ro. 2. b.

ℂ Frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Et latius infra in vero iudicium [p]. 1. cori. 6. b

ℂ Sic currite [q]: vt comprehendatis. [q] Omnis enim qui in agone contēdit/ ab omnibus se abstinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant/ nos autem incorruptam. Et latius infra in verbo currere. 1. cori. 9. g

ℂ Adhuc carnales estis. Quum enim sit inter vos zelus & contētio: nōne carnales estis & secūdū hominem ambulatis? Quum enim quis dicat Ego quidem sum Pauli/ alius autē ego Apollo: nonne homines estis? 1. cori. 3. a.

ℂ Opus carnis: est contentio Et late supra in verbo caro. gala. 5. d.

ℂ Quidam ex contentione Christum annunciant: nō syncere existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. philip. 1. c

ℂ Nihil per contētionem neq̄ per inanem gloriam sed in humilitate superiores sibi inuicem simus arbitrantes: non quę sua [r] sunt singuli considerantes sed et ea quę aliorum. philip. 2. a

ℂ Noli contendere verbis [s]: ad nihil enim vtile est / nisi ad subuersionem audientium. 2. ti. 2. a.

ℂ Stultas questiones [t] & genealogias & contentiones & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles et vacuę. ti. 3. c.

ℂ Si zelum amarum habetis/ & contētiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia desursū descēdēs a patre luminū: sed terrena/ animalis/ diabolica. Vbi eni zelus & cōtētio: ibi inconstantia/ & omne opus prauum. iaco. 3. c.

ℂ Contritus et contritio.

ℂ Cor cōtritum [v] & humiliatum deus non despicies. psal. 50. d.

ℂ Commouisti terram & conturbasti eam: sana contritiones eius quia psal. 59. a.

x ¶ Quod ergo dicitur cõtritione peccata dimitti: intelligitur/ideſt deus in contritione dimittit. Neq enim cordis contritione neq oris confeſſione peccata dimittũtur: ſed gratia dei. vt eſt bonus tex. in c. Nemo tollit. de cõſe. diſtinc. 4. ſed ipſa cordis contritio ſignum eſt peccata eſſe dimiſſa: ſicut exterior ſatiſfactio ſignũ eſt cordis contritionis. gratia enim præcedit contritionẽ: & cõtritio remiſſionẽ. Vnde remiſſio eſt attribuenda cauſę quæ eſt cauſa cauſæ. Ita dicit glo. notabilis de pœni. diſtinc. 1. in ſumma.

commota eſt.

pſal. 146 a ¶ Dominus ſanat [x] contritos corde: & alligat contritiones eorum.

prou. 16. c ¶ Contritionem [y] pręcedit ſuperbia: & ante ruinam exaltabitur ſpiritꝰ

eſa. 61. a. ¶ Spiritus dñi ſuper me: eo q vnxerit [z] me. Ad annũciandum mãſuetis miſit me vt mederer cõtritos corde/& prędicarem captiuis indulgentiã et clauſis apertionem/vt prędicarem annũ placabilem dño & diem vltionis deo noſtro/vt conſolarer omnes lugentes/vt ponerem fortitudinem lugentibus Syon/& darem eis coronam pro cinere/oleum gaudij pro luctu/pallium laudis pro ſpiritu mœroris.

threñ. 3. c. ¶ Cui comparabo te vel cui aſſimilabo te filia Syon? magna [a] eſt enim velut mare contritio [a] tua. quis medebitur tui?

oſeę. 14. a ¶ Sanabo contritiones eorum/diligam eos ſpõtanee: quia auerſus eſt furor meus ab eis.

Continere continens et continentia.

1. reg. 21. a ¶ Si de mulieribus agitur: continuimus [b] nos ab heri & nudiuſtertius (dixit Dauid ad Abimelech ſacerdotem). Et vide infra in verbo Dauid: vbi diffuſius.

¶ Quod tribus primis nuptiarũ diebus cõtinẽdum [c] ſit: vide Tho. 6. d. Et ſupra in verbo Coniugium: vbi late. Et in verbo Angelus.

ſapiæ. 1. b ¶ Spiritus domini repleuit orbem terrarũ: & hoc quod cõtinet omnia/ſcientiam habet vocis.

y ¶ Cõtritio ſi hic ſumatur pro dolore de peccatis aſſumpto prout regulariter ſumitur: ꝓbatur hoc dicto cõtritionẽ de omni peccato eſſe habẽdam/ſi appellatiõe ſuperbię omne peccatũ continetur. Vt notabiliter dicit Archi. in c. Quis aliqñ. col. fi. de pœni. diſ. 1. Si autẽ ſumatur pro humiliatione ſeu abiectione & depreſſione: probat hoc dictũ omnes ſuperbos tãdẽ a deo humiliãdos ſeu abijciendos & deprimendos. de quo eſt ſolẽnis textꝰ qui de ſuperbia & depreſſione primi angeli loquitur/in c. principium. de pœni. diſ. 2. vbi paulo ante fi. dicitur. De primo angelo idcirco tam mira in quibus fuit & quę amiſit/inſinuantur: vt homini oſtendatur quid ipſe ſi ſuperbiat de electionis ſuę culpa paſſurꝰ ſit/ſi feriendo illi parcere noluit quem creando in gloria tantæ claritatis eleuauit. & vt conſyderet homo elatus: quid in terra mereatur/ſi angelis prælatus in cœlo proſternitur.

z ¶ Ponitur hoc dictum in c. vnico. de ſacra vnc. de quo dicetur in verbo. vngere.

a ¶ An contritio debeat eſſe magna/Archi. in c. Ecce. in fi. de pœni. diſtinc. 1. ſentitq ſic. dicit enim q debet eſſe amara propter delectationem in cogitatione illicita. Amarior propter conſenſum. Amariſſima propter opus perpetratum. & in c. perfecta. eadem diſtinc. dicit q dolor contritionis debet eſſe acer: quia offendimus deum creatorem. Acrior: quia offendimꝰ patrem noſtrum cœleſtem/qui nos paſcit multipliciter. Acerrimus: quia offendimus redemptorem noſtrum cœleſtem/qui nos liberauit proprio ſanguine a vinculis peccatorum/crudelitate dæmonum/& acerbitate gehennæ. In c. autem. in actione. eadem diſtinc. quærit in ſpecie an contritus debeat magis velle eſſe in inferno q̃ peccare. & allegat Anſelmum dicentem q aliquis magis debet eligere eſſe in inferno ſine culpa: q̃ in paradiſo cum culpa. quia innocens in inferno non ſentiret pœnam: peccator in paradiſo non gauderet dei gloria. Poſtea dicit ſecundum beatum Thomam q contritus in generali tenetur magis velle pati quãcumq pœnam: q̃ peccare. & hoc ideo: quia contritio non poteſt eſſe ſine charitate/per quam omnia dimittũtur peccata: ex charitate autem homo plus diligit deum: q̃ ſeipſum. Peccare aũt: eſt contra deum facere. Puniri autem: eſt pati aliquid contra ſeipſum. Vnde charitas hoc requirit: vt quamlibet pœnam homo contritus præeligat culpæ. ſed in ſpeciali deſcendere ad hãc pœnam vel illam non tenetur. immo ſtulte faceret quis: ſi ſeipſum vel alium ſolicitaret ſuper huiuſmodi particularibus pœnis. quia terribilia in particulari conſyderata: plus terrent. & ideo deſcendere ad hanc conſyderationem huiuſmodi particularium: eſſet inducere omnes in tentationem/& præbere occaſionem peccandi. Hæc Archi. Hoſtienſis vero in c. Omnis vtriuſq ſexus. col. 6. verſi. Sed q̃ta debet eſſe contritio. de pœni. & remiſ. dicit q ad contritionem ſufficit ſi quis doleat quia deum offendit. Nam ſi doleret non de offenſione dei ſed forte de infamia quam incurrit/vel quia propter hoc honorem ſuum amiſit: talis pœnitentia non eſſet ſufficiens/neq digna. 50. diſtinc. c. vt conſtitueretur. Sed & q̃uis quilibet teneatur potius omnia mala ſuſtinere q̃ malo conſentire (vt. 32. queſti. 5. Ita ne) nullum tñ obligamus ad hoc vt tantam contritionem debeat habere/q potius vellet omnem pœnam ſuſtinere q̃ peccaſſe in præterito vel peccare in futuro. Nam peccatum commiſſum iam præterijt. Vnde contritio tanta præſens: cum eo quod iam factum eſt/veraciter adaptari non poteſt. Sed nec tenetur homo illius eſſe conſtantię/vt credere teneatur q potius ſuſtineret mortem q̃ peccaret in futurũ/ſi neceſſitas alterius ſibi incũberet: q̃uis ſi præſens eſſet neceſſitas/tunc deberet eligere nec peccare. Quantum etiam ad futurum tempus ſperare debet q aut illa neceſſitas non veniet: aut q dñs dabit cum tentatione prouentum. Et ſicut humilitatis eſt timere in talibus: ſic verę fidei & ſpei eſt/nũq̃ de dei potentia vel miſericordia deſperare. Vnde & in oratione dñica petimus. & ne nos inducas in tẽtationẽ. Et dicit Auguſtinus. Projce te in deum: nec enim ita crudelis eſt/vt ſe ſubſtrahat/& te cadere permittat. Sed & diſcretionis eſt tales tentationes fugere: ſicut Chriſtus nos docuit fugiẽs in Aegyptum. Hæc Hoſtiẽſis.

b ¶ Hæc verba dicta ſunt a Dauid vt ſibi & ſuis ſancti panes ab Abimelech ſacerdote/edẽdi darentur. Vnde ex eis ſumitur notabilis effectus per textũ in c. 1. 33. queſti. 4. vbi dicit textus. Si panes propoſitionis ab his qui vxores ſuas tetigerũt comedi nõ poterãt: quãto magis ille panis qui de cœlo deſcendit non poteſt ab his qui coniugalibus paulo ante hęſere complexibus/violari atq contingi? & in c. Quotienſcũq. eadem cauſa & queſti. dicitur. Quotienſcũq dies natalis domini aut reliquę feſtiuitates aduenerint: non ſolum a concubinarum conſortio/ſed etiam a proprijs vxoribus abſtinendum eſt. Et ideo ſacerdotibus vt ſemper valeant altari inſiſtere/ſemper ab vxoribus eſt abſtinendum: ſemperq caſtitas obſeruanda præcipitur. Ita dicit textus in c. ſacerdotibus. 31. diſtinc. & idem probatur. in c. teneri. in c. nam ſicut. in c. eos. & in c. Si laicus. 31. diſtinc.

c ¶ Videatur quod annotatum eſt in verbo Angelus. Thob. 6.

ℭVt sciui quoniã aliter non possum esse [d] cõtinens nisi deus det/& hoc ipsum erat summa sapientia scire cuius esset hoc donum: adij dominum et deprecatus sum illum. sapiæ.8.f.

ℭInuestiga sapientiam & manifestabitur tibi: & continens factus ne derelinquas eam. ecci.6. c.

ℭQui timet deum faciet bona/& qui continens est iustitię appręhendet illam: & obuiabit illi quasi mater honorificata/& quasi mulier a virginitate suscipiet illum. Et ibi latius. Et infra Iustitia. ecci.15. a.

ℭOmnis ponderatio/non est digna [e] continentis animę. ecci.26.c.

ℭMiserere aię tuę placẽs deo/et cõtine & cõgrega cor tuũ in sctitate ei⁹ ecci.30.d.

ℭRazias qui pro affectu pater Iudęorum appellabatur/multis temporibus continentię [f] propositum tenuit in iudaismo: corpusq; & animam tradere contentus pro perseuerantia. 2. macha. 14. f.

ℭSi non se cõtinent [g]/nubãt: melius est enĩ nubere q̃ vri. Et. [l]. Nubere.

ℭOportet episcopum continentem [h] esse. Et latius ibi. Et infra Epũs. 1.cori.7.b tit.1.b

Contentus. ℭFilij Leui nihil aliud possidebũt: decimarũ [i] oblatione contenti. Et supra in verbo Aaron. Et infra in verbo Decima. leui.18.d.

ℭContenti [k] estote stipendijs vestris (dixit Io. ba. ad Milites). Et infra in verbo Ioannes baptista. lucæ.3. c.

ℭEst quęstus magnus: pietas cum sufficientia [l]. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubiũ quia nec auferre quid possumus. Habẽtes autem alimẽta/& quibus tegamur: hijs cõtenti [m] simus. Nam qui volunt diuites [n] fieri: incidunt in tẽtationem/& in laqueum diaboli/ & de- heb.13.b.

d ℭ Quod cõtinentia seu castitas non nisi deo inspirante detur et seruetur: probat etiã bonus tex. in c. de his. 28. distinc. vbi dicitur. Si aliquibus gratia castitatis deo inspirante placuerit/& promissionem castimoniæ suæ absq; coniugali necessitate sese spopõderint seruaturos: hij tanq̃ appetitores arctissimę vię leuissimo dñi iugo subdantur. Hinc dicit tex. in c. Quia sanctitas. in fi. 50. distinc. sine carnis cõtagione paucos inueniri. Et text⁹. deũ auctorẽ esse continentiæ demonstrãs in c. Qui sitit. 33. q. 5. dicit. Apostoli vxoris onere contemplato si talis est (inquiunt) non expedit nubere. quorũ dñs sententiã pbãs: recte (ait) quidẽ sẽtitis q̃ nõ expedit hoi ad cœlorũ regna tendenti accipere vxorẽ: sed difficilis res est/ & nõ oẽs capiũt verbũ istd/ verũ qb⁹ datũ est. e ℭ Istã sñiam sapientis declarat notabiliter Hostiẽ. i c. 1. ĩ fi. de voto. vt sc; intelligat i cõtinẽtia spũali. talis enim cõtinentia nullã recipit cõmutationẽ/ nullam redemptionem: quia pro nullo bono peccatũ cõmitti debet. vt late dicit glo. i c. quod ait. in verbo periculosissime. 14. dis. Et facit bon⁹ tex. i c. 1. ibi. cũ tale dãnũ. de conuer. infide. Continẽtia aũt corpalis q̃uis voti ua: cõmutationẽ recipit seu redemptionẽ. Vnde si aliquis rex Sarracenorũ magnæ potẽtiæ cũ toto regno suo paratus sit baptizari & conuerti ad dñm dũmodo papa det sibi in vxorẽ aliquã sanctimonialem q̃uis velatã & deo cosecratã: poterit papa cũ tali sctimoniali dispensare. Ita dicũt Hostieñ. & Panor. i d. c. 1. de voto. Vbi tñ Hostiẽ. col. 2. ĩ fi. dicit q̃ talis sctimonialis nõ debet pcurare nec appetere: sed ex sola charitate & amore reip. cõsẽtire. Et qd dictũ est de dispẽsatiõe cũ moniali: tenet etiã Archi. in c. sũt qdã. 25. q. 1. dicẽs. B. Tho. & magistrũ sententiarũ ita tenere. Et subiungit idẽ esse in clerico existẽte in sacris. f ℭ Nota continentiæ ppositũ. Ad continentiam eni: non solũ corporis sed etiã mentis integritas adesse debet. Tex. est in c. si paulus. 32. q. 5. vbi dicit tex. Virgines malæ: sunt virgines carne/ non spũ. Immo dicit tex. in c. reuera. eadem causa & questi. Nõ potest cato ante corrũpi: nisi mens fuerit ante corrupta. & in c. Tolerabilius. eadem causa & questi. dicitur. Tolerabilius est carnẽ virginẽ/ q̃ mentem habere. Vtrũq; bonũ: si liceat. si non liceat: saltem non homini casti sed deo simus. Virgo enim/ prostitui potest: adulterari non potest. Hæc tex. Isti aũt qui animo impudici sunt: licet corpore sint casti/ dicũtur ponderosi. Tex. est in c. 1. §. fi. 49. distinc. vbi dicit tex. Põderosus est qui turpitudinem opere non exercet/ sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderatione grauatur in mente. qui nequaq̃ quidem vsq; ad opus nepharium rapitur/ sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis stimulo delectatur.

g ℭ Similis est textus Augustini in c. Nuptiarum. 1. respon. 27. questi. 1. vbi dicit tex. Filiorũ procreationi operã dare/ non canino more per vsum promiscuũ fœminarum/ sed honesto ordine coniugali: est in homine probandus affectus. & ipsum tñ laudabilius transcendit & vincit: cœlestia cogitans animo Christianus. Sed qm̃ (sicut ait dominus) non omnes capiũt verbũ hoc: qui potest capere capiat. qui se non continet: nubat. h ℭ Quod hoc loco dicitur de epo: pcedit in omnibus constitutis in sacris ordinibus. vt tex. in c. 1. & 32. distinc. & in c. si quis eorũ. eadem dis. vbi dicit. Si quis eorum qui ad clerũ accedunt/ voluerit nuptiali iure mulieri copulari: hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat. Et in dicto. c. 1. in fi. dicit tex. Nec leuitico aut p̃sbyterali honore/ aut episcopali excellentia quisq̃ idoneus existimetur: qui se a voluptate luxuriæ necdũ refrenasse detegitur. i ℭ Videatur quod annotabit in verbo decima: & quod annotatũ est. s̃. in verbo Aaron. 2. k ℭ De hac militũ per Ioannẽ Baptistã admonitione loquit tex. in c. in singulis. 86. dis. vbi dicit tex. Ioãnes baptista militibus responsum dedit/ ne calũnias faciãt/ ne prędã requirant: docens idcirco stipendia constituta militiæ/ nę dũ sũpt⁹ q̃ritur/ prędo grassetur. Et horũ verborũ effect⁹ ponitur per textũ i c. paratã. 23. q̃sti. 3. vbi dicit. Si christiana disciplina oĩa bella culparet: hoc poti⁹ consiliũ salutis petentib⁹ in euangelio diceret vt abijceret arma/ seq; militiæ oĩno subtraherẽt. dictũ est aũt eis. Neminẽ cõcusseritis: estote cõtẽti stipẽdijs vr̃is. Quib⁹ ppriũ stipẽdiũ sufficere debere p̃cepit: militare vtiq; nõ phibuit. l ℭ Sufficiẽtia quõ attẽdat: notat i c. cũ adeo. de rescrip. i c. cũ secũdũ apostolũ. de pbẽ. & i c. cõquerẽte. de cle. nõ resi. & dicet in verbo sufficiẽtia. m ℭ Pro exornatione & effectu hui⁹ sentẽtię bon⁹ est tex. in c. eps. in pric. 10. q. 2. vbi dr̃. Eps hẽat ptãtẽ i reb⁹ ecclesię: vt dispẽset necessitatẽ hñtib⁹ cũ oĩ reuerẽtia & timore dei. pticipare etiã eũ oportet q̃ necessaria sũt: si tñ ipse aut q cũ eo sũt frẽs idiguerit aliquo/ vt necessitatẽ nullomõ patiant/ secũdũ apl̃z sctm̃ dicẽtẽ. Victu tm̃ & tegumẽto his cõtẽti sim⁹. & i c. Si cupis. in fi. 16. q. 1. dicit tex. Pręter victũ & vestimẽtũ & manifestas necessitates nihil cuiq̃ tribuas: ne filiorũ panes canes comedãt. Istud aũt p̃serti clericos respicit. vt pbat tex. in c. duo sũt. 12. q. 1. vbi dr̃. Rasio capitis clericorũ: est oĩm tpaliũ depositio. Illi ei victu & vestitu cõtenti/ nullã iter se ppriętatẽ hñtes: dñt hẽre oĩa cõmunia. Et dicit glo. in c. Quia nos p illũ tex. in fi. de testa. q̃ de iure cõmuni clerici de bonis ecclesiæ testari nõ pñt: quia solo victu & vestitu dñt esse cõtẽti. De quo dicet diffusi⁹ in verbo testamẽtũ/ aut alio loco vbi meli⁹ quadrabit n ℭ Videnat quæ ãnotabuntur in verbo desyderiũ.

o ℭ Videantur annotata in verbo cupiditas. p ℭ Per hæc verba (sint contenti pręsentibus) quandoq̃ testatores loquũtur in testamẽtis eorũ. Sed dictis verbis non obstantibus / possunt qui iubentur esse contenti: legitimam vel falcidiã aut trebellianicã detrahere. bo. est tex. cũ glo. in l. Quoties. C. fami. her.
q ℭ Videatur annotata in verbo grauis. r ℭ Quia iustus cõtrarius est impijs: cognito quis iustus dicat / cognoscet quis dicat impius seu iniust⁹. cũ de iure hũano contrariorũ eadẽ sit disciplina. c. hospitiolũ. in

sideria multa inutilia & nociua quę mergũt hoïes in interitũ & perditionẽ. Radix enim oim malorũ est cupiditas [o] : quã quidã appetentes errauerũt a fide / & inseruerũt se dolorib⁹ multis. Tu autẽ o hõ dei hec fuge.

heb. 13. b. ℭ Sint mores sine auaritia: contenti [p] pręsentibus. Ipse enim dixit. Non te deseram neq̃ derelinquã: vt confidenter dicamus. Domin⁹ mihi adiutor est: non timebo quid faciat mihi homo.

iob. 7. d. **Contrarius.** ℭ Quare domine posuisti me contrarium tibi / & factus sum mihimetipsi grauis [q] ?

sapię. 2. c. ℭ Circũueniamus iustum (dicũt impij) quoniam inutilis est nobis / & cõtrarius [r] est operib⁹ nostris. Et improperat nobis peccata legis: & diffamat in nos peccata disciplinę nostrę. Et infra Iustus / vbi latius.

ecci. 25. d. ℭ Mulier si primatum habeat: contraria [s] est viro suo.

Contradicere et contradictio. ℭ De voto mulieris cui contradicit pater vel maritus: vide. Nũe. 30. Et infra in verbo Votum.

nũeri. 20 d ℭ Pergat Aarõ ad populos suos (dixit dñs ad Moysem) Non enim intrabit terram quã dedi filijs Israel: eo q̃ incredulus [t] fuerit ori meo ad aquas contradictionis.

psal. 17. f. ℭ Eripies me de cõtradictionibus populi: cõstitues me in caput gentiũ.

psal. 54 b. ℭ Pręcipita domine diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem / & contradictionem in ciuitate.

proũ. 18. c ℭ Contradictiones comprimit sors. Et infra in verbo Sors.

esa. 45. b. ℭ Vę qui contradicit [v] factori suo: testa de samijs terrę. Nunquid dicet lutum figulo suo / quid facis: & opus tuum absq̃ manibus est?

lucę. 2. e. ℭ Ecce positus est hic in signũ cui cõtradicetur (dixit Simeon de Christo). Et latius infra in verbo Maria virgo.

heb. 12. a. ℭ Recogitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt non fatigemini animis vestris deficientes.

exo. 22. c. **Contristari et contristatus.** ℭ Aduenam [x] nõ cõtristabis / nec affliges eum: aduenę enim & ipsi fuistis in terra ęgypti.

thob. 2. c. ℭ Thobias non est contristatus q̃ plaga cęcitatis euenerit ei: sed immobilis in dei timore permansit / agẽs gratias deo omnib⁹ diebus vitę suæ.

tho. 10. a. ℭ Cœpit cõtristari nimis Thobias / & Anna vxor eius cũ eo: & cœperũt ambo simul flere / eo q̃ die statuto minime reuerteretur fili⁹ eorũ ad eos.

psal. 54. a ℭ Contristatus [y] sum in exercitatione mea: & conturbatus sum a voce inimici & a tribulatione peccatoris.

psal. 68. e. ℭ Sustinui qui simul cõtristaretur & nõ fuit: qui cõsolaret / & nõ inueni

proũ. 12. d ℭ Non contristabit [z] iustum quicquid ei acciderit.

ecci. 26. d. ℭ In duobus contristatum est cor meum: & in tertio iracũdia mihi aduenit. Vir bellator deficiens per inopiã / vir sensatus contemptus: & qui transgreditur a iustitia ad peccatum / dominus parauit eum ad rõphęã.

fi. 31. dis. & insti. de his q̃ sui sũt vel aliẽ iur. i pric. Et si iustus bonus est ergo iniustus malus. quia datis duobus contrarijs si vnũ bonũ sit: alterum malũ est. Ita arguit tex. in d. c. Hospitiolum in fi. vbi dicit. Si bonum est mulierem non tangere: ergo malũ est mulierẽ tãgere. s ℭ Cõtraria tamen esse nõ debet: sed obediens & subseruiẽs / vt annotatũ est. s. in verbo coma. t ℭ De hac Aaron ad aquas contradictionis incredulitate: tex. est qui videri põt / in c. vt cognouerũt. §. an nõ charitatẽ habebat. de peni. dis. 2. v ℭ Iure humano satis dici põt q̃ cõtradicere dr̃ factori suo: qui ei nõ consentit / licet expresse non cõtradicat. Textus est & ibi Bar. in l. inuitum. in princ. ff. de serui. vrba. prædi. Pro exornatione aũt hui⁹ sẽtentiæ est bon⁹ tex. in c. Quã præposterũ. 13. q. 2. vbi dicitur. Quã p̃posterũ est / q̃q̃ peruersum: vt cũ dei volũtatẽ postulemus / quando vocat nos & accersit nos de hoc mũdo / non statim voluntatis ei⁹ imperio paream⁹ / obnitimur / & reluctam⁹: & pertinaciũ more seruorum / ad cõspectũ dñi cum tristitia & mœrore perducimur: exeuntes istinc necessitatis vinculo / non volũtatis obsequio: & volumus ab eo præmijs cœlestib⁹ honorari / ad quem venim⁹ inuiti. Hæc tex.
x ℭ De aduena non constristãdo / sed potius fouendo: est bonus tex. apud legistas i Auctẽ. omnes pegrini. C. cõmunia de succes. vbi dicit text⁹. Omnes peregrini & aduenę libere hospitẽt vbi voluerint: & hospitati / si testari voluerit / de reb⁹ suis ordinãdis liberã habeãt facultatẽ / quorũ ordinatio incõcussa seruet̃. Si vero intestati decesserint / ad hospitem nihil pueniat: sed bona ipsorũ per manus ep̃i loci / tradãtur (si fieri põt) hęredibus / vel in piascausas erogẽtur. Hospes vero si aliquid de bonis taliũ cõtra hãc constitutionẽ habuit: triplũ ep̃o restituat / quibus ei visum fuerit assignandum / non obstante statuto aliquo aut consuetudine quæ hactenus contrariũ inducebant. Si qui autem contra pręsũpserint: eis / rebus suis testandi interdicimus facultatẽ. vt in eo puniantur in quo delĩquerunt: put culpæ qualitas exegerit puniẽdi. Hęc tex.
y ℭ Si hęc sint verba p̃phetę in persona Christi: bon⁹ est tex. pones cõsimilẽ Christi sentẽtiã. Tristis est aĩa mea vsq̃ ad mortem. in c. in quadã. de cele. missa. z ℭ Cõtristari secundũ deũ de suis scz vel aliorũ culpis possũt etiã iusti. Bon⁹ est tex. in c. Affectũ. 26. q. 7. Vnde dicit tex. qui est Leonis papæ in c. multũ stupet. in fi. 3. q. 6. Sicut multum nos ea q̃ a te pie sũt curata lętificant: ita nimiũ ea q̃ perperam sunt gesta contristant.

a ¶ De hoc dicto Christi est tex. in c. in quadam. paulo post princ. de cele. missa. b ¶ De tristitia quæ vertitur in gaudium: est textus. in c. hi duo. in fi. de conse. distinc. 1. vbi dicitur. Septuagesima qñ lapsus protoplasti in ecclesia recitatur / Alleluia nouem hebdomadas intermittimus / sc3 vsq3 in pascha: vbi Christ⁹ resurgēs a mortuis / tristitiam nostram in gaudium vertit / & alleluia nobis reddit. Et dicit tex. in c. ieiunium quarti. versi. pe. 76. distic. Cum reuersus fuerit ad nos dominus / & cogitauerit vt benefaciat nobis: omnis tristitia vertetur in gaudium / & fames pristina sermonis domini / præsentia doctrinarum eius & cœlestis panis saturitate compensabitur. De gaudio autem quod in tristitiam vertit: est tex in c. Cum multa. paulo ante §. 86 distinc.

¶ Ihesus assumpto Petro & duob⁹ filijs zebedei / cœpit cōtristari & mœstus esse: & dixit eis. Tristis [a] est anima mea vsq3 ad mortem. mat. 26. d.

¶ Ihesus circūspiciens Phariseos in ira: cōtristatus est super cecitate cordis eorum. mar. 3. a.

¶ Amen amen dico vobis (dixit Christus ad discipulos) quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos autem contristamini: sed tristitia [b] vestra vertetur in gaudium. Et ibidem latius. ioã. 16. d.

¶ Contristatus est Petrus: quia Ihesus dixit ei / tertio. Amas me. ioã. 21. e.

¶ Statui hoc ipsum apud me: ne iterum in tristitia venirē ad vos. Si enī ego contristo vos: & quis est qui me letificat / nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis: vt nō cum venero / tristitiam super tristitiam habeam de quibus oportuerat me gaudere / confidēs in omnibus vobis / quia meum gaudium omniū vestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: nō vt cōtristemini / sed vt sciatis quam charitatem habeam abundātius in vobis. Si quis autem contristauit me: non me cōtristauit / sed ex parte vt non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est / obiurgatio hec que fit a pluribus: ita vt econtrario magis donetis & consolemini / ne forte abundātiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos / vt cōfirmetis in illum charitatem. 2. cori. 2. a

¶ Si contristaui vos in epistola: nō me pœnitet. Etsi pœniteret vidēs q̄ epistola illa & si ad horam vos contristauit / nunc gaudeo: non quia contristati estis / sed quia cōtristati estis ad pœnitentiam. Contristati enī estis secundū deum: vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Que enim secundū deum tristitia est / pœnitentiā in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum secundū deū cōtristari [c] vos q̄tam in vobis operatur solicitudinem: sed defensionē / sed idignationē / sed timorē / sed desideriū / sed emulationē / sed vindictā. 2. cori. 7 b

Controuersia.

¶ Cum fuerit controuersia [d]: stabūt sacerdotes [e] et leuite in iudicijs meis & iudicabunt. eze. 44. f.

¶ Homines per maiorem sui iurant [f]: et omnis cōtrouersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. heb. 6. d.

Cōtumax.

¶ De filio i patrē cōtumace: vide Deu. 21. d. Et. 3. Fili⁹.

¶ Qui delicate a pueritia nutrit seruū suū: postea sentiet eū cōtumacē [g]. pro. 29. a

¶ Contumax [h] non sis et incredibilis timori domini. [h] eccl. 1. d.

c ¶ Glosa. in c. affectum. in verbo operatus est. 26. questi. 7. exponendo istum textū dicit. Cōtristari secundum deum operatur solicitudinem de futuris peccatis.

d ¶ Iure humano cōtrouersia fieri dicitur etiam ante litem cōtestatā. vt est bonus tex. in l. diuus. in princ. ff. de peti. here. per quem ita dicit Bar. in l. Amplius nō peti. ff. rem ra. ha. Et dicit moueri controuersia nō tm̄ agendo: sed etiam resistendo. glo. est in l. non solū. §. si status. ff. de procu. & in l. Lucius licius ticius. §. Tres hæredes. ff. ad trebel. & facit bonus tex. in l. Si controuersia. C. de euic.

e ¶ Sacerdotes ergo & existentes in sacris iure diuino iudices esse possunt: quod verum est etiam iure humano. tex. est in l. oēs. & in auctē. causa que fit cum monacho. C. de episco. & cleri. in c. cum decorem. de vita & ho. cle. in c. 1. de sen. & re. iudi. in. 6 cum infinitis similibus. Debēt tñ a sententijs sanguinis abstinere. c. sētētiā sāguis. Ne cle vel mo. cū vulga.

f ¶ Videatur quod annotabitur in verbo iuramentum.

g ¶ Ne ergo dñs seruum sentiat contumacē: corrigat eum / & emēdet. iuxta id quod etiam iure humano sibi conceditur. l. Vnica. in princ. C. de emen. seruo. §. fi. insti. de his qui sui sūt vel aliæ iur. Et notat glo. in c. si alterius. in verbo iudicari 7. questi. 1 vbi dicit idem esse in mercenario vt sc3 dñs possit eum corrigere.

h ¶ Dñi spiritualis: dei sc3 / vel eius vicarij pape / cui omnes obedire oportet. c. 1. 12. distinc. & c. in memoriam. 19. distinc. vbi dicit tex. Licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum: tamen feramus & pia deuotiōe toleremus. Et in c. Enīuero. eadem distinc. dicit tex. qui est Stephani pape. Quia in speculum & exemplum / Romana ecclesia cui nos Christus preesse voluit / præposita est ab omnibus: quicquid statuit / quicquid ordinat / perpetuo quidē & irrefragabiliter obseruandū est, & in c. Nulli. eadem distic. dicitur. Sit ruinæ suæ dolore prostratus: quisquis apostolicis voluerit cōtraire decretis. nec locū deinceps inter sacerdotes habeat: sed exors a sancto fiat ministerio / nec de eius iudicio quisq̄ postea curā habeat. Si etiā hæc sentētia de dñis tēporalibus intelligat: procedit qd in ea dicitur etiā in repositiuo / quo iubetur ne dñis aliquid p̄cipientibus cōtumaces simus aut inobedientes. vt est tex. in c. qui resistit. 11. q̄sti. 3. & dicetur diffusius in verbo dñs. Inq̄tū aūt fit hic sermo de cōtumace: aduertendū est q̄ de iure hūano contumacia p̄prie sumit p̄ inobediētia q̄ fit iudici aliquid mādāti seu p̄cipiēti. Et est duplex: ficta scilicet & vera. De qua materia videat in c. 2. de do. & cōtu. in c. eñ qui. eo. ti. in. 6. & in l. fi. ff. de in inte resti. & alibi dicet: vbi peculiarius aptabit.

i ¶ Proferre contumeliā dicit qui in verba iniuriosa seu alterius dehonorationē respiciētia p̄cedit. l. 1. i pric. ff. de iniu. p̄prie eni cōtumelia fit in verbis. vnde cōtumeliosus dicit q̄ p̄cept⁹ est ad verba timoris & supbie p̄ferēda in cōuitiū aliorū. ita dicit Archi. in c. puto. in pric. 2. q. 7. in c. si qs sacerdotū. in pric. 11. q. 1.

k ¶ Contumelia enim fit verbis superbis & tumidis. vt annotatū est annotatione proxima. l ¶ Textus in c. in loco. in fi. 5. questi. 4. innitens huic sentētiæ dicit. Quicunq; aut tumultu aut contumelijs vel risibus consilium perturbauerit: iuxta diuinę legis edictū quo pręcipitur Eijce derisorem & exibit cum eo iurgium &c. cū omni dedecore de confessione abstractus a cōmuni cœtu secedat/ & trium dierum excōmunicationis sententiam ferat.
m ¶ Si hęc Salomonis sententia de Christo intelligatur: videndus est i ei⁹ exortatione bonus tex. in c. suggestū. circa me. 7 questi. 1. vbi dicit textus. Fratres charissimi/ non vos afflictionum amaritudo a pio mentis vestrę proposito coerceat recedere: consyderantes quāta pro absolutiōe nr̄i & liberatiōe creator dn̄sq; & redēptor noster pertulerit/ quibusve contumelijs se afficiendum tradiderit vt nos a vinculis potestatis diabolicę liberaret.

Puer. 10. c **Contumelia et contumeliosus.** ¶ Qui profert contumeliam [i]: insipiens.

11. a. ¶ Vbi fuerit superbia: ibi erit & contumelia [k].

12. b. ¶ Qui suauis est viuit in moderationibus: in suis monitionibus relinquit contumeliam.

20. a. ¶ Horror est homini qui separat se a cōtentionibus: omnes autem stulti miscentur contumelijs.

22. b. ¶ Eijce [l] derisorem/ & exibit cum eo iurgium: cessabuntq; cum eo causę et contumelię.

Sapię. 2. c ¶ Contumelia [m] & tormento interrogemus eum (dixerunt impij de iusto) vt sciamus reuerentiam eius/ & probemus patientiam illius. Et infra in verbo Iustus: vbi latius.

4. a. ¶ Erunt impij decidentes sine honore: & in contumelia inter mortuos in perpetuum.

Eccl. 3. c. ¶ Ne glorieris in cōtumelia patris [n] tui: non est enim tibi gloria sed cōfusio [n]. Et infra in verbo Filius.

6. a. ¶ Improperium & contumeliam malus hęreditabit.

8. b. ¶ Ne contra faciē stes contumeliosi: ne sedeat quasi insidiator ori tuo.

19. d. ¶ Est correptio mendax in ira contumeliosi [o].

21. d ¶ Stultitia hominis auscultare per ostiū: & prudēs grauabit cōtumelia.

22. a. ¶ Filia prudēs: hęreditas est viro suo. Nam quę confundit: in contumeliam fit genitoris.

22. d. ¶ Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta & contumelię & minę [p].

¶ De hijs qui fœnore seu mutuo accepto/ dum tempus redditionis aduenit reddunt contumeliā: vide Eccli. 29. a. b. Et late infra in verbo Fœn⁹

Michee 7 b ¶ Ab ea quę dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui: quia filius contumeliam [q] facit patri / & filia consurget aduersus matrem suam/ nurus aduersus socrum suam/ & inimici hominis domestici [r] eius.

2. co. 12. c. ¶ Placeo mihi in infirmitatibus meis/ in contumelijs [s]/ in necessitatibus/ In persecutionibus/ in angustijs pro Christo (dicebat Paulus).

1. tio. 1. c. ¶ Prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus: sed misericor=

n ¶ Contumelia patris/ confusio est filij. & econtra. Contumelia filij est/ confusio seu contumelia patris. Tex. est in l. 1. §. si. ff. de iniu. An autem pater iniuriā factam filio remittere possit non tantum quoad se sed etiam quoad filium: videat quod notat Bar. in l. sed si vni⁹. §. filio fa. ff. de iniu. in l. si fine. ff. rē. ra. ha. in l. lucius. ff. solu. ma. & in l. in personam. ff. de pac.

o ¶ Quis dicatur cōtumeliosus: notat Archidiacon⁹ in c. puto. 2. questi. 5. & in c. si quis sacerdotum. 11. questi. 3. & dictū ē in prima annotatione hui⁹ verbi. Bo. aūt est tex. istā sniaꝫ declarās in c. vera iustitia. 45. distinc. vbi dicit tex. Vera iustitia compassionē habet: falsa vero dedignationē/ quāuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbię: aliud quod zelo disciplinæ. Indignantur etenī sed non dedignātes sūt. At cōtra hi qui de falsa iustitia superbire solēt/ cæteros quosq; despiciūt: nulla infirmantib⁹ misericordia condescendūt/ & quo se peccatores esse non credūt eo deterius peccatores fiūt. Hęc tex. Alius etiā tex. in c. recedite. eadem dis. istū notabiliter explanat. Ibi enim dicit. Recedite (inquiūt aliqui) recedite polluti. Abire: nolite nos tāgere. nobiscū nolite cōmunicare. Talis loquela non illuminat cæcum/ non sanat ęgrotū/ non curat infirmū: sꝫ magis occidit atq; i desperationē periclitantē mittit. Boni etei rectores ex sua infirmitate/ aliorū infirmitates pēsantes/ magis per hūilitatis & māsuetudinis leuamētū studēt peccātes ab erroris laqueo eruere: ꝙ per austeritatē in foueā perditionis nutātes propellere. Hęc tex. qui satis ostēdit mendacē in ore esse contumeliosi correctionē. Sed tn̄ pro apertiori mendacis hui⁹ correctionis ostensione: videat bo. tex. in c. licat nonnūꝙ. eadē distinc. Vbi dicit Licet nonnūꝙ accidant ꝙ in sacerdotibus sunt repręhendēda personis: plus tn̄ erga corrigēdos agat beniuolētia ꝙ seueritas/ plus exhortatio ꝙ cōminatio/ plus charitas ꝙ potestas. sed ab his qui quę sua sūc quęrūt nō quæ Iesu Christi: facile ab hac lege discedit: & dū dominari magisꝙ consulere subditis placet: honor inflat in superbiā: & qđ prouisū est ad concordiā/ tendit ad noxam. p ¶ Sicut contumelię sunt in verbis: ita etiā minę. panor. in c. 1. in 3. no. de offi. dele. Et quod hic dicit minas & cōtumelias esse pręābulas ad sanguinē: facit ad quęstionē legistarū/ an si aliquis reperiat occisus/ præsumat ab eo occisus q sibi mortē minatus fuerar. In qua ꝗstiōe dicit Bal. i l. si. ff. de hære. insti. ꝙ non: nisi esset talis minas suas exequi solitus. Et istud/ inspiciendam scilicet esse consuetudinem personæ inferētis minas: tenet etiā Bar. in mutū. C. quod me. cau. & panor. & alij canonistę. in d. c. 1. de offi. delega. & in c. Causā matrimonij. in 2. col. eodē ti. q ¶ Si contumelia propriesumat scꝫ pro graui conuitio vt nocat Archi. in c. puto. 2. q. 7. filius contumeliā faciens pr̄i/ pōt ab eo exhęredari. Text⁹ est in Auten. vt cū de appel. corn̄ §. Causas. in pri. colla. 9. An autē pater pro cōtumelia sibi illata per filiū/ possit cōtra eū agere actione iniuriarū: videt tex. ꝙ nō/ saltē si fili⁹ sit in ptāte patris. in l. lis nulla. ff. de iudi. vbi dicit tex. Lis nulla nobis esse pōt cū eo quē in ptāte habem⁹.
r ¶ Videant quę annotabunt in verbo domesticus. s ¶ Contumelias ꝓprias etiā Petrus patienter sustinebat nec vindicabat. vt dicit tex. in c. Quod Christus. §. potest. 23. questi. 4. Sed dubitatio est/ an istud sit preceptū con

diā dei cōsecut⁹ sum/quia ignorās [t] feci in incredulitate (dicebat Paul⁹)
¶In magna domo non solū sunt vasa aurea & argentea: sed & lignea 2.tio.2.d.
et fictilia/ & quędam in honorem/ quędam autem in contumeliam.
¶Apostoli ibant gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti Act.5.g.
sunt pro nomine Ihesu contumeliam [v] pati.

Conturbare conturbatus et conturbatio. ¶Miserere Psal.6.a.
re mei dñe/ quoniā infirmus sum: sana me dñe/ quoniā conturbata sunt
omnia ossa mea
¶Auertisti faciem tuam a me (domine) & factus sum conturbatus. 29.a.
¶Quare tristis es anima mea/ & quare cōturbas [x] me? Spera in deo quo 41.b.
niam adhuc confitebor illi salutare vultus mei/ & deus meus.
¶Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus [y] sum a voce 54.a.
inimici & a tribulatione peccatoris.
¶Pauper sum ego & in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem hu .87.c
miliatus sum & conturbatus.
¶Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio. Puer.7.a
¶Ihesus stetit in medio discipulorum: & dixit eis. Pax vobis. Ego sum: Luc.24.f
nolite timere. Conturbati vero & cōterriti: existimabāt se visum videre.

Connubium. ¶Honorabile sit cōnubium [z] in omnibus/ & tho-
rus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit dominus. hebre.13 a

Conuenire et conuentio. ¶Astiterunt reges terrę & princi-
pes conuenerunt in vnum aduersus dñm: & aduersus Christum eius. psal.2.a.
¶Volatilia ad sibi similia [a] conueniunt: & veritas ad eos qui operantur
illam reuertetur. Eccl.27.b
¶Nunquid ambulabunt duo pariter: nisi conuenerit eis? Amos.3.a
¶Conuenite/ cōgregamini gens nō amabilis: priusq̄ pariat iussio quasi Sopho.2.a
puluerē transeuntē diem/ anteq̄ veniat super vos ira furoris domini/ an-
teq̄ veniat super vos ira indignationis domini.
¶Anteq̄ conuenirent [b] Ioseph & Maria: inuenta est in vtero habens de Mat.1.c.
spiritusancto. Et late infra Maria virgo.
¶Simile est regnum cœlorū homini patrifamilias: qui exijt primo ma- Mat.20.a
ne conducere [c] operarios in vineam suā. Cōuentione [d] autem facta cum
operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus cir-
ca horam tertiam/ vidit alios stantes in foro ociosos: & dixit illis. Ite &
vos in vineam meam: & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abie
runt. Iterum autem exijt circa sextam & nonam horā: & fecit similiter.
Circa vndecimam vero exijt & inuenit alios stantes: & dixit illis. Quid

tumelias scilicet ab alijs illatas non vindicare/ sed patienter sustinere. Canonistę & leges istæ dicunt q̄ rancorem tenemur dimittere/ sed contumelię satisfactionem dimittere non tenemur. ita dicit glosa in c. quia presulatus. 1. questi. 4. in c. Et qui emendat. 45. distinc. & in c. 1. de maledi. immo dicit glosa in c. si quis contristatus. 90. distinc. q̄ bene facit qui dimisso rancore agit actione iniuriarum ad consequendam contumeliæ satisfactionem. Et idem dicit glosa in c. si is qui. in verbo possumus. 23. questi. 4. Hinc dicit panormi. in c. 1. de iniu. & Anto. de bu. in c. de his. de accusa. Et Bar. in l. si tibi §. Quedā. in fi. ff. de pac. q̄ confitēs sacerdoti & iniurias sibi illatas remittens: rancorem tantum/ & non satisfactionē censetur remisisse. De quo tamen Bar. se remittit ad Theologos.

t ¶Videant annotata in verbo ignorans.

v ¶Huius dicti meminit textus. 23. questi. 3. in prin. in versi. sic etiā. de primis. vbi dicit tex. De primis credentibus legit q̄ rapinam suorū bonorum cum gaudio suscipiebāt non quęrētes sibi aliorū patrocinia: sʒ gaudentes quoniā digni iudicebant pro noīe Ihesu contumeliam pati.

x ¶Si propheta velit his verbis animā suā a varijs cōturbationibꝰ excutere: videat bo. tex. Hieronymi qui vt idem faciamus nos admonet/ in c. nunq̄. circa prin. de cōse. dis. 5. vbi dicit tex. Non vacet mens tua varijs perturbationibꝰ: quæ si pectori insederint/ dominabūt tui/ & te deducent ad delictū maximū.

y ¶Si propheta velit dicere se cōturbatū quia vidit iustos a peccatoribus tribulari: videat bonus tex. in c. Quid ergo. de pœni. dis. 3. vbi dicit: Quādo videm⁹ malignū ditescere/ non subruamur: et qñ videm⁹ bonos mala pati/ non turbemur. q2 non pōt vel malus in oib⁹ malꝰ esse/ sed habet aliqua bona: neq̄ bonus in omnibꝰ esse bonus/ sʒ habet aliqua peccata.

z ¶Pro hac Imaculatione thori coniugalis & ei⁹ districta obseruatione videatur tex. in c. si vxorē. 34. q̄sti. 5. vbi dicit. Si vxorem quis habeat sterilem siue corpore deformē/ siue debilē mēbris/ vel cęcam/ vel claudā/ vel surdā/ vel si quod aliud/ siue morbis/ siue laboribus doloribusq̄ confectā/ & quicquid excepta fornicationis causa cogitari potest/ vehemēter horribilem: pro societate fideq̄ sustineat. Hęc tex. qui Augustini est.

a ¶Simile est qd dr. Oīs hō simili suo sociabit. de quo videat bo. tex. in c. in noua actione. 16. q. 7. & quod notat Hostien. in c. transmissam. de elec.

b ¶Hæc verba declarant per tex. in c. Quod dicit. de ver. sig. vbi dicit tex. Quod dr anteq̄ conuenirēt non seq̄ vt postea conuenirēt: sed scriptura qd factum non sit ostendit. & de hoc dicet diffusius in verbo Maria virgo.

c ¶Conducere dicitur operarios: qui eorū operas ad certū tempus & vsum sibi exhibendas retinet. locare vero dicit: qui ea exhibet. Conductio enim/ accipientē: locatio vero/ tradentē respicit. Bon⁹ est textus in l. quero §. inter locatorē. ff. locati. & in l. dñs horreorū. §. Qui contra. cū similibꝰ. ff. eodē.

d ¶Conuentio est nomen valde generale. l. 1. versi. Conuentionis. ff. de pac. vbi dicit tex. Conuentionis verbum generale est ad oīa pertinens de quibus negocij contrahendi transigendiq̄ causa consentiūt/ qui inter se agunt. Nam sicuti cōuenire dicunt qui ex diuersis locis in vnū locum colligunt & veniūt: ita qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt. i. in vnam sententiā decurrunt. Hæc tex. Dum autem hic

m ℭ Circa hęc verba aduertẽdũ est q̃ iure humano ista verba/ Nõ habet rea spõsalia necesse: perinde sonant ac si diceretur. Non habet rex necesse vt tu Dauid filię meę Michol quã vxorem petis/ spõsalia. i. donationem spõsaliciam(q̃ propter nuptias donatio vocatur) cõstituas. Iure em̃ humano sicut vxor dat marito dotẽ: ita marit⁹ dat vxori donationẽ propter nuptias p dotis securitate. Tea. est cũ glo. in auctẽ. dos data. C. de dona. ante nup. & in §. est & aliud. vbi per doc. insti. de dona. & bon⁹ textus in c. nuper. in fi. de do. iter vi. & vxo. vbi dr. Illud te nolum⁹ ignorare q̃ vxor dare dr viro dotem: vir autem vxori donationẽ ppter nuptias/ scdm legitimas sanctiones. Et hęc donatio propter nuptias alio nomie appellat dotaliciũ vxoris. vt est text⁹ cũ glo. in c. ex parte. B. de fo. cõpe. & in c. plerũq;. in verbo dotaliciũ. de do. iter vi. & vxo. q̃ autem vocet donatio spõsalicia: ẽ bonus textus cũ glo. in verbo sponsaliciam. in auctẽ. siue a me. C. ad sena. velle. Potest tamẽ de voluntate pris dotãtis remitti marito cõstitutio donatiõis ppt nupt. vt hic sed semel cõstituta remitti vel obligari aut alienari nõ potest etiã de cõsensu vxoris: nisi scdm formã que ponitur in auctẽ. siue a me. C. ad velle. vbi dr. Siue a me siue ab alio p me propter nuptias fiat donatio/ qd ex eacã est Imobile nec alienare nec obligare valeo: in hoc ergo contractus mulieris cõsensus nihil pficit quominus demus mulieri in rẽ actionem in spõsalitiã largitatẽ (id est donationẽ ppter nuptias) soluto matrimonio/ nisi ex secũdo post bienũ pfiteat/ & alię res viro sint quibus ei cõsuli possit. Absq; hijs enim neq; si frequẽter cõsentiat: ledet. Vir em̃ obligabit in alijs reb⁹ suis hui⁹ obligationis vel alienatiõis occasiõe: q̃ q̃tũ ad mulierẽ p nõ scripta habet. Idẽ in dote ẽ & multo poti⁹. Hęc tea.
n ℭ Quod Dauid paup & tenuis filiã regis Saul in vxorẽ ducturus: centũ pputia Philistinorũ dederit: bene facit p eo qd notat Bar. post glo. ibi. in l. si voluntate. C. de do. pmis. vbi dicit. q̃ si popularis seu plebeius accipiat aliquã nobilẽ in vxorẽ/ & cõfiteat se accepisse dotẽ quã tamẽ nõ accepit: q̃ tñ postea nõ poterit opponere exceptionem nõ numeratę dotis. iuxta titulũ. C. de do. cau. non nũe. et hoc ppter recõpensationẽ cũ nobilitate suę vxoris. & ita etiã tenet Bar. in l. si diuortio. ff. de ver. obliga. & Bal. in l. 2. §. fi. ff. si cer. pe. vbi dicit. idem esse qñ senex acciperet iuuenculã in vxorẽ/ & faceret instrumentũ dotis receptę: quia nõ haberet exceptionẽ nõ numeratę dotis ppter cõpensationẽ cũ vxoris iuuentute. Et cum Bar. & Bal. transit dominus meus Iason in l. fi. col. 2. versi. contra autẽ concludit Bar. in. 3. quęstione. C. de verbo. significa.
o ℭ Ionathas Saulis pri suo vt occideretur Dauid pręcipienti/ non tenebatur obedire/ & obediendo nec a crimine nec a pena homicidij fuisset excusatus: quia in atrocioribus nec seru⁹ domino/ nec filius patri debet obedire. l. seruus. C. de ac. & obliga. & est glo. solennis in l. liber homo. 2. ff. ad l. aqui.

p ¶ De iure humano tenebat annũciare: quia nõ caret scrupulo societatis occultę q manifesto facinori desinit obuiare. Dicit text⁹ in c. q̃rę. de sen. excõ. qđ dictũ pſertim ꝓcedit in subditis & domesticis/ & sic in vxore. put notabiliter sentit Bar. in l. vtrũ. ff. ad l. põpe. de parri. de quo videat diffuse in verbo cõsensus. q ¶ An Dauid exẽplo qui a facie Saulis eũ pſequẽtis fugit/ tribulationes fugere possim⁹: est bo. text⁹ in c. aduersitas. §. hoc etiã. versi. cũ vero. 7. q̃sti. 1. vbi dr̃. Cũ ſpũliter aliquis q̃rit: fugiat exẽplo Christi q a facie Herodis fugit in Aegyptũ/ fugiat exẽplo Pauli qui a fratribus per murum submissus est in sporta. vñ Augustin⁹ ait. Fugias minister Christi/ sicut Christ⁹ i ęgyptũ fugit: fugiat q ſpãliter q̃rit dũ per alios est firma salus ecclesię. Hinc etiã ait dñs discipulis. Si vos pſecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliã. Hinc etiã idẽ abscõdit se et exiuit de tẽplo qñ Iudęi lapides tulerũt vt iacerent in eũ. Hinc etiã Augustinus ait de eodẽ in psal. 34. Ecce elõgaui. Fugiẽs illud tãgit quod vitabat persequentes vt occasionẽ irę demeret/ & manebat in desertis orans in quo docebat nos i secreto cõsciẽtię gescere cũ a malis pręmimur. Hęc textus.

r ¶ Nõ habeo laicos panes id est panes q edi possũt a laicis. panes eñ ppositionis a laicis edẽdi nõ erãt vt est tex. qui bene facit ad declarationẽ istoꝵ verboꝵ in c. si. in prin. 10. q̃sti. 1. vbi dr̃. Hãc cõsuetudinẽ q contra sanctã ecclesiã catholicã augeri videt oino interdicim⁹: vt nullomodo vnq̃ vllo tẽpore oblationes q infra sanctam ecclesiam offerũtur sub dñio laicorũ detineantur/ sed tm̃modo sacerdotibus q quotidie dño seruire videt illis solis liceat comedere & bibere. qui in veteri testamento ꝓhibuit dñs panes sanctos comedere filijs Israel/ nisi tantũmodo Aaron & filijs eius. qui panes lõge erãt ab istis panibus qui nũc in sancta ecclesia offerũtur. quia illi sub vmbra legis erãt: q vero modo/ sub gratia sunt spiritus sancti toto mũdo euãgelio coruscãte. Hęc textus. s ¶ Pro effectu istorum verborũ videat bonus textus in c. tribus gradibus in fi. de conse. distinc. 2. vbi dr̃. Pręcipim⁹ ne vnq̃ extero clerico ecclesię siue laico de fragmẽtis oblationũ Christi ad mensam ponatur. vnde eñ scis tu qui passim sanctuarij panes indignis impendis: vñ nosti si a mulieribus mundi sunt? Hinc & Dauid ab Abimelech sacerdote interrogatus cũ panem sibi ad comedẽdũ posceret cũ se mundum ante triduum profiteretur/ panes propositionis manducauit. Hęc textus. Videatur etiã pro eliciendo effectu istorum verborum/ textus in c. sciatis. versi. item si panes. 33. q̃sti. 4. vbi dr̃. Si panes propositionis ab hijs q vxores suas tetigerant comedi nõ poterant: q̃to magis ille panis qui de cœlo descendit nõ potest ab hijs qui coniugalibus paulo ante hęsere complexibus/ violari atq; contingi. non q nuptias condemnemus: sed q eo tempore quo carnes agni manducaturi sumus/ vacare a carnalibus operibus debemus. Hęc textus. t ¶ Sic ergo vt famis necessitati occurreretur/ Abimelech dedit Dauid & suis panes propositionis edendos: alias. s. nisi immineenti necessitate non daturus. Et ita istum passum intelligit glosa in c. discipulos. de cõse. distinc. 5. Et hãc declarationẽ sentit text⁹ in d. c. discipulos. iũctus cũ text. in c. ideo permittẽte. versi. Apostolos quoq; cõtra litterã 25. q̃sti. 1. dicit eñ text⁹ in d. c. discipulos. Discipulos cũ per segetes trãseũdo euellerẽt spicas & ederent/ ipsius Christi vox innocentes vocat: quia coacti fame hoc fecerũt. Textus vero in d. c. ideo. dicit. Apostolos contra litteram sabbati per sata prętergrediẽtes/ spicas vellentes & confricantes manibus suis/ probabili exemplo Dauid Christus excusauit: dicens. Non legi-

deris. Et ibi diffusiora sunt de verbis Ionathæ ad Dauid & ad Saulem patrem suum.

¶ Placatus Saul voce Ionathæ iurauit. Viuit dñs: non occidet Dauid. 1. Re. 19. b
Vocauit itaq; Ionathas Dauid: & indicauit ei oĩa verba hęc. Et introduxit Ionathas Dauid ad Saul: & fuit ãte eũ sicut erat heri & nudiustertius.

¶ Factus est spiritus domini malus in Saul. Sedebat autẽ in domo sua 1. Re. 10. d
et tenebat lanceam/ porro Dauid psallebat manu sua: nisusq; est Dauid configere Saul in pariete. Et declinauit Dauid a facie Saul/ lancea autẽ casso vulnere perlata est i parietẽ: & Dauid fugit & saluat⁹ ẽ nocte illa.

¶ Misit Saul satellites suos nocte in domum Dauid: vt custodirent eũ 1. Re. 16. c
et interficeretur mane. Quod cum annunciasset [p] Dauid Michol vxor sua dicens/ nisi saluaueris te nocte hac/ cras morieris: deposuit eum per fenestram. Porro ille abijt & aufugit [q] atq; saluatus est. Tulit autẽ Michol statuam & posuit eam super lectũ/ & pellẽ pilosam caprarum posuit ad caput eius: & operuit eam vestimentis. Misit autem Saul apparitores qui raperent Dauid: & respõsum est q ægrotaret. Rursumq; misit Saul nuncios vt viderẽt Dauid: dicens. Afferte eũ ad me in lecto: vt occidatur. Cumq; venissẽt nuncij: inuentum est simulachrum super lectum/ & pelles caprarum ad caput ei⁹. Dixitq; Saul ad Michol. Quare sic illusisti mihi: et dimisisti inimicũ meũ vt fugeret? Et respondit Michol ad Saul. Quia ipse locutus est mihi dicẽs. Dimitte me: alioquin interficiam te. Dauid autem fugiens [q] saluatus est.

¶ De renouatione fœderis Dauid & Ionathę/ vtq; Saul Ionatham excusantem Dauid/ opprobrijs confudit/ & lancea percutere voluit: vide primi regum. 20. f. & g.

¶ Venit Dauid in Nobe ad Abimelech sacerdotem: & dixit. Si quid habes ad manũ vel quinq; panes da mihi: aut qcquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid: ait illi. Non habeo laicos [r] panes ad manum: sed tãtum panẽ sanctũ. Si mũdi sunt pueri maxime a mulieribus [s] mãducẽt. Et respondit Dauid sacerdoti: & dixit ei. Et quidem si de mulieribus agitur: cõtinuimus nos ab heri & nudiustertius quando egrediebamur & fuerunt vasa puerorum sancta Porro via hęc polluta est: sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panen: neq; enim erat ibi panis [t] nisi tãtũ panes propositionis &c. 1. Re. 21. a b. et. c.
Ibide habetur de gladio Goliath Philistęi dato Dauid per Abimelech sacerdotem.

1. Re 21. d ftis quod fecerit Abimelech quando venit ad eum Dauid/ & dedit ei panes propositionis de quibus non licebat edere nisi solis sacerdotibus: & comedit ipse & pueri eius?

¶ Fugit [v] Dauid a facie saul: & venit ad Achis regẽ Geth. Dixeruntq́ serui Achis: cum vidissent Dauid. Nũquid nõ iste est Dauid rex terre? Nonne huic cantabant per choros dicentes: percussit Saul mille/ & Dauid decem milia? Posuit autẽ Dauid sermones istos in corde suo/ & extimuit valde a facie Achis regis Geth: & mutauit [x] os suũ corã Achis. Et collabebatur inter manus eorum/ & impingebat in ostia porte: defluebãtq́ saliue ei⁹ in barbã. Et ait Achis ad seruos suos. Vidistis hominẽ insanũ v: q̃re adduxistis eũ ad me? An desunt nobis furiosi: quia intro

1. Re. 22. a duxistis istũ vt fureret me p̄sẽte/ dimittite illũ hic: ne igrediat̃ domũ suã.

¶ Abijt Dauid inde (idest a domo Achis) & fugit in speluncam odollam. Quod cum audissent fratres eius & omnis domus patris eius: descenderunt ad eum illuc. Et conuenerunt z ad eum omnes qui erant in angustia constituti & oppressi ære alieno & amaro animo: et factus est eorum princeps. Fueruntq́ z cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est Dauid inde in Malphat que est Moab: & dixit ad regem Moab. Maneat oro pater meus et mater mea vobiscum: donec videam quid faciat mihi deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manseruntq́ apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in presidio. Dixitq́ Gad propheta ad Dauid. Noli manere i presidio: proficiscere et vade in terram Iuda. Et profect⁹ est Dauid: & venit i saltum Areth.

1. Re. 24. a. ¶ (Dauid existente in tutissimis locis Engaddi) assumẽs Saul tria milia electorum virorum ex omni Israel/ perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius etiã super abruptissimas petras que solis ibicibus peruiæ sunt: & venit ad caulas ouium que se offerebant vianti. Eratq́ ibi spelunca: quam ingressus est Saul vt purgaret [a] vẽtrem. Porro Dauid et viri eius in interiori parte spelunce latebant: & dixerunt serui Dauid ad eum. Ecce dies de quã locutus est dominus ad te. Ego tradã tibi inimicũ tuũ vt facias ei sicut placuerit oculis tuis. Surrexit ergo Dauid & precidit [a] orã chlamydis eius silenter. Post percussit cor suũ Dauid eo q̄ abscidisset oram chlamydis Saul: dixitq́ ad viros suos. Propicius sit mihi dominus ne faciã hãc rẽ a domino meo Christo domini/ vt mittã manũ meã i eũ: quia Chr̃s dñi ẽ. Vbi ãpliora de Dauid videri possũt.

1. Reg. 24 ¶ Saul exurgens de speluca: pergebat cœpto itinere. Surrexit autẽ post

[v] ¶ Videatur quod annotatum est supra q. [x] ¶ Circa hanc simulationẽ Dauid & p̄ erudictione ex ea sumẽda: est bonus text⁹ in c. vtilem simulationem 22 q̃sti 2. vbi d̃r. Vtilem simulationem & in tempore assumendã Iesu regis Israel nos doceat exemplũ: qui cũ non potuisset interficere sacerdotes Baal nisi finxisset se idolum velle colere dicens. Cõgregate mihi omnes sacerdotes Baal. Rex Achab seruiuit ei i paucis: ego seruiã sibi in multis. Et Dauid quando mutauit faciẽ suam & abijt. Nec mirũ q̃uis iustos homines/ tamen aliqua simulare p̄ tempore ob suam & aliorũ salutẽ/ cũ & ipse dñs noster nõ habẽs peccatũ nec carnẽ peccati/ simulationem peccatricis carnis assumpsit vt condemnans in carne pcc̃m/ nos in se fateret iustitiã dei. Hec tex. de quo tamẽ an scilicet & quãdo licita sit simulatio: dicet i verbo simulare.

[v] ¶ Ex istis verbis regis Achis ratione eorũ q̃ per Dauid fiebãt emanatis/ satis colligitur vnus modus p̄sumendi aliquẽ esse isanũ seu furiosum: quando scilicet versatur seu operatur more insanorum seu furiosorum. Que p̄sumptio est etiam iure humano cõprobata. Qui eñi vel operantur vel loquuntur instar furiosorum: furiosi iudicatur. vt est no. textus in l. ob que vitia. in princi. ff. de edi. edic. & est bona glo. in l. nec codicillos. in glo. ma. circa fi. C. de codicil. & in l. si maritus. in verbo ferendus ff. solu. ma. & bonus textus in l. quidã in suo. ff. de condi. insti. De qua materia/ ex quibus scilicet actibus aliquis presumatur furiosus: satis diffuse loquitur dñs meus Iason qui videri potest in l. furiosum. col. 2. qui testa. fa. pos. & dicetur in verbo furiosus vbi peculiarior sedes. [z] ¶ Circa hanc sententiam videatur bonus textus in c. omnis qui. in prin. 7. questi. 1. vbi dicit. Omnis qui gemebat & vexabatur a Saul: fugiebat & veniebat ad Dauid. Si rex pijssimus atq́ iustissimus Dauid sciret peccatum esse fugientes persecutionem & trãseuntes de loco ad locũ/ & de ciuitate ad ciuitatem/ recipere tales: nequaq̃ reciperet/ nec secũ teneret/ neq́ in alijs ciuitatibus eos collocaret. Hec tex. [a] ¶ Quid hec ore chlamydis Saulis precisio facta per Dauid qui postea se ei fecisse cõdoluit significet: videatur bonus ac solennis textus in c. plerũq́. §. item obijcit. ver. si. itẽ in libro regum legitur. 2. q̃sti. 7. vbi dicit text⁹. In libro regum legitur q̃ cũ Dauid fugeret a facie Saul/ latuit in spelunca. in quã cũ Saul diuertisset ad purgandũ ventrem: Dauid p̄cidit orã chlamydis eius: quod se fecisse postea grauiter doluit & vehementer pœnituit. Saul a dño erat reprobatus: & ex inuidia/ Dauid persequebatur vt eum morti traderet. Dauid erat vir humilis & mitis/ Sauli a domino substitutus/ per Samuelem vnctus in regẽ/ sed tamẽ que precidit oram chlamydis Saulis/ grauiter fleuit: cum a Saule sola administratiõe vnctionis separetur. Vnde datur intelligi q̃ subditi q̃uis religiosi sint/ prelatos suos criminosos accusare non possunt. Nam per Saulem qui ventrem purgabat. prelati intelliguntur qui maliciam corde conceptam foras in opus producunt. Hec textus. Sed quia communis conclusio est prelatos accusari posse per subditos/ vt in c. ex parte. de accusa. subiungitur in d. c. plerumq́. §. his ita responderur. ver. si. item per Saulem. q̃uis per Saulem prelati intelligantur/ per Dauid subditi/ & Saul purgans ventrem eos significet qui maliciam corde conceptam foras in opus producunt: ta neñ in precisione chlamydis non significatur reprehensio peccati. Per chlamydem enim: regis potestas intelligitur. Hanc precidit: qui prelatum sentẽtia damnationis ferit. quod nulli subditorum licet. facta enim pastoris/ oris gladio. c. sententia dãnationis a subditis ferieda nõ sunt. Vel p̄ Dauid significatur q̃ nequitiã suorũ prelatorũ videtes/ maiora eorũ pc̃ã cõtẽnũt/ minima vero & leuia quasi extremã orã chlamydis p̄cidẽtes reprehẽdere & lacerare satagũt. Hec text⁹. De eo etiã q̃ Dauid orã chlamydis Saulis p̄cidisse condoluit. est text⁹ in c. dñs. circa mediũ. 2. q̃sti. 7. vbi d̃r. Si nõ habebat Saul sacramẽti sanctitatẽ: quid in eo Dauid venerabat̃? Nã eũ p̄pter sacramenti vnctionẽ & honorauit viuũ: & vindicauit occisum. E t quia vel p̃nitcu-

Dauid cū: & egressus de spelūca clamauit post tergum Saul/dicens. Dn̄e mi rex.
Et respexit Saul post se: et inclinans se Dauid pronus in terrā adorauit/ dixitq̧
ad Saul. Quare audis verba hominum loquentium/Dauid quęrit malum aduer-
sum te? Ecce hodie viderūt oculi tui q̧ tradiderit te dominus in manu mea in spe-
lunca/ & cogitaui vt occiderem: sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim. Non
extendam manum meam in dominum meum: quia Christus domini est. Quin
potius pater mi vide & cognosce oram chlamydis tuę in manu mea quomodo cū
prę̄scinderem summitatem chlamydis tuę nolui extendere manum meā in te: ani-
maduerte & vide quoniam non est in manu mea malum neq̧ iniquitas/ neq̧ pec
caui in te. (Et subiungitur) Quem persequeris[b] rex Israel/ quē persequeris? Canē
mortuū persequeris & culicē viuū. Vbi diffusius de sermonib9 Dauid ad Saulē.
ℭCum cōplesset Dauid sermones suos: dixit Saul. Nunquid vox hęc tua fili mi 1. Re.24. d.
Dauid? Et leuauit Saul vocem suā & fleuit: dixitq̧ ad Dauid. Iustior tu es q̄ ego:
tu enim tribuisti mihi[c] bona/ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi ho
die quę feceris mihi bona: quomodo tradiderit me dominus in manu tua/ & non
occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicum suum/dimittat eum in via bo-
na? Sed dominus reddat tibi vicissitudinē hāc: pro eo q̧ hodie operatus es in me.
Et nunc quia scio q̧ certissime regnaturus sis & habiturus in manu tua regnum
Israel: iura mihi domino/ ne deleas semen meum post me/neq̧ auferas nomen de
domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo Saul in domū suam: & Da-
uid & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

ℭDe ira Dauid in Nabal/prudentiaq̧ vxoris eius Abigail venientis obuiam Da
uid/& sermonibus suis ac muneribus eum lenientis: vide. 1. Regum. 25. & diffu-
se supra in verbo Abigail.

ℭDauid (mortuo Nabal) accepit Abigail vxorem/sed et Achinoen accepit Da- 1. Reg.25.
uid de Iezrael: & fuit vtraq̧ vxor eius. Saul autē dedit[d] Michol filiā suam vxo-
rē Dauid/alio viro[d] Phalti filio Lays qui erat de Gallim.

ℭ(Saul adhuc persecutus est Dauid) Videns autem Dauid q̧ venisset Saul post 1. Re.26. b
se in desertum: misit exploratores & didicit q̧ illuc venisset certissime. Et surre-
xit Dauid clam: & venit ad locum vbi erat Saul. Venerūt Dauid & Abisai ad po-
pulum nocte: & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio/ & hastam
fixam in terra ad caput eius/Abner autem principē militię Saulis & populū/dor
mientes in circuitu eius. Dixitq̧ Abisai ad Dauid. Conclusit deus inimicum tu-
um hodie in manus tuas. Nūc ergo perfodiā eum in terra semel/& secundo opus
non erit. Et dixit Dauid ad Abisai. Ne[e] interficias eum Quis enim extendet ma
num suam in Christum domini: & innocens erit? Et dixit Dauid. Viuit dominus
quia nisi dominus percusserit eum/aut dies eius venerit vt moriatur/aut in prę̄liū
descendens perierit: propicius sit mihi dominus ne extendam manum meam in
Christum domini. Nūc igitur tolle hastam quę est ad caput ei9/ & ciphum aquę:
et abeamus. Tulit igitur Dauid hastam & ciphum aquę quę erat ad caput Saulis/
et abierūt: & non erat quisq̄ qui videret et intelligeret & euigilaret/sed omnes dor
mientes/quia sopor domini irruerat super eos.

ℭ(Saul vbi misericordiam Dauid in eum cognouit) clamauit et ait. Peccaui. Re 1. Re.26. b
uertere fili mi Dauid. Nequaq̄ enim vltra tibi maleficiā: eo q̧ preciosa fuerit aīa
mea i oculis tuis hodie. Apparet enim q̧ stulte egeri: & ignorauerim multa nimis.
Et respōdēs Dauid ait. Ecce hasta regis. Trāseat vn9 de pueris regis & tollat eā:
dn̄s autem retribuet vnicuiq̧ iuxta iustitiā suā & fidē. Tradidit enim te dn̄s hodie

lā ex eius veste absciadit: percusso corde trepidauit. Et text9 de hac cōtristatione Dauid ob precisam orā chlamydis Saulis loquēs in c. vt cognouerūt §. opponitur. versi. quomodo etiam. de peni. distin. 2. dicit. Quomodo charitatem nō habebat: qui q̄renti animā suam pepercit: quorā chlamydis suę p̄scidit. postea cor suum grauiter percussit clamās: quē p̄sequeris rex isrł? canē mortuum/ & culicem viuum. b ℭ Hęc verba dauid ad Saulē citātur per textū i c. vt cognouerunt. §. opponit. vers. quomodo etiam. de peni. disti. 2. de quo textu videat supra annotatiōe proxima. c ℭ Quia Dauid nō solum nō reddidit Sauli mala p malis/ sed etiā retribuit bona p malis/ prout hic dicit: aduertēdū est q̧ sex reperiuntur species seu differētię retributionis/ quę ponunt per textū solennē q̧ Augustinus est i c. sex sūt differetię. 23. q̄sti. 3. vbi dr. Sex differētię sunt (supple retributionū). Reddere bona p malis/ nō reddere mala p malis: hæc bonorū sunt/ & prius meli9. Nō reddere bona p bonis/ & reddere mala p bonis: hęc duo malorum sunt/ sed posterius deterius. Reddere bona p bonis/ & pro malis bona: hęc duo mediocrium sunt/ prius propinquum bonis/ & posterius propinquū malis. Hęc textus. d ℭ De isto loquitur tex. in c. quod autem. paulo ante finē. 32. questi. 1. ac quo infra dicetur. e ℭ De mansuetudine quā in Saulē Dauid exercuit: est textus in c. dominus. circa medium. 23. questi. 4. vbi dicitur q̧ Dauid honorabat Saul pp̄ter vnctiōis sanctitatem. per hoc concludens/ sacramenta dei nihil obesse mores malorū hominū: quo illa vel nō sint vel minus sancta sint.

f ℭAn Dauid exemplo/persequentiũ nos tribulationes si fugiendo declinare possimus/ fugere debeamus: videatur boni textus in c.suscitaris.& in c. aduersitas.7.q̃sti.1.et superiꝰ annotatũ est.q. Quid autẽ de eo qui actualiter inuaditur/& se defendendo potest inuasorẽ occidere/& fugiendo potest declinare/an fugere debeat: Bar.in l.vt vim.in fi.ff.de iusti.& iure.Bal.in c.1.in prin.de pace tenẽ.& in l.1.in.3.col. C.de edi.acti.& glosa in c.suscepimus.in verbo interimere.de homici.tenẽ at ꝙ debet fugere: saltem q̃n fugere potest sine periculo verecũdię. Sed idẽ

in manum meam: & nolui extẽdere [e] manum meã in Christum domini.Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis: sic magnificetur anima mea in oculis domini/ et liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad Dauid.Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies/et potens poteris. Abijt autem Dauid in viam suam/& Saul reuersus est in locum suum.

1.Re.27.a ℭAit Dauid in corde suo Aliquãdo incidã vna die ĩ manꝰ Saul.Nõne melius est vt fugiã/& saluer in terra Philistinorũ [f]: & desperet Saul cessetq̃ me quęrere in cũctis finibus Israel? Fugiã [f] ergo manꝰ eius.Et surrexit Dauid & abijt ipse & sexcenti viri cum eo ad Achis filium Maoch regem Geth: & habitauit Dauid cũ Achis in Geth & ipse & viri eius & domus eius & duę vxores eius Achinoẽ Iesraelitis & Abigail vxor Nabal carmeli. Et nunciatum est Dauid ꝙ fugisset Dauid in Geth: et non addidit vltra quęrere eum.

ℭDe quibusdam prę lijs Dauid: vide.1.Regum.27.c.d.29.et.30.

1.Re.30.g ℭDauid(prę da contra hostes in quodã prę lio cõquisita) dixit.Aequa [g] pars erit descendentis in prę liũ & remanẽtis ad sarcinas: & similiter diuident.Et factum est hoc ex die illa: & deinceps constitutũ et prę finitũ/ et quasi lex in Israel vsq̃ in diem hanc.

1.Re.31.a. 2.Re.1.b. ℭ(Mors Saulis & Ionathę eius filij eodem prę lio contigit: qua nunciata Dauid) scidit vestimenta sua omnesq̃ viri qui erãt cum eo/& planxerũt [h] & fleuerunt et ieiunauerunt vsq̃ ad vesperam super Saul & super Ionatham filium eius/& super populũ domini & super domum Israel/ eo ꝙ corruissent gladio.

2.Reg.1.c ℭDauid ait (ad eum qui Saulis & Ionathę mortem sibi nunciauerat) Quare non timuisti mittere manum tuam vt occideres Christum domini? Vocansq̃ Dauid vnũ de pueris suis ait.Accedens irrue in eum.Qui percussit illum et mortuus est: & ait ad eum Dauid.Sãguis tuus super caput tuum. Os enim tuum locutum est aduersum [i] te dicẽs.Ego interfeci Christum domini.

2.Reg.2.a ℭConsuluit Dauid dominum dicens.Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait dominus ad eum.Ascẽde. Dixit Dauid.Quo ascendam? Et respondit ei.In Hebron.Ascendit ergo Dauid & duę vxores eius Achinoen Israelitis et Abigail vxor Nabal Carmeli/ sed & viros qui erant cum eo duxit Dauid singulos in domo sua/& manserunt in oppidis Hebron: veneruntq̃ viri Iuda & vnxerũt [k] ibi Dauid/vt regnaret super domum Iuda. Et per discursum illius capituli quędã alia de Dauid videri possunt.

2.Reg.3.a ℭNati sunt sex filij Dauid in Hebron: fuitq̃ primogenitus eius Ammon [l]/de Achinoen Israelitide/& post eũ Theleas de Abigail vxore Na

Bar.i l.1. C.vñ vi.tenet ꝙ immo nõ tenet fugere propter periculũ qd̓ euenire sibi posset ex fuga/ ꝓpter casurã vel alias.Et ita etiã tenẽt ibi Ange.& Saly.& Panor.ĩ c.significasti.2.de homi.in.2.col.vbi dicit ꝙ ista pars est verior de rigore iuris/sed tamen ꝙ alia opinio q̃ vultꝙ teneatur fugere/est tutior in foro animæ.

g ℭIure etiã humano prę da hostiũ debet a principe diuidi secundũ merita & qualitates personarum: tex.est ĩ c.ius militare.in fi.2.distinc. vbi dicit̃. De iure militari est/ prędę decisio/ & ꝓ personarum qualitatibꝰ et laboribꝰ iusta diuisio/ ac principis portio. De quo dictũ est supra in verbo bellum.in annotatione facta super verbo Spolia.

h ℭHuius ploratus et vindictę factę per Dauid de morte Saulis: meminit tex.in c.dñs.circa medium.ibi. vindicauit occisum.1.questi.1.& textus ĩ c.vt cognouerũt.§.opponitur. versi.quomodo.de peni.distinc.2. vbi dicit̃.Quomodo charitatem nõ habebat (Dauid) qui mortem inimici sui tam grauissime tulit?

i ℭDe iure humano ad inferẽdam pœnã mortis non sufficeret ꝙ quis ore proprio sponte fateretur se aliquem interfecisse: sed necesse esset vt alia adminicula concurrerent. tex.est in l.1.§.si quis vltro.ff.de q̃sti.vbi dr̃.Si qs vltro de maleficio (supple a se cõmisso) fateat̃ non semp ei fides habẽda est. nõnunq̃ eñ aut metu aut aliqua alia de causa in se confitẽtur. Et extat epistola diuoꝵ fratrum ad Vocumiũ saxam: qua cõtinetur liberãdum eum qui in se fuerat confessus/cuius post damnationem de innocẽtia cõstitisset. Hæc textꝰ.Et facit bonus textus in l.non tantum.ff.de appella.vbi probatur eum non esse audiendum qui vult perire: et ideo quemlibet pro cõdemnato ad mortem etiã eo inuito appellare posse. Sed si cum confessione aliqua adminicula cõtra hũc interfectorem Saulis concurrissent: potuisset etiam iure humano ad mortem damnari/tametsi diceret se interfecisse de voluntate ipsius Saulis in extremis constituti.quia etiã in violentem seu rogantem vt ita fiat: sanguinolentę aut iniuriosæ manus non sunt inijciendę. Textus est no.in c. contingit.de sen.excom.quia nemo est dominus membrorum suorum. prout est tex.in l.liber homo.2 ff.ad l.aqui.

k ℭDe vnctione Dauid & cęterorum regum: videatur quod annotatum est circa principium huius hystorię.

l ℭDe Ammon primogenito filio Dauid/et etiam de Absalon: textus est in c.sicut.§.necesse.versi.vnus quippe eorum.47.distinc.de quo videantur quæ scripta sunt supra in verbo Ammon.

bal Carmeli/porro tertius Absalō filius Maacha/filię Tholomai regis
Gessuc/quartus autem Adonias filius Agith/ & quītus Sapharias fili=
us Abithal/sextus quoq Iethraam de Egla vxore Dauid.
¶Misit Dauid nuncios ad Isboseth filium Saul: dicēs. Redde [m] vxorē
meam Michol quam despondi mihi: cētum preputijs Philisthijm. Misit 2. Reg.3.c
ergo Isboseth: & tulit eam viro suo Phaltiel filio Lais. Sequebaturq
eam vir suus plorans/vsq Bathurim: & dixit ad eum Abner. Vade &
reuertere: qui reuersus est.
¶(Abner militię Saulis principe per Ioab militię Dauid pricipem pro 2. Reg.3.f.
ditorie interfecto) dixit Dauid ad Ioab/& ad omnē populū qui erat cū g.
eo. Scindite vestimenta vestra & accingimini sacris: & plangite ante exe
quias Abner. Porro rex Dauid sequebatur feretrum. Cumq sepelisset
Abner in Hebrō: leuauit rex Dauid vocem suā & fleuit [n] super tumu=
lum Abner. Fleuit autem & omnis populus. Plangēsq rex & lugēs Ab=
ner: ait. Nequaq̄ vt mori solent ignaui: mortuus est Abner. Manus tuę
ligatę non sunt/& pedes tui non sunt compedibus aggrauati: sed sicut
solent cadere coram filijs iniquitatis sic corruisti. Congeminansq om=
nis populus fleuit [n] super eū. Cumq venisset vniuersa multitudo cibū
capere cū Dauid clara adhuc die: iurauit Dauid dicens. Hęc faciat mi=
hi deus & hęc addat: si ante occasum solis gustauero panem vel aliud
quicq̄. Omnisq populus audiuit: & placuerunt eis cuncta quę fecit rex
in conspectu totius populi.
¶De Dauid qui duos Isboseth filij Saulis interfectores occidi [o] prece
pit: vide. 2 Regum. 4. per totum.
¶Venerunt vniuersę tribus Israel ad Dauid in Hebron: dicentes. Ec=
ce nos os tuum & caro tua sumus: sed & heri & nudiustertius cum esset 2. Reg.5.a
Saul rex super nos/tu eras educens & reducens Israel. Dixit autem do=
minus ad te: tu pasces populum meū Israel/& tu eris dux super Israel.
Venerunt quoq & seniores Israel ad regem in Hebron/& percussit cū
eis rex Dauid fœdus i Hebron corā domino: vnxerūtq [p] Dauid in re=
gem supra Israel.
¶Filius triginta annorum erat Dauid cum regnare cœpisset: & quadra
ginta annis regnauit. In Hebron regnauit supra Iudam septem annis 2. Reg.5.a
et sex mensibus: in Hierusalem autem regnauit trigintatribus annis
super omnem Israel & Iudam.
¶Proposuit Dauid premium qui percussisset Hiebuseum & tetigisset 2. Re.5.b.
domatum fistulas: & abstulisset cęcos [q] & claudos odiētes animā Da=

m ¶Quod Dauid vxorem suam Michol post adulteriū per eam cum altero viro cōmissum requisierit: bene fa=
cit pro affirmatiua parte eius quęstionis qua petitur/ an maritus vxorē adulteram possit secum retinere. in qua cōtra
cōcluditur q si pœnitentiam non egerit/ sed in adulterio perseueret: retinere nō debet. Alioqui si egerit pœnitētiā/
et ab adulterio velit desistere: potest retinere. Tex. est in c. si vir. de adul. vbi dr. Si vir sciēs vxorem suam deliquisse q̄
non egerit pœnitētiam/ sed permanet in fornicatione/ & permanet cum illa: reus erit/ & eius peccati particeps. q si
mulier dimissa egerit pœ
nitentiā/ & voluerit ad
virum suum reuerti: de=
bet sed nō sepe recipere
peccatricem. Hęc text9.
Cui addatur bonus tex.
vbi citatur exemplū Da=
uid. in c quod autē. 32. q
sti 1. vbi dr. Quod tibi
durū videt vt post adul=
teriū reconcilietur con=
iunx si fides adsit: nō erit
tibi durum. Cur enim ad
huc reputam9 adulteros
quos credim9 vel baptis=
mate ablutos vel pœni=
tētia eē sanatos? Hęc cri
mina i veteri lege nullis
sacrificijs mūdabātur: q̄
in lege noui testamēti si=
ne mūdatione (supple le
gali) sed cū sols pœniten
tia mundantur. Et ideo
tūc omnino phibitū est
ab aliquo cōtaminatā ac
cipere vxorem q̄uis Da=
uid Saulis filiā quam pa
ter eiusdem mulieris ab
eo separatam dederat al
teri tanq̄ noui testamēti
prefigurator/ sine cūcta
tione receperit. Nūc aūt
posteaq̄ Christ9 ait adul=
terę/ nec ego te condem=
nabo. vade. deinceps no
li peccare. quis nō intel=
ligat maritū debere igno
scere qd videt ignouisse
deum amborum? nec iā
se debere adulterā dicere
cuius pœnitētis crimen
deletum est a deo? Hęc te
xtus/ qui Augustini est.
n ¶An & qn mortu
os seu pro mortuis flere
liceat: bon9 est tex. Chry
sostomi in c. vbicūq. 13.
q̄sti. 2. vbi dicit. Lugere
et deplorare & lamētari
eos qui ab hac vita dece=
dunt ea pusillanimitate
cōtingit. hoc autē ex de=
speratione futurę resur=
rectionis intelligitur. vn
de & Apostolus non sim
pliciter ait. Nolum9 vos ignorare de dormientibus vt nō contristemini: sed addidit sicut & cęteri q spē non habēt.
Pietatis nāq affectu & hūanitatis intuitu mortuos lugere nō phibemur sicut nōnullos sanctoꝝ/ alioꝝ exequijs pi=
as lachrymas impēdisse legim9. Hæc text9. De hac autē materia dicel diffusi9 in verbo mortu9 sup illd sapiētis. Sup
mortuū plora. o ¶Nō tn̄ hoc pcepto fact9 est Dauid trāsgressor pcepti diuini Nō occides: quia fecit vt superior
et auctoritate legis dicētis. Maleficos nō pateris viuere. Et Moyses q legē acceperat/ cultores idoli morte puniuit. Sa
muel etiā Agag pinguissimū regē i frusta cōcidit. Phinees quoq Iudęū cū Madianitide coeūtē gladio trāsfixit: qd est
ei reputatū ad iustitiā. Sic nōnulli in veteri testamēto inueniunt malos trucidasse: nec tn̄ trāsgressores legis/ sed de
fensores appellant. Prohibet ergo illo pcepto q̄sq sua auctoritate in necē alicui9 armari non legis iperio reos morti
tradere. Qui em publica potestate functus/ ipsius regis iperio malos punit: nec illi9 pcepti trāsgressor/ nec a cœlesti
patria alienus habeat. Ista sunt formalia verba text9 in c. reos sanguinis. vers. sed obijcit. 23. q̄sti. 5. Et de hac mate
ria videat vberius in verbo occidere. p ¶De vnctione Dauid & cęteroꝝ regū videat qd annotatū in pricipio
hui9 hystorię. q ¶Supna voce dictū ē etiā ad Moysē in Leuitico vt cęc9 & claudus nō offerret panes deo suo. Cęcus
aūt dr: q supnę luce cōteplatiōis ignorat/ q pn̄tis vitę tenebris pssus/ du lucē venturā nequaq̄ diligendo conspicit/ quo
gressus operis porrigat nescit. Claudus vero est: qui quidē quo pgere debeat aspicit/ sed per infirmitatē mentis/ vitę
viā pfecte nō valet tenere quā videt. quia videlicet qs ad virtutis studiū dū fluxa consuetudine nō erigit: quo desyde=

uid. Idcirco dicitur in prouerbio. Cęcus q & claudꝰ q nō intrabunt in templum. Habitauit autem Dauid in arce syon/& vocauit eam ciuitatē Dauid/& ædificauit per gyrum a mello & intrinsecus: & igrediebatur proficiens atq̧ succrescens/& dominus deus exercituum erat cum eo.

2.reg.5.c. ¶Cognouit Dauid quoniam confirmasset eum dominus regem super Israel: & quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israel. Accepit ergo Dauid adhuc cōcubinas et vxores de Hierusalem postq̄ venerat de Hebron: natiq̧ sunt Dauid & alij filij & filię Et hęc nomina eorum qui nati sunt ei in Hierusalem: Samua & Sobab & Nathā et Salomō & Iabaar & Elisua & Nepheg & Iaphia & Helisama & Helida & Helipheleth. Et ibidem videri potest de duabus victorijs Dauid contra Philisteos.

2.reg.16.g ¶ De Dauid qui reduxit arcam fœderis/lusitq̧ & saltauit coram ea/& obid a Michol eius vxore despectus est [r]: vide late.2 regum.26. per totum. Et supra in verbo Arca.

2.reg.7.b. ¶ (Dauid domum domino ædificare volēte) dixit dominus ad Nathā prophetam. Hęc dices seruo meo Dauid. Hęc dixit dominus exercituum. Ego tuli te de pascuis sequentem greges/ vt esses dux super populum meum Israel/& fui tecum in omnibus vbicūq̧ ambulasti/ & interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua / feciq̧ tibi nomen grande iuxta nomē magnorum qui sunt in terra: & ponam locūm populo meo Israel & plantabo eū/& habitabo cum eo/& non turbabitur amplius/nec addent filij iniquitatis vt affligant eum sicut prius ex die qua constitui iudices super populum meum Israel. Et requiem dabo tibi ab omnibꝰ inimicis tuis: prędicetq̧ tibi dominus quod domum faciat tibi dominus. Cūq̧ completi fuerint dies tui/& dormieris cum patribus tuis/suscitabo semen tuū post te: quod egredietur de vtero tuo & firmabo regnum eius. Ipse [s] ędificabit domum nomini meo: & stabiliam thronū regni eius vsq̧ in sempiternum. Ego ero ei in patrem: & ipse erit mihi in filium. Qui si inique aliquid gesserit: arguam eum in virga virorū/ et in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam nō auferam ab eo sicut abstuli a Saul quem amoui a facie mea: & fidelis erit domus tua & regnum tuum vsq̧ in ęternum ante faciem meam/ & thronus eius erit firmus iugiter. Secūdum omnia verba hęc /& iuxta vniuersam visionem istam sic locutus est Nathan ad Dauid.

2.reg.8.g ¶De varijs pręlijs Dauid in Philisteos: vide.2. Reg.8 per totum.

2.reg.9.c. ¶(Ad Miphiboseth qui claudus erat vtroq̧ pede & filius Ionathę filij Saulis) dixit Dauid. Ne timeas ꝙ faciēs faciam in te misericordiā propter Ionatham patrem tuum: & restituam tibi omnes agros patris tui/ et tu comedes panē in mensa mea semper. Et per totum capitulū de Dauid in Miphiboseth exuberantibus beneficijs videri potest diffusiꝰ.

2.reg.10.a ¶Factum est vt moreretur rex filiorum Ammon: & regnauit Anon filius eius pro eo. Dixitq̧ Dauid. Faciam misericordiam cum Anon filio Naas sicut fecit pater eius mecum misericordiā. Misit [t] ergo Dauid consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cum autem venissent filij Dauid in terram filiarū Ammon: dixerunt principes filiorum Ammon ad Anon dominum suum. Putas ꝙ propter honorem patris tui miserit Dauid ad te consolatores: & non ideo vt te inuestigaret /& exploraret ciuitatem & euerteret eā/misit Dauid seruos suos ad te? Tulitq̧ Anon seruos Dauid/ rasitq̧ dimidiam partem barbę eorum/& pręcidit vestes eorum medias vsq̧ nates: & dimisit eos. Quod cum nū-

riū eius nititur/ illuc gressus operis efficaciter non sequūtur. Ista sūt verba tex. qui est Greg. i c. hinc etei. circa pric. 49. dis.

r ¶ Videat tex. in c. vt cognouerunt. §. opponit. versi. Quō charitatē de pœni. distinc. 2. vbi dicitur. Quomodo charitatem non habebat: qui irrisus a Michol filia Saul eo ꝙ ante arcā dn̄i psalterium & citharam percutiens saltasset/ ait. Ludā & vilior fiam in oculis meis?

s ¶ Circa hāc sentētiā videat tex. in c. 1. versi. Qualiter. de consc. distinc. 1. vbi dicitur. Qualiter Dauid regum pijssimus amplificauerit cultū dei/ & templū dn̄i ędificare voluerit/sed propter multū sanguinē quē effuderat prohibitus est/ et ipse collegerat expensas/ Salomon quoq̧ filiꝰ eiꝰ quod ipse facere optauerat iubente & auxiliāte dn̄o perfecit / & tēplū cū altari & reliqua ad diuinū peragēdū cultū cōsecrauit: in libro regum legitur. Hæc tex.

t ¶ Isti qui per Dauid ad filios Ammon missi fuerant dicebant legati qꝛ hi legati dicūtur qui a principe vel papa mittūtur. ita dicit glosa in Rubri. C. de legatiōibꝰ. li. 10. Et ideo non illudi/ sed vt ipsius Dauid locū tenentes debebāt honorari. vt ē bo. tex. in c. grandi. circa me. de sup. negli prælat. li. 6. & facit in simili est no. textus in c. si. 93. distinc. vbi dicitur. Præcipimꝰ ne Diaconus quis etiā in dignitate hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit: āte presbyterū sedeat: nisi cū locū habuerit proprij patriarchę aut Metropolitani sui pro aliquo. Tūc enim sicut illius locū tenens honorabitur. Et ad hoc facit etiā tex. in c. sane. 2. de offi. dele. et glo. in c. q̄ de causa. 2. q. 4. Et propterea iniuria eis facta/ ipsi Dauid facta cēsetur. quia regulare est ꝙ iniuria facta legato/ ipsi leganti seu mittēti facta videt. ita dicit Panor. in c. cū olim. in. 1. no. de offi dele. Vnde dicit Bal. in l. 1. col. 2. eodem ti. ꝙ occidens ambasiatorem reip. tenetur crimine lęsę maiestatis/ sicut si offēdisset rēp. De hac materia videat vberiꝰ per do. meū Deciū in d. c. sane. 2. de offi. delęg.

ciatum esset Dauid/misit in occursum eorum: erãt enim viri confusi tur
piter valde. Et mandauit eis Dauid. Manete in Hierico donec crescat
barba vestra: & tunc reuertimini. De bello autem
quod hac occasione gessit Dauid in filios Ammõ: vide per discursum.
dicti capitis.10.

¶Eo tẽpore quo solent reges ad bella ꝓcedere/misit Dauid Ioab & ser 2.reg.11.a
uos suos cũ eo & vniuersũ Israel: & vastauerunt filios Ammon/& obse
derũt Rabba/ Dauid autem remansit iu Hierusalem. Dum hęc ageren
tur/accidit quadam die vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiem/
et deãbularet in solario domus regiæ: viditq; mulierem se lauantem ex
aduerso super solarium suum. Erat autem mulier pulchra valde. Misit
ergo rex / & requisiuit quę esset mulier: nunciatumq; est ei ꝙ ipsa esset
Bersabee filia Heliam/vxor Vrię Ethei. Missis itaq; Dauid nuncijs tu=
lit eam: quę cum ingressa esset ad illum/dormiuit [v] cum ea. Statiq; san=
ctificata est ab immudicia sua / & reuersa est in domum suam concepto
fœtu: mittensq; nũciauit Dauid/& ait. Concepi. Misit autem Dauid ad
Ioab dicens. Mitte ad me Vriam Ethęum. Misitq; Ioab Vriam ad Da=
uid/& venit Vrias ad Dauid: quęsiuitq; Dauid ꝗ recte ageret Ioab &
popul⁹/& quomodo administraretur bellum. Et dixit Dauid ad Vriã.
Vade in domum tuam: & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de do=
mo regis: secutusq; est cũ cibus regius. Dormiuit autẽ Vrias ante portã
domus regiæ cũ alijs seruis domini sui: & non descẽdit ad domũ suã.
Nunciatumq; est Dauid a dicentibus: nõ iuit Vrias ad domum suam.
Et ait Dauid ad Vriam. Nũquid non de via venisti? Quare non descẽ=
disti in domum tuam? Et ait Vrias ad Dauid. Arca dei & Israel & Iuda
habitant in papilionibus / & dominus meus Ioab & serui domini mei
super faciem terrę manent: et ego ingrediar domum meam vt comedã
et bibam & dormiam cum vxore mea? Per salutẽ tuam [x] & per salutem
animę tuę/non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriam. Mane hic
etiam hodie: & cras dimittam te. Mansit Vrias in Hierusalem in die il=
la & altera: & vocauit eum Dauid vt comederet coram se & biberet: &
inebriauit eum. Qui egressus vespere dormiuit in stratu suo cum seruis
domini sui: & in domum suam non descendit. Factum est ergo mane/
et scripsit Dauid epistolam ad Ioab: misitq; per manum Vrię scribens
in epistola. Ponite Vriam ex aduerso belli vbi fortissimum est pręliũ:
et derelinquite eum/vt percussus intereat [v]. Igitur cũ Ioab obsideret vr=
bem/posuit Vriam i loco vbi sciebat viros esse fortissimos: egressiq; vi=
ri de ciuitate bellabant aduersum Ioab/ & ceciderunt de populo seruo=
rum/et mortuus [v] est etiam Vrias.

¶Audiuit vxor Vrię ꝙ mortuus esset Vrias vir suus & plãxit eũ: trãs= 2.reg.11.d
actoq; luctu [y] misit Dauid/ & introduxit eam in domum suam/ et facta

v ¶De hoc duplici/ adulterij sc3 & homicidij crimine commisso per Dauid: textus est in c. vt cognouerunt. colũ. 3. de pœni. distinc. 2. vbi dicit. Post tot innumerabilia diuinæ & supernę dilectionis indicia ꝗ grauiter Dauid deliquerit null⁹ ignorat: qui Bersabee adulteriũ/& Vrię homicidium admisit. De quibus etiã criminibus loquitur tex. in c. dñs. in pric. 56. dis. in c. si qua. 31. q. 1. in c. in totã. de pœni. dis. 3. in c. Voluissent. versi. Dauid quoq;. de pœni dis. 1. & i c. si peccatũ. & in c. seq. eadem distinc. de quibus textibus statĩ dicetur.

x ¶Hoc iuramẽto per salutẽ pricipis vel per geniũ pricipis/iutatur etiã iure humano: & iuramẽto sic facto contraueniẽs punitur. Tex. est no. i l. si duo patroni. §. si. ff de iureiu. vbi dicit. Si quis iurauerit in re pecuniaria per geniũ principis dare se non oportere/ & periurauerit &c. iperator nr cũ patre rescripsit fustibus cũ castigatũ dimittere. Et ita ei superdici. importune noli iurare. Hæc tex. Iurat aũt p geniũ principis: qui per pricipis maiestatem/ seu celsitudinẽ iurat. secundũ Albe. & Alex. ibi.

y ¶Iure humano iure sc3 ciuili antiquo vxoribus inhibitum erat ne nuberent ante transactũ tempus luctus. Alias incurrebãt infamiam / & ij etiã cũ quibus nubebãt. Tex. est in l. decreto. C. ex qui. cau. infa. irro. vbi dicitur. Intra temp⁹ quo mulieribus lugere maritum moris est/ m̃rimoniũ cõtrahere non permittitur. & si qua nuptias alias intra hoc tempus secuta ęst tã ea ꝗ is qui sciẽs eã duxit in vxorẽ etiãsi miles sit/ perpetuo edicto: labẽ pudoris cõtrahit. Et ideo dicit tex. in. l. Solet. ff. de his q no. ifa. Solet a pricipe ipetrari vt itra legitimũ tp̃s mulieri nubere liceat. Ampliat aũt & limitat hęc dispositio de nõ nubẽdo/ nisi trãsacto tp̃e luct⁹/ p tex. in l. liberorũ. versi. si & talis. & versi. Nõ solẽt. ff. codẽ. vbi dicit tex. Si talis sit maritus quẽ more maiorum lugeri non oportet: non posse eã nuptui infra legitimũ tempus collocari iubet. Prætor eni ad id tẽpus se rettulit: quo vir elugeretur qui solet elugeri propter turbationẽ sanguinis. Non solent autem lugeri (vt Necatius ait) hostes vel perduelliones dãnati/ neq; suspendiosi/ neq; qui manus sibi intulerint nõ tędio vitę sed mala conscientia. Si qua ergo post hmõi exitũ mariti se nuptijs collocauerit: infamia notat. Notatur etiã qui eam duxit: sed si sciens. ignorantia enim excusatur: non iuris sed facti. Hæc tex. Alijs etiã penis mulctat mulier nubens infra tempus luct⁹. de quibus habet in l. 1. C. de secun. nup. vbi dicitur. Si qua mulier nequaꝗ luctus religionem priori viro nuptiarũ festinatione prę stiterit: ex iure quidẽ notissimo sit infamis. præterea secundo viro vltra tertiam partem bonorũ non det: neq; ei testamento plusꝗ tertiã partem relinquat. Omniũ præterea hęreditatum / legatorum/ fideicommissorũ suprema voluntate relictorũ/ mortis causa donationũ sit expers. Hæc namq; omnia ab hæredibus vel cohæredibus aut ab intestato succedentibus vendi iubemus: ne in his in quibus correctionem morum induximus/ fisci videamur habere rationẽ. His etiam amittendis quæ prior maritus ei suprema voluntate reliquerit: quãꝗ hæc quę mulieri a priore viro relinquũtur/ & per immatutũ matrimoniũ vacuata esse cœperunt primo a decẽ

est ei vxor z/peperitq ei filium.

2.reg.12.c ¶Misit dominus Nathã prophetam ad Dauid: qui dixit ad eum. Hęc dixit dominus. Quare contempsisti verbum domini: vt faceres malum in conspectu meo/ Vriã Etheum percussisti gladio/ et vxorem illius accepisti in vxorem: & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quam obrem non recedet gladius de domo tua vsq in sempiternum: eo q despexeris me & tuleris vxorẽ Vrię Ethęi/ vt esset vxor tua. Itaq hęc dicit dominus. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua / & tollam vxores tuas in oculis tuis/ & dabo proximo tuo: et dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondite: ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel/ et in conspectu solis huius. Et dixit Dauid ad Nathan. Peccaui [a] domino. Dixitq Nathan ad Dauid. Dominus quoq trãstulit [a] peccatum tuum: non morieris. Ve-

personis edicto prætoris enũeratis ascendentibus & descendẽtibus. Ex latere autem vsq ad secuudũ gradum/ gradidus seruatis. deinde præsumi a fisco iubemus. Eandemq mulierem infamẽ redditam hereditates ab intestato vel legitimas vel honorarias non vltra tertiũ gradũ sinimus vendicare. Hæc tex. Textus aũt in l. 2. C. eodem ti. declarãs q̃tum sit seu esse debeat tempus luctus: dicit. Si qua ex fœminis perdito marito intra ãni spaciũ festinauerit nubere & c. omnia quę de prioris mariti bonis vel iure sponsaliũ vel iudicio defuncti coniugis consecuta fuerat/ amittat. Hæc tex. Istę tñ omnes penæ q̃ propter festinatas nuptias vxoribus a iure ciuili iponebant: sũt a iure canonico sublatæ. prout est text⁹ cum glosa in c. fina. de secũ. nup. i ãtiq. vbi dicit tex. Cum secũdum apostolũ mulier mortuo viro suo ab eius sit lege soluta/ & nubẽdi cui vult tñ in domino liberã habeat facultatẽ: nõ debet legalis infamiæ (. s. nec aliarum legaliũ penarũ) sustinere iacturam. quæ licet post viri obitum infra temp⁹ luctus scilicet vnius anni spaciũ nubat: concessa sibi tñ ab apostolo vtitur potestate/ cum in his presertim seculares leges non dedignentur sacros canones imitari. Hęc tex. Cętera quę concernunt dictũ apostoli de nubendo libere post mortẽ viri: dicentur. ĩ. in verbo Nubere. vbi videantur. z ¶ Dauid viuente Vria marito Bersabee commisit cũ ea adulteriũ: & in mortẽ eius viri Vriæ machinatus est. propterea videtur dicendũ q de iure humano non poterat cum ea matrimoniũ contrahere: quia adulterium coniunctũ cũ machinatione impedit matrimonium cõtrahendũ. prout est tex. apertus in c. super hoc. de eo qui duxit in vxo. quam pol. per adul. Vt hæc materia breuiter resoluatur; fiat regula affirmatiua talis. Qui superstite vxore sua cum alia muliere adulteriũ committit: potest vxore sua mortua cũ ea licite contrahere. Tex. est in c. significasti. in princ. de eo qui duxit. &c. Fallit primo: quãdo cum ista adultera matrimoniũ contraxisset viuente vxore legitima: Tunc enim non potest post mortẽ suæ vxoris eã ducere in vxorem; si adultera sciens eũ habere aliam vxorẽ cum eo contraxerit. Ita loquitur c. 2. in fi. eodẽ ti. Secus si erat ignorans: quia tũc eligitur via media/ vt volens possit cum eo contrahere/ sed inuita non cogatur. Ita loquitur c. 1. & c. veniẽs. eodẽ ti. Ista limitatio ampliatur: vt procedat etiã si prima vxor non fuisset carnaliter cognita. Tex. est in d. c. 2. eo. ti. Secundo ampliatur: etiam si prima vxor esset ab eo separata quoad thorum. Nam nihilominus remanet vinculũ matrimoniale: quod est sufficiens ad dirimendũ matrimoniũ contractũ cum adultera/ viuente prima vxore/ & impediendum contrahẽdum ea mortua. Tex est in c. Ex litterarum. eodẽ ti. Secundo limitatur quando adulter vel adultera machinati essent in mortẽ vxoris defunctæ vel viri defuncti: quia tunc impediretur contrahendũ matrimoniũ. Tex. est in d. c. super hoc. eodem ti. Nec obstat q Dauid cum Bersabee adulterium commisit & mortem Vrię machinatus est: & tamen eandem Bersabee postea duxit in vxorem. quia ad hoc factum Dauid/ respondet tex. in c. si qua fuerit. §. sed obijcitur. 31. q. 1. sic dicens. In veteri testamento multa permittebantur propter infirmitatem quæ euangelij perfectiõe eliminata sunt: sicut permittebatur quibuslibet dare libellũ repudij ne per odiũ funderet sanguis innoxius. Quod postea in euangelio dñs prohibuit: dicens vxorem a viro non esse dimittendã/ nisi causa fornicationis. Quędam etiam permittebantur causa infirmitatis & sacramenti futurorũ. sicut dñs permisit filijs Israel offerre animalia sibi in sacrificiũ quæ in Aegypto consueuerant immolare dęmonibus: malens ea sibi offerri q̃ idolis/ & vt essent illis sacramenta futurorũ. Sic & Bersabee permissa est duci in vxorem: non magis causa suæ infirmitatis q̃ significatione futurorũ. Hæc tex. dicti c. si qua vbi glo. in verbo significatione. declarat quæ futura per hanc cõmixtionẽ Dauid cum Bersabee significata fuerint. Tertio limitatur: quando quis vxore sua superstite fidẽ dedisset suę adulterę de ea ducẽda post mortẽ vxoris suę & viri sui. quia propter hanc fidem datam impediretur matrimoniũ contrahẽdum. Tex. est in d. c. significasti. in fi. eodẽ ti. Et sic resoluendo materiam ad hoc vt cum adultera sua prohibeatur aliquis contrahere requiritur vnũ de tribus/ vel machinatio mortis/ vel matrimoniũ de facto contractũ / vel fides data de contrahendo. Vnũ tamẽ ex istis tribus non sufficeret nisi etiam adesset adulteriũ. Tex. est in c. si. eodem ti. vbi probatur non sufficere matrimoniũ de facto contractũ/ nec etiam fides data de cõtrahendo. Quod aũt sola machinatio nõ sufficiat nisi etiam adsit adulteriũ: probatur in d. c. significasti. vbi quando fit mentio de machinatione: fit respectiue ad adulteriũ. & idem in c. si qua. viuente. 31. q̃st. 1. quod est verũ; nisi machinatio interuenisset ex parte vtriusq / respectu scilicet illius qui vult nubere cum vxore alterius in cuius mortem & ipse & vxor illius machinati sunt. quia tũc impediretur matrimoniũ: etiã si nullũ interuenisset adulteriũ. Tex. est no. in c. 1. in pric. de conuer. infi. a ¶ De hac pœnitentia Dauid & remissione peccati sui: tex. est in c. dñs. circa princ. 50. distinc. vbi dicitur. Omnem pœnitentiã recipit deus: & indulget per pœnitentiã peccata quæ iam facta sunt. Noui enim q Dauid fornicatorem & homicidam per pœnitentiã remiserit deus: & q dixerit de eo. Inueni hominem secũdũ cor meum. De qua etiã pœnitentia & remissione loquens textus in c. voluissent. col. 3. de pœni. distinc. 1. dicit. Dauid cũ adulteriũ cõmisisset & homicidiũ: nõ ante audiuit a propheta/ Transtulit dñs a te peccatũ tuũ: q̃ ipsũ peccatũ confiteret. prius eñi pphetę peccatũ redarguenti confessus est: & postea audiuit/ Transtulit dñs peccatũ tuũ a te. Textus præterea qui Gregorij est de eadem materia loquens in c. si peccatum. eadem distinc. dicit. Si peccatũ Dauid dñs transtulit tam detestabile: quid est q post omnia quæ de eodẽ peccato per prophetam a dño ei dicta sunt/ postmodũ tanta tolerauit/ sed proculdubio dñs delictũ sine vltione nõ deserit. Aut enim ipse hoc in se penitus punit: aut hoc deus cum homine vindicans percutit. Nequaq̃ igitur peccato parcitur: quia nullatenus sine vindicta laxatur. sicut enim Dauid audire post confessionem meruit/ Dñs trãstulit peccatũ tuũ/ & tamen post multis cruciatibus afflictus reatũ culpę quẽ perpetrauerat exoluit: sic nos salutis vnda a culpa primi hominis absoluimur / sed tamen reatum eiusdem culpę diluentes absoluti quoq adhuc carnaliter obimus: quia delicta nostra siue per nos siue per semetipsum resecat etiã cũ laxat. Ab electis enim suis iniquitatũ maculas studet temporali afflictione tergere: quas in perpetuum nõ vult in eis perire. Et in c. sicut primi. eadem distinc. dicit tex. Caro peccati etiã si remissis

runtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini: pro-
pter nomen hoc/filius [b] qui natus est tibi/morte morietur.
ℭPercussit dominus paruulum quem pepererat vxor Vriæ Dauid:& 2.reg.12.d
desperatus est/deprecatusq; est Dauid dominum pro paruulo/& ieiuna
uit [c] Dauid ieiunio/& ingressus seorsum iacuit super terram. Venerunt
autem seniores domus eius cogentes eum vt surgeret de terra: qui no-
luit/nec comedit cum eis cibum. Accidit autem die septima [d] vt morere
tur infans: timueruntq; serui Dauid nunciare ei q̄ mortuus esset par-
uulus. Dixerunt enim. Ecce cum paruulus adhuc viueret/loquebamur
ad eum/& non audiebat vocem nostram: q̄tomagis si dixerimus mor-
tuus est puer/se affliget? Cum ergo Dauid audisset seruos suos mussitā-
tes/intellexit q̄ mortuꝰ esset infātulus: dixitq; ad seruos suos. Nū mor-
tuus est puer? Qui responderunt ei. Mortuus est. Surrexit ergo Dauid
de terra: & lotus vnctusq; est. Cumq; mutasset vestem/ingressus est do-
mum domini/& adorauit: & venit in domum suam/petiuitq; vt pone-
rent ei panem/& comedit. Dixerunt autem ei serui sui. Quis est sermo
quem fecisti? Propter infātē cū adhuc viueret ieiunasti & flebas: mortuo
autē puero surrexisti et comedisti panē. Qui ait. Propter īfātē cū adhuc
viueret ieiunaui & fleui: dicebā ei. Quis scit si forte donet mihi eū dn̄s:
et viuat īfās? Nūc autē quia mortuꝰ [e] est: quare ieiuno [e]? Nūqd potero
reuocare eū ampliꝰ? Ego vadā magis ad eum: ille vero nō reuertetur [f]
ad me. Et consolatus est Dauid Bersabee vxorem suam: ingressusq; ad
eam dormiuit cum ea/ que genuit filium/& vocauit nomē eius Salomō/
et dominus dilexit eum. Misitq; eum in manu Nathan prophete: & vo
cauit nomen eius amabilis domino/eo q̄ diligeret eum dominus.
ℭ(Ammon filius Dauid oppressit Thamar sororem suā: et cubuit cū 2.reg 13.d
ea). Cum autem audisset rex Dauid verba hec/contristatus est valde: &
noluit contristare [g] spiritū Ammon filij sui/quoniam diligebat eū/quia
primogenitus erat ei. Et latius supra in verbo Ammon.
ℭ(Absalon alter filiorum Dauid/Ammon fratrem suum ratione ince- 2.reg.13.f
stus cum Thamar sorore commissi interfici precepit.) Surgentesq; om-
nes filij regis ascenderunt singuli mulas suas: et fugerunt. Cumq; ad-
huc pergeret in itinere: fama peruenit ad Dauid/dicētes. Percussit Ab-

peccatis homo in ea iuste vixerit: non continuo meretur eam mortem non perpeti quam contraxit de propagine peccati. Tale enim aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro regum: ad quē propheta cum missus esset/eiq; ob peccatū quod admiserat euentura mala cōminaretur: confessione peccati veniā meruit. respondente propheta: q̄ illud ei peccatū facinusq; dimissum sit: & tn̄ consecuta sunt quæ dn̄s cōminatꝰ fuerat/ vt sic humiliaretur a filio. Quare & nunc dicitur. Si deus propter peccatū illud fuerat cōminatus vt sic humiliaretur a filio: cur dimisso quod erat eis cōminatus impleuit/ nisi quia rectissime si dictū fuerit/ respōdetur remissionem illā peccati factā/ ne homo ad percipiendā vitā impediret æternā: subsecutū vero illud cōminationis exemplū: vt pietas hominis etiā in illa humilitate exerceretur atq; probaretur. Hęc tex. Sūt etiam alij tex. q videri possunt de hac pœnitentia Dauid & sui peccati remissiōe loquētes in c. totam. in c. ille rex tantus. & in c. illud vero. de pœni. distinc. 3.

b ℭ Sic ergo peccata patrū/ dn̄s nonūq̄ vlciscitur in filijs. De quo videatur quod habetur s. in verbo Anima.

c ℭ Ieiunauit Dauid non tantū pro infirmitate paruuli sui: sed etiam pro peccatis homicidio & adulterio ab eo cōmissis. Tex. est hoc ieiuniū Dauid declarans in c. hoc ipsū. versi. hoc autem quanq̄. 33. q. 2. vbi dicitur. Dauid de adulterio & homicidio depræhensus vnius hebdomadę ieiuniū deo legitur obtulisse.

d ℭ Tametsi tantum die septima mortuus sit infantulus Dauid: tamē dici potest mox vt natus est decessisse. & hoc ideo quia a natiuitatis tēpore nihil aut parum habuit valetudinis prosperę/ & ex infirmitate contracta decessit anteq̄ nomē aliquod sibi fuisset indictū/ vt pote cū tm̄ die octauo īdiceret. Tex. est Hieronymi qui fecit istā declarationē in c. Nā & ego. de ver. signi. vbi dicitur. Quare vnigenitū se Salomon nominat/ dicens/ nam & ego vnigenitꝰ fui coram matre mea/ quem tn̄ fratrem vterinum præcessisse scriptura testatur: nisi quia ille mox natus sine nomine quasi nūq̄ esset/ vita decessit.

e ℭ Cyprianus nedum de morte filiorum sed etiam de morte propria censet non esse contristandū. Dicit enī Cyprianus cuius verba ponuntur in c. q̄ preposterum. 13. q. 2. Quam præposterū est q̄q; peruersū: vt cum dei voluntatem postulemus/ qn̄ vocat nos & accersit nos de hoc mundo/ non statim volūtatis eius imperio pareamꝰ: obnitimur & reluctamus/ & pertinaciū more seruorū ad conspectum dn̄i cum tristitia & mœrore perducimur/ exeuntes istinc necessitatis vinculo non voluntatis obsequio: & volumus ab eo premijs cœlestibus honorati/ ad quē venimꝰ inuiti. Et subijcitur. Nobis quoq; ipsis minimis & extremis quoties reuelatū est q̄ frequēter atq; manifeste de dignatione præceptū est: vt contestarer assidue/ vt publice pdicarē/ fratres nō esse lugendos accersione dn̄ica de seculo liberatos cū sciamꝰ non amitti sed premitti recedentes precedere/ vt profici scentes & nauigātes solent. Hæc tex. Dicit etiam textus qui Chrysostomi est in c. vbicūq;. eadem causa. & questio. Lugere & deplorare & lamentari eos qui ab hac vita decedunt ex pusillanimitate contingit. Hęc tex. Qui tamen subijcit. Hoc ex desperatione futuræ resurrectionis intelligitur. Vnde & apostolus non simpliciter ait/ nolumus vos ignorare de dormientibꝰ vt non contristemini: sed addidit/ sicut & cæteri qui spem nō habent. pietatis nāq; affectu humanitatis intuitu mortuos lugere nō prohibemur: sicut nonnullos sanctorū/ aliorū exequijs pias lachrymas impendisse legimus.

f ℭ Dicit tamen textus Augustini in c. fatendū. 13. q. 2. Multi ad viuos/ aliquos ex mortuis venire credunt. sicut econtrario Paulum ex viuis in paradisum raptū esse diuina scriptura testatur. Et dicit ibi Archi. in fi. q̄ sicut deus Angelos ad nos mittit: ita & aīas mittere potest.

g ℭ Si vere filiū suū Ammon Dauid dilexisset: castigasset eū nec eius spiritum contristari timuisset. Quia vt notabiliter dicit textus Augustini in c. non omnis. 5. q. 5. Quis potest nos amplius amare q̄ deus: & tamen nos non solum docere suauiter/ verūetiam salubriter terrere non cessat

salon omnes filios regis: & non remansit ex eis saltem vnus. Surrexit
itaqꝫ rex Dauid/ & scidit vestimenta sua: & cecidit super terram & om=
nes serui illius qui assistebant ei/ scideruntqꝫ vestimenta sua. Respōdēs
autem Ionadab filius Sēma fratris Dauid: dixit. Ne existimet domin⁹
meus rex ꝙ omnes pueri regis occisi sint: Ammon solus mortuus est:
quoniā in odio Absalon erat positus ex die qua oppressit Thamar so=
rorem eius. & c.
2.reg.13.f. ❡Luxit Dauid filium suum multis diebus. Absalon autem cum fu=
gisset/ & venisset in Gessur/ fuit ibi tribus annis: cessauitqꝫ rex Dauid
persequi Absalon/eo ꝙ consolatus [h] esset super Ammon interitu.
2.reg.14.g ❡(Interuentu Ioab & mulieris Thechnitis) vocatus est Absalon & in=
trauit ad regem Dauid & adorauit super faciem terrę coram eo: oscula
tusqꝫ [i] est rex Dauid Absalon.
2.reg.15.b d. ❡Dixit Absalon ad regem Dauid. Vadam & reddā vota mea quę vo=
ui domino in Hebron: vouens enim vouit [k] seruus tuus cū esset in Ges
sur Syrię/ dicēs. Si reduxerit [k] me domin⁹ in Hierusalē: sacrificabo do
mino. Dixitqꝫ ei rex Dauid. Vade ī pace. Et surrexit & abijt ī Hebrō.
Misit autem Absalon exploratores in vniuersas tribus Israel: dicens.
Statim vt audieritis clangorē buccinę: dicite. Regnabit Absalon in He
bron. Porro cum Absalon ierunt ducēti viri de Hierusalem vocati eū=
tes simplici corde: & causam penitus ignorātes. Accersiuit quoqꝫ Ab=
salon Achitofel Gilonitē cōsiliarium Dauid de ciuitate sua Gilo. Cūqꝫ
immolaret victimas: facta est coniuratio [l] valida/ populusqꝫ concurrēs
augebatur cum Absalon. Venit igitur nuncius ad Dauid dicens. To=
to corde vniuersus Israel sequitur Absalon. Et ait Dauid seruis suis
qui erant cum eo in Hierusalem: surgite & fugiamus [m]: neqꝫ enim erit
nobis effugium a facie Absalon. Festinate egredi: ne forte veniens oc=
cupet nos/ & impellat super nos ruinā/ & percutiat ciuitatem in ore gla
dii. Dixeruntqꝫ serui regis ad eum. Omnia quęcunqꝫ pręceperit domi=
nus noster rex: libenter exequimur serui tui. Egressus [m] est ergo rex &
vniuersa domus eius pedibus suis: & dereliquit rex decem mulieres cō=
cubinas ad custodiendā domum. Egressusqꝫ rex & omnis Israel pedib⁹
suis stetit procul a domo: & vniuersi serui eius ambulabāt iuxta eum/
et legiones Terethi & Pheleti/ & omnes Gethę pugnatores validi sexcē=
ti viri qui sequuti eum fuerant de Geth/ pedites pręcedebant regem. Di
xit autē rex ad Ethai Gethęum. Cur venis nobiscum? Reuertere & ha=
bita cum rege: quia peregrinus [n] es & egressus es de loco tuo Heri ve=
nisti: & hodie compelleris nobisum egredi. Ego autem vadam quo itu=
rus sum. Reuertere & reduc tecum fratres tuos: & dominus faciet tecū
misericordiam et veritatem/ quia ostendisti gratiam & fidem. Et respon
dit Ethai regi dicens. Viuit dominus/ & viuit dominus meus rex: quo
cunqꝫ loco fueris domine mi rex siue in morte/ siue in vita/ ibi erit ser=
uus tuus. Et ait Dauid Ethai. Veni & trāsi. Et transiuit Ethai Gethę⁹/
et rex/ & omnes viri qui cū eo erāt/ et reliqua multitudo. Omnesqꝫ fle=
bant voce magna: & vniuersus populus transibat. Rex quoqꝫ transgre
diebatur torrentē Cedron: & cunctus populus incedebat contra viam

mentis lenibus quibus deus omnes consolatur/ sępe etiam mordacissimū medicamentū tribulationis adiungit. Exercet fame patriarchas etiā pios & religiosos. non aufert ab apostolis stimulū carnis: vt virtutem in infirmitate perficiat. Et in c. non osculatur eadem causa & q̄stione. dicit tex. Quando castigatur qui diligitur: tunc circa eū pietas exercetur. Habet enim & amor plagas suas: quæ dulciores sunt cū amarissime inferuntur. Dulcior enī est religiosa castigatio: q̄ blanda remissio. Et in c. non vos iudicetis. eadem causa & questi. dicit text⁹ Augustini Nō vos iudicetis esse maliuolos quando crimen alterius iudicatis. magis quippe nocentes non estis iudicando crimē: q̄ si fratres vr̄os quos iudicādo corrigere potestis/ tacēdo perire pmittitis. Hæc tex.

h ❡Cōsolatus esset: & merito. Tristari enim nimiū de obeuntibus nō debem⁹: etiā pietatis seu humanitatis ītuitu: prout sentit bonus tex. in c. habent forsitā. 13. q. 2.

i ❡Osculari filiū est lenitatem & blandimenta ei ostendere. Istam declarationem sentit text⁹ Ambrosij in c. non osculatur. 5. q. 5. vbi dicit. Nō osculat semp filiū pater sed aliquando castigat.

k ❡Sic ergo votū deo fieri potest sub conditione. quod est verum etiā iure humano. prout est bon⁹ textus in c. vnico. in fi. 32 q. 8. per quem textum argumento sumpto a contrario ita concludit Panor. vbi satis diffuse loquitur in c. scripturę. col. 2. de voto.

l ❡Quō differat coniuratio a conspiratione annotatum est in verbo Athalia. vbi videatur.

m ❡De hac fuga Dauid a facie sui filij Absalon: meminit tex. in c. sicut. §. necesse versi. Absalon. 47. dis. vbi dicit. Absalon postq̄ veniam a patre obtinuit: de regno illum expulit. De cęteris etiā facto Absalon perpessis a Dauid est bon⁹ textus in c. si peccatū de pœni. dis. 1 vbi dicitur. Dauid audire post confessionem meruit/ Dn̄s trāstulit a te peccatū tuū: & tn̄ post multis cruciatibus afflict⁹ ac fugiēs/ reatū culpæ quem perpetrauerat absoluit Sic & nos salutis vnda a culpa primi hois absoluimur: sed tn̄ reatū eiusdē culpæ diluentes absoluti quoqꝫ adhuc carnaliter obimus. quia delicta nostra siue p nos siue per semetipsum resecat: etiā cū laxat. Ab electis enim suis iniquitatū maculas studet temporali afflictione tergere: quas imperpetuū nō vult in eis videre. Hæc tex.

n ❡Peregrinis fauorabiles debemus nos exhibere etiam iure hūano. vt est tex. notabilis in auth. Oēs peregrini. C. cōmunia. de successi. de quo videat in verbo Peregrin⁹.

olię quę respicit ad desertum . Venit autem & Sadoch sacerdos & vniuersi Le=
uitę cum eo portantes arcam fœderis dei : & deposuerunt arcam dei. Et ascendit
Abiathar: donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate. Et
dixit rex ad Sadoch. Reporta [o] arcam dei in vrbem . Si inuenero gratiā in oculis
domini: reducet me & ostēdet mihi eam & tabernaculum suum. Si autem dixerit
mihi non places: pręsto sum/ faciat quod bonum est coram se. Et dixit rex ad Sa
doch sacerdotem . O vidēs reuertere in ciuitatem in pace: & Achimas filius tuus
et Ionathas filius Abiathar/duo filij vestri sint vobiscum. Ecce ego abscondar in
campestris deserti: donec veniat sermo a vobis indicās mihi. Reportauerunt ergo
Sadoch et Abiathar arcam dei in Hierusalē: & manserunt ibi. Porro Dauid ascē
debat cliuum oliuarum scandens & flens: nudis pedibus incedens / & operto ca=
pite. Sed & omnis populus qui erat cum eo : operto capite ascendebat plorans.

¶ Nūciatum est Dauid ꝙ Achitofel esset in coniuratione cum Absalon. Dixitq; 2.reg.15.g
Dauid. Infatua quęso (domine) consilium Achitofel. Cumq; ascēderet Dauid sū
mitatem montis in quo adoraturus erat dominum: ecce occurrit ei Chusi Aachi=
tes scissa veste/ & terra pleno capite: & dixit ei Dauid. Si veneris mecum/eris mihi
oneri: si in ciuitatem reuertaris & dixeris Absalon/seruus tuus sum rex/patere me
viuere/sicut fui seruus patris tui/sic ero seruus tuus: dissipabis consilium Archito
fel. Vbi in fine dicitur ꝙ veniente Chusi in ciuitatem: Absalon quoq; ingres=
sus est Hierusalem & Achitofel cum eo.

¶ Cum Dauid trāsisset paululum montis verticem: apparuit Siba puer [p] Miphi 2.reg.16.a
boseth in occursum eius cum duobus asinis qui onerati erant ducentis panibus
et centum alligaturis vuę passę & septem massis palatarum/et duobus vtribus vi=
ni. Et dixit rex Sibę Quid sibi volūt hęc? Respondit Siba. Domine mi rex/asini
domesticis regis vt sedeant/& panes & palatę ad vescēdum pueris tuis: vinum au
tem vt bibat si quis defecerit in deserto. Et ait rex. Vbi est filius domini tui? Re=
spondit Siba regi. Remāsit i Hierusalē dicēs. Hodie restituet mihi dñs Israel re=
gnū prīs mei. Et ait rex Sibę. Tua sūt omnia quę fuerūt Miphiboseth . Dixitq;
Siba. Oro vt inueniam gratiam apud te domine mi rex.

¶ Venit rex Dauid vsq; Bathurim . Et ecce egrediebat inde vir de cognatiōe do= 2.reg.16.b
mus Saul nomine Semei filius Gera: pręcedebatq; egrediens & maledicebat/ mit=
tebatq; lapides contra Dauid. Omnis autē populus & vniuersi bellatores a dex=
tro & a sinistro latere regis incedebant. Ita autem loquebatur Semei cū maledice
ret regi. Egredere egredere vir sanguinū: & vir belial. Reddidit tibi dñs vniuersū
sanguinē dom9 Saul: qm̄ inuasisti regnū p eo/ & dedit dñs regnū in manu Absa
lon filij tui/& ecce premunt te mala tua quoniam vir sanguinum es. Dixit autem
Abisai filius Saruiæ regi. Quare maledicit canis hic moritur9 domino meo regi?
Vadam & amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi et vobis est filij Saruiæ?
dimittite [q] eum vt maledicat: domin9 enim pręcepit ei vt malediceret Dauid . Et
quis est qui audeat dicere: quare sic fecerit? Et ait rex Abisai & vniuersis seruis su
is. Ecce filius meus qui egressus est de vtero meo quęrit animam meam: q̄to ma=
gis hic filius Iemini maledicet mihi? Dimitte [r] eum vt maledicat iuxta pręceptum
domini: si forte respiciat dominus afflictionem meam/& reddat [r] mihi dominus

o ¶ Et sic videtur reliquias de loco in locū transferendas non esse/prout etiā est bon9 textus in c. corpora sanctorum. de conse. distinc. 1. vbi dicitur. Corpora sanctorum de loco ad locū nullus transferre præsumat sine consilio principis vel episcoporū sanctaq; synodali sententia. Si tn̄ essent reliquiæ deferibiles: non videtur inhibitum ne de loco ad locū trāsferantur. prout post sanctum Thomā in secūda secūdæ. sub Rub. de supersti. tenet Albericus de rosate in dictionario suo. in verbo Reliquiæ sanctorum p ¶ Puer idest seruus. Et ita etiam sumitur quandoq; in iure hūano. vt ē tex. in l. seruis. in versi. Sed & pueris. ff. de lega. 3. & dicet in verbo Puer. q ¶ An sit ignoscendū ei qui maledicit regi seu pricipi: tex. est in l. vnica. C. si quis imperatori maledixerit. vbi dicitur. Si qs modestię nescius/& pudoris ignarus improbo petulantiq; maledicto nomina nostra crediderit lacessendá / ac temulentia turbulent9 obtrectator tēporū nr̄orum fuerit: eū penæ nolumus subiugari/ neq; durum aliquid neq; asperū sustiere. qm̄ si id ex leuitate processit cōtēnēdū est: si ex isania/ miseratione dignissimū. si ab iuria: remittēdum. Vnde integris omnib9 hæc ad nostram scientiā referātur/ vt ex personis hominū dicta pensem9: & vtrum pter mitti an exquiri debeāt censeamus Hęc tex. De hijs aūt qui maledicunt papæ: est text9 in c. 1. de maledi . vbi dicit. Quia nobis p literas retulisti ꝙ cū I. clericus multis corā astātibus verba quædam in depressionem officij & beneficij nostri ptulit/ ipm a temeritate sua cōpescas: vt pena illi9 alijs terrorem incutiat/ ne de cętero cōtra Romanā ecclesiā in talia verba prūpant. r ¶ Pro maledictione reddit dñs bonū: qn̄ maledictio ęquanimiter sustinet. bon9 est tex. in c. sacerdotes. 93. dis. vbi ponit dictū euāgelicū. Beati estis cū maledixerint vobis hoies. Et facit bon9 tex. in c. qui iust9. 11. q. 3. vbi dicit. Qui iust9 est: si maledicit pmiū illi redditur. & idem etiā sentit tex. in c. qd Christ9. versi. hinc etiā Petr9. 23. q. 4.

bonum pro maledictione hac hodierna.

2.reg.17a ¶Domini nutu dissipatum est (iuxta verbum Dauid) cõsilium Achitofel vtile: vt induceret dominus super Absalon malum (& sequutus est Absalon consilium Chusi Arachitę qui curauit Dauid non latere & effugit Dauid manus Absalonis).

2.reg.18.g ¶(Facto prelio ab exercitu Dauid in Absalonem & eius exercitũ/ Absaloneq; tribus lanceis confosso: dixit rex Dauid ad Chusi nunciũ victoria cõtra Absalonẽ cõsecuta ad eũ missũ) Est ne pax pucro Absalõ? Cui respõdens Chusi. Fiant sicut (inquit) puer inimici dñi mei regis: & vniuersi qui cõsurgunt aduersus eũ in malum. Contristatus [s] itaq; rex ascẽdit cœnaculum portę: & fleuit [s]. Et sic loquebatur vadens. Fili mi Absalon/ Absalõ fili mi Quis michi tribuat vt ego moriar [t] pro te Absalon fili mi/ fili mi Absalon? Et de interfectione Absalon videatur supra Absalon.

2.reg.19a ¶Nunciatũ est Ioab q; rex Dauid fleret & lugeret filium suum: & versa est victoria in luctum in die illa omni populo. Audiuit enim popul9 in die illa dici: dolet rex super filio suo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem: quomodo declinare solet popul9 vers9 & fugiẽs [v] de prelio. Porro rex operuit caput suũ: & clamat voce magna. Fili mi Absalon/ Absalon fili mi. Ingressus ergo Ioab ad regem in domum dixit. Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum/ qui saluã fecerũt animam tuam & animam filiorũ tuorũ & filiarũ tuarũ/ & animam vxorũ tuarũ & animam concubinarum tuarum. Diligis [x] odientes te: et odio [x] habes diligentes te. Et respõdisti hodie quia non curas de ducibus tuis & de seruis tuis: & vere cognoui modo/ quia si Absalon viueret/ & omnes nos occubuissemus/ tunc placeret tibi Nũc igitur surge & procede: & alloquens satisfac seruis tuis. Iuro enim tibi per dñm: q; si nõ exieris/ ne vnus quidẽ remãsurus sit tecũ nocte hac/ et peius erit hoc tibi q̃ oĩa mala q̃ venerũt super te ab adolescẽtia tua vsq; in pręsẽs.

2.reg.19b ¶Surrexit rex Dauid & sedit in porta. Venitq; vniuersa multitudo coram rege: Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnisq; populus certabat in cunctis tribubus Israel dicens. Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum/ ipse saluauit nos de manu Philistinorum: & nũc fugit de terra propter Absalon. Absalon autẽ quẽ vnximus super nos: mortuus est in bello. Vsq;quo siletis & non reducitis regẽ? Et consiliũ totius Israel venit ad regem. Rex vero Dauid misit ad Sadoch & Abiathar sacerdotes: dicẽs. Loquimini ad maiores [y] natu Iuda: dicẽtes. Cur venistis nouissimi ad reducẽdũ regẽ ĩ domũ suã? Sermo autẽ oĩs Israel peruenerat ad regẽ vt reducerent eũ in domũ eius: quia dixerat rex/ hęc dicetis ad populũ Iuda/ fratres mei vos os meũ [z]/ & caro mea vos. Quare nouissimi reducitis regẽ? Et Amasię dicite. Nõne os meũ & caro mea es? Hęc faciat mihi deus & hęc addat: si nõ magister militiæ fueris corã me oĩ tp̃e p̄ Ioab. Et iclinauit cor omniũ virorũ Iuda: miserũtq; ad regẽ dicẽtes. Reuertere tu & oẽs serui tui. Et reuers9 ẽ rex. Et venit vsq; ad Iordanẽ: & oĩs iuda venit vsq; ĩ galgala vt occurreret regi/ & traduceret eum Iordanem.

2.reg.19d ¶Semei fili9 Gera p̄strat9 corã Dauid rege/ cũ iã trãsisset Iordanẽ: dixit ad eũ. Ne reputes mihi dñe mi iniquitatẽ neq; memineris iniuriã serui tui ĩ die qua egress9 es dñe mi rex de Hierusalẽ: neq; ponas rex ĩ corde tuo. Agnosco ei seru9 tu9 peccatũ meũ: & idcirco hodie prim9 veni

s ¶De hoc luctu Dauid pro Absalon filij sui interfectione: tex. est in c. Quis enim. 23. q. 5. vbi dr̃. Domus Dauid aliter non meruit habere pacẽ: nisi Absalon filius eius in bello quod gerebat contra patrem/ fuisset extinctus. quanuis magna cura mandauerit suis vt eum q̃tũ possent/ viuũ saluũq; seruarẽt: & esset cui pœnitenti paternus affectus ignosceret. Quid ei tamẽ restitit nisi perditum flere: & sui regni pace acquisita/ suã mœstitiã consolari? Hæc tex.

t ¶Hoc dicto satis comprobatur quod dicit glosa. in l. Isti quidẽ. §. fina in verbo magis ff. quod me. causa. vbi glo. per illũ textũ dicentẽ q; ea quæ patri inferũt iustum metum/ excusant siue facta fuerint in persona liberorũ suorũ cum pro affectu parentes magis in liberis terreãtur/ dicit q; pater magis amat filium suum q̃ seipsum.

v ¶Qui fugit de prelio: debet merito declinare ne veniat in ciuitatẽ/ quia si prior ipse fugerit: propter exẽplũ quod cæteris militibus dedit/ capite puniendus est. Tex. est in l. Omne delictum. versi. Qui in acie. ff. de re milita.

x ¶Odientes diligere/ iustorũ est; odire vero diligentes/ est malorum. Bonus est tex. Augustini in c. sex differentiæ. 23. q̃sti. 3. de quo dictum est .s̄. in hac historia.

y ¶Ad maiores natu primo recurritur etiam iure hũano. c. de quibusdam. in fi. 20. distinc. c. dño sancto. 50. distinc. c. Consanguineos. in fi. 35. questi: 6. l. semp. in pric. ff. de iure imu. Et de hoc late annotatum est .s̄. in verbo Antiquus. super illud Iob. In antiquis est sapientia: & in multo tẽpore prudentia. vbi videatur.

z ¶Sic iure humano quos priceps p̄cipuos habet & lateri suo adhęrentes; partes corporis sui appellat. prout est text9 apertus in l. quisquis. circa princi. C. ad l. Iuliam maiesta.

a ¶ Qui instar Abisai filij Saruiæ / superiores ad exercendã in subditos seueritatis amaritudinem cõcitant: assimilantur Ozę qui dũ bobus recalcitrantibus arca inclinata esset / tetigit eam & mortuus est. prout legitur. 2. Regum. 6. Per arcam enim inclinatam intelliguntur superiores: qui exemplo Dauid / subditorum culpam misericorditer portant / eorumq́ fragilitati humiliter compatiuntur. Vnde bene dicitur ꝙ bobus recalcitrantibus arca inclinata est: boues quippe recalcitrantes subditos significant suis doctoribus non obedientes: quibus dum prælati seu superiores / compatiuntur: quasi bobus recalcitrantibus arca inclinatur. Oza aũt qui tetigit: subditos significat qui cõpassionẽ in superiorib⁹ suis repræhendunt / eosq́ in seueritatis amaritudinẽ erigere volũt. Vnde bene Oza dicitur: Oza quippe robũstus dicitur. Illi enim robusti dicũtur: qui cum de sua iustitia pręsumũt / misericordiam peccantibus negandam putant / & impendentes repręhendũt. Vnde a dño percussi intereunt: quia iudicium sine mia erit illis / qui nolũt facere misericordiam. Ita istam materiam declarat textus in c. plerũq. §. item legitur. 2. q. 7.

b ¶ Hominẽ morte dignũ potest rex vita donare. Sed illud facere non possunt inferiores: pręsertim qui iudicandi exercent officiũ. Non enim põt iudex ordinariam pœnam delicti vel minuere / vel in totum non imponere. prout est nota. tex. contra facientibus pœnam indicens / in l. seruos. in fi. C. ad l. Iul. de. vi. vbi dicitur. Iudices nosse oportet ꝙ graui infamia sit notandus: si violentiæ crimen apud se probatũ distulerit / seu omiserit / vel impunitati donauerit / aut molliorẽ q̃ præstituimus pœnam protulerit. Ad hoc etiam est textus solẽnis grauiorem pœnam iudicib⁹ cõtrariũ facientibus imponens in l. fi. in fi. C. ne sacrum. bap. reite. vbi dicitur. Nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori aut nulli coertioni mandare: nisi ipse idẽ pati velit qd alijs dissimulando concessit. Quos duos tex. contra iudices ordinarias pœnas non imponentes / allegat Ludo. Ro. in sing. suis / sing. 77. & Fely. in c. de causis. in glo. i verbo infringas. de offi. dele. Sunt tamen dicti textus intelligendi qñ sine iusta causa iudex ordinariam delicti pœnam non imponeret. Subsistente enim iusta cã põt vel eã augere vel minuere: textus. est & ibi plene per glosam. & doc. in l. Quid ergo §. pœna grauior. ff. de hijs qui notã. infamia. Et ita tenet formaliter Inno. in c. 1. circa fi. de consti. tu. & pręceptor me⁹ Deci⁹ in d. c. de causis in. 1. no. de offi. dele.

de oĩ domo Ioseph / descẽdiq́ i occursum dñi mei regis. Respõdẽs vero Abisai fili⁹ Saruię: dixit. Nũqd ꝑ his verbis nõ occidet Semei q male dixit Chrõ dñi? Et ait Dauid. Quid mihi & vobis filij Saruię: cur efficimini [a] mihi hodie in sathã? Ergo ne hodie iterficietur vir in Israel? An ignoro hodie me factum regem super Israel? Et ait rex Semei. Nõ morieris. [b] Iurauitq́ ei.

¶ Miphiboseth quoq́ filius Saul descendit in occursum regis Dauid il- 2. reg. 19. d
lotis pedibus & intonsa barba: vestesq́ suas non lauerat a die qua egressus fuerat rex / vsq́ ad diem reuersionis eius in pace. Cumq́ occurrisset regi: dixit ei rex. Quare non venisti mecum Miphiboseth? Et respondens ait. Domine mi rex / seruus meus contempsit me: Dixiq́ ei / ego famulus tuus / vt sterneret mihi asinũ & ascendens abirem cum rege / claudus enim sum seruus tuus: isuper & accusauit [c] me seruum tuum ad te dominum meum regem. Tu autem domine mi rex sicut angelus dei es: fac quod placitum est tibi. Neq́ enim fuit domus patris mei nisi morte obnoxia domino meo regi: tu autẽ posuisti me seruũ tuum inter cõuiuas mensę tuę. Quid ergo habeo iustę querelę: aut quid possũ vltra vociferari ad regẽ? Ait ergo ei rex. Quid vltra loqueris? Fixum [d] est quod loquutus sum. Tu & Siba diuidite possessiones. Respondítq́ Miphiboseth regi. Etiã cuncta accipiet: postq̃ reuersus est dominus meus rex pacifice in domum suam.

¶ Berzellai quoq́ Galaadites / senex valde / descendens de Rogelim / tra- 2. reg. 19. c
duxit regem Dauid Iordanem: paratus etiam vltra fluuiũ prosequi eũ. Erat aũt Berzellai Galaadites senex valde / id est octogenarius [e]: & ipse prębuit alimenta regi cũ moraretur in castris / fuit quippe vir diues nimis. Dixit itaq́ rex ad Berzellai. Veni mecum vt requiescas in Hierusalem. Et ait Berzellai ad regẽ. Quot sunt dies annorum vitę meę: vt ascẽdam cum rege in Hierusalem? Octogenarius [f] sum hodie / nunquid vi-

c ¶ De seruis dños suos accusantibus / an scilicet in accusando audiri debeãt: est textus. in l. pe. C. qui accusa. non possũt. Vbi dicit tex. Si quis ex familiarib⁹ vel ex seruis cuiuslibet domus / cuiuscũq́ criminis delator atq́ accusator emerserit / eius existimationem caput atq́ fortunas petiturus / cuius familiaritati vel domini inhęserit: ante exhibitionem testium & ante examinationẽ iudicij in ipsa expositione criminũ atq́ accusatiõis exordio vltore gladio feriat. Vocẽ eni funestam intercidi oportet: potiusq̃ audiri. maiestatis autem crimẽ excipitur. Hęc tex. qui de verbo ad verbum ponit in c. fi. §. causa vero. versi. si quis enim ex familiaribus. 3. q. vlti.

d ¶ Fixum debet esse verbũ regis etiã iure humano. Et ideo si primo dederit vni castrum / & postea det ipsum alteri: secunda donatio est ipso iure nulla. Ita in terminis notat Bal. in l. 2. & ibi expresse Paulus de castro. C. de legibus. quod est verum: etiã si secundus cui donauit / primo appręhendat possessionem. quia lex. Quotiẽs. C. de rei. vendi. quæ vult secũdum donatorẽ præferri primo si primo / appręhenderit possessionem: non procedit in donatione facta a principe. Ita per multa fundamenta tenet singulariter Ludo. Ro. in cõsilijs suis. consi. 258. incipiẽte Circa ꝓmissam consultationẽ. Et dicit do. meus Iason in d. l. quotiens. col. 4. C. de rei. vendi. ꝙ in ista sententia non inuenit contradicentem. studet tñ contradicere per aliqua satis debilia ibidem per eum adducta.

e ¶ Iure humano non solum octogenarius dicit senex valde: sed etiã septuagenarius. Quinquagenarius enim dicit simpliciter senex: quia ab illa ætate senectus incipit & durat vsq́ ad annũ septuagesimu vbi senect⁹ desinit. & incipit seniũ: vbi est aliarũ ętatũ termin⁹. ita dicit glo. in prohe. sexti decre. in verbo perfectus. Et ideo licet quoad dispositionẽ. c. fi. vt li. nõ concess. vbi cauetur testes ad futurã rei memoriã examinari debere / qñ verisimiliter de eorũ morte timet recurrat ad arbitriũ iudicis / si solũmodo sint senes puta quẽquagenarij. tñ si sint septuagenarij: nõ stat arbitrio iudicis. quia ex tunc liquet oib⁹ timẽdũ esse de eorũ morte. Et ideo debet omino seruari dispositio illi⁹. c. Ita cõcludit. Panor. ibidẽ in. 6. colũ. versi. tertio pricipaliter q̃ro.

f ¶ Merito dicit Berzelai octogenarius.

Nūquid audire possū vocē cantorū atq̧ cantatricū? Senex enim: a leuitate morū & peruersitate operum se debet compescere & q̄to morti vicinior: tanto solicitior atq̧ timidior esse debet. Ita dicit nota. tex. in c. tanta. circa me. 86. dis.

g ¶ De iure hūano etiā ciuili qui plures habet concubinas odibilis dicit: & filij ex eis suscepti in nullo sibi succedunt. Tex. est in auct. de trien. & semisse. §. consyderem⁹. versi. si aūt cōfusa. colla. 3. vbi dicit. Si confusa concupiscētia ita flat vt alias introducat priori concubinas/ & multitudinē habeat cōcubinarū fornicātiū (sic enim dicere melius est) & ex eis filios faciēs: moriat multas simul relinquēs cōcubinas. odibilis quidē nobis est iste q talis est. procul aūt omnib⁹ modis ab hac lege (supple p quā filij eius si vnicā cōcubinā habuisset ad aliquā partē suę successionis vocabātur) expellatur. Et subiūgitur. Quia nos nō prębem⁹ luxuriantib⁹ sed caste viuētib⁹ legē. An aūt cocubina sumat hic & cęteris locis diuinę scripturę vt in iure humano de alijs cōcubinarum materiam cocernētibus: dictū est in verbo concubina.

gēt sēsus mei ad discernēdū suaue aut amarū/ aut delectare potest seruū tuū cib⁹ & pot⁹ vel audire [g] possū vltra vocē cātorū atq̧ [g] cātatricū [g]? Quare seruus tu⁹ sit oneri domino meo regi? Paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum. Nō indigeo hac vicissitudine/ sed obsecro vt reuertar seru⁹ tuus: & moriar in ciuitate mea & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & matris meę. Est autē seruus tuus Chamaā: ipse vadat tecum domine mi rex/ & fac ei quicquid bonum tibi videtur. Dixit itaq̧ ei rex. Mecum transeat Chamaam/ & ego faciā ei quicquid placuerit: & omne quod petieris a me impetrabis. Cumq̧ transisset vniuersus populus & rex Iordanē/ restitit: & osculatus est rex Berzellai/ & benedixit ei/ & ille reuersus est in locum suum.

2.reg.20.a ¶ Accidit quoq̧ vt in Galgala esset vir Belial/ nomine Siba/ filius Bochri/ vir Iemine⁹: & cecinit buccina & ait. Nō est nobis pars in Dauid: neq̧ hereditas i filio Isai. Reuertere i tabernacula tua Israel. Et separat⁹ est oīs Israel a Dauid: sequutusq̧ ē Sibā filiū Bochri. Viri autē Iuda adheserūt regi suo a Iordane vsq̧ Hierusalē. Cūq̧ venisset rex Dauid in domū suā i Hierusalē/ tulit decē [h] mulieres cōcubinas [h] suas quas dereliqrat ad custodiēdā domū/ & tradidit eas i custodiā/ alimēta eis p̄bēs: & nō ē igress⁹ ad eas/ sed erāt clausę vsq̧ i diē mortis suę i viduitate [i] viuētes. Dixit aūt rex Amasę. Cōuoca mihi oēs viros Iuda i diē tertiū: & tu adesto p̄sēs. Abijt ergo Amasa vt cōuocaret Iudā: & morat⁹ ē extra palatiū quod ei cōstituerat rex. Ait autē Dauid ad Abisai. Nūc magis afflicturus est nos Siba filius Bochri q̄ Absalon. Tolle igitur seruos domini tui & persequere eum: ne forte inueniat ciuitates munitas/ & effugiat nos.

2.reg.21.a ¶ Facta ē quoq̧ fames in dieb⁹ Dauid trib⁹ ānis iugiter: & cōsuluit Dauid oraculū dn̄i. Dixitq̧ dn̄s. Propter Saul & domū ei⁹ sanguinū/ quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex dixit ad eos. Porro Gabaonitę nō erāt de filijs Israel/ sed reliquię Amorreorū. Filij quippe Israel iurauerāt [k] eis ne pimerēt eos: & voluit Saul pcutere eos zelo quasi pro filijs Israel & Iuda. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas. Quid faciā vobis? & qd erit vr̄i piaculū vt bn̄dicatis hereditati dn̄i? Dixerūtq̧ ei Gabaonitę. Nō ē nobis super argēto et auro q̄stio/ sed cōtra Saul & cōtra domū ei⁹: neq̧ volum⁹ vt iterficiat homo de Israel. Ad quos rex ait. Quid ergo vultis vt faciā vobis? Qui dixerēt regi Virū q attriuit nos & opp̄ssit inīq ita delere debem⁹: vt nec vn⁹ qdē residu⁹ sit de stirpe ei⁹ i cūctis finib⁹ Israel. Dēt [l] nobis septē viri de filijs ei⁹ vt crucifigam⁹ eos dn̄o i Gabaa Saul quōdā electi dn̄i. Et ait rex Ego dabo. Pepercitq̧ rex Miphiboseth filio Ionathę filij Saul p̄pter iusiurādū dn̄i qd fuit iter Dauid et Ionatham filiū Saul. Tulit itaq̧ rex duos filios Respha filię Abia quos peperit Saul Armoni & Miphiboseth & quinq̧ filios Michol filiæ Saul quos genuerat Hadrieli filio Berzellai q fuit de Molati & dedit eos in manus Gabaonitarum q crucifixerunt [m] eos in montem coram domino/ & ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primę incipiēte messione hordei.

h ¶ Si Dauid concubinis suis clausis dicebat inutilis eo q̄ amplī⁹ non ingrediebatur ad eas: recte dicunt etiam iure hūano in viduitate viuere/ tametsi Dauid esset adhuc superstes. quia mulier dici pōt vidua nedū qn̄ virū nō habet/ sed etiā qn̄ habet sed inutilē. glo. ē quę reputat sing. in l. plagiarij. i verbo orbitātes. C. ad l. fa. de plagia.

i ¶ Sic ergo ex peccato aliquorum nonnunq̄ punit dn̄s vniuersum populum. de quo est bonus text⁹ in c. sed illud. in fi. 45. distinc. vbi dicitur. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur: sic & vno fornicāte vel aliud quodcūq̧ scel⁹ cōmittēte plebs vniuersa (nōnūq̄ supple) polluitur. Et pp̄i⁹ ad ista verba propter Saul. &c. dicit bon⁹ tex. in c. ecclesia. versi. Itē popul⁹ qui peccato achor. 1. questi. 4. Popul⁹ qui peccato achor & filiorum Hely/ in manib⁹ hostium traditus est: significat populos corporaliter flagellari/ vt inter ipsa flagella/ peccata prælatorum tegantur.

k ¶ De isto iuramento gabaonitis præstito/ an fuerit obligatorium: dicet in verbo Gabaonitæ.

m ¶ Crux erat olim pœna reorū. Dicitur enim crux a cruciatu quem facit. prout est text⁹ in c. Nulli. in fine 3. questi. 1. Hodie aūt præmium est & exultatio iustorum: vt ānotatū est. §. i verbo Crux. vbi videatur.

l ¶ Hæc petitio gabaonitarū iure humano videbatur non admittēda: cum pro facto patris non teneatur filius etiā pecuniariter. put innuit. Rub. C. ne filius pro patre. & in l. patris. eodem ti. vbi dicitur. Patris nomine superstitis filium nec munerum ciuilium nec debiti personali posse conueniri constat actione. Nec obstat si dicatur peccatum Sau-

lisin Gabaonitas graue fuisse: quia etiam in grauissimis criminibus qualia sunt lesę maiestatis & hæresis/ non puniun tur filij pro patribus/ saltem pena mortis. Tex. est in l. quisquis. C. ad l. Iuli. maiest. Et diffuse annotatū est. s. in verbo Anima. super illud propheticū Anima quę peccauerit ipsa morietur. filius non portabit iniquitatem patris.

n ¶ Asportare ossa mortuorū de loco i locū sine iperiali cōcessiōe no licet de iure hūano. Tex. est in l. fi. C. de relig. & sūp. fu. Quod verum est: nisi nōdū tradita essent sepulturę. Tunc eni libere de loco i locū trāsferūtur. Tex. est in l. si necdū. C. eodē. hic idē est dicendū si tradita essent sepulturæ: sed iusta cā subesset trāslationis faciēdę de loco in locū. quia tunc fieri posset salrē auctore iudice loci. casus est in. l. 1. C. eode. vbi sic dicit. Si vi fluminis reliquię filij tui continguntur/ vel alia iusta & necessaria causa interuenit: ęstimatione rectoris prouincię/ trāsferre eas in aliū locū poteris.

o ¶ Iure hūano Abisai filius Saruiæ p̄sidiū qd regi suo Dauid exhibuit/ tenebat seu debebat exhibere: alioq puniendus veniebat. Tex. est notabilis in hac materia/ in l. Oē delictū. §. fina. ff. de re mili. vbi dr. Qui p̄positū suū no ptexit cū posset: i pari cā factori hn̄dus est. si resistere no potuerit: parcēdū est ei. Sed & in eos q p̄fectū cēturiæ a latronibus circūuētū deseruerūt: aiaduerti placuit. Hæc tex. Quō aūt aiaduertat seu puniat: tex. ē in l. 3. §. fi. ff. eodē. vbi dr. Qui præpositū suū ptegere noluerit/ vel deseruerit occiso eo: capite puniūt.

p ¶ Licet solita hois forma sit/ quos i manibus pedibusq digitos hēre: si tn̄ senos hēat aut plures vel pauciores quis/ nō ideo minus dr hēre hois effectū. Tex. ē clarus cū glo. i verbo pdigiosū. in l. nō sūt liberi. §. fi. ff. de sta. homi. iūcta l. qd dr. ff. de libe. & posthu.

q ¶ Blasphemare pprie dicimur: cū aliqd in cōtumeliā creatoris pferimus vt i auctē. vt nō luxuriērur cōtra naturā. §. t. & de hac blasphemia ānotatū est. s. i verbo blasphemare: vbi videat. Addat tn̄ bonus tex. in auctē. alearū vsus. in fi. C. de relig. & sūp. fu. vbi dicit tex. puideāt iudices vt a blasphemijs & piurijs q eorū inhibitiōibus dn̄t cōprimi/ oēs peuitus cōquiescāt. Aliqn̄ etiam dicimur blasphemare: qn̄ aliqd nō in dei sz i alicuius vel in aliquorū opprobriū pferimus/ vt hic. & pprie blasphemia in hoīem fit qn̄ alicui optamus malū de futuro. maledictū vero: cū optamus seu dicimus malū de p̄nti. Ita apud legistas dicit Bar. i l. Itē apud labeonē. §. Ait ptor. ff. de iniu. Quādoq etiā blasphemare dicimur diabolū. put ē tex. in c. si igit 24. q 3. vbi dr. Michael archāgelus no fuit ausus diabolo & certe maledictiōis dignissimo/ iudiciū iferre blasphemię.

r ¶ Circa hanc aquam a Dauid desyderatā quam postea noluit bibere: videatur bonus textus Augustini in c. delicię. 41. distinc. vbi dicit. Deliciæ quęlibet si absq desyderio percipiantur/ non officiunt: & viles cibi appetenter accepti/ impediunt profectum abstinentiæ. Dauid autem aquam male concupitam effudit. Alius etiam textus in c. vt cognouerunt. §. Quomodo charitatem. de pœni. distinc. 2. de eadē aqua loquens dicit. Quomodo charitatem nō habebas. qui aquam de cisterna Bethleem suorum periculo sibi oblatam non bibit/ sed coram dn̄o libauit?

¶ Tollēs Respha filia Ahia cilicium/ substrauit ibi supra petrā ab initio 2. reg. 21. b
messis donec stillaret aqua super eos de cœlo: & nō dimisit aues lacerare eos p diē/ neq bestias p noctē. Et nūciata sūt Dauid quę fecerat Respha filia Ahia concubina Saul: & abijt Dauid & tulit ossa Saul & ossa Ionathę filij eius a viris Iabes Galaad q furati fuerāt ea de platea Bethsan/ i qua suspēderāt eos Philistij cū iterfecissēt Saul i mōte Gelboe. Et asportauit[n] idē ossa Saul & ossa Ionathę filij eius: & colligētes ossa eorū qui affixi fuerant sepelierunt ea cum ossibus Saul & Ionathæ filij eius in terra Beniamin in latere in sepulchro Cis patris eius. Fecerūtq omnia quę pręceperat rex: & repropiciatus est deus terrę post hęc.

¶ Factū est rursū prelīū Philistinorū aduersū Israel: & descendit Dauid 2. reg. 21. c
et serui eius cū eo/ & pugnabāt cōtra Philistijs. Deficiēte autē Dauid/ Iesbi denob q fuit de genere Arapha/ cuius ferrū hastę trecētas vncias appēdebat/ & accinctus erat ense nouo/ nisus est pcutere Dauid: p̄sidioq[o] ei fuit Abisai filius Saruię/ & pcursū Philistęū iterfecit. Tūc iurauerūt viri Dauid dicētes: iā nō egredieris nobiscū i bellū/ ne extinguas lucernā Israel.

¶ Secūdū bellū fuit i Gob cōtra Philisteos. Tūc pcussit Dauid Sobochai 2. reg. 21 d
de Vsathi Sephi de stirpe Arapha de gn̄re gigātū. Tertiū quoq fuit bellū in Gob cōtra Philisteos in quo pcussit Adeodatus filius saltus Polymitarius Bethleemites Goliad Gethęū/ cuius hastile hastę erat quasi liciatorū textiū. Quartū bellū fuit i Geth i quo vir fuit excelsus q senos[p] i manibus pedibusq hēbat digitos/ id ē vigīti quatuor: & erat de origine Arapha & blasphemauit[q] Isrl̄. Percussit aūt eū Ionathas filius Sāmaa fris Dauid. Hi 4. nati sūt de Arapha i Geth: & ceciderūt i manu Dauid & seruorū eius.

¶ Loquutus ē Dauid dn̄o verba carmis huius i die qua liberauit eū dn̄s de 2. reg. 22 a
manu omniū inimicorū suorū & de manu Saul: et ait. Dn̄s petra mea & robur meū: & saluator meus. Deus dn̄s fortis meus & sperabo i eū. Scutū meū & cornu salutis meę eleuator meus & refugiū meū saluator meus de iniquitate liberabis me. Laudabilē inuocabo dn̄m & ab iimicis meis saluus ero.

¶ Castra Philistinorū erāt posita i valle gigātū: & Dauid erat i p̄sidio. 2. reg. 23. c
Porro statio Philistinorum tunc erat i p̄sidio. Desyderauit ergo Dauid aquā[r] de lacu & ait. O si quis mihi daret potū aquę de cisterna q̄ est in Bethleē iuxta portā. Irruperūt ergo tres fortes castra Philistinorū: & hauserūt aquā de cisterna Betheleē q̄ erat iuxta portā/ & attulerūt ad Dauid. At ille noluit bibere: sed libauit eam domino dicens. Propitius sit mihi dominus ne faciam hoc. Nō sāguinem hominum istorum qui profecti sunt & animarum periculum bibam. Noluit[r] ergo bibere.

¶ Addidit furor domini irasci cōtra Israel/ cōmouitq Dauid in eis/ dicē 2. reg. 24 a
tē ad Ioab. Vade nūera Israel & Iudā. Dixitq rex ad Ioab pricipē exercitus suo. Perābula oēs tribus Israel a Dan vsq ad Bersabee: & numera populū vt sciā nūerū eius. Dixitq Ioab regi. Adaugeat dn̄s deus tuus ad populū tuū q̄tus nūc est: iterūq cētuplicet in cōspectu dn̄i mei regis. Sed quid sibi dn̄s meus rex vult i re huiuscemodi? Obtinuit aūt sermo

regis verba Ioab & princip ū exercitus. (Numeratiōe ergo facta) dedit Ioab nūerū descriptionis populi regi Dauid: & iuēta sūt de Israel octīgēta milia virorū fortiū q educerēt gladiū/ & de Iuda quigēta milia pugnatorū. Percussit autē cor Dauid cū postq̄ numeratus est populus: & dixit Dauid ad dominū. Peccaui [s] valde i hoc facto: sed precor dñe vt transferas iniquitatem serui tui/ quia stulte egi nimis.

2.reg.24b ℭSurrexit Dauid mane: & sermo dñi fact⁹ ē ad Gad pphetā & vidētē Dauid dicēs. Vade & loquere ad Dauid. Hęc dixit dñs. Triū tibi datur optio: elige [t] vnū qd volueris ex his vt faciā tibi. Cūq3 venisset Gad ad Dauid: nūciauit ei dicēs. Aut septē annis veniet tibi fames in terra tua/ aut tribus mēsib⁹ fugies aduersarios tuos & isti te persequētur/ aut certe tribus diebus erit pestilētia ī terra tua. Nunc ergo delibera: & vide quē respōdeā ei qui me misit/ sermonē. Dixit autē Dauid ad Gad. Coartor nimis: sed melius est vt incidam in manus dñi (multę enim misericordię eius sūt) q̄ ī manus hominū. Immisitq3 dñs pestilētiā in Israel de mane vsq3 ad tēpus cōstitutū: & mortui sūt ex populo [v] a Dan vsq3 ad Bersabee septuagita milia virorū. Cūq3 extēdisset manū suā āgel⁹ dñi super Hierusalē vt disperderet eā: misert⁹ ē dñs super afflictionē/ & ait āgelo percutienti populū. Sufficit nūc: cōtine manū tuā. Erat autē angelus domini iuxta aream Areuna [l]ebusei.

De⁹ eñ noſter qui dignatus eſt totum dare: decimā a nobis dignatus eſt recipere/ nō ſibi ſed nobis ſine dubio profuturam. ſed ſi tardius dari peccatū eſt: q̄to magis potius eſt peccatū/ non dediſſe? Et ſubiungitur. Cū decimas dando/ & terrena & cœleſtia poſſis premia ꝓmereri: quare pro auaritia/ duplici benedictione fraudaris? Hęc eſt enim dei iuſtiſſima conſuetudo: & ſi tu illi decimā non dederis/ tu ad decimam reuoceris. Tex. aūt in d. c. maiores. dicit. Maiores noſtri ideo copijs omnibus abundabant: quia decimas deo dabant/ & cæſari cenſum reddebāt. modo autē quia diſceſſit deuotio dei: acceſſit indictio fiſci. Nolumus partiri cum deo decimas: modo autē tollitur totū. hoc tollit fiſc⁹: quod nō accipit Chriſtus. Text⁹ vero in d. c. tua. 2. (p̄miſſo prius/ quoſdā eſſe laicos/ ſumptus in agricultura factos in primis deducere volentes: quoſdā autē qui vitā clericorū tanq̄ abominabilē deteſtantes/ decimas eis propterea ſubtrahunt) dicit. Nimis ꝓfecto videt̃ iniquum: ſi decimę (quas deus in ſignū vniuerſalis dominij ſibi reddi pręcepit/ ſuas eſſe decimas & primitias aſſeuerans) occaſione p̄miſſa vel excogitata magis fraude diminui valeāt. cum deo debita ſit ſolutio decimarū: intantū vt ad eas clericis exhibendas quibus eas ipſe pro ſuo cultu cōceſſit/ laici ſi moniti reddere noluerint/ eccleſiaſtica ſunt diſtrictione cogendi. Secundo eſt aduertendū ꝙ quilibet decimas ſoluere tenet̃: niſi a p̄ſcriptione ipſarum ſpecialiter ſit exemptus. Ita dicit tex. in c. a nobis. in prin. de deci. Et ideo etiam clerici tenētur ad decimas/ & nedū de bonis ſuis patrimonialib⁹: ſed etiā de bonis aſſignatis ꝓ dote ſuarum eccleſiarū. glo. eſt in c. 1. in verbo ſeruitio. de cenſi. quā Panor. ſequit̃ in c. 2. col. 3. de deci. & ibi ſatis diffuſe loquitur. imo etiā ad eas ſoluendas tenentur Iudęi: vt eſt tex. apertus in c. de terris. eodē ti. Nec ab eis ſoluendis paupertas excuſat. vt notat Panor. in c. cū homines. col. 2. eodē ti. nec etiā excuſaret conſuetudo contraria/ ſaltem a toto: quia decimę ſunt de iure diuino/ vt per multas auctoritates noui & veteris teſtamenti cōprobat ſolennis canoniſta Hēri. Bouhic. in c. peruenit. col. pe. de deci. & Hoſtieñ. in ſum. illi⁹ ti. in. 7. q̄ſti. Licet bñ excuſaret a tāto. ex approbatiōe papę. ꝓut eſt caſus i c. in aliq̄b⁹. i fi. & ibi glo. & doc. eodē ti. qđ eſt verū reſpectu fori cōtētioſi. reſpectu autem fori pœnitentialis/ conſuetudo de nō ſoluendo decimā excuſat. Ita Panor. poſt ſanctū Tho. in d. c. in aliquibus. in fi. Nec etiā turpitudo vitę ſoluere debētis/ nec etiā iniuſta acquiſitio eorum de quibus ſoluēda eſt decima/ excuſaret. Vnde etiā meretrix & quilibet alius iniuſte acquirens/ dūmodo ſit in eum tranſlatū dominiū/ ita ꝙ ceſſet repetitio: tenet̃ ad decimā. Iſta eſt reſolutio glo. & doc. in c. ex trāſmiſſa. de deci. & i c. nō eſt putāda. 1. q̄ſti. 1. vt dicet̃. Tertio ē aduertēdū ꝙ duplices ſunt decię. Quędā p̄diales: & iſtę notę ſūt. Alię dicūt̃ decię pſonales q̄ debēt̃ ex lucro ꝓueniēte ex artificio vel officio ſuo. Ita dicit glo. i c. Apſicę. de deci. Prædiales decię ſolui debēt illi eccl̃ię i cui⁹ territorio p̄dia ſita ſunt. bo tex. in c. quoniā. eodem ti. glo. in c. cū ſint hoies. in verbo diuerſę. & in c. cum hoies. in verbo parociani. eodē ti. Perſonales autē ſoluunt̃ illi eccleſię in qua quis percipit eccleſiaſtica ſacramēta. Ita dicit glo. in d. c. cū ſint. in verbo diuerſæ. Et iſte decimę perſonales ſunt etiam in pręcepto. Tex. eſt i c. ad apoſtolicę. eodē ti. Si tamen aliquis de fructibus a ſuo fundo vel a fundo per eū conducto perceptis ſoluerit decimam prędialē amplius de lucro qđ facit ratione illoꝝ fructuū deductis oībus expēſis: nō tenet̃ ſoluere decimā perſonalē. Ita cōcludit Panor. in d. c. cū ſint. col. 2. imo hodie ex gñali conſuetudine q̄ ſatis excuſat/ pſonales decimæ non ſunt de neceſſitate ſoluendę. ita dicit Bouhic. in c. paſtoralis. in prin. eodē ti. & cōmuniter doc. in d. c. in aliquib⁹. De primitijs autem dicetur in verbo primitię. o ℂ Non tardabis. Iure humano decimę perſonales ſunt ſoluēdę in fine anni propter lucra minima. incōueniens eñ eſſet ꝙ ſcriptor vel alius negociator ſingulis diebus deberet dare eccleſię decimā partem lucri ſui. Decimę autē p̄diales ſoluuntur cum fructus colligūtur. ita dicit glo. in c. reuertimini. in verbo annus. 16. queſti. 1. & ſequit̃ Panor. in c. peruenit. de deci. Et debent portari decimæ ad horrea eccleſię expenſis dñi non autem eccleſię. glo. eſt in d. c. reuertimini. in verbo horrea. & idem dicit Panor. in d. c. peruenit. p ℂ Offerre. Ad decimas ſoluendas tenent̃ laici etiā ſi moniti nō fuerint. Ita dicit Panor. allegando hanc ſententiā in d. c. peruenit. & ad hoc eſt bo. tex. & ibi notat Panor. in. 2. no. in c. cū homies. de deci. Nec ob. tex. in d. c. peruenit. qui videtur requirere monitionem. quia ibi requirit̃ monitio ad hoc vt excōicatio poſſit ferri. iuxta c. ſacro. de ſen. excō. non autē quo ad hoc vt fiat ſolutio. Dicit̃ eñ in d. c. cū hoies. ꝙ ſtatim fructibus collectis ſoluenda eſt decima. Vnde cū ibi tempus ſolutioni faciendę p̄figat̃: non eſt neceſſaria interpellatio. ꝓut ꝓbat bo. tex. in l. magnam. in fi. C. de cōtra. & cōmiſti. vbi probatur ꝙ tempus interpellat ꝓ hoīe: ita ꝙ vbi eſt pręſtitutū tempus ad ſoluendum/ ibi interpellatio ſeu monitio nō requiritur. q ℂ Siue de pomis arboꝝ ſiue de frugibus. Vt ſciatur de quibus ſolui debeat decima: notetur bo. tex. in c. nō eſt in poteſtate. de deci. vbi dr̃. Reuera ſicut ſancti patres in ſuis tradiderunt ſcripturis/ De vino/ grano/ fructibus arborum/ pecoribus/ hortis/ negociatiōe/ de ipſa etiam militia/ de venatione/ & de omnibus bonis decimę ſunt miniſtris eccleſię tribuendæ. et in c. peruenit. eodē ti. dicit tex. Mandamus quatenus parocianos veſtros monere curetis: & ſi opus fuerit ſub excōicationis diſtrictione cōpellere/ vt de ꝓuentibus molendinoꝝ/ piſcariarū/ fœno/ & lana/ decimas eccleſijs quibus debent̃ cū integritate perſoluāt. Hæc tex. Et ſi plures fructus diuerſi in eodē agro naſcantur: de omnibus ſoluenda eſt decima. et totiēs ſoluēda eſt: quotiens fructus naſcuntur/ etiam ſi plures naſcantur. ita probat textus in c. ex parte. 2. eodem ti.

r ℂ Dñi ſunt. Idē ꝓbat tex. in c. tua. 2. de deci. vbi dicit̃. Decimas deus in ſignū vniuerſalis dñij ſibi reddi pręcipit: ſuas eſſe decimas & primitias aſſeuerans. et ideo eccleſia pōt pro decimis agere rei vēdicatione: etiā anteq̄ ſint ſibi ſolutę/ tanq̄ earū dña. bo. eſt tex. & ibi glo. expreſſa in c. moderamine. in verbo vendicēt. 16. q̄ſti. 1. Et ideo ſi q̄ vaſtauerint vineas vel ſegetes ex quibus debebantur decimæ: poteſt agere ſtatim eccleſia pro intereſſe decimę. Nec eſt opus ꝙ expectet ceſſionem actionis ſibi fieri per dñm ſegetū vel vinearū: quod tñ eſſet opus ſi decimæ dicerent̃ tm̄ debitę eccleſiæ. vt no. Bar. in l. ſi ſeru⁹ certo die. ff. de ver. obli. Ita cōcludit Panor. in c. cōmiſſum. in fi. de deci. Poſſunt etiā peti decimæ per eccleſiā alio remedio q̄ rei vendicatione: conditione ſcilicet ex canone. quia obligatio de ſoluendis decimis eſt de cōſtitutione diuina: recepta & approbata a canone. vnde oritur actio perſonalis aduerſus debentē ſoluere: & nihilominus actio realis aduerſus detētatorē fructuū. ſicut dicimus in eo qui tenetur ex diſpo-

sitione testamẽtaris qui cõuenitur actiõe personali ex testamento & rei vendi.l.1.C.cõia.de lega.cũ si. ita Panor. in d.c.tua.col.pe. s ❡ Bouis & ouis & capre. Soluuntur ergo decimę de animalibus: quod verũ est etiã iure humano. put est tex.in d.c.non est.in verbo pecoribus.de deci. Et istę decimę quę soluuntur de aialibus/repu tantur decimæ prędiales: & ideo soluendę sunt illi ecclesię in cuius territorio magis cõtinue pascua capiunt.glo.est in c.ad apostolicę de deci.ꝙ si pro parte anni in territorio vnius ecclesię/ & ꝓ alia parte in territorio alterius eccle się/pascua capiant: diuident decimæ ęqualiter. Facit bo.tex.in c.2.§.fi.de sepul.in.6. Ea tamẽ aialia q̃ venatione/ aucupatiõe/ vel piscatio ne capiunt/ si quidẽ erãt inclusa in certo loco/ vt ferę in foresta/aues in co lumbario/& pisces i sta gno: decimæ ipsarum re putãtur ꝑdiales. Alias si erãt in libertate natura li/ reputantur persona les: quia i ipsis capiẽdis multũ idustrię requirit. Ita Inno. & Panor. i d. c.non est.

❡Omniũ decimarum bouis [s] & ouis [s] & capre [s] quę sub pastoris virga transeunt quicquid decimum venerit [t]: sanctificabitur domino. Nõ eligetur.[v] nec bonum nec malum: nec altero commutabitur. Si quis mutauerit: et quod mutatũ est & pro quo mutatũ ẽ/sãctificabitur domino. Leu.27.d

❡Filijs Leui dedi [x] omnes decimas Israel in possessionem pro [y] ministerio quo seruiũt mihi in tabernaculo fœderis (dicit domin⁹ ad Aarõ) vt non accedant vltra filij Israel ad tabernaculum/nec committant pec catum mortiferum solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruientibus et portantibus peccata populi. Nũe.18.c

❡Nihil aliud possidebunt (leuitę) decimarum oblatione contẽti [z]: quas in vsus eorum & necessaria separaui. Nũe.18.d

t ❡Decimũ venerit. Et sic non est optio eius cui soluenda est decima/ nec etiam eius qui solue re debet/dare vel accipere ꝓ decima aial qd voluerit: sed illud aial qd decimũ natũ est seu decimũ venit/soluendũ est pro decima.nec cõmutari potest: alias vtrũq; debet. Ista est mẽs huius sententiæ: de qua est formalis textus in c.om nes decimæ.16.q̃sti.7. Et ita hanc sententiam intelligit Hostieñ.in sum.in ti.de deci.§.qualiter.versi. sunt autem personales.vbi etiam dicit hanc sententiam esse intelligendam: vbi apparet seu constat de aiali quod decimũ natũ est. Si enĩ non constet/vt quia plura aialia simul nata sunt: tũc nec melius peti potest/nec deterius solui/sed sufficit ꝙ soluat mediocre.vt in simili est bo.tex.in l. si quis venditor.§.fi.& in l.seq.§.illud sciẽdũ.ff.de edi.edic. Et est ex pressus textus Ambrosij in c.quicũq;.1.16.q̃sti.7.vbi dr. Quicũq; recognouerit in se ꝙ fideliter non dederit decimas suas: modo emendet qd min⁹ fecit.quid est fideliter dare/nisi vt nec peius nec min⁹ aliq̃ offerat? &c. Deteriora au tẽ deo nõ debent reddi: quia absurdũ est offerre deo qd dedignatur homo. vt notabiliter dicit text⁹ in c.si.i fi.49. distin. v ❡Non eligetur. Videantur annotata in proxima annotatione. x ❡Dedi. Istud etiã satis dr in c.1.in prin.in c.tua.2.circa me.& in c.cum non sit in homine.de deci.& de hoc dicto est tex.apert⁹ in c. ecclesias.§.his ita rñdetur.13.q̃sti.1.vbi dr. Decimę a deo cõstitutę sunt per Moysem:vt persoluerẽtur a populo filijs Leui pro ministerio in quo deseruiebant ei in tabernaculo. y ❡Pro ministerio. Decimę ergo debẽtur ra tione ministerij seu sacrificiorũ & p:ecũ quę offeruntur dño. Et sic cũ solis filijs Leui liceret ministrare in taberna culo: solis eis decimę debebantur.& ex cõsequenti debent etiã hodie solis clericis: nõ autẽ laicis/cum eis ministrãdi officium sit inhibitum. Imo si eas percipiant laici: dicunt percipere cũ periculo aiaꝝ suaꝝ. Tex.est in c.ꝓhibem⁹. in prin.de deci.& in c.quis.in prin.eodẽ ti. Et bo.tex.in c.1.in prin.16.questi.7.vbi dicit tex.qui est Gregorij. De cimas quas in vsum pietatis cõcessas esse canonica auctoritas demonstrat/a laicis possideri auctoritate apostolica ꝓ hibemus. siue enĩ ab episcopis/vel regibus/vel quibuslibet personis eas acceperint: nisi ecclesiæ reddiderint/sciãt se sacrilegij crimen cõmittere/& ęternæ dãnationis periculum incurrere. Hæc tex. In quatuor tamen casibus laici lici te percipiunt decimas. Primus est q̃n super eis leuandis seu percipiendis habẽt priuilegiũ apostolicũ.quia Papa po test habilitare laicũ super iure spũali obtinendo.vt notat in c.2.de iudi. Secũdus casus est quãdo laicus ꝓbaret eas esse sibi concessas in feudũ ante cõciliũ Lateranẽse/ab habẽte potestatẽ: & sic ab episcopo. Fuit autẽ celebratũ Late raneñ.cõciliũ ab Alexandro Papa.3.anno.1179. put notat Henri.bouhic.in c.cũ apostolica. de hijs q̃ fiũt a pla. & in c.quis.in.1.distinc.de deci.tunc enĩ licite eas tenerẽt.tex.est & ibi per doc.in d.c.cũ apostolicę. de hijs q̃ fiunt a pręla. Tertius casus est quando laici probarent ꝙ eas perceperunt vel sui prędecessores tanto tẽpore/cuius initij me moria non extaret: et cũ hoc allegarent se habere titulum eas percipiendi ante dictũ conciliũ Lateraneñ. Nam istis duobus concurrentibus/allegatione scilicet tituli ante conciliũ habiti/& perceptione per tẽpus imemorabile: ꝓsu mit veritas tituli allegati/ ita ꝙ aduersus ecclesias possunt se tueri. Ista est magis cõmunis resolutio doctoꝝ in d.c. cum apostolica.vbi ꝓsertim Anto.de bu.& Imo.ita resoluunt dicentes ꝙ hoc casu nõ erit opus probare de aliqua fa ma priuilegij vel tituli habiti ante conciliũ: nec etiam ꝙ ipse laicus decimas percepetit tanq̃ vassallus ecclesię. Et eã deni cõclusionem tenet Albe.in dictionario suo/in verbo decima.7.in versi.quid si nescit. Et late Alexan.in consi. sexto.incipiente. Viso themate.li.1.Andr.Barb.in cõsi.32.incipiẽte Sapiẽter scribit.li.2.& nouissime do.Io.Fräci scus Balbus.in suo solẽni tractatu pręscrip.in.5 parte.col.18.cum trib⁹ seq.vbi late examinat istam materiam. Et ita tandem resoluit. Quartus & vltimus casus est quando non agitur de ꝑiudicio ecclesię/sed solum de ꝑiudicio alte rius laici qui eas tenebat ante cõciliũ/et sic iuste qa etiã hoc casu alter laicus illas decimas licite tenebit ex ꝑscriptio ne cõmuni.ita singulariter dicit do.Cardi.in cõsi.146.incipiẽte.notum sit vniuersis.& in c.cũ causam.col.1. versi. limita secundo.de ꝑscrip.& dictus do.Io.Frã.Balbus.in suo tractatu ꝑscriptionũ.i.5.parte.colũ.21. Quod tñ dictũ est laicũ iuste tenere decimas ex priuilegio principali: intelligendũ est dũmodo iusta causa subesset priuilegij sibi cõ cedendi. Alias non esset tutus: saltem in foro conscientiæ. Ita sentit notanter Panor.in c.a nobis. de deci. per glo. in c.nõ est.de voto. z ❡Contenti. Panor.in ru.de deci.post Inno.& Io.an. q̃rit An adhuc hodie de cimę debeant: licet & ecclesię & clerici diuites sint? Et in primis dicit videri ꝙ non: per istam sententiam qua ꝑcipit clericis vt nihil aliud possideant/decimarũ oblatione cõtenti. Cũ ergo nunc aliud possideãt: videretur decimas nõ soluendas. sed verum est ꝙ Leuitę quibus soluendę decimę erãt debebant nihil possidere in terra ꝓmissionis: supple vendicando tanq̃ ꝓpriũ.sed si per alios eis fuisset oblatũ: possidere poterant.quia quicquid cõsecrabat dño: ad ius pertinebat sacerdotũ.vt legit Leui.27.capitulo. Vnde cũ eã q̃ hodie habẽt ecclesię/habeant ex oblationibus alioꝝ: merito adhuc decimæ debentur. Ista est mẽs doc.in d.ru.de decimis. Et eãdẽ opi.sequi glo.in c.1.eodẽ ti.in.6.et ꝓ batur per tex.ibi.vbi mãdat decimas solui. & tñ certũ est ꝙ iam illo tẽpore/ ecclesię locupletes erant & multa inter laicos possidebant. Et idẽ etiã mãdat per textũ/in cle.cupientes. versi.illos etiã.de pœnis. vbi dr. Illos religiosos qui aliqua.vt audiẽtes a decimarũ ecclesijs debitarum solutione retrahant/in sermonib⁹ suis vel alibi proferre ꝑsu mũt: excõmunicationis subiacere sententię decernimus ipso facto.

a ¶ Circa hāc sniam & sequētē/ qm̄ in eis duo noua gn̄a declarā ponunt: notādū est qd dicit textꝰ/ & cōiter doc. in c. 1. de deci. & signāter Hē. Bouhic q dilucidius loquit̄ q̄ cęteri/ ꝙ olim in veteri testamēto quatuor erāt gn̄a deciarū. Quędā eni erant decimæ quas populus debebat ex lege/ Leuiticę tribui. Et loco illarū sunt & succeſſerunt hodie illæ quas parociani debent parociali ecclesiæ. Et de istis loquunt̄ sententiæ p̄cedentes. Aliæ erant decimæ quas ex illis decimis a populo sic receptis Leuitæ dabant sacerdotibus: de quibus loquitur ista sententia. Et loco istarū decimarū sunt partes quas percipiūt Episcopi ab ecclesijs parocialibus vel q̄ dantur qn̄q; Papæ vel alicui principi sæculari de mādato ipsius.

Nūe. 18. d ¶ Loquutus est dominus ad Moysen dicēs. Pręcipe [a] leuitis atq; denūcia. Cū acceperitis a filijs Israel decimas quas dedi vobis/ primitias earum offerte domino/ id est decimam partem [b] decimę: vt reputetur vobis i oblationem primitiuorum. Tam de areis q̄ de torcularibus & vniuersis quorum accipitis: primitias offerte domino/ & date ea Aarō [b] sacerdoti. Oīa quę offertis ex decimis/ & in donaria domini separabitis:

Tertiæ erāt deciæ quas vnusquisq; de populo Israel separabat ad inuitādum sacerdotes/ & loco istarum sunt oblatiōes. Erant & aliȩ quartȩ decimæ q̄ pauperibus recōdebantur. & de istis pōt loqui sententia sequēs.

Ista est mēs textus & doctorum in d. c. 1. de decima. Quæ etiā quatuor decimarū genera enumerantur per glo. in c. ecclesias. in verbo seruus 11. questi. 1. vbi dicit ꝙ licet olim quatuor soluerent: tn̄ hodie nec vna sola bene soluitur/ et ideo multis malis affligimur. ꝑut dicit textus in c. reuertimini. 16. q̄. 1. t. b ¶ Decimā decimæ date Aaron sacerdoti. Loco huiꝰ decię quā dabāt Leuitæ/ Aaron sacerdoti: succedit decia quā de bn̄ficijs ecc̄lasticis Papa sępe exigit/ vel aliqbꝰ pricipibꝰ sclaribꝰ exigēdas ꝑmittit. Ita Hēri. bouhic in c. 1. ī prin. de deci. Et qm̄ hoc anno. 1518 indicta ē/ tāetsi ab hic quiquēniū bis aut ter idicta fuerit: in hac materia tanq̄ frequenti notandus est in primis bonus tex. in cle. si bn̄ficiorum. de deci. vbi dr̄. Si bn̄ficioꝝ decima cuiuis simpliciter cōcedat̄ ad tempus: scdm taxationem decimæ in illis partibus in quibus fiet conceſſio ad consuetā & ad monetā currentem cōmuniter ipsa decima leuari poterit et debebit. nec per collectores/ leuatores siue exactores ipsiꝰ decimę/ ecclesiarū calices/ libros & alia ornamēta diuinis officijs deputata ex causa pignoris vel distractionis capi vel recipi volumus nec distrahi/ seu quomodolibet occupari. Scdo ꝑ huius decimæ declaratione & vt sciatur de quibus & a quibus exigi poſſit aut debeat: notanda est diligenter extrauagans Bonifacij octaui q̄ incipit Declarationes. & posita est sub titulo de deci. vbi (præmiſſo prius ꝙ tunc decima fuerat imposita super ecclesijs & personis ecclesiasticis) dicitur. De reditibus & ꝓuentibus leprosariarū: domoꝝ dei & hospitaliū pauperꝝ: qui in vsus leprosoꝝ/ infirmoꝝ & pauperū cōuertunt: decima non soluetur. Moniales etiā alięq; regulares personę quarum reditus & ꝓuētꝰ ecc̄lastici adeo sunt tenues & exiles ꝙ de illis sustētari nō poſſunt/ sed ꝓ habēdo vitę suę sustētationē neceſſe habēt publice mēdicare/ & elemosynas publice petere: dictā decimā nō persoluēt. Secnlares quoq; clerici quoꝝ ecclesiastici reditꝰ & ꝓuentus annui summā .7. florenorū auri nō excedunt: eandē decimā nō p̄stabunt. Si vero vna persona plura habeat bn̄ficia: quorū nullū per se acceptū dictā summā .7. florenorū auri annuatim attingat/ simul tamen collecta in minimis ꝓuētibus summam memoratā excedant: quotquot vel q̄tūcūq; modica fuerint/ de omnibus & singulis decima persoluet̄. Sed nō soluetur de pitātijs monachoꝝ. Similiter de his quæ a Christi fidelibus relinquuntur ecclesijs: vt ex eis perpetui emant̄ reditus. Itē de exenijs p̄latis & alijs personis ecclesiasticis liberaliter factis decima non soluetur. Soluētiū decimā electioni seu arbitrio cōmittitur: vtrū ipsam velint soluere per totū tp̄us quo durabit decima: ꝓ rata ꝓuētuū quos singulis annis dicti tēporis ipsos percipere contigerit: an per ipsum tp̄s ꝓ rata cōis æstimationis ꝓuētuū eorūdē. Sed vna via electa nō licebit alicui variare ad aliā recurrēdo. Et fiat & redigat̄ per collectores in scriptis electio hmōi exp̄ſſe in prima solutione decimæ supradictæ: alioquin iuxta ęstimationē cōmunē per totū tp̄s soluere tenebuntur. Declaramus autē ꝙ hi qui elegerint soluere decimā ꝓ rata eoꝝ q̄ perceperit annuatim: vēdāt ꝓuētꝰ bn̄ficioꝝ suoꝝ q̄ personalē residentiam nō requirūt: & soluāt decimā ꝓ solo p̄cio qd receperint de eisdē. dū tn̄ cōtra hoc in fraudē decimę nihil oīno agat̄. Sed ecclesiastica persona q̄ in ecclesia sua vel bn̄ficio (qd residētiā personalē requirit) nō residet: sed facit in eodē per firmariū vel vicariū deseruiri: depntādo ipsi vicario vel firmario certā suoꝝ ꝓuētuū portionē: nō de vicariatꝰ seu firmarij portiōe: sed de vniuersis ipsius ecc̄liæ vel bn̄ficij ꝓuētibꝰ decimā exhibebit. Declaramꝰ etiā ꝙ de syluis seu nemoribꝰ q̄ nō cōsueuerūt vēdi nihil soluet: nisi forte aliquid de illis vēditū fuerit durāte decima. & tūc ęstimabit̄ q̄tū valere debēt annui reditꝰ partis vēditę scdm assisiā q̄ cōsueuerit fieri de nemoribꝰ in partibꝰ illis in quibꝰ nemꝰ situatū fuerit. & de sola ęstimatiōe decima persoluet̄: & nō de eo qd perciperet̄ de dictis syluis seu nemoribꝰ q̄ vēdi nō cōsueuerūt: nisi forte vēdant̄ durāte decia: qua tūc soluet̄ ex vēditiōe pascuagij seu herbagij aut alteriꝰ cōsimilis ꝓnētꝰ eorūdē nemoꝝ & syluarū. Et si nō vēdant̄ hmōi pascuagia et similia nō soluet̄ decima de his: ita tn̄ ꝙ in fraudē decimæ nihil contra hoc attentet̄. Idēq; de pascuis herbagijs & cōsimilibꝰ obuētiōibꝰ syluarū volumꝰ obseruari. De stagnis & piscarijs decima sic soluet̄ videlicet ꝙ fiet relatio de numero annoꝝ quibꝰ an̄ vēditionē vltimā vēdita nō fuerunt ad q̄titatē p̄cij ex ipsa vēditiōe vltima recepti: vt p̄cio diuiso in partes scdm annoꝝ terminū durāte decima/ soluat̄ decima ipsa de tot partibus p̄cij ex ipsa vēditione recepti quot fuerūt anni ꝑdicti. vt si forte sunt quinq; anni elapsi ex quo fuerat stagnū vēditū: & tūc vendat̄ ꝓ 100. flo. fiant de p̄cio. 5. partes. & pro tribus annis quibus durabit decima soluet̄ ipsa decima de tribus partibus p̄cij tn̄ videlicet. 60. flo. & multiplicabunt̄ & minuent̄ partes p̄cij ꝑut plures & pauciores fuerit dicti anni. De piscarijs autē fluminū & lacuū & venationibus si vendant̄ & syluis ceduis idē quod de stagnis fiet. De piscibus stagnoꝝ vel beluis garenarū quos ꝓ vsu vel esu suo consumi vel sine fraude donari cōtigerit: decima nō soluet̄. Et quia nōnulli obtinēt a monasterijs & ecclesijs prioratus: grangias: domos: reditus: pensiones & census in soluēda de hmōi decima credimus distinguendū: videlicet an talia in bn̄ficiū habeant̄: an ex cōtractu: an ex mera gratia. Si talia in bn̄ficiū habeantur: siue hoc sit conceſſum per se. apo. siue per ipsoꝝ monasterioꝝ vel ecclesiaꝝ personas: de illorū ꝓuentibꝰ soluetur decima. Cū autē obtinentur talia ex contractu: puta ad pensionē vel firmā annuā in qua non est facta gratia obtinenti: sed in hoc vterq; cōtrahentiū studuit cōditionē suam facere meliorē: perceptores pensionis vel firmę de ipsa pensione vel firma decimā exhibebunt. Si autē quis ante vel post cōceſſionē huius decimæ ad vitā ꝓpriā emit ꝓuentus prioratuū vel alioꝝ p̄dictoꝝ pro aliqua pecunia: ita ꝙ in hoc ei scienter gr̄a nō est facta: cōsyderabitur quantū extimatione cōi valeant annui ꝓuētus prioratus grangię domus terrarum seu redituū hmōi et scdm hoc ab illis quoꝝ est hoꝝ proprietas qui inde p̄cium pro futuro tempore receperint: per tres annos decima exhibebitur. Si autē in his gratia facta sit obtinentibus quia scienter pro minori precio q̄ valeant sunt talia vēdita vel locata: ipsi obtinentes & nō monasteriū vel ecclesia de illo in quo gratia facta est ipsis: & de reliquo illi quoꝝ ē proprietas: decimā exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro iusta mercede seu remuneratione laboris vel obsequij p̄stiti vel ꝑstandi talia sunt conceſſa: hi quoꝝ est illoꝝ proprietas in decimatione prouentuū suorū etiā hoꝝ prouentus merito numerabunt: & de illis (sicut de alijs quos pro certis suis vtilitatibus expendunt) decimā exhibe-

bũt: Quod ſi hæc per illos qui ea obtinebãt/ in alios ſunt trãſlata (quia res trãſit cũ onere ſuo) etiã circa illos quę pdiximus ſeruabunt. Nec deducentur expẽſę q̃ ꝑ monachis (qui in talibus prioratibus/ grangijs ſeu domibus in bñficiũ ſeu ex mera gra̅ conceſſis ex pacto teneri debẽt) fieri dinoſcuntur. Expẽſę aũt illoꝝ monachoꝝ vel perſonarũ q̃ teneri debent ex pacto in prioratibus grãgijs ſeu domibus ad iuſtã firmã ſeu penſionẽ cõceſſis/ ſiue determinatę ſiue non/ eſtimabuntur eſtimatione cõi: & tale eſtimationẽ monaſterij vel eccleſia cuius illoꝝ eſt ꝓprietas cũ ſuis ꝓuẽtibus decimabit. Prȩlati de ꝓcurationibus quas in victualibus percipiũt decimã nõ perſoluẽt: ſed qui eis p̃ſtant hmõi victualia/ in decimatione ſuorũ ꝓuentuũ & redituũ numerabũt: & soluẽt decimã de eiſdẽ. De illis autem ꝓcurationibus quas p̃lati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo/ & quas perciperent etiã ſi nõ viſitarent/ decimã p̃ſtare tenent. Prȩlatus autẽ qui ꝓcuratione (quã ſine viſitatiõe potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit: quia remittit qd ſibi debet/ & de quo ſoluiſſet decimã ſi recepiſſet illud/ tenetur ex tali procuratiõe decimã exhibere. Si vero procurationem quã tm̃ in victualib9 licet percipi fortaſſe remittit: pſona eccleſiaſtica cui remiſſio facta eſt: hmõi victualia cũ alijs ꝓuentibus ſuis cũ ſoluet decimã ȩſtimabit: cũ etiam ſi non eſſet remiſſa hoc facere teneretur. In ſoluendo decimã ſupradictã ſolȩ expenſȩ neceſſarię quę fiunt in re ex qua fructus percipiũtur arãdo colendo & colligendo fructus ſine quibus non poſſunt inde fructus percipi deducent. Expenſȩ autẽ quæ fiũt in caſtroꝝ cuſtodibus: cũ fiunt extra rem: vel etiã in ȩdificijs conſtruendis vel conſeruandis nullatenus deducent: ſic vt nec illȩ quæ in villis tuendis fierent in guerris ſeu etiã caualcatis. De his quoq̧ q̃ conſiſtunt in iuriſditione mero imperio: regalibus: atq̧ ſimilibus ſoluetur decima deductis ſalarijs moderatis quæ ante conceſſionẽ decimȩ cõſueuerũt ſolui iudicibus & officialibus ſimilibuſq̧ perſonis ſine quibus iuriſditio & cętera ſimilia nequeunt expediri: ita tñ q̧ in fraudẽ decimæ nihil contra hoc penitus attentet. Sed expẽſȩ officialiũ iudicũ & conſimiliũ perſonarum factȩ in veſtibus ſiue victualibus minime deducent: ſicut nec alię expenſȩ ſimiles factȩ circa familiã p̃latoꝝ. Ratione autem ȩris alieni quo perſona ſoluens decimã obligata conſiſtit nihil de decima minuet: etiã ſi certe res eccleſiaſticȩ ꝓpter hoc a quoq̃ fuerint obligatȩ. Item de furnis & de molẽdinis decima p̃ſtabitur. Soluet autẽ de oblationibus ſiue fiãt pro bñdictione nubentiũ ſiue pro exequijs mortuorũ: necnon de prouẽtibus ſingulorum p̃lȩlatorum: & de emendis q̃ ab excõmunicatis recipiuntur. De legatis quoq̧ ſibi & alijs perſonis eccleſiaſticis non perſonarum ſed eccleſiarũ vel officiorum ratione relictis decima perſoluetur. Pro decima ſupradicta non exhibebitur pecunia niſi illa cõiter curreret de mandato dñi terrȩ & q̃ eſt moneta in locis in quib9 conſiſtent fruct9 et reditus vnde decima perſoluetur. nec aliqui pecuniã cambire cogentur eandem. Sed ſi ex probabilibus ſeu veriſimilibus p̃ſumptionibus apparuerit quiſq̃ penſatis eius prouentibus minus debito notabiliter de decima perſoluiſſe: ita q̧ ſuper hoc merito ſuſpectus debeat reputari: ex officio noſtro per viros idoneos deputandos a nobis faciemus inquiri ab illis qui ſuper hoc ſcire valeãt veritatem/ videlicet de conſilio dioceſani Epiſcopi vel alicuius deputãdi ab ipſo ſi ſit eius ſubdit9 & nõ aliter: ſi epiſcopus ipſe vel deputatus ab eo cõmode poſſit haberi: & tũc demũ & non prius ille cuius prouentus fuerint taliter ȩſtimati: pro eoq̧ minus ſoluerit etiã nominatim excõicabitur ſi eius contumacia exegerit: & viſum fuerit expedire. Epiſcopi autem & Abbates cęterȩq̧ perſonȩ eccleſiaſticȩ honorabiles non ſuſpectȩ ꝓprię conſcientię relinquantur: ita q̧ ſufficiat quo ad tales excõicationis ſententia q̃ nullo modo ſoluentes vel ſcienter adhibentes fraudẽ vel maliciã circa ipſius decimæ ſolutionem generaliter ꝓferetur. Super his autem fiet compulſio per cenſurã eccleſiaſticã prout nobis & illi cui hoc committendum duxerimus viſum fuerit expedire. Proferatur autem (ſi expediens viſum fuerit) excommunicatio generaliter vel ſpecialiter ĩ eos qui contra ſolutionem decimæ vel ſuorũ ȩſtimationem prouentuum cum fuerit facienda: fraudem vel maliciam ſcienter duxerint adhibendam. Fiet autem ſolutio decimæ non ex ipſis rebus quę percipiuntur de prouentibus ſed in pecunia numerata. Soluetur autem decima illis quos ad hęc contigerit deputari. Rector parocialis qui vrgente neceſſitate eccleſię: puta quia ipſe reſidendo perſonaliter in eadem per ſe non ſufficeret ipſi curę propter multitudinem parocianorum vel diuiſionem parocię ſuę: ſed neceſſe habet vnũ vel duos vel plures capellanos conducere: et eis propter victum ſalarium conſtituere: ſalarium huiuſmodi poterit in decimȩ ſolutione deducere: ſed ratione victus capellanorum ipſorum aliquid non deducet. Quod ſi in diuerſis ciuitatibus & diœceſibus: diuerſa beneficia obtineãtur: de vnoquoq̧ beneficio in ciuitate vel diœceſi in qua illud fuerit/ decima perſoluetur. De elemoſynis vero ſeu oblationibus datis ad opus fabricę/ maxime de his oblationib9 quę in ciuitatibus & aliquibus caſtris et locis dictarum prouinciarũ in ȩertis feſtiuitatibus in cãdelis & alijs conſueuerũt dari & offerri ad opus fabricȩ deputatis: decima non ſoluetur. Similiter nec de illis oblationibus quę colliguntur interdũ per laicos qui conſortiales dicũtur. interdũ per clericos: q̃ ad opus conſortij reducunt: & quę offeruntur vt luminaria in eccleſia cruces & calices fiant & reparent: & etiam ex illis pauperibus ſubueniatur & ſepeliãtur corpora pauperũ defunctoꝝ.

Prȩlati autẽ clerici exules cuiuſcunq̧ conditionis aut dignitatis exiſtant de ſuis ꝓuentibus eccleſiaſticis decimã perſoluent. Illȩ quoq̧ expenſȩ quæ fiũt ꝑ foſſatis & alias pro terris ȩdificãdis: vt vberiores fructus producãt: et illȩ quæ fiunt in conſeruãdis & reparãdis ædificijs molẽdinoꝝ: domorum ſeu apothecarum & ſimiliũ: & ex quibus fructus & penſiones recipiunt & niſi repararent fructus ex eis percipi non valerent: de decima hmõi minime deducentur. Nec etiã illȩ q̃ fiunt pro cuſtodia caſtrorum q̃uis fiant maiores ſolito. Inſuper de oblationibus minutiſſimis quas percipiũt eccleſiaſticȩ perſonȩ ratione eccleſiarũ ſuarũ ꝑ ſepulturis & dandis pœnitentijs decima perſoluetur. Et quia non occurrit nobis quin quotidianȩ diſtributiones ꝓuentus eccleſiaſtici ſint de diſtributionibus quæ dãtur in horis canonicis p̃ſentibus debere ſolui decimã declaramus. Illi quoq̧ qui deputati fuerint ad collectionẽ decimȩ cum eis qui debẽt ſoluere decimã: de aliqua certa ſumma ſoluenda ꝑ decima nequeunt cõuenire.

De fructibus arborũ & hortorũ ſoluetur decima. De his autẽ quæ conſumuntur vſu vel eſu aialium: ſi ſint eccleſiarũ ſoluetur decima: deductis expenſis neceſſarijs quę fiunt pro cuſtodia: ſi vero ſunt perſonarũ/ decima nõ ſoluetur. Tu ergo in his ſolũ deum & iuſtitiam ꝑ p̃miſſis prȩ oculis habẽs: ex p̃dictis declarationibus in decidẽdis hmõi dubitationibus quæ ꝑ parte leuiter decidi poterunt confirmationẽ accipias. ſuper maioribus vero deciſionem Apoſtoli oraculũ expectes. Volumus quoq̧ & p̃ſentium tibi auctoritate mandamus vt in vnãquãq̧ perſonã eccleſiaſticam deputatarũ tibi partium cuiuſcũq̧ ordinis conditionis vel dignitatis exiſtat quæ decimã ipſam nullo modo vel nõ integre ſcienter aut non ſcdm verum valorem fructuũ ſuorum perceptorum: ſiue non in terminis conſtitutis exhibuerit: ſeu in illorum exhibitione maliciã commiſerit ſiue fraudẽ: excõmunicationis ſententiam auctoritate noſtra ꝓmulges. Et etiam in ſingulos qui ſcienter impedimẽtum prȩſtiterint directe vel indirecte: publice vel occulte quominus decimæ prȩdictȩ ſoluantur. Et omnes & ſingulos qui hmõi ſententias latas incurrerint: per te & alios ſingulis diebus dominicis & feſtiuis campanis & candelis accenſis vſq̧ ad ſatiſfactionẽ condignam excõmunicatos publice nuncies: & facias ab omnibus publice euitari. Aggrauaturus alias manus tuas contra ipſos prout proteruiam & contumaciã exigere videris eorũdem. Quod ſi ſatiſfacere decreuerint: poſt plenam & integrã ſatiſfactionẽ ab hmõi excõicationib9 iuxta eccleſię formã abſoluas eoſdem: & diſpẽſes cũ eis ſuper irregularitãte: ſi taliter ligati non abſtinuerint a diuinis. Prouiſo hactenus q̧ contra decimã hmõi non ſoluẽtes nullatenus ſine ſpeciali madato Apoſto. ſe. inuocet brachiũ ſȩculare. Quoq̧ ad vaſa ſacra paramẽta: calices: cruces: & libros: aliaq̧ bona mo

bilia ad cultum deputata diuinum vel ad priuilegia ecclesiarū & monasteriorum aliorūq́ locorum ecclesiasticorum ipsius occasione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagnie kal. octobris. Pontificatus nr̄i anno.7. Hæc textus. dictę extrauagātis. In qua qm̄ nihil dr̄ an habentes solū capellanias seu beneficia altariū teneant ad istā decimā: noteẛ glo.1. in d. cle. si bn̄ficiorū. quę tenet ꝙ sic. Et dicit ibi do. Cardi. in.4. questi. in fi. ꝙ hęc decima papalis/est extraordinaria & nō est certa neq́ determinata a iure. determinatur tamē per consuetā taxationē. Et subiūgit ibi in.7. q̄stione ꝙ cō

optima [c] & electa erunt cuncta.

Deu.26.c ¶Quando compleueris decimam cunctarū frugum tuarum: anno decimarum tertio dabis leuitę/et aduenę/& pupillo/et viduę/ vt comedant intra portas tuas/& saturentur.

Mat.23.c. ¶Vę vobis Scribę & Pharisei hypocritę qui decimatis mentam & anetum & cyminum: & reliquistis quę grauiora sunt legis/iudicium & misericordiam & fidem. Hęc oportuit facere: & illa [d] non omittere.

Lucę.18.b ¶Ieiuno bis in sabbato (inquit Phariseus) & decimas do omniū quę possideo. Et infra Phariseus.

Hebr.7.a ¶Melchisedech sacerdoti dei summi decimas [e] omnium diuisit Abraā. Et supra Abraam.

He.7.a.b ¶Intuemini (ait Paulus) q̄tus sit hic cui & decimas dedit de pręcipuis/ Abraam patriarcha. Et q̄uidem de filijs Leui sacerdotium accipientes/ mādatum habēt decimas sumere a populo secundū legem/id est a fratribus suis: q̄q̄ & ipsi exierunt de lumbis Abrae. Cuius autem generatio non annumeratur in eis/decimas sumpsit ab Abraam: & hunc qui habebat repromissiones benedixit. Sine vlla autem contradictione: quod minus est/a meliore benedicitur. Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur/quia viuit. Et vt ita dictū sit per Abraam et Leui qui decimas [f] accepit decimatus est.

Psal.32.a. **Decere.** ¶Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

Psal.92. ¶Domum [g] tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

sueta dr̄: quando obseruata est per annos.40. et tūc non debet augeri etiā si bn̄ficia augerētur. Refert tamen quosdā aliter dicere/ vt ibi per eū. Panor. etiā de hac decima loquēs in c.2. col. fi. de deci. dicitq́ licet Hostien. ibidē dicat Papam decimas exigere posse a clericis & ecclesijs cū ipse habeat curā omniū: tamen ꝙ de potestate ordinaria hoc nō potest. Nā iure ordinatū est quibus debētur decimæ/sed exigit de potestate absoluta Ita dicit do. Abbas Panormitanus. in d.c.2.
c ¶Optima. Videatur quod annotatum est supra in annotatione q̄ signata est.s.
d ¶Illa nō omittere. Istis verbis innuitur: nedum mortalia peccata/sed etiam venialia esse cauenda. & idem innuitur in c. vnū orariū.§.criminis appellatio.25.distic. vbi ponit ratio duplex.

Prima est: quia venialia peccata ea sunt q̄ igne purgatorij purganda venisit. Secunda: quia nullum peccatū est adeo veniale/quod non fiat criminale dū placet. Et propterea consulunt glo.& Panor. in c. omnis vtriusq́ sexus. de peni. & remis. ꝙ nedū de peccatis mortalibus/sed etiam de venialibus peccatis homo confiteatur. De quo dictū est supra in verbo confiteri. e ¶Decimas diuisit Abraam. Hinc dicit textus in c. decimas.16. questi.7. Decimas deo & sacerdotibus dandas/Abraam factis insinuatur. f ¶Qui decimas accepit decimatus est. Sic etiā dicimus in iure humano ꝙ sacerdotes qui decimas accipiunt/decimanẛ.i. teneẛ soluere decimas: si supple p̄dia habeant sita in aliena parocia. Tūc eñ ad decimas teneẛ vt cęteri: etiam si illa prędia essent de dote suarū ecclesiarū. Ita tenent glo.& ibi Panor. in c.1. de censi. Et idem Panor. in c.2. col 3. (contra glosam ibi). de deci. vbi subiungit rationem esse: quia q̄uis in principio a lege diuina decimæ fuissent datæ clericis: tamē postea per vniuersalē ecclesiā distinguēdo iura ecclesiarū statutum est vt decimæ prædiales illi ecclesiæ parociali deberenẛ in cuius territorio sita sunt. prout late notatur in c. cum cōtingat. eodem titu. Vnde cum omnia prędia habuerint hoc onus annexum: licet tradantur a laicis/nouis ecclesijs: tamen debent trāsire cum onere suo. c. ex litteris. de pigno. Nam ecclesia nō est ædificanda cum pręiudicio alterius ecclesię: etiam respectu decimarum. vt est tex. in c. ecclesię. & in c. quicunq́.16. questi.1. & probatur arguendo a speciali in c. ad audientiam. de eccle. ędifi. Quod si clericorum prędia essent in propria parocia sita: ad decimarum solutionem non tenerentur. vnde Canonici habētes parociam in cuius limitibus/eorū prędia sita sunt: ad decimas soluendas administratori parocię non tenentur. Ita potest loqui tex. in d.c. 2. de deci. in prin. dum ibi dicitur. Nouum genus exactionis est: vt clerici a clericis decimas exigāt. quem textum ita intelligit ibi Panor col.3. & eundem intellectum sentit ibi do. Hostien. dum dicit ꝙ clerici ab ęqualibus nō exigūt/ quia leuitę a leuitis non exigebant: sed bene exigūt ab inferioribus. Quod autem etiam de prędijs datis in dotem ecclesię soluenda sit decima: tex. est melior de iure secundum Panor. ibi. in.1. no. in c. nuper. in prin. de deci. Sūt tamen aliqui religiosi a decimarum solutione immunes etiā ex priuilegio in corpore iuris inserto. put est tex. in c. ex parte tua. de deci. vbi dicit textus qui est Alexandri tertij. Prędecessor noster Hadrianus solis fratribus Cisterciēsis ordinis & Templarijs & Hospitalarijs decimas laborum suorū quos proprijs manibus vel sumptibus colūt indulsit. Cęteris vero vt de noualibus suis quæ proprijs manibus vel sumptibus colunt/& de nutrimentis animaliū suorum/& de hortis suis decimas non persoluant. quem sumus super his imitati. Hæc tex. Hodie tamen Cisterciēses & similes priuilegiati/de possessionibus quas acquisierunt post conciliū generale/vel de cętero acquirent/decimas soluere tenentur: si prius de illis possessionibus decimę soluebantur. Textus est clarus in d. c. nuper. de deci. Fuit autē concilium generale cuius meminit ille textus/celebratum anno.1215.17. anno pontificatus Innocētij: prout ibidē dicunt Io. An.& Panor. Sunt etiam leprosi cōmuniter viuentes priuilegiati: vt de hortis & nutrimētis animalium suorum/decimas soluere non cogantur. tex. est apertus in c.2. in fine. de eccle. ędific. Et sic Papa potest aliquos priuilegiare de decimis non soluendis: quia istud nō est tollere ius diuinum/sed limitare. Et ita etiam tenet glo. in c. a nobis. de deci. quam communiter omnes sequuntur. Non posset tamen omnes eximere a solutione decimarum: quia istud esset alterare vniuersalē statū ecclesię/quod Papa facere nō potest/ vt notatur in c. litteras. de resti. spolia. Vbi tamen decimę de facto non soluerentur/posset Papa in totum dispensare: non quidem tollēdo pręceptum decimarum/sed ex hac causa non soluentes tolerando vt peccatum non incurrant. ita dicit Panor, in d.c. a nobis. in fi. de deci. g ¶Domū. Tex. est ex hoc dicto sumptus in c. decet domū. de immu. eccle. li.6. vbi dicitur. Decet domū dn̄i sanctitudo: decet vt cuius in pace factus est locus/eius cultus sit cum debita veneratione pacificus,

Hęc tex. De quo & cęteris q̄ ibidē ex hac psalmographi sententia inferunt: dicet in verbo dom⁹. h ℭ Maior natu. Quod maioribus natu deferatur in multis etiam a iure positiuo: annotatū est diffuse supra in verbo antiquus. vbi videatur. i ℭ Omnem iustitiam. Circa hæc verba videatur bonus tex. qui est Ambrosij. in c. per aquam. paulo post prin. de conse. dist. c. 4. vbi dr. Cum Christus formā baptisinatis daret: venit ad Ioānem: & ait illi Ioannes. Ego a te debeo baptizari: & tu venis ad me? Respondit Ihesus. Sic decet nos implere omnē iustitiam.

ℭLoquere maior [h] natu: decet enim te. Ecci. 32. a

ℭNos i omni tempore (ait Ionathas Romanis & Spartiatis) sine intermissione in diebus solennibus & cęteris quibus oportet/ memores sum⁹ vestri in sacrificijs quę offerimus/ & in obseruationibus sicut phas est & decet meminisse fratrum. 1. mac. 12. d.

ℭEgo a te debeo baptizari (dicit Ioannes Baptista ad Christū) & tu venis ad me? Respondens autē Ihesus dixit ei. Sine modo: sic enim decet nos implere omnem [i] iustitiam. Math. 3. d

Decretum. ℭA me propositum est decretū [k] (ait rex Cyr⁹) vt omnis homo qui mutauerit iussionem/ tollatur lignum de domo ipsius/ erigatur & configatur in eo/ domus autem eius publicetur. 1. Esd. 6. b

Decipere. ℭNon mentiemini [l]: nec decipiet [m] vnusquisq̧ proximum suum. Leui. 19. c

ℭReuertenti Iephthe [n] in Maspha domū suā: occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis et choris: nō enī habebat alios liberos. Qua visa/ scidit vestimēta sua: et ait. Heu me filia mi: decepisti me & ipsa decepta es. Iudi. 11. f.

ℭQui iurat proximo suo & nō decipit [o]: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram/ & munera super innocentem non accepit. Qui facit hęc: non commouebitur in ęternum. Et diffusius infra habitare. Psal. 14.

ℭGladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum vt decipiant pauperem et inopem/ vt trucident rectos corde. Psal. 36. c.

ℭVani filij hominū: mendaces filij hominum in statheris [p]/ vt decipiāt ipsi de vanitate in idipsum. Psal. 61. c

ℭImpius morietur/ quia non habuit disciplinam: in multitudine stultitię suę decipietur. puer. 5.

ℭSimulator ore decipit amicū suum: iusti autem liberabuntur sciētia. puer. 11. b

ℭIter impiorum decipiet eos. puer. 12. d

ℭQui decipit iustos in via mala/ in interitu suo corruet: & simplices possidebunt bona eius. puer. 28. d

ℭQui corripit [q] hominem/ gratiā postea inueniet apud eum: magis q̄ ille qui per linguę blandimenta decipit. puer. 28. b

Vide q̄ sit omnis iustitia. Christus ad baptismū descendit: non vt caro mūdaretur quā suscepit de nostra conditione. non enī ablutio peccati Christo necessaria fuit q peccatum non fecit: sed nobis erat necessaria q peccato eramus obnoxij. k ℭ Decretum prout regulariter sumit in iure humano/ est sententia qua iudex contractū futurū iustū fore decernit/ auctoritatē suam interponēdo/ vel aliquem in possessionē mittēdo/ vel mittendū declarādo. Facit tex. in l. si finita. §. Iulianus. & §. si forte. ff. de dam. infec. p quē tex. ita dicit glo. q̄ cōiter tenet. in c. 1. i verbo tractatus. in fi. de re. eccle. nō alie. li. 6. Et non debet interponi: nisi pręcedēte causę cognitiōe. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. Alias esset nullū: prout notanter scribit domin⁹ meus Iason in l. fi. col. 2. ff. de iusti. & iure. Quādoq̧ tamē sumit pro statuto seu ordinatione superioris: prout hic sumitur. Et ita accipitur in l. 1. §. fi. ff. quod quisq̧ iu. & in l 2 & in l. ambitiosa. & per totum ti. ff. de decre. ab ordi. facien. l ℭ Mentiemini. Circa hanc p̄hibitionē mēdacij videantur annotata in verbo mendacium. m ℭ Decipiet. Iure humano & respectu fori contentiosi permittit aut saltem toleratur deceptio vsq̧ ad dimidiam iusti precij. Si vero vltra dimidiā deceptio interuenerit: cogitur qui rē habuit/ vel rem reddere restituto sibi precio/ vel iustum precium supplere. Tex. est in l. 2. C. de rescin. vendi. & in c. cum dilecti. de emp. & vendi. iuncta l. in causę. §. pe. ff. de mino. Quod satis procedit vbi deceptio interuenit re ipsa seu ex industria negociatiua. si autem interueniat deceptio ex īdustria deceptiua seu dolosa: tunc etiā iure humano talis deceptio non tolerat/ etiā si longe sit minor dimidia iusti precij. l. & eleganter. in prin. & §. 1. ff. de dolo. & est glosa expssa in l. semper. in cōtractib⁹. ff. de regu. iur. q̄ dicit q̧ illa deceptio quę tolerat a iure/ nō est licita bono viro. De hoc tamen/ an scilicet & quomō deceptio infra vel vltra dimidiam iusti p̄cij toleretur: quia ampla est & diffuse admodū per doctores tractata/ & satis aliena est ab hac sententia: videat per Bal. in d. l. 2. C. de rescin. vendi. & per canonistas. in d. c. cum dilecti. per Panor. et ibi Fely. in c. cū causa. de testi. & per Io. de ana. in c. in ciuitate. in. 7. col. de vsuris. Quādoq̧ tamen etiam bonis viris licet alios decipere: etiā industria deceptiua. prout est bo. tex. in c. dn̄s noster. 23. questi. 2. vbi p̄bat bono viro licitū esse in bello iusto hostē suum decipere. vbi glo. idē dicit esse in aduocato fouēte iustā causam: quia aduersariū suū potest si pōt decipere. Immo etiā videt q̧ decipere possit iudicē: allegādo scilicet aliqua iura nō multū facientia ad causam. quia iudex p̄sertim indoct⁹ q̄nq̧ plus mouet ex iurib⁹ coloratis & nō cōcludentib⁹: q̄ ex oīno cōcludētibus. Ita dicūt Io. an. & Panor. in c. per tuas. per illū tex. qui filij sint legi. n ℭ Iephthe. De hystoria Iephthe/ & an recte existimauerit filiā deceptā: dicet in verbo Iephthe. o ℭ Non decipit. Iurans ergo & decipiens cōmouebit in ęternū. qd verū est vt late dicet in verbo iurare. p ℭ Statheris. Quid sit seipsum vel aliū in statheris decipere: bon⁹ est tex. in c. non afferamus. in prin. 24. q̄sti. 1. vbi dr. Non afferam⁹ statheras dolosas/ vbi appēdam⁹ qd volum⁹ p arbitrio nostro/ dicentes/ Hoc graue est/ hoc leue est: sed afferamus diuinam statherā de scripturis sacris tanq̄ de thesauris dn̄icis/ & in illa quod sit grauius appendamus. Hęc tex. q ℭ Textus est huic sententiæ satis alludēs in c. non vos iudicetis. 5. q̄sti. 5. vbi dicit Augustinus. Nō vos iudicetis esse maliuolos: quādo crimen alterius indicatis. Magis quippe nocentes estis nō indicādo crimē: q̄ si fratres vestros quos indicando corrigere potestis/ tacēdo perire

permittatis. Si eñ frater tuus vulnus habeat in corpore quod vult occultari cū timet secari: nōne crudeliter a te si-
letur/ & misericorditer indicatur? q̄to ergo potius debes manifestare crimen: ne deterius putrescat in corde.
r ℭ Simile est qd̄ dicit textus Augustini in c. nō ois. 5. questi. 5. vbi dr̄. Melius est cum seueritate diligere: q̄ cū le-
nitate decipere. s ℭ Qui te beatū dicunt: ipsi te decipiūt. &c. Circa hæc verba vidēdus est bon⁹ text⁹ Grego
rij. in c. sunt nōnulli. 46. distinc. vbi dicitur. Sunt nōnulli: qui dū malefacta hoim laudibus efferūt/ augēt quę incre

Eccēs.2. a ℭRisum reputaui errorem: & gaudio dixi quid frustra deciperis?
Eccēs.7.a ℭMelius est a sapiente corripi r: q̄ stultorum adulatione decipi r: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla/ sic risus stulti.
Sapię.4.c ℭRaptus est iustus ne malitia mutaret intellectum ei⁹: aut ne fictio deciperet animam illius.
Esaię.3. c ℭPopule meus (ait dominus) qui te beatum s dicunt: ipsi te decipiunt/ et viam gressuum tuorum dissipant.
Esa.47.c ℭSapientia tua et scientia t tua (filia Babylon) hęc te decepit.
Danie.3.f ℭSemen Chanaam & non Iuda (ait Daniel alteri senum qui Susannā adulterij accusauerant) species decepit v te: & concupiscentia subuertit cor tuum. Et latius infra Susanna.
Osee.4. c ℭSpūs fornicationū decepit v filios Israel: & fornicati x sūt a deo suo.
Abac.2. c ℭQuomodo vinum potantem decipit y: sic erit vir superb⁹/ et non decorabitur. Vbi amplius.
2.mac.6.f ℭNon ætati nostrę dignū est (inquit Eleazar⁹ Iudęis) fingere vt multi adolescentiū arbitrantes Eleazarū nonaginta annorum trāsisse ad vitā alienigenarum/ & ipsi propter meam simulationem z & propter modicum corruptibilis vitę tēpus decipiantur: & per hoc maculam atq̄ execrationē meę senectuti conquirā. &c. Et latius. s in verbo Eleazarus.
Colo.2. a ℭNemo vos decipiat a in sublimitate sermonum.

Declarare & declaratio.

ℭDeclaratio b sermonū tuorum do-

pare debuerāt. Hinc eñ per pphetā dicitur. Vę his qui consuunt puluillos sub oi cubito man⁹: et faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ad hoc quippe puluillus vel ceruical subcapite iacentis ponitur: vt molliter quiescat. Quisq̄s ergo male agentibus adulatur: puluillum sub cubito/ vel ceruical sub capite iacētis ponit. vt qui corripi ex culpa debuerat: in ea fultus laudib⁹/ molliter quiescat. Hinc rursus scriptum est. Ipse ædificabat parietem: illi autē liniebant eū. Paries quippe noie/ peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietem: est contra se quēpiam obstacula peccati construere. Sed peccata liniūt: q pec cata perpetrantib⁹ adulantur. vt quod illi perverse agentes ædificant: ipsi adulātes quasi nitidum reddant. Sed sanct⁹ vir sicut mala de bonis non ęstimat: ita iudicare
bona de malis recusat/ dicens cū beato Iob. Absit hoc a me: vt iustos vos iudicem. donec deficiam: non recedam ab
innocentia mea. Hæc tex. t ℭ Scientia illa/ vere decipit hoiem: quæ ipsum superbire facit. tollit eñ sibi
ędificium charitatis. iuxta id quod legitur. Sciētia inflat: charitas vero ædificat. De quo est tex. in c. nisi cū pridem.
§. pro defectu. de renū. De hoc dicetur in verbo scientia.
v ℭ Decepit. Et ideo merito arguēdus fuit: quia nō multū distat in vitio/ vel decipere posse/ vel decipi. Ita di-
cit tex. qui est Hieronymi/ in c. si cupis. circa princip. 16. questi. 1. De quo dicatur vt ibi per glo.
x ℭ Fornicati sunt a deo suo. Fornicari a deo: est in hæresin seu idolatriā incidere/ & est fornicatio spiritua-
lis. de qua loquuntur textus in c. quæsiuit. & in c. q̄to. de diuor. & de ea dicetur in verbo fornicatio.
y ℭ Decipit. De deceptione vini est tex. in c. sexto die. circa me. 35. distinc. vbi dicit. In principio generis huma
ni ignorabatur ebrietas. Primus Noe vineā plantauit. dedit naturam: sed ignorauit potentiam. Itaq̄ vinum nec
suo pepercit auctori. Hæc tex. De quo dicetur diffusius in verbo ebrietas. z ℭ Simulationem. Simulatio
perniciosa/ quę alijs scilicet cedit in malū exemplum vt hic: dānatur. Alias: nōnunq̄ licitū est simulare. Tex. est in c.
vtilem. 22. questi. 2. de quo dicetur in verbo Simulare. a ℭ De deceptione in sublimitate sermonū: notan-
ter loquitur textus in c. suggestū. in fi. 7. questi. 1. vbi dicitur. Attendite vobis & omni gregi in quo vos spiritussan-
ctus constituit episcopos regere ecclesiā dei/ quā acquisiuit proprio sanguine saluator mūdi: vt nō sit qui vos deci-
piat aut seducat subtilitate sermonis: vt plebes vobis cōmissas relinquatis/ & alicui propter opprobriū malorum
hominū quieti vos tradatis: vt vos solūmodo saluetis/ & filios orphanos relinquatis. Hęc textus. Qui satis aperte
sentit aliquos nōnunq̄ deceptione aliorum induci ad religionis ingressum. Quę deceptio si fieret: nec religionis in-
gressum viciaret/ nec promissionem de ingrediendo etiam si ipsi ingressui vel promissioni de ingrediendo causam to
talē dedisset. glo. est no. & ibi Panor. in c. cū dilect⁹. qd me. causa. Si tñ ex pte religiosoꝵ ei⁹ religiōis quā decept⁹ fu
isset ingressus interuenisset: licet nō viciaret ingressus: viciaret dedicatio bonoꝵ ingressi. qa talis deceptio ipedit ne
bona ingressi applicēt monasterio. Tex. est qui reputatur sing. in c. cōstituit. 20. q. 3. vbi dr̄. Cōstituit sacer ipe cōuē-
o ¶ Per vni⁹ delictū in omnes homines. Istud quod hic dicitur/ ex vno scilꝫ in omnes homines peccatū transijsse: procedit etiā respectu paruulorum. prout est bon⁹ tex. in c. placuit vt quicunq̄. de conse. distin. 4. vbi dicit. Placuit vt quicunq̄ paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat/ aut dicit in remissionē peccatorū eos baptizari/ sed nihil ex Adā trahere originalis peccati quod lauacro regenerationis expietur/ vnde fit cōsequens vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorū nō vera sed falsa intelligatur; anathema sit. quī nō aliter intelligendū est quod ait apostolus. Per hoiem vnū intrauit peccatū in mundū/ & per peccatum mors/ & ita in omnes homines pertransijt in quo omnes peccauerūt: nisi quēadmodū ecclesia catholica vbiq̄ diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei etiā paruuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc cōmittere potuerūt/ ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur: vt in eis regeneratione mundet quod generatione traxerunt. Hæc tex.

p ¶ Vt abūdaret delictum. Hoc loco vt stat consecutiue non autē causatiue. perinde enim sonant hæc verba acsi dictum esset. legem & eius præuaricationem secutum est delictū. Istam declarationem sentit glosa. 1. in c. Būdictio. 1. q. 1. q ¶ Tex. est de hac Pauli sententia factus in c. Ponderet 2. respō. 50. distinc. vbi dicitur. Si aliquis lapsus quoquomodo fuerit: & portemus eum/ & fraterno corripiamus affectu. sicut ait beatus Apostolus. Si præoccupatus fuerit homo. &c. r ¶ Sacerdotes. An sacerdotes quotidie debeant celebrare: bonus est tex. Augustini in c. Quotidie. de conse. distinc. 2. vbi dicitur. Quotidie eucharistię cōmunionē accipere nec laudo nec vitupero. Et subiungitur. Si dixerit quispiā non quotidie accipiendā eucharistiam: alius affirmat quotidie. faciat vnusquisq̄ quod secundū fidē suā pie credit faciendum. Nec enim litigauerunt inter se/ aut quisq̄ eorū se alteri præposuit/ zacheus & ille Centurio: cum alter eorum gaudens in domo sua susceperit dn̄m/ alter dixit/ O dn̄e non sum dignus vt intres sub tectū meū. ambo saluatorē honorificantes: q̄uis non vno modo. Hæc tex. Et in hac materia notetur quod dicit Panor. in c. significatum. per illum tex. de præbē. vbi dicitur ꝙ non valet institutio beneficij per quā aliquis arctaretur ad celebrandum quotidie/ absq̄ eo scilicet ꝙ aliū loco suo posset aliquando subrogare.

s ¶ Dementes. Demens secundum ius humanū proprie dicit: qui furiosus quidem non est/ sed propter mentis defectum quid velit vel nolit/ exprimere nescit aut non potest. Tex. est. in c 1. §. si vero episcopus. de cleri. ægro. li. 6. Aliquando tamen dementis & furiosi idem est effectus: vt est bonus tex. in l. tam dementis. C. de epis. Audien. vbi dicitur. Tam demētis q̄ furiosi liberi cuiuscūq̄ sexus possunt contrahere legitimas nuptias: tam dote q̄ donatione propter nuptias a curatore eorum pręstanda. &c. Et in c. Aliquos. 15. q. 1. dicit tex. Aliquos scimus subito demētes factos/ ferro/ fuste/ lapidibus/ morsib⁹/ multis nocuisse/ quosdā etiā occidisse: captos aūt idustria & iudicijs oblatos minime reos factos/ eo ꝙ non voluntate/ sed impellente vi nescio qua hæc gesserint nescientes.

t ¶ Demones cum quibus fornicati sunt. De hijs qui cum demonibus fornicātur/ loquitur bon⁹ tex. in c. Epi §. Illud etiā. 26 q. 5. vbi dicit. Illud non est omittendum ꝙ quædam scelaratę mulieres retro post sathanā conuersæ/ demonum illusionibus & phantasmatibus seductę credūt se & profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorū/ vel cum Herodiade/ vel cum innūera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias/ & multarū terrarum spacia intempestę noctis silentio pertransire/ eiusq̄ iussionibus obedire velut dn̄ę/ & certis noctibus ad ei⁹ seruitiū euocari. Sed vtinam hæ solæ in perfidia sua perijssent/ & non multos secū ad infidelitatis interitū pertra-

xissent. Nam & innumera multitudo hac falsa opinione decepta/ hæc vera esse credunt: & credendo a recta fide deuiant/ & errore paganorum inuoluuntur. cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnũ deũ arbitrant. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo dei omni instantia prædicare dñt: vt sciant hæc omnino falsa esse, & non a diuino sed a maligno spiritu talia phantasmata mentibus fideliũ irrogari arbitramur. Hæc tex.

¶Angelus Raphael dixit Tobię. Audi me: & ostendam tibi quibus tobiæ.6.d
pręualere potest dæmonium [x]. Hi nanq̧ qui coniugium [y] ita suscipiũt
vt deũ a se & a sua mente excludant/ & suę libidini ita vacẽt sicut equus
et mulus quibus non est intellectus: habet potestatem dęmonium super
eos. Et latius infra in verbo Tobias. Et supra in verbo coniugiũ.

¶Scuto circundabit te veritas domini: nõ timebis a timore nocturno. psal.90.b
A sagitta volante a die/ a negocio perambulante in tenebris: ab incursu & dęmonio meridiano.

¶Syrij obtulerunt Ihesu omnes male habentes varijs languoribus & mat.4.d.
tormentis compręhensos/ & qui dęmonia [z] habebãt/ & lunaticos & paralyticos: & curauit [z] eos. Et infra Ihesus.

¶Multi dicent mihi (ait Ihesus) in die iudicij: domine domine nonne in mat.7.c.
nõie tuo prophetauimus? & in nõie tuo dęmonia eiecimus? & in nõie tuo multas virtutes fecimus? & tũc cõfitebor illis: quia nũq̃ [a] noui vos.

¶Infirmos curate (ait Ihesus duodecim discipulis) mortuos suscitate/ le mat.10.a.
prosos mundate/ dęmones eijcite. Gratis [b] accepistis: gratis date.

¶Vespere facto cum occidisset sol/ afferebãt Galilęi ad Ihesum omnes mar.1.d.
male habentes/ & dęmonia habentes/ & erat oĩs ciuitas congregata ad ianuam: & curauit multos qui vexabãtur varijs languoribus/ & dęmonia multa eijciebat/ & non sinebat [c] ea loqui/ quoniam sciebãt eum.

¶Dedit Ihesus discipulis potestatem curandi infirmitates/ & eijciendi 3.b.
dæmonia. &c.

¶Scribę qui ab Hierosolymis descenderant dicebant: quoniam Ihesus 3.c.
Beelzebub habet/ & quia in principe dęmoniorum eijcit dęmonia.

¶Surgens Ihesus mane prima sabbati/ apparuit primo Marię Magda 16.c.
lenę de qua eiecerat septem [d] dęmonia.

¶In synagoga erat homo habens dęmonium immũdũ: & exclamauit lucæ.4.e.
voce magna dicens. Sine: quid nobis & tibi Ihesu Nazarene? venisti [e] perdere nos. Scio te quia sis sanctus dei. Et increpauit illum Ihesus: di-

x ¶Dęmoniũ. Archi. in c. 2. col. 2. in princ. 12. questi. 1. dicit differentiam eã esse inter dęmoniũ & dæmonem q̃ est inter turbã & hominẽ. nam dęmoniũ est collectio seu congregatio dæmonum de aliquo peccato tentantiũ: dæmon vero est diabolus particularis. y ¶Coniugiũ. Videantur ãnotata huic sententię. §. in verbo Angelus. z ¶Dęmonia habebãt & curauit eos. De dęmonijs eiectis per Christum/ loquitur textus ad notabilẽ effectũ in c. sunt plures. in princ. de pœni. distinc. 3. vbi dicit. Sũt plures quos peccasse pœnitet sed non omnino/ reseruantes sibi quædã in quibus delectentur: nõ animaduertentes dñm simul mutum & surdum a dæmonio liberasse. per quod docet nos nũq̃ nisi de omnibus sanari. Si eĩ vellet peccata ex parte reseruari: habẽti septẽ dæmonia/ potuit proficere sex expulsis. expulit aũt septẽ: vt oĩa crimina sĩt eijcienda doceret. Legionẽ autẽ dęmonũ ab alio eijciens/ neminẽ reliquit de omnibus qui liberatũ possideret: ostendens q̧ si etiã peccata sint mille/ oportet de omnibus pœnitere. Laudatus est enĩ dñs: q̧ eiecto dęmonio locutus est mutus. &c. Hęc tex. qui est Augustini. a ¶Non noui vos. De istis verbis loquitur. tex. in c. prophetauit. 1. questi. 1. vbi dicitur. Erunt qui dicturi sunt in iudicio: In nomine tuo prophetauimus: quibus non dicetur Mẽtimini/ sed Non noui vos. Spiritum ergo prophetiæ dicẽdi sunt habuisse: sed nõ meritum. Hęc tex. b ¶Gratis. Videantur annotata in verbo Gratis. c ¶Non sinebat ea loqui. Dęmones enim nihil nisi deo permittente possunt agere. Bonus est tex. in c. Nec mirũ. col. 2. versi. nec ideo quisq̧. 26. questi. 5. vbi dicitur. Nullus credere debet quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu dei: qui omnia quę fiunt/ aut iusto iudicio facit/ aut permissu suo ita fieri sinit.

d ¶Septẽ dæmonia. Nullibi memini me legisse ita speciatim vt de Maria Magdalena: q̧ Christus ab aliquo septẽ dæmonia eiecerit. Proinde videri potest textus hæc septem dęmonia satis declarans/ in c. sunt plures. in princ. de pœni. distinc. 3. De quo dictũ est. §. z. e ¶Venisti perdere nos. His verbis innuitur/ dæmones futuram in dñi nostri Ihesu Christi passione/ humani generis redemptionem/ aliquõ cognouisse. Ideo nõ incõgrue potest hoc loco dubitari an dæmones futura prænoscant. de quo dubio est tex. solẽnis Augustini in c. sciẽdũ. 26. q. 4. vbi dicitur. Sciendum est hãc esse naturam dęmonum: vt aerij corporis sensu terrenorum corporũ sensũ facile præcedant. celeritate etiam propter aerij corporis superiorem mobilitatem: non solum cursus quarũlibet rerum vt hominum vel ferarum/ verũetiam volatus auium incomparabiliter vincant. quibus duabus rebus q̃tũ ad aerium corpus attinet/ præditi/ hoc est acumine sensus & celeritate motus: multo ante cogitata nũciant/ quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit etiam dęmonibus per tam longum tempus quo eorũ vita protenditur/ rerum longe maior experiẽtia: q̃ potest hominibus propter breuitatem vitę prouenire. Per has efficacias quas aerij corporis natura sortita est/ nõ solũ multa futura prędicunt dęmones: verũetiã multa faciunt. quę q̃m hoĩes dicere nõ possũt/ aut facere/ eos dignos: quibus seruiãt & quibus honores diuinos deferant arbitrantur. instigante maxime vitio curiositatis propter amorem felicitatis falsæ atq̧ terrenę, & excellentiæ temporalis. Nunc igitur q̃m de diuinatione dæmonum quęstio est: primum sciendum est illos ea plerumq̧ pręnũciare quæ ipsi facturi sunt. accipiunt enim sępe potestatem morbos immittere/ & ipsum aerem vitiando morbidum reddere: & in peruersis atq̧ amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere/ de quorum moribus certi sunt q̧ sunt eis talia suadentibus consensuri. suadent enim eis miris & inuisibilibus modis per illam subtilitatem/ corpora hominũ non sentientiũ penetrãdo & se cogitationibus eorum per quædam imaginaria visa miscendo siue vigilãtium siue dormientium. Aliquando autem non quæ ipsi faciunt: sed quę naturalibus signis futura pręnoscunt (quæ signa in ho-

cens. Obmutesce: & exi ab eo. Et cũ proiecisset illud dęmonium in medium exijt ab illo: nihilq̧ eum nocuit. &c.

luce.4.g. ℭCum sol occidisset/ omnes qui habebãt infirmos varijs languorib9/ ducebant illos ad Ihesum: at ille singulis manũ imponens curabat eos. Exibant autem dęmonia a multis clamantia & dicentia: quia tu es filı9 dei. Et increpãs nõ sinebat [f] ea loqui: quia sciebãt ipsũ esse Christũ.

luce.9.a. ℭConuocatis Ihesus duodecim apostolis: dedit illis virtutem & potestatem super [g] omnia dęmonia/ & vt languores curarent. &c.

luce.11.b. ℭErat Ihesus eijciens dęmonium: & illud [h] erat mutum. Et cum eiecisset dęmonium/ loquutus est mutus: & admiratę sunt turbę. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dęmonia. Et alij tentantes/ signum de cœlo quęrebant ab eo: ipse autem vt vidit cogitationes eorum/ dixit eis. Omne [i] regnũ in seipsum diuisũ desolabitur: & domus super domum cadet. Si autem & sathanas in seipso diuisus est: quomodo stabit regnum eius/ quia dicitis in Beelzebub me eijcere dęmonia? Si autem ego in Beelzebub eijcio dęmonia: filij vestri [k]/ in quo eijciũt? ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eijcio dęmonia: profecto peruenit in vos regnum dei. &c.

ioã.8.f. ℭNonne bene diximus [l] nos (aiunt Iudęi ad Christum) quia Samaritanus es tu & dęmonium habes? Respondit Ihesus. Ego dęmonium non habeo: sed honorifico patrem meum/ & vos inhonorastis me.

iacobi.2.d ℭTu credis quoniam vnus est deus? bene facis. Et dęmones credunt [m]: et contremiscunt.

psal.24.a **Demonstrare.** ℭVias tuas domine dęmonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

minum sensus venire non possunt) ante prædicunt. Neq̧ enim quia præuidet medicus quæ pręuidere nequit hui9 artis ignarus: ideo tamen diuinus habendus est. Quid autem mirum: si quemadmodum ille corporis humani perturbata vel mortificata temperie/ seu bonas seu malas futuras præuidet valitudines/ sic dæmones in aeris affectione sibi notas nobis ignotas futuras præuident tempestates? Aliquando etiam hominum dispositiones non solum voce prolatas/ verũetiam cogitatione conceptas cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore/ tota facilitate prædicunt: atque hic etiam multa futura pręnunciant. & alios qui ista disposita non nouerunt/ fallunt & studio fallendi & inuida voluntate: qua hominum errore lætantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant/ id agunt/ vt inter pretib9 suis/ signorumq̧ suorũ coniectoribus culpa tribuat: qñ ipsi decepti fuerit vel mentiti. Nonnũq̃ vero ipsi maligni spũs & illusores hominũ/ atq̧ salutis eorum inuisores/ solent prædicere defectũ culturæ suæ & idolorum ruinam: quatenus pręscij videãtur quid i singulis regnis aut locis venturũ/ & quid aduersi suę factioni cõtigere possit. Quod etiam illi qui gentiliũ hystorias legunt/ non ignorant. Quid ergo mirum: si rum imminẽtẽ templorum & simulacrorũ euersionem quã prophetę dei summi tanto ante prædixerũt/ serapis dęmon alicui cultorum suorũ hoc de proximo prodidit/ vt suam quasi diuinationẽ recedens vel fugiens cõmendaret? Hæc tex. Augu. Et subiũgitur. Quod autem hominum dispositiones cogitatione conceptas per exteriora signa diabolus depręhendat: non firma ratione videtur approbatum. Vnde idem Augustinus ait in lib. 2. retractionum: cuius verba ponuntur in c. si. eadem causa & quęstione. Quodã loco dixi dæmones aliquando hominum dispositiones non solum voce prolatas/ verũetiã cogitatione conceptas cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore/ tota facilitate prædicere. Rem dixi occultissimam: audaciori assertione q̃ debui. Nam peruenire ista ad notitiã dęmonũ per nonnulla etiam experimenta compertum est. sed vtrum quędem signa dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia/ nos autẽ latẽtia/ an alia vi spirituali ista cognoscant: aut difficillime potest ab hominibus/ aut oĩno nõ potest inueniri. Hęc tex. f ℭNõ sinebat. Videantur quę istis verbis annotata sunt. §. eodẽ. c. g ℭSuper oĩa dęmonia. Et sic exorcistas eos fecit. oĩsq̧ qui eijcien torum dæmonum potestatẽ recipiũt: exorcistę dicũtur. Tex. est ita inferens ex hoc dicto. 21. distĩ. in princ. in versi. Porro. vbi dicitur. Salomon quẽdam modum exorcizandi inuenit quo dæmones adiurati ex obsessis corporibus pellębantur. Huic officio mancipati: Exorcistę vocati sunt. de quibus dñs in euangelio. Si ego in Beelzebub eijcio dęmonia: filij vestri & exorcistę in quo eijciunt? Hæc tex. h ℭEt illud erat mutũ. De hac eiectione dęmonij muti/ loquitur tex. in c. sint plures. in princ. de pœni. dis. 3. de quo textu videatur. §. eodẽ. 2. i ℭOmne regnũ in seipsum diuisum. &c. Videatur quod annotabitur in verbo diuisus.

k ℭFilij vestri. Filij vestri: idest exorcistę. Ita declarat tex. 21. distinc. in princ. versi. porro. De quo textu diffusi9 videatur. §. eodem. g. l ℭNonne bene diximus. &c. Hęc verba Iudęorum ad Christum ponũtur in c. nõne. de p̃sump. vbi etiam ponitur Christi respõsio. Ego dęmonium non habeo. Et ibidem infertur q̧ Christus de duob9 sibi illatis alteri tm̃ respondendo/ alterum tacendo visus est concessisse. Sicq̧ ex hac Christi responsione sumitur regula. q̧ qui ex duobus illatis alterum negat: reliquum affirmare p̃sumitur. De qua etiam regula est bonus tex. apud legistas in l. Cũ p̃tor. in princ. ff. de Iudi. vbi dicit. Cũ p̃tor vnũ ex pluribus iudicare vetat: cęteris id committere videtur. Hæc autem regula procedit etiã ecõtrario. sicut enim qui vnum negat/ reliquũ videtur affirmare: ita qui vnũ affirmat/ reliquum videtur negare. Tex. est in l. Cũ ita legatur. ff. de condi. & demon. vbi dicitur. Qui Titio nubere iubetur: cæteris omnibus nubere prohibetur. Et hoc idem satis probatur in l. Maritus. in fi. C. de procu. & in l. Cũ lex. ff. de legibus. m ℭDæmones credunt. Similis est sententia in c. Si enim. colũ. 3. de pœni. distin. 2. vbi dicitur. Non grande putemus/ vnum deũ nosse: cum & dæmones credant & contremiscant. Et glo. ibi arguit ex eo q̧ dęmon credit/ ipsum operari bonum. Glosa tamen in c. qui episcopus. in verbo cõditionem. in princ. videt tenere contrariũ dũ dicit q̧ dęmon habet liberum arbitrium/ sed tantum in malũ. Vnde pro resolutione & vt sciatur q̃nam sit fides existẽs in dęmone: videatur quod notat Panor. in rubri. de sum. tri. & fi. catho. col. 2. vbi dicit. Iacob9 de alberga refert/ magistrum sentẽtiarum & alios theologos tenere/ dæmones non habere fidem etiam informem: quia fides potest habitare in prauo/ illum in bonum inducendo. quod non est in dæmone: quia non potest amplius illum trahere ad bonum. Item fides informis prout est fides/ sapit naturam fidei formatæ: & sic fides etiam infor-

mis est volnntaria certitudo. vnde licet praui hoies voluntarie credant: dæmon tñ non credit/quia ei⁹ credere est contremiscere. Nam deliberato valle/dæmon vellet deum non esse: nec articulos fid .1. Hæc Panor.
n ℭ Quam audiat. Videatur quod annotatum est in verbo Audire. o ℭ Debitum. Videantur quæ ibidem annotata sunt. p ℭ Censum. In materia census videantur quę annotata sunt in verbo census.
q ℭ Abortiuum. De hijs qui dant causam abortioni/quomõ puniatur: est bon⁹ tex. in l. si quis aliquid. §. Qui abortionis. ff. de pœnis. vbi dicitur. Qui abortionis aut amatoriũ poculũ dant/etsi dolo non faciunt: tamen quia mali exempli res est/humiliores in metallum dãnantur/honestiores in insulã amissa parte bonorũ relegãtur. Quod si ex eo mulier aut homo perierit: summo supplicio afficiãtur. Et in l. si mulierem. ff. ad l. cor. de sicca. dicit text⁹. Si mulierem visceribꝰ suis vim intulisse quo partum abigeret (idest faceret abortum) constiterit: eam in exiliũ præses prouincię exiget. Et in l. diuus. ff. de extra. crimi. dicit textus. Diu⁹ Seuerus & Anto. rescripserunt eã quæ data opera abegerit partum (idest abortiuum fecerit) a pręside in tẽporale exilium dandam. indignũ enim videri põt: impune eam maritum liberis fraudasse. Hæc tex. vbi Bar. post glo. ibi dicit istud/muliere scilꝫ aborti uo causam dãtem nõ puniri nisi exilio/esse intelligendum qñ partus eius nondum fuisset animat⁹. & sic ante dies. 40. in masculo/ vel ante dies. 80. in fœmina. vt notat glo. 5. dis. in princ. in verbo 40. & Panor. in c. si aliquis. in princ. de homici. Si autem iam animatus fuisset: teneretur lege Pompeia de parricidijs/velut proprium filium interficiens. l. 1. ff. ad l. Pompe. de parrici. Et hæc distinctio Bar. de partu animato vel non animato: probatur per textum in c. sicut ex litterarum. in fi. de homi. in c. quod vero. & in c. Moyses. 32. q. 2. De istis etiam dantibus causam abortioni: est notabilis textus Augustini in c. Aliquando. eadem cau. & qstı. vbi dicitur. Aliquando eousq; peruenit libidinosa crudelitas vel libido crudelis: vt etiam sterilitatis venena procuret. & si nihil valuerit/conceptos fœtus intra viscera aliquõ extinguat aut fundat: volendo suã prolẽ prius extinguereq̃ viuere. aut si in vtero viuebat: occidi anteq̃ nasci prorsus. si ambo tales sint: coniuges non sunt. & si ab initio tales fuerunt: non sibi per cõnubium sed per stuprum potius cõuenerunt. si autem ambo non sunt tales: audeo dicere/aut illa quodammodo est mariti meretrix/aut ille adulter vxoris. Hæc textus. Aduertendum est tamẽ q mulier dãs causam abortioni/quis partus eius nondum esset animatus: tñ si pecunia accepta abortiuũ procurauerit/ punitur pœna capitis. Tex. est in l. Cicero. ff. de pœnis. vbi dicitur. Cicero in oratione pro Cluentio/rescripsit Milesiam quandam mulierem cum esset in Asia: q ab hęredibus suis acceptapecunia partum sibi medicamentis ipsa abegisset/ rei capitalis esse dãnatã. Hæc tex. quem Bar. in d. l. diuus. ff. de extra. crimi. intelligit in partu non animato.

ℭ Qui prius respondet q̃ audiat [n]: stultum se esse demonstrat & confusione dignum. puer. 18. c

ℭ Pater diligit filium: & omnia demonstrat ei quę ipse facit. Et maiora his demonstrabit ei opera: vt vos miremini. ioã. 5. d.

Denarius. ℭ Egressus seruus ille cui dimiserat dominus decẽ milia talenta: inuenit vnum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum/dicens Redde quod debes. &c. Vt supra in verbo debere & debitum [o]. Vbi latius. mat. 18. d.

ℭ Licet censum [p] dari Cęsari (dixerunt Pharisęi ad Ihesum) aut non? Cognita autem Ihesus nequitia eorum/ait. Quid me tentatis Hypocritę? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerũt ei denarium. &c. Vt infra Ihesus. mat. 22. b.

Dens. ℭ Si rixati fuerint viri/ & percusserit quis mulierem pregnãtem/& abortiuum [q] quidem fecerit / sed ipsa vixerit: subiacebit damno q̃tum maritus mulieris expetierit/ & arbitri iudicauerint. Si autem mors ei⁹ fuerit subsequuta: reddet animã [r] pro anima/oculũ [r] p oculo/ dentẽ [r] pro dente. &c. Et infra Percutere: latius. exodi. 21. c

ℭ Dentẽ si excusserit quispiã seruo [s] vel ancillę suę: dimittet eos liberos. exo. 21. c.

ℭ Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium: sicut [t] fecit sic fiet ei. Fracturam pro fractura/oculum pro oculo/dentẽ pro dente restituet. &c. leui. 24. c.

ℭ Non misereberis testis mẽdacis: sed animam pro anima/oculum pro oculo/dentẽ pro dente/manum pro manu/pedem pro pede/exiges. deute. 19. g

ℭ Dẽtes tui (amica mea) sicut greges tõsarũ quę ascenderũt de lauacro. canti. 4. a

ℭ Dentes tui (amica mea) sicut greges ouiũ quę ascẽderunt de lauacro. cãti. 6. b.

ℭ Filij hominũ: dẽtes [x] eorũ arma et sagittę/& ligua eorũ gladi⁹ acut⁹. eccl. 19. d.

r ℭ Animam pro anima. &c. De hac impositione pœnę obseruata similitudine delicti: bonus est tex. in c. quod debetur. 14. q. 1. vbi dicitur. Lex modum figens: pœnam talionis instituit. & tex. in c. sex differẽtiæ sũt. paulo post pric. 23. questi. 3. dicit. Reddere mala pro malis conuenit etiã bonis. vnde & Lex modũ vltionis statuit: oculum pro oculo. quæ si dici potest/ iniustorũ iustitia est: non quia iniqua est vltio quã lex statuit/sed quia vitiosa ẽ libido vlciscẽdi. magisq; ad iudicem pertinet/hoc inter homines discernere: q̃ bonũ hominẽ sibi expetere. Hic enim malum pro malo redderet. iudex vero non: sed delectatione iustitiæ/iustũ pro iniusto. quod est bonum pro malo. quod etiam deus iudex facit. Hęc tex. Cui satis alludit tex. ex euãgelio sumptus/in c. Hæc aũt. §. ex his oibus. 22. q. 4. vbi dicitur. Christus in euãgelio dicit. Audistis quia dictũ est in lege: quẽ modũ vltionis lex statuit/oculũ pro oculo / dẽtẽ pro dente! Ego aũt hãc vicissitudinẽ tollẽs/& ad mansuetudinẽ/& charitatis perfectionẽ vos inuitans: dico vobis. Nolite resistere in malo: sed diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderũt vos: vt sitis filij patris vestri/ qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos/ & pluit super iustos & iniustos. s ℭ Seruo vel ancillæ. An pro iniuria per dñm seruo suo vel ancillę illata/seruus donet libertate: annotabit̃ J. in verbo seruus. vbi videatur.
t ℭ Sicut fecit sic fiat ei. Videatur quod annotatũ est in secũda annotatione proxima. v ℭ De pœna testis mendacis: annotabit̃ in verbo testis. x ℭ Pro effectu huius dicti pphetici est bonus tex. in c. periculose. in fi. de pœni. dis. 1. vbi dicit. Qui Christũ tradidit: ille etiã interfecit eum/dño dicente. maius peccatum habet qui me tradidit tibi. Vnde Psalm⁹. Filij hominũ: dentes eorum arma & sagittę/& lingua eorũ gladius acutus. Quę verba. glo. ibi declarans: dicit per dentes/conuitia Iudęorum in Christum intelligi. per sagittas: consilia. per gladiũ

acutum: clamores/ seu voces quibus clamabant/ crucifige crucifige eū. De effectu etiam istorum verborum notabiliter loquens textus Augustini in c. Noli putare, eadem distinc. dicit. Noli putare te non esse homicidam: quando fratri mala persuades. Si fratri tuo mala persuades: occidis. Et vt scias quia occidis: audi Psalm. stā. Filij hominū: dētes eorum arma & sagittę/ & lingua eorum machera acuta .i. gladius. y ℂ Amictus corporis & incessus hoīs &c. Textus est isti sententiæ plurimū conformis in c. fi. 41. distinc. vbi dicitur. Sicut in cibis mores eorum cum quibus viuim⁹ obseruare monemur: sic & de indumētis intelligendum est. Vt enim alibi dicitur. Quisquis contemptis his cum quibus viuit/ lautiora sibi vel austeriora p̄ ceteris indumenta vel alimenta quæritiaut intemperans fuit aut superstitiosus est. In incessu autem debet esse sacerdos ornatus: vt grauitate itineris/ mentis maturitatē ostendat. Incompositio enī corporis (vt Augusti. ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde hystoriographus ille cum eius mutabilitatem describeret/ cuius cōsciētia excitata curis mentem vastabat inter cętera hoc etiam notabile indicauit/ dicens. Incessus eius/ modo citus/ modo tardus. Hæc tex.

psal. 6. a. ℂ Amictus [y] corporis & risus dētiū: & ingressus [y] hoīs enūciāt de illo.

leui. 6. a. **Depositum. nomen.** ℂ Loquut⁹ est domin⁹ ad Moysem: dicens. Anima quę peccauerit/ & cōtempto domino negauerit [z] proximo suo depositum quod fidei eius creditū fuerat/ vel si aliquid extorserit [a]/ aut calumniā [b] fecerit/ siue rē perditam inuenerit [c]/ & inficians insuper peierauerit/ & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus solent pec-

z ℂ Negauerit proximo suo depositum. De iure humano/ qui depositum negat/ seu restituere non vult deponenti: ad eius restitutionem cum infamiæ periculo vrgetur. Ita dicit tex. in l. Qui depositū. C. depo. Depositi enim restitutio est adeo præcisa: q̄ ad eam impediendam exceptiones quæ regulariter in alia materia admitti solent/ non admittuntur. Tex. est bene singularis in l. pe. C. eodem ti. vbi dicitur. Si quis vel pecunias vel res quasdam per depositionis acceperit titulū eas volenti ei qui deposuerit/ reddere illico modis omnib⁹ compellatur. nullāq; cōpensationē vel deductionem vel doli exceptionem opponat/ quasi & ipse quasdā contra eū qui deposuit actiones personales vel in rem vel hypothecariam prætendens: quum non sub hoc modo depositum accepit vt nō concessa ei retentio generetur/ & contractus qui ex bona fide oritur ad perfidiam retrahatur. Sed etsi ex vtraq; parte aliquid fuerit depositū: nec in hoc casu compensationis præpeditio oriatur. sed depositę quidem res/ vel pecuniæ ab vtraq; parte q̄ celerrime sine aliquo obstaculo restituantur: ei videlicet primū cui primus hoc voluerit/ & postea legitimæ actiones/ integrę quoq; ei reseruentur. Hęc tex. Cui similis est textus apud canonistas (tametsi non ita diffusus) in c. bona fides. §. fi. de depo. Immo restitutio depositi sic est necessaria: q̄ tertia persona veniens ex transuerso/ extra iudicium non potest eam prohibere alioqui punitur: vt habetur in auctē. Sed iam cautū est. C. depo vbi dicitur. Cautū est ne quis extrinsecus depositario interdicat depositi restitutionē. qua subsecuta/ depositor possidens pulsari poterit ab eo qui interdixit. Si contra factum fuerit/ dānum quodcūq; acciderit/ ei qui vim passus est/ pręstabitur ab eo qui interdixit/ necnon & tertia centesimę vsurarum nomine ex quo facta est hmōi contestatio. Hæc tex. Quid autem si res data in depositum sit perdita/ an & quando depositarius teneat: annotatum est. s̄ in verbo Cōmēdare. super prima sentētia illi verbo subscripta. In quatuor tñ casibus licite denegatur deponenti/ rerum depositarum restitutio. Primus si dominus rei depositæ concurrat in petendo cum deponente. tunc enim potius domino q̄ deponenti restituetur. Secus si non concurreret: quia tunc deponenti licet non domino/ sed furi vel latroni/ depositi restitutio facienda esset. Tex. est satis diffusus qui videri potest in l. bona fides ff. depositi. Secūdus casus est quando deponentis bona post depositū factum fuissent publicata. quia tunc non deponenti sed fisco fieret restitutio depositi. tex. est in d. l. bona fides. Tertius casus est quando fur deposuit apud eum qui subripuit. tunc enim non vrgetur depositarius ad depositū restituendū. Tex. est in d. l. bona fides. Quartus & vltimus casus est qū aliquis gladium deposuit postea furiosus factus ipsū repetit. tūc eni manifestū est non esse reddendum/ ne vel se occidat vel alium: donec sanitas ei restituatur. Ita dicit tex. in c. ne quis arbitretur. versi. illud vero 22. q̄sti. 2. Quid autem sit depositum: tex. est in l. 1 in princ. ff. eodem. vbi dicitur. Depositum est quod custodiendum alicui datum est: dictū ex eo q̄ ponitur. Præpositio enim de auget depositum: vt ostendat totum eius fidei commissū quod ad custodiam rei pertinet. a ℂ Pecuniam extorserit. De iure etiam humano pecunia extorta pro redditione depositi repeti potest. Tex. est in l. fi. ff. depo. vbi dicitur. Potes agere depositi cum eo qui tibi non aliter q̄ nummis a te acceptis depositum reddere voluerit: q̄uis sine mora incorruptum reddiderit. Hæc tex. Immo talis pecunia ne dum per actionem depositi repeti potest: vt probatur in d. l. fina. sed etiam repeti potest per conditionem ob turpē causam: quæ competit pro eo repetendo quod datur ad habendam restitutionem eius quod gratis restitui debet. vt est casus in l. fi. ff. de condi. ob turp cau. & in l. fina. C eodem titu. b ℂ Calūniam. Calūniam: idest dolum. Depositarius enim etiam de iure humano tenetur de dolo & lata culpa. §. pręterea Insti. Qui. mo. re. cōtra obli. cum similib⁹. Ideo si fecerit calūniam in restituēdo/ idest si rem depositam dolo suo deteriorauerit: agi potest contra eum/ etiam si rem depositam iam restituerit. & agetur actione pristina: perinde ac si non restituisset. Tex. est in l. 1. §. si res deposita. ff. deposi. vbi dicitur. Si res deposita deterior reddatur: quasi non reddatur agi depositi potest. Cum enim deterior redditur: potest dici dolo malo redditam non esse. Hæc textus.

c ℂ Rem perditam inuenerit. Quō de iure hūano teneat qui rē alienā perditā vel non perditā inuenit & abscondit: tex. est in l. falsus. §. Qui alienū. ff. de furtis. vbi dicitur. Qui alienum quid iacens in terra lucri faciendi causa sustulit/ furti obstringitur: siue scit cuius sit/ siue ignorauit. Nihil enim ad furtum minuendū facit: q̄ cuius sit ignoret. Quod si domin⁹ id dereliquit/ furtum nō fit ei⁹: etiam si ego furandi animum habuero. Nec enim furtum fit: nisi sit cui fiat. In proposito aūt nulli fit: quippe cum placeat/ Sabbini & Cassij sentētia ęstimantium statim nostram desinere rem esse quam derelinquimus. Sed etsi non fuit derelictum/ putauit tamen derelictum: furti non tenetur. Sed si neq; fuit/ neq; putauit/ iacens tamen tulit non vt lucretur sed redditurus ei cuius fuerit: non tenetur furti. Proinde videamus si nesciet cuius esset. Si tamen tulit quasi redditurus ei qui desyderasset vel qui ostēdisset rem suam/ an furti obligetur: & puto non obligari eum solere. Plerīq; etiam putant hoc facere vt libellum proponat cōtinentem inuenisse se & redditurum ei qui desyderauit: hij ergo ostēdunt se non animo furandi fecisse. Hæc tex⁹. Textus etiam de hac materia loquēs in c. si quid inuenisti. 14. questi. 5. dicit. Si quid inuenisti/ & non reddidisti: rapuisti: q̄tum potuisti fecisti. quia plus nō inuenisti: ideo plus non rapuisti. Qui alienum negat si posset et tolleret: deus cor interrogat/ & non manum. Hæc tex. Aliquando tamen bona inuenta efficiūtur inuentoris vel in totū vel pro parte. Vt in casu l. vnice. C. de thesauris. li. 10. vbi probatur q̄ si quis in suo loco thesaurum. i. cōdita ab ignotis dominis vetustiori tempore mobilia inuenerit: suus in totum efficitur/ nisi per incantationes inuenisset. quia tūc publicaretur. Si vero inuenerit in alieno non data ad hoc opera sed fortuito: dimidia efficitur ipsius inuentoris/ & dimidia domini loci. Et idem probatur in §. Thesaurus. insti. de rerum diui.

care homines : conuicta delicti reddet [d] omnia quę per fraudem vo-luit obtinere/ integra/ & quitā [d] isuper partem dño cui dānū intulerat.

¶ O Timothee depositum custodi: deuitans prophanas vocum nouitates/ & oppositiones falsi nominis scientię/ quam quidem promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum amen. 1.tio.6.a

¶ Scio cui credidi: & certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem iustus iudex. 2.tio.1.c.

¶ Bonum depositum custodi per spiritum sanctū qui habitat in nobis. 2.tio.1.d.

Depopulator & depopulatio.

¶ Qui incredul⁹ est/ infideliter agit: & qui depopulator [e] est/ vastat. esaię.21.a

¶ Qui vocat aquas maris & effundit eas super faciē terrę/ dominus nomen est eius: qui subridet vastitatem/ & super robustum et depopulationem super potentem affert. amos.5.c.

Deprauare.

¶ Qui deprauat vias suas: manifestus erit. puer.10.b

¶ Cogitatus sensati in omni tempore vel metu [f] non deprauabitur. eccl.22.b.

¶ Charissimi satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: & domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini/ sicut & charissimus frater noster Paulus secūdū datam sibi sapientiam scripsit vobis. Sicut et in omnibus epistolis loquens in eis de his in quibus sūt quędam difficilia intellectu quę indocti & instabiles deprauant [g]/ sicut et ceteras scripturas/ ad suam ipsorum perditionem. 2.pe.3.d.

Deprecari & deprecans.

¶ Offer holocaustum (ait dominus ad Aaron) & deprecare pro te & populo. leuiti.9.b

¶ Homo nascitur ad laborem [h]: & auis ad volatum. Quamobrem ego deprecabor dominum: & deum ponam eloquium meum. iob.5.b.

¶ Deprecabitur [i] homo deum: & placabilis [i] ei erit/ et videbit faciem ei⁹ in nubilo/ & reddet homini iustitiam suam. iob.33.b.

¶ Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. psal.63.a.

¶ Iudicabit dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur. psal.134.c

¶ Qui dat pauperi/ nō indigebit: q despicit depcātē/ sustinebit penuriā. prouerb.28.d

¶ Nō erubescit loqui cum illo qui sine anima est: & pro sanitate quidē infirmum deprecatur/ & pro vita rogat mortuum/ & in adiutorium inutilem inuocat/ & pro itinere petit ab eo qui ambulare nō potest/ & de acquirendo & de operando & de omnium rerum euētu petit ab eo qui in sapię.13.d

a ¶ Reddet omnia. &c. & quintam. &c. De iure humano/ qui depositum negat: non tenetur nisi in simplum/ idest ad id in quo deponenti dānum facit. nisi depositum fuerit ex necessitate factum. puta tempore tumultus/ incendij/ ruinę/ vel naufragij. nam istis casibus/ depositarius negans depositum: tenetur ad duplum. i. ad dānum illatū & adhuc ad tantumdem. Textus est magistralis in l.1.§. merito. ff. depositi. vbi dicitur. Eum deponere tumultus vel incendij vel cæterarum causarum gratia intelligendum est: qui nullam aliam causam deponendi habet q̄ imminens ex causis suprascriptis periculum. Hæc autē separatio causarum iustā rationem habet. quippe cum quis fidē eligit/ nec depositum redditur: contentus esse debet simplo. cum vero exigente necessitate deponat: crescit perfidię crimen/ & publica vtilitate coercendum est vindicandę reipublicę causa. Est enim inutile (idest contra vtilitatē publicam & deponētiū) in causis huiusmodi fidem frangere. Hæc tex. Cum quo concordat tex. in §. Sequens in fi. iuncto §. Quadrupli. versi. sed furti. Insti. de acti. Qui vero rem inuentam inficiatur seu negat: tenetur ad duplum si furtū cōmiserit. alias: tenetur ad simplum. Pœna enim furti saltem non manifesti/ est dupli: prout ānotatum est. s. in verbo commēdare. & dicetur in verbo furtum. Quando aūt inueniens rem perditam & occultans committat furtū: videatur per textū i l. falsus. §. Qui alienum. ff. de fur. de quo textu dictū est. s. in annotatione proxima.

e ¶ Depopulator vastat. Istos depopulatores vastantes agros alienos/ ius humanū impune permittit occidi. Tex. ē in l. i. C. Quando li. eat vnicuiq; sine iudice se vindi. vbi dicitur. Liberā resistendi cunctis tribuim⁹ facultatem: vt quicunq; militum vel priuatorum ad agros nocturnus populator intrauerit/ aut itinera frequentata insidijs aggressionis obsederit/ permissa cuiq; licētia digno illico supplicio subiuget/ & morte quam minabatur excipiat: & id quod intendebat incurrat. Melius est enim in tempore occurrere: q̄ post exitum vindicare. Hæc tex.

f ¶ Metu non deprauabitur. Huic sententiæ conformis est decisio textualis in c. sacris. in fi. Quod me. cau. vbi dicit. Pro nullo metu debet quis mortale peccatum incurrere. Et in c. Ita ne 32. questi. 5. dicit tex. Cū pudicitia vt virtus animi comitē habeat fortitudinē: potius quælibet mala tolerare decernat/ q̄ malo consentire. Et in c. si quis coactus. 22. q. 5. dicitur. Si quis coact⁹ pro vita redimēda vel pro qualibet causa vel necessitate periurat: quia plus corpus q̄ animā dilexit/ tres quadragesimas pœniteat. Alij vero iudicāt tres anos: vnā ex his in pane & aqua. Et textus in c. Quisquis metu. 11. q. 3. dicit. Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatē occultat: iram dei super se prouocat/ quia magis timet hominē q̄ deū. Hæc tex. Quando aūt extra peccata excuset metus: dicetur aliquid. j. in verbo Metus.

g ¶ Deprauant. Isti qui sacras scripturas deprauāt: dicuntur vino inebriari. Tex. est. Hieronymi in c. Vino inebriantur. 37. dis. vbi dicit. Vino inebriantur: qui scripturas sacras male intelligunt atq; peruertunt.

h ¶ Laborem. Videantur annotata in verbo Labor.

i ¶ Deprecabitur. &c. & placabilis. &c. Io. An. in cle. si dominum. in glosa. ma. circa fi. de. reli. & vene. sanc. de exauditione deprecationum seu orationum loquens dicit. Preces quæ recte fiunt: inefficaces esse non possunt. Ex duobus enim vnum indubitanter sperare debemus: aut dabit nobis deus quod petimus/ aut quod nouit esse vtilius. Orans quippe: misericorditer auditur/ & misericorditer non auditur. Quod enī infirmo sit vtile: melius nouit medicus q̄ ęgrotus. Et subiungit. q effectum orationis experti sunt in italia. Quā-

do enim cum versibus illis/ Exurgat deus. &c. cœpit ecclesia contra rebelles orare/ perempti & exterminati sunt: quasi subito qui censura ecclesiastica & armis bellicis iampridem domari non potuerunt. Et ad premissa bene facit 36 dis.c.vlti. vbi dicitur. ꝙ orante Moyse vincebat populus: vincebatur aũt dum demittebat manus. Hæc Io. An. vbi. supra. vbi etiam diffusius loquitur. & dicetur. j. in verbo Oratio. k ℭ De pristinis deprecare. Hæc deprecatio per quã quis compũctus pro commissis veniam deprecatur: vocatur obsecratio. Ea vero per quam fit ascensus intellect⁹ in deũ/ vel per quam aliquid deo vouetur vel offertur: vocat oratio. Ea autẽ per quã constitutus in spirit⁹ feruore pro alijs solet emittere: vocatur postulatio. Ea demum per quã mens deo se refert per excessũ/ recolendo præterita dei beneficia/ vel contẽplando præsentia/ vel prospiciendo futura: vocat gratiarũ actio. Ita dicit glosa Io. An. i d. cle. si dñm. in verbo Orationes. in princ. de reliq. & vene. sanc. Et aduertendũ est ꝙ licet principaliter depcandus sit deus pro vere salutiferis/ vt pro remissione peccatorum vt hic: tamen etiam deprecari potest pro bonis temporalibus. non vt finem cõstituamus in illis: sed vt sint adminicula beatitudinis consequendę. vt scilicet quasi instrumẽtaliter nobis deseruiant ad sustentationem vitæ corporalis exercẽdę per act⁹ virtuosos. Ita dicit Io. An. i glo. s. allegata cõl. 2. in princ.
l ℭ Non superbi. sed humilium. &c. Et sic ex hac sententia videtur ꝙ peccatorũ deprecatiões/ tanꝗ deo non placentes non exaudiantur. de quo Io. An. in glosa sua i cle. si dominũ. in verbo orationes. col. 1. dicit post. sctm̃ Thomã per eum allegatũ/ ꝙ si peccator petit aliquid inq̃tũ peccator. j. secundum desyderium peccati: non auditur a deo ex mia/ sed qñq; exauditur ex vindictã: dum permittitur amplius ruere in peccata. Vnde secundũ Aug. deus quædam negat propicius: quæ concedit iratus. Sed si peccatoris oratio procedit ex desyderio bonæ naturæ: de⁹ exaudit nõ quasi ex iustitia quia talis non meretur/ sed ex pura mia/ si tñ alia concurrant ad orationẽ requisita. de quibus dicetur in verbo Oratio. m ℭ Deprecationem eorum exaudiet. De exauditione deprecationis/ aliquid annotatum est. s in verbo deprecari. sed ibi dictis addatur pro hac sentẽtia qua dicit / Volũtatẽ timẽtiũ se faciet dñs & deprecationẽ eorũ exaudiet. ꝙ Theodosius imperator senior suis deprecationibus ad deũ seu orationibus miraculosam victoriã obtinuit contra Eugeniũ & Arbogasten: quorũ exercitus iacula vehementissimus ventus retorquebat in ipsos/ & iacula partis Theodosij vltra mensuram humani ictus impingebat in illos. Et hoc voluit ipse Claudian⁹ poeta qui tunc florebat/ dicens. O nimiũ dilecte deo cui militat ęther: Et coniurati veniunt ad classica venti. Hoc aũt obtinuit ipsius Theodosij oratio quę talis fuisse legit. Omnipotẽs de⁹ tu nosti ꝙ in noĩe Christi filij tui iuste (vt puto) pręlia suscepi. sin aliter: in me vindica. sin aũt cum iusta causa & in te cõfisus huc veni: porrige dexteram tuis/ ne forte dicant gentes vbi est deus eorum. Prædicta ponuntur per glo. in d. clemẽ. si dominũ. in verbo Orationes. colũ. fi. in fi. de reliq. & vene. sancto. n ℭ Recedere. Si ei ab iniustitia nõ recedatur: deprecatio facta pro peccatis parũ prodesse videtur. quia vt dicit textus Isidorj in c. irrisor. in princ. de pœni. distic. 3. Irrisor est nõ pœnitẽs/ qui adhuc agit quod pœnitet: nec videt deũ poscere subdit⁹/ sed subsãnare superbus. Et ideo dicit tex. Augustini in c. reperiuntur. in fi. eadẽ distinc. Facil⁹ inueni qui recte seruauerit innocentiã: ꝗ qui cõgrue egerit pœnitentiã. quia supple pœnitentem/ oportet recedere a peccatis consuetis seu mutare vitam. quod est (vt ibidẽ dicit glo.) sũme difficile. o ℭ Deprecationem lesi exaudiet. Sic etiam principes seu dñi tẽporales lesorũ/ deprecationes debent exaudire: etiam si lesi qui depcantur/ a dñis proprijs le-

omnibus est inutilis.

ecci. 21. a. ℭ Fili peccasti/ non adijcias iterum: sed et de pristinis deprecare [k] vt tibi dimittantur.

ecci. 28. a. ℭ Relinque proximo tuo nocẽti te: & tũc deprecãti tibi peccata soluẽt.

esaię. 11. c. ℭ Radix Iesse qui stat in signum populorum: ipsum gentes deprecabũtur/ & erit sepulchrum eius gloriosum.

Deprecatus & deprecatio.

iudith. 9 g ℭ Non superbi [l] ab initio placuerunt tibi dñe: sed humiliũ & mansuetorũ [l] sẽper tibi placuit depcatio.

iob. 8. a. ℭ Etiã si filij tui peccauerũt deo/ & dimisit eos in manu iniquitatis suę: tu tamen si diluculo cõsurrexeris ad deum/ & omnipotentem fueris deprecatus/ si mundus & rectus incesseris: statim euigilabit ad te/ & paratũ reddet habitaculum iustitię tuę intãtum / vt si priora tua fuerint parua / et nouissima tua multiplicentur nimis.

psal. 21. c. ℭ Timeat dominũ omne semen Israel: quoniam non spreuit nec despexit deprecationem pauperis.

60. a. ℭ Exaudi deus deprecationem meam: intende orationi meę. &c.

118. h ℭ Deprecatus sum faciem tuã domine in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.

118. y. ℭ Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. &c.

141. a. ℭ Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad dominũ depcat⁹ sũ. &c.

144. d ℭ Volũtatem timentium se faciet dominus: & deprecationem [m] eorum exaudiet/ & saluos faciet eos.

ecci. 21. a. ℭ Deprecatio iusti ex ore vsq; ad aures perueniet: & iudicium festinato adueniet illi.

25. a. ℭ Deprecatio pro peccatis: est recedere [n] ab iniustitia.

25. c. ℭ Nõ accipiet dñs personã in pauperẽ: & deprecationẽ lesi exaudiet [o].

38. d. ℭ Deprecatio artificum in operatione artis: accõmodãtes animas suas et conquirentes in lege altissimi.

philip. 1. a ℭ Gratias ago deo meo (inquit Paulus) in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis/ cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in euãgelio Christi a prima die vsq; nunc: confidens in hoc ipsum/ quia qui cœpit in vobis op⁹ bonum perficiet vsq; in diem Christi Ihesu.

¶Multum valet[p] deprecatio iusti assidua. iacobi.5.c

Deprimere & deprimens. ¶Sapientia venditum iustum nõ derelinquit: sed a peccatoribus liberauit eum/ descenditq; cum illo in foueam. Et in vinculis nõ dereliquit illum/donec afferet illi sceptrum regni & potentiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mendaces ostẽdit qui maculauerunt illum/& dedit illi claritatem ęternam. sapię.10.c

¶Fili deprime cor tuum: & sustine & inclina aurem tuam & suscipe verba intellectus/& ne festines in tempus obductionis.&c. eccl.2.c.

¶Incuruabitur homo & hũliabit vir: & oculi[q] sublimiũ deprimentur. esaię.5.[d.]

¶Dissolue[r] colligationes impietatis solue fasciculos deprimẽtes: dimitte eos qui confracti sunt liberos/& omne opus dirumpe. 58.b.

Deprehensus. ¶Sacerdotis filia deprehẽsa si fuerit in stupro[s]/ et violauerit nomen patris sui: flammis[t] exuretur. leui.21.[b.]

¶Si deprehẽsus fuerit homo solicitans[v] fratrem suũ de filijs Israel/& vendito[v] eo acceperit precium: interficietur[v]/& auferes malum de medio tui. deu.24.b

¶Sicut noxius[x] est qui mittit sagittas & lanceas in mortem[x]: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo/ & cum fuerit deprehensus dicit proũ.26.b

si fuerint. interest enim etiam ipsorummet dominorũ: ne auxiliũ contra eorum sęuitiam/ vel famẽ/vel intolerabilẽ iniuriam/ denegetur hijs qui iuste deprecãt. Ita dicit textus in §. sed & maior asperitas. in fi. insti. de hijs qui sui sunt vel alie. iuris. p ¶Valet. De valore deprecationis seu orationis/notabiliter loquitur glosa in cle. si dominũ. in verbo Orationes. col.2. in fi. de reliq. & vene. sanc. vbi dicit q̃ oratio valet ad vincendas tentationes. Vnde Hiero. super Math 14. In tentationem intrat: qui orare negligit. Et Aug. Oratio: est orãti pręsidium/ aduersario incendium/ Angelis solatium/deo gratum sacrificiũ. nam principaliter valet contra vicia spiritualia. Vnde Hiero. super illd Mat. 17. Hoc genus dęmoniorum nõ eijcitur nisi oratione & ieiunio. dicit. Ieiunio sanãtur pestes corporis: oratione vero/pestes mẽtis Valet etiam oratio pro facili impetratiõe: vt an notatũ est s̃. eodem. m. &. s̃ in verbo deprecari. i. vbi videatur. q ¶Oculi.&c. Hęc verba Esaię ponũtur in c. vę qui dicitis. in fi. 11. questi 3 r ¶Dissolue colligatiões.&c. Pro effectu istorum verborum est bonus tex. in c. auctoritatem. in pric. 15. q 6. vbi dicitur. Ab omnibus iuramentis & cuiuscũq; obligationibus quibus illi sese coacti violẽtia impiorũ obligauerant absoluimus.&c sicut per prophetam dñs dicit. Dissolue colligationes impietatis. s ¶Stupro. Quæ sit pœna stupri de iure positiuo: dicetur in verbo Stuprum.

t ¶Qui de iure humano propter crimina ab eis commissa flammis exurantur: dictum est satis diffuse. s̃. in verbo Cõburere. vbi videatur. v ¶Solicitãs.&c. Si hęc verba intelligi possint de solicitante idest inducẽte aliũ ad peccãdũ: vided⁹ est in iure positiuo tex. de hac materia loquẽs in l. Aduersus. C. de furtis. vbi dicit. Aduersus eũ quẽ seruũ solicitasse dicis: si eũ deterioris animi fecit/ serui corrupti agere potes. Quod si solicitatũ occultauerit: etiam furti cum eodem agere potes. Et notabilis textus in hac materia in l. si quis seruo. C. eodem ti. dicit. Si quis seruo alieno suaserit vt aliquam rem dñi surriperet/ & ad se defferret/ seruus autem hoc domino manifestauerit/ & domino concedẽte res eius ad iniquum hmõi suasionis auctorem pertulerit/& ipse in furtus fuerit rem detinens: quali teneat actione is qui rem susceperit/ vtrũ ne pro occasione furti/ an pro seruo corrupto quia eum corrumpere voluerit/ an nõ solum furti sed etiam corrupti serui is obligetur: veteres dubitauerunt. Nobis itaq; eorum altercationes decidentibus: placuit non solum furti actionẽ/sed etiã serui corrupti contra eum dare. Licet eni seruus deterior minime factus est: tñ consilium corruptionis ad perniciem probitatis serui introductũ est. vt quẽadmodum secũdum iuris regulas furtum quidem non est commissum(quia is videtur furtum committere qui contra dñi voluntatem res eius contractat. ipse aũt doli actione propter dolum suum tenetur)ita si serui corrupti contra eum actio propter dolũ suũ vitiũ non ab re extẽdatur/ vt sit ei pœnalis actio imposita tanq̃ re ipsa fuisset seruus corrupt⁹: ne ex hmõi impunitate/ & in aliũ seruum qui possit facile corrumpi/ hoc facile pertentet. Hæc tex. Si vero etiã hęc verba possint intelligi de solicitante alium/ idest solicite aliũ furante/ & postea vendente: videat textus in l. Alienũ. C. eodẽ ti. vbi dicitur. Alienũ seruũ sine voluntate dñi qui sciens vẽdiderit/ seu donauerit/ vel alio alienauerit: nihil dño diminuere potest. Et si contractet vel apud se detineat: etiã furtũ facit. Hæc tex. Alibi autem tex. in l. 1. C. ad l. fauiã. de plag. & in l. Eũ qui. C. eodẽ ti. probat tales solicitantes. i. furantes seruos vel filios alienos/ committere etiã crimẽ plagij. Quod aliquando punitur pœna capitis. vt est tex in §. Est & inter publica, insti. de publi. iudi. & in l. fi. C. ad l. fauiã. de plag. vbi dicit. Si quis eiusmodi(criminis plagij) reus fuerit oblatus posteaquam super crimine claruerit: seruus quidem vel libertate donatus bestijs subijciatur, ingenuus autem gladio consummatur. Hęc tex. Et ita hoc secũdo modo intelligendo hæc verba: verbum interficietur(quod statim subiungitur) verificari potest etiam iure humano. Et licet ea quæ proxime dicta sũt/ exemplificata sint in seruis: procedũt tamẽ etiam in liberis. q2 etiã q liberũ hoiem substrahit: cõmittit crimẽ plagij. vt est cas⁹ clar⁹ in l. Abductũ. & in l. liberũ. C. eodẽ ti.

x ¶Noxius. An de iure positiuo noxius sit qui mittit sagittas seu lanceas in mortẽ/ idest qui mittendo sagittas/ lanceas/ aut aliud id genus/ alium interficit: bonus est textus in §. 1. in fi. Insti. de lege aqui. vbi dicitur. Si quis dũ iaculis ludit vel exercitatur/ transeuntem seruũ tuum traiecerit: distinguitur. Nam si id a milite in campo eo vbi solitum est exercitari/ admissum est: nulla culpa eius intelligitur. Si alius tale quid admisit: culpæ reus est. Idem iuris est de milite: si in alio loco q̃ qui ad exercitandum militibus destinatus est/ id admiserit. Et istud etiã bene probatur in §. Item si putator. eodem ti. vbi dicitur. Si putator ex arbore deiecto ramo seruum tuum transeuntem occiderit: si prope viam publicam aut vicinalem id actum est/ neq; proclamauit vt casus euitari possit: culpæ reus est. Sed si proclamauit/ nec ille curauit præcauere: extra culpam est putator. Aeque extra culpam esse intelligitur: si seorsũ a via forte vel in medio fundo cædebat/ licet non proclamauit: quia in eo loco/ nulli extraneo ius fuerat versandi. Hæc tex. Ista tamen sententia Salomonis quæ de verbo ad verbum ponitur in c. 8. de præsũp aliter ibi per glo. & docto. interpretatur. Dicũt enim Salomonem istis verbis(noxius est qui mittit sagittas vel lanceas in mortẽ) velle dicere q̃ habens animũ nocẽdi/ si peruenit ad actũ exteriorem it tenetur/ licet effectus non fuerit subsecutus. vt hic patet in eo qui emittit lanceã vel sagittã in aliquẽ qui ex hoc solo iudicat nocẽs: licet mors nõ fuerit subsecuta. Et istud apud legistas clare ꝓbatur in l. is qui cũ telo. C. ad l. corne. de sic. & in l. si quis no dicã rapere. C. de epis.

& cle. Vnde dicit Panor. in d. c. 1 in. 2. no. q ista sententia Salomonis bene facit pro decisione questionis quã ponit Io. An. in regula in obscuris de regn. iuris in. 6. q si existens in vno territorio percutit sagitta seu lancea vel lapide existentem in alio territorio: potest ratione huius delicti conueniri in vtroq loco. scz vbi delictũ inchoauit mittendo sagittã vel lãceã. quia ea hoc dicit nocens vt hic. & etiã vbi delictũ cõsummauit: vt clare probatur in c. fi. de fo. cõpe. Est ergo præuentioni locus inter iudices vtriusq loci. y ℂ Ludens feci. Nota ergo / q in delictis nõ admittitur excusatio ludi: quia ludus noxius in culpa ẽ. l. Nã ludus. ff. ad l. aqui. Et quia in delictis in dubio psumit malus animus seu dolus / nisi doceat de contrario: prout est bonus tex. in l 1. & ibi glo. C. ad l. corne. de sicca. Et ideo dicit Bar. in l. Inter oẽs. §. recte. ff. de fur. q si cõtractans rem alienam ignorante dño / allegat q credebat dñm consentire. non auditur. sed est psũptio furti: nisi hec præsumptio alia presũptione vincat. Et ex istis verbis dicũt Hostien. Panor. & alij in d. c. 1. q qui in aliquo festo faciũt cõtra aliquẽ / aliqd carmẽ famosum seu ignominiosum: non excusantur propter occasionẽ ludi. z ℂ Quòd de iure humano possit probari / mulierem esse deprçhensam in adulterio: bonus est tex. qui omnino videat in c. litteris. de præsum. vbi dr. Litteris fraternitatis tuæ receptis / nobis innotuit q cum. P. ab A. muliere quam in vxorẽ acceperat peteret separari: accusatores matrimonij produxerũt testes firmiter asserentes q postq mulier cum prędicto viro contraxerat matrimonium: cõsanguineum viri eiusdẽ solũ cum sola / nudum cum nuda / in eodẽ lecto iacentem / ea vt credebant intentione vt eã agnosceret carnaliter / viderunt multis locis secretis & latebris adhoc commodis & horis electis: consultationi tuæ taliter respõdemus / q ex hmõi violenta & certa suspitione fornicatiõis (idest adulterij) potest sententia diuortij pmulgari. Hæc tex. Et apud legistas de hac materia notat Bar. q videri põt in l. capitẽ quinto. ff. de adul.

ioã. 8. a. ludens y feci.

ℂ Adducũt ad Ihesum Scribę & Pharisęi mulierem in adulterio deprçhensã / & statuerunt eam in medio: & dixerunt ei. Magister / hęc mulier modo deprehensa z est in adulterio. &c. Vt infra Ihesus.

Derelinquere. Derelinquens. et Derelictus.

2. para. 15. a. ℂ Audite me Asa & oĩs Iuda & Beiamin (ait Azarias) dñs vobiscum: quia fuistis cum eo. Si quęsieritis eũ / inuenietis: & si autem dereliqueritis eum / derelinquet vos.

2. para. 32. g. ℂ In omnib9 operibus suis fecit Ezechias prospere quę voluit. Attamẽ in legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eum vt interrogarent de portẽto quod acciderat super terram: dereliquit eum domin9 vt tentaretur / & nota fierent omnia que erant in corde eius.

psal. 21. a. ℂ Deus deus respice in me: quare me dereliquisti: lõge a salute mea verba delictorum meorum.

g. 9. ℂ Sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quęrentes te domine.

26. c. ℂ Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq despicias me deus salutaris meus. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.

36. e. ℂ Iunior fui etenim senui: & non vidi iustũ derelictum nec semen eius quęrens panem.

36 e. ℂ Dominus amat iudicium / & non derelinquet sãctos suos: in ęternum conseruabuntur.

37. b. ℂ Cor meum conturbatum est / dereliquit me virtus mea & lumen oculorum meorum: & ipsum non est mecum [a].

70. b. ℂ Ne proijcias me domine in tempore senectutis: cum defecerit [b] virt9 mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi et q custodiebant animam meam: consilium fecerunt in vnum dicentes. Deus dereliquit eum / persequemini & comprçhẽdite eum: quia non est qui eripiat.

eccl 13. a. ℂ Si largitus fueris / diues assumet te: & si non habueris / derelinquet te.

29. c. ℂ Bona repromissoris sibi ascribit peccator: & ingratus [c] sensu derelinquit liberantem se.

esaie. 55. c ℂ Derelinquet impi9 viam [d] suam / & vir iniquus cogitationes suas. Et reuertatur ad dominum / & miserebitur eius: & ad deum nostrũ / quia multus est ad ignoscendum. &c. Vt supra in verbo cogitatio.

zacha. 11 d ℂ Dixit dñs ad me (ait zacharias) Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti: quia ecce ego suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit / dispersum non quęret / & contritum non sanabit / & id qnod stat non enutriet / & carnes pinguium comedet / & vngulas eorum dissoluet.

a ℂ Non est mecum. Videantur quæ his verbis annotata sunt. S. in verbo Cor.

b ℂ Cum defecerit virtus mea. &c. Nedum orãdum est vt cum defecerit virtus / nostra non derelinquamur a domino / vt hic: sed etiam cum virtus nostra non defecerit. quippe cum sine dei adiutorio nihil possumus attentare: prout est tex imperatoris Iustiniani in l. 1. in princ. C. de vete. iure. enu. vbi imperator. de se loquẽs ait. Ita animos nostros ad dei omnipotẽtis erigimus adiutorium: vt neq armis confidamus / neq nostris militib9 / neq bellorum ducibus / vel nostro ingenio / sed omnem spem ad solam referamus summę prouidentiam trinitatis. Vnde & mundi totius elementa processerunt / & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. Hæc tex.

c ℂ Ingratus De materia ingratitudinis: videatur in verbo Ingratus.

d ℂ Viam Videatur quod huic sententiæ annotatum est in verbo Cogitatio.

O pastor et dolum derelinquēs [e] gregem gladius super brachium eius et super oculum dextrum eius: brachiū eius ariditate siccabitur/ & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

¶ In prima mea defēsione nemo mihi affuit (ait Paulus) sed omnes me 2. tio. 4. c
derelinquerunt. Non illis [f] imputetur. Et supra defensio.

Deridere. Derisor & derisus.

¶ Qui deridetur ab amico iob. 12. a.
suo sicut ego (ait Iob) inuocabit deum: & exaudiet eū. Deridetur [g] enim iusti simplicitas: lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum.

e ¶ Derelinquens. Derelinquere gregem prohibent etiā iura humana pastoribus: pfigendo tamen certum tēpus quo derelinquere possūt. Tex. est no. in §. Et illud etiā. in Auctē. Quō oporteat episcopos. colla. 1. vbi dicit tex. Illud diffinimus/ vt nemo deo amabiliū episcoporū foras a sua ecclesia plusq̄ per totum annū deesse audeat: nisi hoc per imperialem fiat iussionē. tunc enī solū erit inculpabile. Sed sacratissimos patriarchas vniuscuiusq̄ dioceseos cōpellentes deo amabiles epos suis inhęrere sanctissimis ecclesijs & non longo itinere separari/ neq̄ in peregrinis dimorari velle/ neq̄ sanctissimas ecclesias neglige re/ neq̄ annū excedere/ quē & ipsū propter misericordiā constituimus. Si vero vltra annū errauerit/ & dereliquerit/ et nō ad epatum remeauerit p priū/ neq̄ imperialis eū aliqua (sicut pdiximus) detineat iussio: tunc si quidem sit Metropolita/ circa ecclesiasticā dispositionem segregatū regionis illius patriarcha reuocet quidem cū legitimis inclamationibus/ seruans vbiq̄ sacrarū regularum obseruationē. Si vero maneat per omnia inobediens: expellatur a sacro episcoporum choro/ & aliū introducat hmōi & reuerentia & verecūdia & honestate dignū. Si vero non Metropolita/ sed aliquorū epōrū aliquis sit qui errauerit: hæc omnia a Metropolita fiant. Nemo enim eorū talem suscipiat occasionē: si dixerit propterea proprias derelinquera ecclesias propter litiū cās/ aut aliarum rerū propriarum/ aut ad sacras ecclesias respiciētiū. Hoc ei non habet decentē rationē: vt cū multitudine quā necesse est episcopum habere/ ministeria lustrent peregre & expendant. &c. Hæc tex. Cui conformis est tex. in §. interdicimus. 1. in auctē. de eccle. titu. colla. 9 Præmissa procedūt de benignitate iuris ciuilis. Iure enim canonico pastores ad magis continuam residentiā tenētur: vt satis probat tex. in c. si quis in clero. 7. q. 1 vbi dicitur. Si quis in clero cōstitutus/ ab ecclesia sua diebus solēnib⁹ defuerit/ idest natiuitate dñi/ Epiphania/ Pasca/ vel Penthecoste: dū potius sęcularibus lucris studet q̄ seruitio dei parere/ cōuenit vt triennio a cōmunione suspēdatur. Et in c. peruenit. eadem causa & questi. dicit tex. Peruenit ad nos/ Pigmeniū Amalphicanę ciuitatis episcopū in ecclesia residere nō esse contentum: sed foris per diuersa loca vagari. Idcirco hac tibi auctoritate pręcipim⁹/ quatenus hoc de cętero facere nō pręsumat: sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. quē si forte non emēdari post tuā interminationē cognoueris: in monasteriū eum deputare/ & nobis modis oībus curabis indicare. vt quid facere debeas: nostra iterū præceptiōe cognoscas. Dicit etiā tex. in c. Epos. de cōse. distinc. 3. Eps si infirmitate nō fuerit ipeditus: ecclesiæ cui proximus fuerit. i. ecclesię suæ epali deesse non debet. Et de Archiepo qui longo tempore ecclesiā suā deseruarat/ scripsit Innocēn⁹ terti⁹ capitulo suo. Discretioni vrę mādam⁹ (inquiēs) quaten⁹ (nisi forsan iā redierit) post mēsē a receptione pñtiū/ personā vobis idoneā i archiepm eligatis. Ita dicit tex. in c. Qualiter. in fi. de cleri. nō residen. Immo nō solum iura canonica arctant pastores ad non derelinquendū gregē seu ecclesias suas/ sed etiā quoslibet clericos bñficiatos: quia de iure cōmuni oīa bñficia requirūt residentiā si dent in titulū/ licet secus si darentur in stipendium. Ita notat Panor. in c. fi. in. 1. col. de cle. non resid. & Do. meus Decius in c. Ad aures. in. 3. col. de rescrip. Et est bon⁹ tex. in c. ad hęc. in fi. de prębē. & melior tex. in c Quia nōnulli. in fine. de cle. nō resi. vbi dicit. Cum ecclesia vel ecclesiasticū ministeriū cōmitti debuerit: talis ad hoc persona quęrat quæ residere in loco/ & curā eius per se ipsam valeat exercere. Quod si aliter actū fuerit: & qui receperit quod cōtra sacros canones acccepit amittat/ & qui dederit largiendi potestate priuetur. Prædicta sunt vera: nisi subsit iustū impedimētum non residendi. c. ex parte. & c. inter quatuor. de cle. non resi. Iustum autē ipedimētum reputat: si bñficiatus sit in seruitio epī sui, c. de cętero. eodē ti. Vel in seruitio papę. c. cum dilectus. eodē ti. Vel i studio in vniuersitate famosa. c. tuę fraternitatis. eodē ti. Vel in prosecutiona negociorū ecclesiæ. c. Ex parte. eodē ti. Vel in infirmitate cōstitutus: q2 talis habetur pro præsente/ etiā q̄tū ad distributiones quotidianas. Tex. est in c. vnico. in fi. eodē ti. li. 6. Vel nisi sit cōsuetudo ecclesię q bñficiatus ad residentiā personalē non teneatur: quia in absentia potest quis percipere bñficiū sine peccato/ si consuetudo sit. Ita dicit glosa in c. cū omnes. in verbo cōsuetudinē. de constitu. Quæ glosa satis procedit in beneficio simplici. in beneficio aūt curato non valeret talis cōsuetudo/ siue esset consuetudo de non percipiendis fructib⁹ beneficij curati in absentia nō dato vicario: quia esset consuetudo onerosa ecclesię & irrationalis. Siue esset cōsuetudo de percipiēdis. &c. dato vicario: quia in tali beneficio habetur respect⁹ ad industriā personę Igit. &c. c. fi. de offi. dele. Sed in bñficio simplici valet talis cōsuetudo etiā nō dato vicario: duobus tñ cocurrentib⁹. primo q ecclesia seruitoribus nō indigeat: q2 cōsuetudine nō obstante esset cogēdus ad residētiā. vt est bon⁹ tex. in c. pe. de cle. nō resi. Secūdo q nō vaget bñficiat⁹: alias nō obstāte cōsuetudine nō excusaret. Ista est cōclusio Dñi abbatis Panor. in repe. c. extirpādæ. §. q2 vero. col. 15. de præbē. Aduertendū est tñ: quia videt dici posse q aliqua honesta causa nō residendi subsistēte/ cōsuetudo de no residēdo dato vicario/ & cocurrēte superioris auctoritate vel tolerantia/ satis excusaret etiā respectu beneficij curati: vt in simili dicit in c. 2. de pœni. & remis. in. 6. vbi reprobat cōsuetudo disponens vt quis possit alteri q̄ proprio sacerdoti confiteri sine ipsius permissione. Et tñ quotidie videm⁹ inter præsbyteros etiā simplices seu nō bñficiatos obseruari vt sibi inuicē exhibeāt cōfessionis sacramētū/ & illud a superioribus toleratur. non est autē dicendum eos nō esse recte confessos. igitur. &c. Vel nisi beneficiatus habeat plura benaficia ex dispēsatione. quia tunc nō potest cōpelli ad residendū pcise in vno/ sed pōt residere in quo voluerit/ vel nūc in vno & nūc in alio. Glo. est in c. non pōt. in ver. retinere. de pbē. in. 6. nisi bñficia essēt iequalia: q2 tūc debet residere in maiori. bo est tex. in c. extirpādę. §. quia vero. & ibi Panor. col. 2. de pręben. in antiq Vel nisi beneficiatus habeat subditos diuersę linguę a sua: quia tunc per vicarium seruire potest. Tex. est in c. qm̄. de offi. ordi. Idem si velit peregrinari peregrinationem terrę sanctę: quia hac ratione permittitur ei ecclesiam suam deserere/ etiā si prelatus sit & regularis seu pfessus. tex. ē clar⁹ in c. fi. de voto. f ¶ Non illis imputetur. Videātur q̄ huic sētētię ānotata sūt diffuse. j. in verbo defēsio. g ¶ Deridetur. De derisione simplicitatis iustorū/ & q̄nā sit iustorū siplicitas: est bo tex. i c. 1. circa me. 11. q. 4. vbi dr. Radice amaritudinis exorta/ cōtaminatio facta est i ecclesia catholica/ a pianos calūniātiū hęreticorū. Hi q hāc recepert: nō solū imaginarias scripturas aboiati sūt i sed etiā oēm reuerētiā repulerūt/ eos q religiose ac pie viuūt oſēdētes. ac p hoc cōpletur i eis qd scriptū est. Abomiatio est peccatoris dei cultus. Igitur si iuuēti fuerit deridentes eos qui vilibus & religiosis vestibus amicti sunt: per epithimiū corrigātur. Priscis enim temporibus/ omnis sacratus vir: cum mediocri veste conuersabatur. Omne quippe quod non propter neces-

sitatē sui sed propter venustatē accipitur/elationis habet calūniam: quēadmodū magnus ait Basilius. Sed neq; ex sericis teaturis vestē quis variatā induebat: neq; apponebat variorū colorū ornamenta in sūmitate vestiū. Audiebant enim: quia qui mollibus vestiūtur/in domibus regum sunt. Hæc tex. h ℭ Arguere. Hoc dictū Salomonis citat Archi. in c. si peccauerit. col. 4. in. 6. q. 2. q. 1. ad pbādū q fraterna correctio omitti debet: vbi de deterioratione correcti timet. Dicit eni/hanc sententiam velle/non esse timendum ne tibi derisor cū arguit molestias ingerat vel cōtumelias: sed hoc potius prouidendū ne tract⁹ ad odium inde peior fiat. Et ita etiam magis cōmuniter tenent canonistę in c. Nouit. de iudi. vt dictum est. s. i verbo Corripere.

iob. 30. a. ℭNunc derident me iuniores tempore (ait Iob) quorum non dignabar partes ponere cum canibus gregis mei. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo: & vita ipsa putabantur indigni. &c.

psal. 21. b. ℭOmnes videntes me deriserunt me: loquuti sunt labijs & mouerunt caput.

43. c. ℭPosuisti nos domine opprobrium vicinis nostris/subsannationem/et derisum his qui in circuitu nostro sunt.

prouē. 9. b ℭQui erudit derisorem/ ipse iiuriā sibi facit: & qui arguit impium/ sibi maculam generat.

9. b. ℭNoli arguere [h] derisorem ne oderit [h] te.

14. a. ℭQuęrit derisor sapientiam & non inuenit: doctrina prudētiū facilis.

19. d. ℭTestis [r] iniquus deridet iudicium: & os impiorū deuorat iniquitatē.

19. in fi. ℭParata sūt derisorib⁹ iudicia [k]: & mallei pcutiētes stultorū corporib⁹.

22. b. ℭEijce [l] derisorē & exibit cū eo iurgiū / cessabūtq; causę & cōtumelię.

sapię. 5. a. ℭHi sunt quos aliquando habuimus in derisum (dicunt qui iustos angustiauerunt) & in similitudinem improperij. Et infra iustus.

eccl. 13. b. ℭConfundet te in cibis suis diues donec te exinaniat bis et ter: & in nouissimo deridebit te.

hiere. 9 b. ℭVnusquisq; se a proximo suo custodiat/& in omni fratre suo nō habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit/ & omnis amicus fraudulenter incedet/& vir fratrē suū deridebit/& veritatē non loquentur.

gen. 18. c. Descendere.

ℭDixit dominus Clamor [m] Sodomorū & Gomorrę multiplicatus est: & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam: & videbo vtrum clamorem qui venit ad me/ opere compleuerint/ an non est ita/vt sciam.

iob. 7. b. ℭSicut cōsumitur nubes & pertransit: sic qui descendit [n] ad inferos nō

r ℭ Testis iniquus. &c. Textus qui Augustini est i c. 1. de crimi. falsi. de iniquo seu falso teste loquens/ dicit. Falsidic⁹ testis: i tribus personis est obnoxius. Primū deo: cuius præsentiam cōtēnit. Inde iudici: quē mentiēdo fallit. postremo innocenti: quē falso testimonio ledit. Hæc tex. Cętera quæ in materia testium possēt hic dici: dicent in verbo Testis.

k ℭ Iudicia. Hęc sententia præ cęteris locum habet in derisoribus suorū superiorū. quia vt dicit tex. no. in c. sentētia. 2. q. 7. Sētētia Chan filij Noe/ dānātur qui suorū doctorū vel præpositorū culpā prodūt: ceu Chan q verenda patris nō operuit / sed irridenda monstrauit.

l ℭ Eijce &c. Videat qd huic sententiæ annotatū est. s. i verbo Contumelia. vbi pro effectu huius sententiæ allegatur teatus in c. in loco. in fi. 5. q. 4. vbi dicit. Quicūq; aut tumultu aut contumelijs vel risibus consiliū perturbauerit: iuata diuinæ legis edictū (quo præcipitur Eijce derisorem & exibit cū eo iurgium. &c.) cum omni dedecore de consessione abstract⁹/a communi cetu secedat.

m ℭ Clamoe. &c. Videantur quæ diffuse annotata sunt huic sententiæ. s. in verbo Clamor.

n ℭ Qui descendit ad inferos nō ascendet. Istis verbis satis innuitur: eos qui dānātur / nullis postea oblationibus aut sacrificijs redimi posse. immo nec ascendere vnde descenderunt: idest pœnam eorum propter oblatiōes aut sacrificia non diminui. Et propterea videatur quod notabiliter dicit Archidiaconus in c. Tempus. 13 q 2. in vlti. col. vbi dicit q quis magistri canonū per illū textū qui Augustini est/ teneant dānatorū pœnā precibus seu oblationibus aut sacrificijs diminui: tamē Theologorū sententia est in cōtrariū. pro qua allegat glosam positā in epistola Pauli ad Thessa. 4. vbi dicit. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus. &c. q dicit/ pro eis qui sine fide cooperāte per dilectionē corporibus exierūt/ frustra impēdi pietatis officia: cū dū hic essent/ nō misericordiā sibi thesaurizauerint/ sed irā. Allegat etiā rōnē: quia oēs qui in inferno sunt/ extra charitatē sunt q facit bona ecclesiæ esse cōia. Et subiūgit q propterea in inferno nulla est redēptio: neq; quantū ad pœnę mitigationē/ neq; qnātū ad eorū liberationē. Et ita dicit esse tenendū etiam secūdū canonistas per bonū teatū in c. vnū orarium. §. Alias ea demū. versi. Quicūq; ei. 25. distinc. vbi dicitur. Quicūq; aliquod de istis peccatis (supple mortalib⁹) in se dñari cognouerit/ & non seipsum digne emendauerit. &c. ęterna illū flāma sine vllo remedio cruciabit. Pro qua etiā opi. est bo. tex. in c. fi. in fi. de pœni. distic. vlti. vbi dicitur. Qui ipœnitēs morit: oino morit/ & æternaliter cruciat. Qui eni impœnitēs finit: si semper viueret/ semper peccaret. at dei est misereutis: q operat finē peccandi. ob hoc etiā sine fine torquebitur: quia nūq virtute ditabit/ semp plenus iniquitate/ semper sine charitate/ torqbitur sine fine. Hęc tex. Pręmissa indubitanter procedūt in valde malis/ idest in hijs qui dānātur: qa valde mali erant. Sed an procedāt in mediocriter malis/ idest in hijs qui decedūt in peccatis mortalib⁹/ sed leuioribus: tex. Augustini in d. c. tempus. in fi. 13. q. 2. videt sentire q nō. Dicit eni q suffragia seu pces/ oblatiōes aut sacrificia: sunt p mediocriter malis ppiciationes. Sed tex. Innocentij tertij in c. Cum marthę. in fi. de cele. missa. relinquit istud sub dubio. Panor. tamen ibidem colū. fi. cōcludit q imo etiā pro decedētib⁹ in peccatis mortalibus leuiorib⁹/ ecclesię suffragia pdesse nō possūt: pee tea. s. allegatos q indistincte loquūtur nō distinguēdo inter peccata mortalia grauia & leuia. Et quia tex. i c. pro obeūtib⁹. 13. q. 2. qd vult p decedētib⁹ in peccato mortali orādū nō esse: similiter indistincte loquit: nec iter leuia & grauia peccata mortalia distinguit. Et ita tenēdo put teneri debet: non obstat tex. in d. c. Tep⁹. dū ibi dicit/ suffragia esse propiciatiōes pro non valde malis. i. pro mediocriter malis. quia mediocriter mali nō dicūtur illi qui decedūt in peccatis mortalibus leuibus: tales enim simpliciter dicendi sunt mali. Sed illi dicuntur mediocriter mali / qui decedūt cum multis peccatis venialibus: pro quib⁹ si orētur/ ppiciatur deus/ vt pœna purgatorij eis diminuat. Ita Panor. in d. c. Cum Marthę. colū. fina.

o ℭ Nec reuertetur. Dicit tñ tex. qui Augustini est in c. fatēdum in fi. 16. q. 5. Multi ad viuos aliquos ex mortuis venire credunt: sicut econtrario Paulū ex viuis in paradisum raptum esse diuina scriptura testatur.
p ℭ Huius dicti meminit Archi. in c. Tempus. 13. q. 2. q ℭ Quæ vtilitas. &c. Hæc verba: verba Christi sunt de suarum creaturarū deprauatione conquerentis/ sicq; frustra suū se sanguinem sudisse dolentis. Tametsi eni Christus in corrūptionē nō descendat/ sicut scriptū est Non dabis sanctū tuū videre corruptionem: tamen dicit se descēdere in corruptionē propter corruptionem membrorum/ quia omnes corrumpuntur & inficiunt peccatis. Istā declarationem sentit textus Origenis in c. Et hoc diximus. circa. me. 16 q 7. qui tex. deductus est. §. in verbo Corruptio. r ℭ Si ascēdero. Tex. in c. Et venit. de pœni. dis. 1. dicit. Pctōres a cōspectu dei fugiunt. Glosa aūt ibidē dicit/ q tametsi fugiāt/ frustra fugiunt: quia scriptū est. Si ascēdero in cœlū/ tu illic es: si descēdero in infernum/ ades. s ℭ Nisi q descēdit. Videantur quæ pro horum verborū declaratione dicta sunt. §. in verbo Ascēdere. v. t ℭ De ascēsione Christi annotatū est aliquid. §. in verbo Ascēdere. t. v ℭ Nō deserā. Iure hūano hęc verba non deseram/ sic essēt interpretanda. Non deserā idest non dimittā nō solū imperpetuū/ sed nec etiam ad tempus. plus eī est non deserere q̄ non derelinquere. quia derelinquere respicit perpetuā dimissione: deserere vero/ temporariam. Ista notat Bar. in l. Qui agros. in princ. C. de omni agro deserto. lib. x. x ℭ Deserit disciplinā. Iure hūano ista sentētia clare procedit in his q disciplinam militarē sub qua erant constituti deserunt. Tales eni & egestatem incurrunt & ignominiā: vt est bonus textus/ quā isti egestatē & ignominiā incurrant/ satis declarans/ in l. 1. C. de deserto. li. 12. vbi dicit. Si quis forte desertorē agro tecto ve susceperit/ atq; apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidē vel procurator locis q hoc sciēs prudensq; cōmiserit/ capitali supplicio subiuget. dñs vero (si huius rei cōsci9 fuerit) prędij in quo latuerit desertor amissione puniatur. Si quis aūt desertorē pdiderit mediocris loci: ingenuus imunitate potiatur. Neq; solū de his loquimur q pxime signis fœlicibus applicati/ militię rudimenta timuerint: verūetiā qui stepēdijs militarib9 degenerē latebrā pbuisse mōstrātur. Desertor aūt habebit: q̄squis belli tp̄e abierit a signis horū. qui sponte pcessit: peccati anterioris suppliciū nō timebit. Si vero flagitiosa ignauia delitescat/ per eū in cui9 domo fuerit/ vigilātib9 extrinsec9 quoq; officijs publicis vbicūq; corept9/ seueritati iudicis offerat/ degñs mortis gladiū subiturus. sin aūt rector prouinciæ ppositā seueritatē vel grã vel dissimulatiōe distulerit: patrimonij atq; ęstimatiōis dāno subijciat/ & in officij priores capitaliter vindicet. Hęc tex. Et de eadē materia loquēs tex. in l. No oēs. §. Qui in pace. ff. de remilita. dicit. Qui in pace deseruit: eques gradu pellēd9 est/ pedes militiā mutat. In bello idē admissū/ supple desertiōis: capite puniēdū est. Dicit tñ tex. i d. l. Nō oēs. i pri. Nō oēs desertores siliter puniēdi sūt: sed habet & ordinis & stipēdiorū ratio/ & grad9 militię vel loci muneris deserti & anteactę vitę/ sed & nūeri si sol9 vel cū altero vel cū pluribus deseruit/ aliudve quod crimē desertione adiūxerit. Itē tp̄is quo in desertione fuerit & eorū quæ postea gesta fuerunt. Sed etsi fuerit vltro reuersus non cū necessitudine: non erit eiusdē sortis. Hæc tex. y ℭ Veritatē. An aliquo casu veritas deseri possit: videat bo. glo. in c. Qui scādalizauerit. de regu. iu. in antiq. & dicet. §. in verbo Veritas. z ℭ A malitia inhabitantiū. Nō ergo loci bonitatē vel malitiā respicit de9: sed bonitatē vel malitiā habitātiū in loco. Nō eī loca creatori nro nos pximos faciunt: sed nos aut merita bona coniūgunt/ aut mala disiūgunt. Ita dicit textus in c. non loca. 40. dis. Et in c. nos qui præsumus. ea dem distinc. dicit tex. nos qui pręsumus/ non ex locorū dignitate sed morū nobilitate innotescere debemus; nec vrbiū claritate/ sed fidei puritate.

ascendet: nec reuertetur [o] vltra in domum suam/ neq; cognoscet eum amplius locus eius.

ℭ Vbi est nunc prestolatio mea (ait Iob) & patientiam meam quis consyderat? in profundissimum infernum descendent omnia: putasne saltem ibi erit requies mihi? iob. 17. d.

ℭ Tenent tympanum & citharam/ & gaudent ad sonitum organi/ & ducunt [p] in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descendunt. 21. b.

ℭ Quę [q] vtilitas in sanguine meo: dum descendo [q] in corruptionem. psal. 29. b.

ℭ Si ascendero [r] in cœlū/ tu illic es (dñe) si descēdero [r] ad infernū/ ades. psal. 138. b

ℭ Domine inclina cœlos tuos & descēde: tange montes & fumigabūt. 143 a.

ℭ Qui applicabitur mulieri clamosę & stultę/ descēdet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea/ saluabitur. pro. 9. i fi.

ℭ Quis ascendit in cœlum atq; descendit? &c. 30. a.

ℭ Si filius dei es (dicebant Iudęi ad Christum) descende de cruce. mat. 27. e.

ℭ Nemo ascendit in cœlum: nisi qui descēdit [s] de cœlo filius hominis qui est in cœlo. ephe. 4. b.

ℭ Ascendens [t] Ihesus in altum/ captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascēdit: quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrę? Qui descēdit: ipse est & qui ascendit super omnes cœlos/ vt adimpleret omnia.

Deserere & deserens.

ℭ Laudate dominum deū nostrū (inquit Iudith ciuibus suis) qui non deseruit sperantes in se/ & in me ancilla sua adimpleuit manū suā quā promisit domui Israel. &c. Et infra Iudith. iudith. 13 c

ℭ Iustificationem meam quam cœpi (ait Iob) tenere: nō deseram [v]. &c. iob. 27. a.

ℭ Egestas & ignominia ei qui deserit [x] disciplinā: qui autem acquiescit arguenti/ glorificabitur. prou. 13. c

ℭ Doctrina mala deserētiū viam vitę: qui increpationes odit/ morietur. 15. b.

ℭ Qui cognoscit in iudicio faciem non bene facit: iste & pro bucella panis deserit [y] veritatem. 28. e.

ℭ Ab vno sensato inhabitabitur patria: & a tribus impijs deseretur. eccl. 16. a.

Desertum.

ℭ Posuit dominus flumina in desertum/ & exit9 aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem a malitia [z] inhabitatiū in ea. Posuit desertū in stagna aquarū: & terrā sine aqua i exit9 aquarū. psal. 103. d

a ¶ Audace. Videantur quæ in materia audaciȩ dicta sunt .§.in verbo Audax.

psal.135.b ¶ Confitemini dño dominorum: qui traduxit populũ suũ per desertũ.
câti.3.b. ¶ Quȩ est ista quȩ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhȩ/& thuris & vniuersi pulueris pigmentarij?
8.b. ¶ Quȩ est ista quȩ ascendit de deserto: delicijs affluens/innixa super dilectum suum?
eccli.8.d. ¶ Cum audace [a] non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illũ sanguis/& vbi non est adiutorium elidet te. Et supra audax.
mat.3.a. ¶ Venit Ioannes Baptista predicans in deserto Iudȩȩ: dicens. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorũ. Et.j.Ioan.Bap.
11.a. ¶ Quid existis in desertum videre (ait Ihesus ad turbas de Ioanne) arundinem vento agitatam?&c. Vt infra Ioannes Baptista.
marci.1.b ¶ Spiritus expulit Ihesum in desertum: & erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus/& tentabatur a sathana. Et infra in verbo Ihesus. latius

exo.20.c. **Desyderare & desyderans.** ¶ Nõ cõcupisces [b] domũ proximi tui (ait dominus) nec desyderabis vxorẽ [c] eius: non seruũ/non ancillam/non bouem/non asinum/nec omnia quȩ illius sunt.
iob.37.b. ¶ Ceruus desyderat vmbram/frumẽtũ desyderat nubes: & nubes spargunt lumen suum.
psal.14.a ¶ Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te deus.
puer.21.b ¶ Anima impij desyderat malum: non miserebitur proximo suo.
23.a. ¶ Ne desyderes de cibis eius: in quo est panis mendacij.
24.a. ¶ Ne ȩmuleris viros malos/nec desyderes [d] esse cũ eis: quia rapinas meditatur mens eorum/& fraudes labia eorum loquuntur.
aecces.6.a. ¶ Est aliud malum quod vidi sub sole & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit deus diuitias & substãtiam et honorem/& nihil deest animȩ suȩ ex omnibus quȩ desyderat: nec tribuit ei potestatem deus vt comedat ex eo/sed homo extraneꝰ vorabit illud. Hoc vanitas & miseria magna est.
ecces.6.d ¶ Melius est videre quod cupias: q̃ desyderare quod nescias. Sed & hoc vanitas est: & prȩsumptio spiritus.
câti.2.a. ¶ Sub vmbra illius quem desyderauerã sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.
ad ro.8.c. ¶ Qui scrutatur corda/scit quid desyderet spiritꝰ: quoniam secũdũ deũ postulat pro sanctis.
1.tess.4.d ¶ Rogamus vos fratres vt honeste ambuletis ad eos qui foris sũt: & nullus aliquid desyderetis.
1.tio.3.a. ¶ Si quis episcopatum [e] desyderat: bonum opus desyderat.
apo.9.b. ¶ In diebus illis quȩrent homines mortem & non inuenient eam: & desyderabunt [f] mori/ & fugiet mors ab eis.

b ¶ Concupisces. Quando rei alienȩ concupiscentia prohibita non censeatur: videatur bonus textus in c. Si de rebus. circa inc. 23.q.7. vbi dicitur. Si qua iam præcisi possidere cœpistis/& vobis ablata/ nobis dominus deus dedit: nõ ideo cõcupiscimus aliena. quia illius imperio cuius sunt omnia / facta/sũt nostra/& iuste nostra sunt. Vos enim vtebamini ad præcisionẽ nos ad vnitatem. Alioquin & primo populo dei possent illi objicere alienæ rei concupiscentiam: qui diuina potestate ab eorum facie qui ea terra male vtebantur expulsi sunt/& ipsi iudȩi a quibus ablatum est regnum secundum verbũ domini/& datum est gẽti facienti iustitiã/possunt objicere alienȩ rei concupiscentiam quia Christi ecclesia possidet vbi persecutores Christi priꝰ regnabant. Hæc tex.

c ¶ Nec desyderabis vxorem. Qui enim viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mœchatus est in corde. vt dicit tex. Post Mattheũ in c. Qui viderit. 3. q̃str. 5. Et dicit tex. Augustini ĩ c. si cui. in princ. de pœni. distinc. 1. Si cui nõ cõtingat facultas concũbẽdi cum coniuge aliena/tamẽ planũ sit eũ aliquõ cupere/& si potestas detur esse facturum: non minus reus est q̃ si in ipso facto dep̃henderet. Hæc tex.

d ¶ Nec desyderes Qui enĩ cũ malis versabitur malus erit: & qui tetigerit picẽ / inqnãbit ab ea. dicit Archi. pꝰ Salomonẽ in c. Ecclesias. ĩ fi. 13.q.1.

e ¶ Pro interpretatione huius dicti: videatur bonꝰ tex. in c. Qui episcopatũ. 8.q.1. vbi dr. Qui ẽpatũ desyderat bonum opꝰ desyderat. Exponere voluit apostolus quid sit episcopatꝰ: q2 nomẽ est operis non honoris. Græcũ est enĩ/atq; inde dictũ vocabulũ: q2 ille q præficit/illis quibus præficit superintẽdit/curam eorũ sc3 gerens. Scopos quippe intentio est. Ergo episcopos si velimꝰ/ latine supintẽdẽtes possumꝰ dicere: vt itelligat nõ se ẽpm q præesse dilexerit/nõ p̃desse. Hȩc tex. Circa istã etiã sententiã Pauli videat bo. tex. ic. displicet. vers. s3 neq;. 23. q.4. vbi dicit. Tu qui neminẽ existimas cogẽdum ad bonũ: attẽde quid dixerit apostolꝰ. Qui ẽpatũ desyderat: bonũ opꝰ desyderat. & tñ multi vt ẽpatũ suscipiãt: tenẽtur/inuiti p̃ducũtur/includunt/patiũtur inuiti mala q̃ nolũt/donec eis adsit volũtas suscipiẽdi operis boni. Hȩc tex. Cȩtera q̃ hic dici posset: dicent. ĵ. in verbo Eps.

f ¶ Desyderabũt mori. &c. Iure etiã hũano desyderãt aliqui mori: & fugit mors ab eis. Nõ ei debet audiri/mori volẽs: nisi eã aliqd morte dignũ egisse cõstiterit. Tex. est in l. 1. §. si quis vltro. ff. de q̃stio. De quo tex. dictũ est. §. in verbo Dauid. Et ideo dicit tex. Vlpianiurecõsulti bñ notãdꝰ in l. nõ tñ. ff. de appel. Nõ tñ ei qui ad supplicũ ducit/ p̃uocare p̃mittit: verũ alij quoq; noie eiꝰ. non tñ si ille mãdauerit: verũ quisquis aliꝰ p̃uocare voluerit. Neq; distinguit: vtrũ necessarius eiꝰ sit necne. Creat aũt hũanitatis ratio: oẽm p̃uocationẽ audiri debere. Ergo etsi ipse acquiescet sentẽtiȩ/nec q̃rimꝰ cuius intersit: quid ergo si resistat qui dãnatus est/ aduersus prouocationẽ/ nec vault admitti eius appellationẽ perire festinans? adhuc putẽ differendum supplicũ. Hæc textus.

Desyderium & desyderabilis.

¶Abstulit deus quasi vent⁹ iob.30.c.
desyderium meum: & velut nubes pertransit salus mea.

¶Abominabilis homini fit in vita sua panis: & animę illi⁹ cibus ante 33.c.
desyderabilis.

¶Laudatur g peccator in desyderijs animę suę: & iniquus benedicitur. psal.9.d.

¶Desyderium pauperum exaudiuit domin⁹: & pręparationem cordis 9.g.
eorum audiuit auris tua.

¶Desyderium cordis eius tribuisti ei domine: & volūtate labiorū eius 20.a.
non fraudasti eum.

¶Dn̄e ante te oē desyderiū meū: & gemitus me⁹ a te nō est abscōditus. 37.b.

¶Desyderium peccatorum peribit. 111.in fi.

¶Melior est sapientia h cunctis opibus p̄ciosissimis: & omne desydera- prou.8.b.
bile ei non potest comparari.

¶Quod timet impius veniet super eū: desyderium suum iustis dabitur. 10.d.

¶Desyderium iustorum omne bonum est: pręstolatio impiorū furor. 11.c.

¶Desyderium impij monumentum est pessimorum: radix autem iusto 12.b.
rum proficiet.

¶Desyderium si compleatur, delectat animam: detestātur stulti eos qui 13.d.
fugiunt mala.

¶Desyderia occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius 21.d.
operari.

¶Extollentiā oculorum meorum (domine) ne dederis mihi: & omne eccl.23.a.
desyderium i auerte a me.

¶Species mulieris exhilarat faciem viri sui: & super omnem concupi- 36.d.
scentiam hominis superinducet desyderium.

¶Ego veni (ait Gabriel ad Danielem) vt indicarem tibi: quia vir desy- dan.9.f.
deriorum es.

¶Carnis curam ne feceritis in desyderijs k. ro.13.ī fi.

¶Spiritu ambulate l: & desyderia l carnis non perficietis. Et supra gala.5.c
in verbo Caro.

¶Qui volunt diuites fieri: incidunt m in tentationem & in laqueum 1.tio.6.b
diaboli, & desyderia m multa et inutilia, & nociua, quę mergūt homines
in interitum & perditionem.

¶Iuuenilia desyderia fuge: sectare vero iustitiam, fidem, spem, charita- 2.tio.2.d.
tem, & pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro.

¶Sunt qui penetrāt domos, & captiuas ducunt mulierculas n oneratas 2.tio.3.b.

g ¶Hunc psalmographi versiculum citat textus Augustini in notabili proposito in c. donare. 86. distic. vbi dicitur donare res suas histrionibus: vicium est immane, nō virtus. & scitis de talibus q̄ sit frequēs fama cum laude: quia laudatur peccator in desyderijs animę suę, & qui iniqua gerit benedicitur. h ¶Sapientia. De ciuili sapiētia textus est similis sententię in l.1. versi. proinde. ff. de varijs. & extra. cogni. vbi dicitur. Est quidem res sanctissima ciuilis sapientia: sed quæ precio nūmario non veniat ęstimanda. i ¶Omne desyderiū: supple quo in superbiam erigar, & ab humilitate desciscā. Tale enim desyderiū nō immerito petim⁹ vt a nobis auertatur: quia (vt dicit notabilis text⁹ Chrysostomi) quicūq; desyderauerit primatum in terra: inueniet cōfusionem in cœlo. Nec inter seruos Christi cōputabit: qui de primatu tractauerit. Nec vnusquisq; festinet quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam nō qui maior fuerit in honore inter homines ille est iustior, sed qui fuerit iustior ille maior. Hæc text⁹. k ¶Desyderijs. i. delicijs & voluptatib⁹. & sic prohibet apostol⁹ superflua: non autem necessaria. ita hanc sententiam intelligit textus Hieronymi in c. Nō mediocriter. in fi. de conse. distinc. 5. de quo textu dictū est. s. in verbo Caro. l ¶Simile est quod dicit textus Hieronymi in c. Nūq̄. in princ. de cōsecra. distic. 5. vbi dicit. Ama scientiam scripturarum: & carnis vicia non amabis. m ¶Incidunt. Radix enim omniū malorū est cupiditas: dicit text⁹ post apostolum. in c. bonorū. 47. distinc. & qui sic incidit in tentationem & desyderia diuitiarum: impetiginem dicit habere in corpore. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat: & absq; occupati tędio excrescēs membrorū faciem decoram fœdat. quia etiā auaritia, capti animam dum quasi delectat: exulcerat. dum adipiscēda quisq; negocia cogitationi obijcit: inimicitias accendit, & dolorem in vulnere non facit: quia ęstuanti animo ex culpa abūdātiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum quoq; virtutum per hanc pulchritudo deprauat. & quasi totum corpus exasperat: quia per vniuersa vicia animū supplantat. Paulo attestante qui ait ad Timo. Radix omnium malorum est cupiditas. Ista sunt formalia verba Gregorij in c. 1. versi. impetiginē quoq; habet in corpore. 49. distinc. n ¶Mulierculas. De istis mulierculis quę ducuntur varijs desyderijs & erroribus: videatur bonus text⁹ Augustini in c. Episcopi. versi. illud etiam. 26. q. 5. vbi dicitur. Non est omittendum q̄ quædam sceleratæ mulieres retro post sathanā conuersę, dęmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt se & profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorum, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spacia intempestę noctis silentio pertransire, eiusq; iussionibus obedire velut dominę, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hę solæ in perfidia sua perijssent: & nō multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta hæc vera esse credunt, & credēdo a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur: cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo dei omni instantia prædicare debent: vt nouerint hæc omnino falsa esse, & non a diuino sed a maligno spiritu talia phātasmata mentibus fidelium irrogari. Si quidem ipse sathanas

qui tranſfigurat ſe in angelum lucis/cum mentem cuiuſcū[q] mulieris reperit/ & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit: illico tranſformat ſe in diuerſarū ſpecies figurarū at[q] ſimilitudines/ & mentē(quam captiuatam tenet)in ſomnijs deludens/modo læta/modo triſtia/modo cognitas/modo incognitas perſonas oſtendens/per que[q] deuia deducit.& cum ſolus ſpiritus hoc patitur: infidelis hoc non in animo/ſed in corpore euenire opinatur. Hæc tex.

peccatis/ quę ducuntur varijs deſyderijs: ſemper diſcentes [o]/& nun[q] ad ſcientiam veritatis peruenientes.

Tit.2.c. ¶Abnegantes impietatem & ſęcularia deſyderia: ſobrie & iuſte & pie viuamus in hoc ſęculo.&c.

1.pe.1.c. ¶Succincti lumbos mentis veſtrę/ſobrij perfecti ſperate in eam quę offertur vobis gratiam in reuelationem Iheſu Chriſti: quaſi filij obedientię/non configurati prioribus ignorantię veſtrę deſyderijs/ ſed ſecundū eum qui vocauit vos ſanctū/vt & ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis/ quoniam ſcriptum eſt. Sancti [p] eritis: quoniam ego ſanctus ſum.

1.pe.2.b. ¶Chariſſimi: obſecro vos tan[q] aduenas et peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſyderijs quę militant aduerſus animam.&c. Et ſupra in verbo abſtinere: & diffuſius in verbo conuerſari.

Deſinere.

ioā.34.d. ¶Pater mi probetur Iob vſ[q] ad finē: ne deſinas ab homine iniquitatis qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam.

ſapię.5.c. ¶Tan[q] ſagitta emiſſa in locum deſtinatum/diuiſus aer continuo in ſe reduſus eſt vt ignoretur tranſitus illius: ſic & nos nati continuo deſinimus eſſe/& virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere/ in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus.

eccl.23.c. ¶Homo nequam in ore carnis ſuę nō deſinet: donec incendat ignem.

1.pe.4.b. ¶Qui paſſus eſt in carne deſijt [r] a peccatis: vt non iam deſyderijs hominum/ſed voluntate dei quod reliquum eſt in carne viuat temporis.

Deſolatus.

1.tío.5.a. ¶Quę vere vidua eſt & deſolata [s]/ſperet [t] in deum: & inſtet obſecrationibus & orationibus nocte ac die.

Deſperare & deſperatio.

2.reg.2.f. ¶Exclamauit Abner ad Ioab: et ait. Nū vſ[q] ad internitionem tuus mucro deſæuiet? An ignoras [q] periculoſa ſit deſperatio [v]?

o ¶Diſcentes. De hijs qui ſemper diſcunt/& nū[q] ad ſcientiam veritatis perueniunt/loquitur tex. Auguſtini in c. Nec mirū.col.2.26. queſti.5. vbi Auguſtinus poſitis multis diuinationum ſpeciebus quibus a diabolo illuduntur/dicit. His portentis per diabolorum fallaciam illudit curioſitas humana: quādo impudenter appetūt ſcire quod nulla ratione competit eis īueſtigare. Et hæc poteſtas immundis ſpiritib9 ideo datur: vt peruerſos ſibi aptent/ hoc eſt prauos homines ſeducāt/illos ſc3 qui ſpernunt veritatē & credunt mendacio / et qui iuxta Pauli ſententiam onerati peccatis ducuntur varijs deſyderijs/ſemper diſcentes/ nū[q] ad ſcientiæ veritatem peruenientes. Hæc tex.

p ¶Sancti. Videant̄ ānotata in verbo Sctūs.

q ¶Deſinim9 eſſe. De breuitate vitæ hoīs dicetur ī verbo Homo.

r ¶Deſijt. Sic ergo deſinere dicitur: quod nū[q] cœpit. Hic eni Chriſtus dicit̄ deſijſſe a peccatis: cum tamen certo certius ſit ipſum nū[q] peccaſſe. Et ita etiā verbum deſinere qn[q] ſumitur in iure humano: vt ſcilicet illud dicat̄ deſinere quod nū[q] cœptum eſt. Tex. eſt ī.l.3.§.deſinere.ff. vſuſf. quēad.caueat. vbi dicitur. Deſinere pertinere vſūfructū accipiemus: etiam ſi nec cœperit pertinere.& committitur nihilomin9 ſtipulatio(ſupple de re reſtituenda cum deſierit vſuſfructus)quaſi deſinat pertinere quod nec cœperit. Hæc tex. Et eodē mō/quando[q] aliquis dicitur amittere illud quod nū[q] habuit. vt eſt tex. clarus cum glo. in c. Quorūdam. in fi.23.diſ. in c. quia iuxta. in verbo ſacerdotio.5.q.6. in c. Conſilia.17.diſtinc.& .23.q.4. Guiliſarius. Regulariter tamē nō dicit̄ aliquid deſinere/ niſi cœperit: cum finis dicatur reſpectu principij. Tex. eſt in l. non poteſt videri deſijſſe.ff. de regu. iuris. vbi dicit̄. Non pōt deſijſſe habere: qui nū[q] habuit. Et idem ſentit text9 in notabili caſu in l. titio vſuſfructus.ff. de condi. & demon. vbi dicit̄. Titio vſuſfructus ſerui legat9 eſt. etſi ad eū pertinere deſijſſet: libertas ſeruo data eſt. Titius viuo teſtatore deceſſit. libertas non valet: quia conditio nec initiū acceperit. Ergo & ſi viueret Titius/ & capere nō poteſt: idem dicendū eſt. Deſijſſe enim nō videt̄: quod nec incœpit. Hæc tex.

s ¶Deſolata. Deſolata vidua dici poteſt: quæ eſt depauperata/vel a potioribus ſuis amicis & parentibus relicta: nō tñ omnino deſtituta. ſicut etiā monaſteriū dicit̄ deſolatū quod eſt depauperatū/vel a monachis relictū: nō tñ omnino deſtitutū. prout notat Hoſtieñ. declarando illū textum in c. Quia monaſterium. de religio. domibus.

t ¶Speret. Non iniuria monetur vidua deſolata/ vt ſperet in deū/& inſtet orationib9: ſolus eni deus res omnino deſperatas donare/& conſūmare ſuę virtutis magnitudine poteſt. Ita dicit textus Iuſtiniani imperatoris in l. 1. paulo poſt princ. C. de vete. iure. enucle.

v ¶Deſperatio. Deſperatio ideſt ſui ipſius interfectio(de qua deſperatione loquitur hęc ſententia)iure ciuili ſatis tolerabatur: cum quis ad eam tędio vitę/ vel impatientia doloris mouebatur. Secus ſi mouebatur ad eam faciendam ex cōſciencia criminis commiſſi/ ſeu metu pœnę propter ſuum delictum incurrendę. Tali enim caſu bona interficientis ſeipſū applicabātur fiſco. Tex. eſt clarus in l.1. C. de bonis eorū qui mor. ſibi conſciue.& in l. fi. in prin. iuncto.§. ſi quis tędio vitę.ff eodem ti.& dictum eſt. ſ. in verbo Achitofel. Et idem dicēdum eſt ſi quis ſeipſum attētat interficere: quia talis etiam de iure ciuili impunitus remanere non debet. Tex. eſt in d. l. fi. verſi. Sic autem hic diſtinguitur.ff. eodem. vbi dicitur. Quęritur an is qui ſibi manus intulit & nō perpetrauit/ debeat puniri? Nā oino puniēdus eſt: niſi tędio vitę/ vel impatientia alicuius doloris coactus eſt hoc facere. & merito ſi ſine cauſa ſibi manus intulit: puniēdus eſt. Qui enim ſibi non pepercit: multo minus alij parceret. Hęc tex. De iure autē canonico quōcun[q] ideſt ex quacun[q] cauſa quis ſeipſum interficiat: homicida cenſetur/& grauiſſime delinquit. Tex. eſt ſumptus ex Auguſtino. li.1. de ciuitate dei. in c. ſi non licet.23.q.5. vbi dicitur. Si non licet alicui priuata poteſtate hominem occidere innocentem / cuius occidendi licentiam lex nulla concedit: profecto etiam qui ſeipſum occidit/homicida eſt. & tanto nocentior cum ſe occiderit: [q]to innocentior in ea cauſa fuit qui ſe occidendum putauit.

Et subiungit. In sanctis canonicisq; libris nobis nusq; diuinitus pceptū permissumve reperiri pōt: vt vel ipsius adipiscendæ immortalitatis/ vel ipsius mali cauendi curandive causa nobismetipsis necem inferamus. Nam prohibitos nos esse intelligendū est: vbi lex ait. Non occides. præsertim quia non addidit proximū tuū. &c. Hæc text9. Et dicit tex. in c. non est. eadē causa & questi. Non est nostrum mortem accipere: sed illatam ab alijs libēter accipere. Vnde & in persecutionibus non licet mihi propria perire manu/ absq; eo id est etiā si aliter castitas periclitetur: sed percutiēti colla submitere. Hęc tex. quē in dictione absq; ita declarandū sentit Archi. ibi. & Panor. in c. ex parte. in. 2. nota. de sepul. vbi generaliter dicit per illū tex. in c. non licet. q; non debet quis seipsum occidere/ ne alias peccet in corpus suū/ vel propter molestias/ vel propter passiones huius sęculi vitandas. Et ideo textus gnāliter loquens in c. placuit. 23. q. 5. dicit. Placuit/ vt hi qui sibiipsis voluntarie/ aut per ferrum/ aut per venenum/ aut per pcipitium/ aut per suspendium/ vel quolibet modo inferunt mortem: nulla prorsus pro illis in oblatione cōmemoratio fiat/ neq; cū psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Hæc tex.

x ℭ Non desperes. De deo amico nr̄o (vtpote cum sic dilexerit nos vt vnigenitum suum daret) hæc sententia intelligi pōt/ ita q; eius sēsus sit/ si deum nostrum etiam grauissime offenderimus/ non desperemus. est enim regressus ad ipsum: quandoquidē misericordię eius non est numerus. Et sic de desperatione idest diffidentia veniæ ppter peccata nostra/ loqui pōt hæc sentētia. vnde videatur bonus tex. Augustini in c. Agnouimus. 26. q. 6. vbi dicit. Horremus tantę impietatis aliquem inueniri/ vt de dei bonitate desperet: quasi nō posset ad se quouis tēpore concurrenti succurrere/ & periclitantē sub onere peccatorū hominē redimere. Et difficit tex. in c. 1. de pœni. distinc. 7. Nemo desperandus est/ dum in hoc corpore cōstitutus est: quia nonnūq; quod diffidētia ætatis differtur/ consilio maturiore perficitur. Hæc textus. Quo satis innuitur non esse desperandum de dei misericordia: etiam si quis seipsum emendare non possit vel non velit. Quod etiā fatetur Gregorius qnid tunc agēdum sit demonstrans: prout legitur in textu qui Gregorij est in c. falsas pœnitentias. circa me. de pœni. distinc. 6. vbi dicitur. Qui bona alterius iniuste detinet/ vel qui odium in corde gerit: recognoscat se veram pœnitentiam nō posse peragere per quam ad ęternam vitam peruenire valeat/ nisi odium ex corde dimittat/ vel bona quæ iniuste abstulit restituat. Ne tamen desperet: interim quicquid boni poterit facere/ hortamur vt faciat/ vt omnipotens deus cor illius illustret ad pœnitentiam. Hęc tex. Istius aūt desperationis seu diffidentię de peccatorum venia/ causam præbent nonnūq; pastores seu rectores aut superiores/ qui subditis suis in aliqua grauiora peccata lapsis/ recedite (inquiūt) recedite polluti. Abite: nolite nos tāgere. Nobiscū nolite cōmunicare. Talis loquela non illuminat cæcū/ non sanat ęgrotum/ non curat infirmū: sed magis occidit/ atq; in desperationem periclitantē mittit. Ista sunt verba Hieronymi super Hieremiā/ quæ ponūtur in c. Recedite. 45. distinc.

y ℭ Videatur quod annotatū est huic sententiæ. s̄. in verbo Amicus.

z ℭ Aperuit. De fœcūditate Lię/ & sterilitate Rachelis: est notabilis tex. in c. Nisi cū pridē. col. fi. de renūci. vbi dicit. Ista scz vita cōtēplatiua magis suauis ē/ illa scilicet vita actiua magis vtilis: cū in fœcunditate sobolis lippitudo Lię Rachelis pulchritudini sit prelata. Hæc tex. De ista etiam materia in eodē pposito cōtēplatiuę scz & actiuę vitæ loquēs tex. in c. licet. de regula. paulo ante fi. dicit. Vnigenit9 dei filius Ihesus Christus: nō de Rachele secundū carnē nat9 est/ sed de Lia. Vñ qñ pōt epūs pdesse pariter & pesse: nō debet (occasione supple vitę cōtēplatiuæ) licētiā postulare aut etiā obtinere. Hæc tex.

a ℭ Indumentū. Paupertatis aut religionis ratione non habentes indumentū/ vel habentes sed vile vel abiectū: nedum despici/ sed nec etiam derideri debēt. Tex est in c. 1. circa me. 21. q. 4. de quo tex. videatur. s̄. in verbo Deridere.

b ℭ Non despicies. Videatur quod huic sententię annotatum est supra in verbo Cor.

d ¶ Adoraueris. & adorabis. Circa hæc verba videatur textus in c. Nec mirum. col. 3. 26. q̄sti. 5. vbi textus de Saule loquēs dicit. Putās Samuelē/ adorauit diabolum: vt fructum fallaciæ suæ haberet sathanas. Ad hoc enim nititur: vt adoretur quasi deus. Si enim Samuel ei vere apparuisset: nō vtiq vir iustus permisisset se adorari/ qui prædicauerat dominū solum esse adorandū. Hæc tex. e ¶ Ministrabant. Textus q Augustini est in c. exēplū. 12. q. 1. de hac angelorū ministratione loquēs: dicit. Quare Christus habuit loculos cui angeli ministrabant: nisi quia ecclesia ipsius loculos habitura erat? f ¶ Inimicus. In parabola pro cui⁹ declaratione hæc verba Christi subiecta sunt. fit mētio de inimico homine zizaniā superseminante. Et sic tametsi diabolus hoc loco inimicus simpliciter appelletur: tamē voluit ei Christus/ inimici hominis appellationem dare/ vt sic interpretatio cōgrnat rei interpretatæ. Et ita sentit tex. in c. licet de vitanda. de elec. vbi glosa in verbo inimicus homo. dicit diabolum/ dictū esse hominē ab euētu: quia hominē deuicit. sicut imperator dictus est Aphricanus ab euētu: quia deuicit Aphricam. Merito autē dici inimicus: quia hoibus inimicat & insidiat/ quærēs semper quē deuoret/ vt ibi annotat. 1. Petri. 5. Alia etiā pleraq noia sortit diabolus ab euētu: vt notabiliter scribat Archi. in c. neruī. in prin. 35. distin. vbi dicit q diabolus qnq vocat Leuiathan/ qd interptat vectis: quia malleus est vniuersę terrę. Vel serpens in aquis: quia in mari huius sęculi versatur volubili astutia. Vel additamētū eorū/ scilicet hoim: quia a primis hoibus incipiēs/ oibus addit & apponit culpā. seu eorū scilicet priorū parentū quos fecit peccatores. & semper postea addit alios numero aorū/ cōstituēdo eos similiter peccatores. Quādoq dr hostis versut⁹: quia habet mille nocēdi modos/ quib⁹ conat a pricipio ruinę suę vnitatē ecclię rescidere/ charitatē vulnerare/ sctorū operū dulcedinē iuidię felle inficere/ & oib⁹ mōis humanū gen⁹ euertere & pturbare. Dolet enī satis et erubescit: charitatē quā i cœlo neqt habere/ hoies cōstātes ex lutea materia/ tenere i terra. Vñ oportet (qtū fragilitati nrę cōcedit) vt oēs adit⁹ nocēdi ei⁹ versutię muniam⁹: ne mors igrediatur p portas nras. Hęc sunt verba formalia text⁹ in c. 1. paulo post pri. 16. q̄sti. 1. Quādoq dr hostis antiqu⁹: & hoc ppter logā experiētiā nocēdi. Tex. est in c. habet. 2. q̄sti. 5 vbi dr. Habet hoc ppriū antiq hostis inuidia: vt quos iprobo(actnū ppetratiōe/ deo sibi resistēte/ deijcere nō valet: opinionē eorū/ falsa ad pñs simulando dilaceret. Quādoq dr neqssim⁹ hostis. vñ Apls. Sumētes scutū fidei i oib⁹: quo possim⁹ neqssimi hostis tela extinguare. Et sic dr ppter ei⁹ neqtiā. Quādoq dr supb⁹. vñ dr i Iob. 26. c. Prudētia pcussit supbū. Et i psal. Abscōderūt supbi laqueū mihi. et sic dr ppter supbiā quā i cœlo cōmisit: dicēs. Ascēdā i cœlū: & ero silis altissimo. Quādoq dr mēdax: ppter primā falsitatē quā dixit/ cū ait primis parētib⁹. Nequaq moriemini. Ge. 3. & Io de eo dr i Ioāna Mēdax est: & pr ei⁹. Quādoq dr hoicida: ppter primā mortē quā itulit hūano gñi. Vñ scriptū est Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarū. Quādoq dr pctōr: ppter peccādi assiduitatē. Vñ Psal. Ne tradas me a desyderio meo pctōri. id est diabolo. Et alibi. Custodi me dñe de manu peccatoris. i. diaboli. Quādoq dr imundus: ppter sordes pctōrū. Lucę. 11. Cum immundus spiritus exierit ab homine &c. Quandoq dr malign⁹: ppter nocendi artem & voluntatē.

Vnde in Psal. Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus. & alibi. Declinate a me maligni. Quādoq; dr̄ mancipiū: quia mancipatus est gehēnę. Textus est cū glo. in verbo mācipio. in c. si papa. 40. distinc. Quādoq; dr̄ magister elationis: ꝑpter singularē suā elationem. Tex. est in c. 1. in fi. 46. distinc. Quandoq; dr̄ Beelzebub: prout est tex. ex euāgelio sumptus. 21. distinc. in princi. Quādoq; dicit̄ Behemoth/ qd interpretatur animal immundū: quia diabolus ꝑpter superbiā a cœlesti beatitudine tanq̄ immundū aīal/ alienus factus est. c. principiū. cū glo. in verbo Behemoth. de peni. distin. 2. Quādoq; dr̄ isidiator. propter insidias quas parat hoībus. Tex. est in c. quāuis. ibi. Ne ergo languente pastore/ grex (qd absit) insidiatoris laniandus dētibus exponatur. 7. q̄sti. 1. Quādoq; dicit̄ Leo: quia aliq̄n aperte sęuit. Et quandoq; dicit̄ Draco: quia aliq̄n occulte persequit̄/ transfigurādo se in angelū lucis. Textꝰ ē i c. aduersitas. §. cū vero. versi. Est ergo. 7. q̄sti. 1. vbi dr̄. Est ꝑsecutio iusti: vel a Leone i impetu/ vel a Dracone in insidijs. vbi glo. exponit de diabolo. Hæc Archi.

g ¶ Maledicti. Videatur textꝰ satis cōformis huic maledictioni in c. vident. 86. disti. vbi dicit̄. Vę miseris/ si se non correxerint: quia qui vidēt venatorem & delectant̄/ videbūt saluatorē & tristabuntur. Hæc tex.

h ¶ Diabolus est. Hinc dicit textꝰ ic. Christus. circa me. 1. questi. 1. Deus traditorē suū diabolum nominauit.

¶ Dicet rex his qui a sinistris erunt: discedite a me maledicti [g] in ignem æternum/ qui paratus est diabolo & angelis eius. &c. Mat. 25. d

¶ Nōne ego vos duodecim (ait Ihesus discipulis) elegi: & ex vobis vnꝰ diabolus [h] est? Dicebat autē de Iuda Simonis Scariothis: hic enim erat traditurus eum/ cum esset vnus ex duodecim. Ioā. 6. i fi

¶ Vos ex patre [i] diabolo estis (ait Ihesus Iudęis) & desyderia patris vestri vultis facere. Ioā. 8. e.

¶ Nolite dare locum diabolo. Ephe. 4. f

¶ Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. &c. Vt supra armatura. Ephe. 6. b

¶ Oportet episcopum non neophitum [k] esse: ne in superbiam elatus/ in iudicium incidat diaboli. Et infra/ episcopus/ diffusius. 1. Tio. 3. a

¶ Qui volunt [l] diuites fieri: incidunt in tentationem/ et in laqueum diaboli/ & desyderia [l] multa & inutilia/ et nociua/ quę mergunt homines in interitum et perditionem. 1. tio. 6. b.

¶ Subditi estote deo: resistite [n] autem diabolo: & fugiet [n] a vobis. Iaco. 4. c

¶ Sobrij estote/ et vigilate: quia aduersarius [m] vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit quęrens quem deuoret. Cui resistite [n] fortes in fide: sciētes eandem passionem ei quę in mundo est vestrę fraternitati fieri. 1. Petr. 5. c

¶ Qui facit peccatum/ ex diabolo est: quoniam ab initio [o] diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei: vt dissoluat opera diaboli. 1. Ioā. 3. b

¶ In hoc manifesti sunt filij dei: & filij diaboli. Omnis qui nō est iustꝰ/ non est ex deo: & qui non diligit fratrem suum. 1. Ioā. 3. b

i ¶ Ex patre diabolo. Pro istoꝝ declaratione verboꝝ bonus est textꝰ in c. cito turpē. versi. cū ergo Giezi. 1. questi. 1. vbi dr̄. Iudęi ex patre diabolo sunt: nō vtiq; carnis successione/ sed criminis. k ¶ Non neophitū. Circa hanc Apostoli sententiā videat̄ oīno textus. 48. distin. in princi. vbi dr̄. Prohibent̄ neophiti in episcopos ordinari: vt qui heri erat catechuminꝰ/ hodie nō fiat epūs. qui heri erat in theatro: hodie nō sedeat in ecclesia. q vespe erat in circo: hodie nō ministret altario. qui dudū fuerat fautor histrionū: hodie non sit consecrator virginū. Causa autē huiꝰ ꝓhibitionis/ est scdm Apl̄m: ne elatus in superbiā/ tanq̄ religio Christiana plurimū eo indigeret/ incidat in ruinam diaboli. Momentaneus nāq; sacerdos nescit hūilitatē obseruare & modos personarū/ vel sese cōtemnere. Nō ieiunauit/ nō fleuit/ non se correxit/ nō pauperibus erogauit. In arrogātiā autē q̄ est ruina diaboli incidūt: qui in puncto horę necdum discipuli fiunt magistri. Et sicut Innocentius ait/ Miserū est eū fieri magistrū: qui necdū se didicit esse discipulū. Hęc textus. Cętera q̄ dici possent dicent̄ infra episcopꝰ. l ¶ Qui volūt &c. Videant̄ q̄ huic sniæ annotata sunt supra i verbo desyderiū. m ¶ Quia aduersariꝰ &c. Pro hac sententia est bonꝰ textꝰ in c. nulli dubiū est. circa prin. 3. q̄sti. 1. vbi dr̄. Diabolus nō cessat circuire q̄rēs quē deuoret/ & q̄rere quos ex fidelibꝰ ꝑdat/ & maxime illos quos ardetiores in seruitio saluatoris/ eiq; familiares inuenerit. familiares dico eos: quos sacrari & in ordine Apostolatus cōstitui voluit. Hęc tex. Vt melius autē possit diabolus aliquē decipe: sępe se trāsfigurat in angelū lucis. c. nec mirū. col. pe. 26. q̄sti. 5. vbi dr̄. Pręstigiū sathanę plurimos fallit: & bonos habere se in potestate cōfingit. Quod Apl̄s iter cętera ostēdit dicēs. Ipse sathanas trāsfigurat se in angelū lucis. Hęc textꝰ. De hac autē diaboli in lucis angelū transfiguratione dictū est supra in verbo angelus. vbi videat̄. Et aduertēdū ē ꝙ etiā de hac sentētia Petri/ est textꝰ in c. sunt plurimi. §. verū. 6. q̄sti. 1. vbi Archidiaconus eā exponēdo dicit ꝙ ex eo ꝙ in hac snia diabolus appellat̄ leo: satis innuit ꝙ sit fortis. Vn̄ in Iob dr̄ ꝙ nō est potestas super terrā q̄ ei valeat comparari. Ex eo vero ꝙ rugiēs dr̄: ĩnuit̄ ꝙ terribilis sit & crudelis. qd etiā innuit̄ in illis verbis. q̄rens quē deuoret. ꝑut dicit idē Archi. in d. c. nulli. in prin. 3. q̄sti. 1. Vnde Hiere. 6. Crudelis est & nō miserebit̄. Ex eo autē ꝙ dicit/ circuit: ostendit̄ eius astutia. Qui em̄ castrū vult oppugnare: nō venit per rectā viā/ sed ambulat per circuitū. Vn̄ in Iob legit̄ de sathana q dicit deo. Circuiui terrā & perambulaui eā. Vbi dicit Grego. Terrā circuit: quando terrena corda circūuenit vt bona tollat/ mala inferat/ inserta cumulet/ cumulata perficiat: & perfectos in iniquitatibus socios secum acquirat. Hæc Archid. n ¶ Resistite. Diabolus licet fortis sit vt leo: tamē neminem vincere potest/ nisi volentem. Ideo monemur vt resistamus. Possumus enim resistere. Vnde dicit Ambrosij textus. in c. non est. 26. questi. 1. Non est ꝙ cuiq̄ nostram ascribamus ęrumnam: nisi nostrę voluntati. Nemo nostrum tenetur ad culpā: nisi voluntate propria se deflexerit. Non habēt crimen: quę inferuntur reluctantibus. Volūtaria tantum commissa: sequitur delictorum inuidia/ quam in alios deriuamus. Volūtarium sibi militem elegit Christus. voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur: & acquirit suo iuri. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet: nisi se ei prius peccatorū ęre vendiderit. Hæc textus. o ¶ Ab initio. Creatus tamen fuit bonus: sed postea per se & ex propria malitia peccauit. prout est textus. in c. 1. versi. diabolus enim. de sum. tri. & fi. catho. Ideo fuit eius peccatum irremediabile/ nō autem peccatum hominis: duplici ratione. Tū quia homo alio scilicet diabolo instigāte peccauit. Ideo per alium iuuari potuit. Secundo: quia totum genus humanum ex peccato Adę peccauerat: sed nō tota angelica natura peccato diaboli. Ita dicit glosa in c. voluissent. §. ex hijs. in verbo reuocabatur. de peni. distinc. 2.

p ¶ Non est ausus. Ex eo q Michael Diabolo & certe maledictionis dignissimo non est ausus iudiciũ inferre blasphemiæ: erudimur ne simus ad maledicendũ faciles. vt est tex. in c. si igitur. 24. questi. 3 De quo tex. dictum est .§. in verbo Angelus. in annotatione huius sententię. q ¶ Missurus est. De hoc dicto Ioãnis tex. est in c. si ci. versi. Ioannes apostolus. de pœni. distinc. 2. r ¶ In carcerem. Istis verbis annotatio satis diffusa facta est in verbo Carcer. vbi videatur. s ¶ Draco. De hoc nomine draconis quo diabolus nõnũq vocatur/ & alijs ipsius nominib9: dictũ ẽ diffuse. §. codẽ. f.

iudę. 1. c. ¶ Cum Michael archangelus cum diabolo disputans / altercaretur de Moysi corpore: non est [p] ausus iudicium inferre blasphemię/ sed dixit. Imperet tibi deus.

apo. 2. a. ¶ Angelo Ephesi ecclesię scribe. Hęc dicit qui tenet septẽ stellas in dextera sua: qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum Ecce missurus [q] est diabolus aliquos ex vobis in carcerẽ [r] vt tentemini: et habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsq ad mortem: & dabo tibi coronam vitę.

apo. 12. b. ¶ Proiect9 est draco [s] illę magnus qui vocatur diabolus/ et sathanas qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram/ & angeli eius missi sunt cum eo. Et diffusius de hac hystoria in verbo Michael.

apo. 12. c. ¶ Vę terrę & mari: quia descẽdit diabolus ad vos habens iram magnã/ sciens q modicum tempus habet.

1. tio. 3. b. **Diacones.** ¶ Diacones [t] oportet esse pudicos [v] / non bilingues [x] / nõ multo vino [y] deditos / nõ turpe [z] lucrum sectantes: habentes mysteriũ [a] fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur [b] primum: & sic mini

t ¶ Diacones. Qui sint diacones seu diaconi/ & q subdiacones seu subdiaconi: videat tex. in c. Cleros. versi. leuitę. 21. dis. vbi dicit. Leuitę: ex nomine auctoris sunt vocati. de Leui enĩ/ leuitę exorti sunt: a quibus in templo dei/ mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi græce diacones/ latine ministri dicitur: quia sicut in sacerdote consecratio/ ita in diacono ministerij dispensatio habetur. Hypodiacones græce/ quos subdiacones dicimus/ qui ideo sic appellantur: quia subiacẽt præceptis & officijs leuitarum. Oblationes enĩ in templo dñi a fidelibus ipsi suscipiunt/ & leuitis supponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebręos Nathanei vocãtur. Hæc tex. De quibus etiã diaconib9 loquẽs amplior textus in c. Diaconi sunt. 93. distinc. dicit. Diaconi sũt quos in apocalypsi legimus: septẽ Angeli ecclesiarũ hi sunt septem candelabra aurea. hi sunt voces tonitruorũ: virtutũ operatione præclari/ humilitate præditi/ quieti/ humiles/ euangelizantes pacem/ annũciantes bona/ dissentiones & rixas & scandala resecantes/ docentes / soli deo colloquentes in templo/ nihil penitus de mundo cogitantes / dicentes patri & matri non noui vos/ & filios suos non agnoscentes/ sacerdotibus ministrãtes. quia diaconi ita se pr̃sbyteris/ sicut ep̃is ministros esse cognoscãt. dicit tex. in c. diaconi ita. eadem distinc. Et sunt tanq oculi ep̃i oberrantes/ circũlustrantes cũ verecundia actus toti9 ecclesiæ/ perscrutantes si quem viderint vicinũ præcipitio & proximum esse peccato vt referant hoc ad ep̃m. & ita ep̃o suggerere quæ ad cultum ecclesiæ & disciplinam eius pertinent: diaconibus cura est. Ita dicit text9 in c. diaconi ecclesiæ. eadem distinc. Ad diaconum etiam pertinet assistere sacerdotibus: & ministrare in omnibus quæ agũtur in sacramẽtis Christi/ in baptismo siue in chrismate/ & patena/ & calice/ oblationes quoq offerre/ & disponere in altari/ cõponere etiã mẽsã dñi atq vestire/ crucẽ ferre / & prędicare euãgeliũ/ & ap̃lm ad populũ. Nã sicut lectorib9 vetus testamẽtũ: ita diaconib9 nouũ prædicare p̃ceptũ est. Ad ipsũ quoq pertinet officiũ p̃cũ/ & recitatio noim/ ipse p̃monet aures hẽre ad deũ/ ipse hortat clamare/ ipse donat pacẽ & ipse ãnũciat. Hæc sunt verba textus in c. perlectis. versi. ad diaconũ. 25. dis. Spectat etiã ad eũ in missa euãgeliũ cãtare: qñ subdiacon9 cantat ep̃lam. si vero subdiaconus cantet prophetiam: diaconus cãtabit epistolam. Ita dicit glosa in c. Vt quisq in verbo epistolã. de vita & ho. cleri. v ¶ Pudicos. Idem est in subdiaconibus. Vt enĩ diaconatus: ita subdiaconatus obligat ad castitatẽ. Textus est in c. Erubescãt. 32 distinc. vbi dicitur. Erubescãt impij/ & aperte intelligant iudicio sancti spiritus eos qui modo in sacris tribus gradibus scilicet pr̃sbyteratu/ diaconatu/ subdiaconatu/ positi/ mulierculas nõ abiecerint & caste non vixerint/ excludendos ab eorũdem graduũ esse dignitate. Hæc tex. Vnde dicit tex. in c. Si quisquã de coha. cle. & mulie. Si quisquam sacerdotũ/ idest pr̃sbyter/ diaconus/ subdiaconus/ de quacũq fœmina criminę fornicationis suspectus/ post primam secũdã & tertiã admonitionem inueniatur fabulari/ & aliquõ conuersari cum ea: excõmunicationi subdatur. fœmina vero canonice iudicetur. Hæc tex. Cętera quæ hic dici possent: videantur. §. in verbo concubina. x ¶ Nõ bilingues. Facit tex. in c. Clericũ scurrilẽ. 46. distinc. vbi dicit. Clericũ scurrilẽ/ & verbis turpibus ioculatorẽ/ sancimus ab officio esse retrahẽdũ. Et ad idem facit celebris textus in c. sit rector. versi. p̃uidẽdũ quoq. 43. distinc. De quo tex. videatur. §. in verbo Bilinguis. y ¶ Vino deditos. Text9 in princ. 35. distic. hæc verba declarans dicit. Ministri templi prohibentur viñũ & sicerã bibere: ne ebrietate grauẽtur corda eorũ/ vt sensus eorũ vigeat semper & tenuis sit. Vel quia vẽter mero ęstuãs: facile despumat in libidines. Vñ Noe ebrietate nudauit femora: Loth aũt quẽ Sodoma non vicit/ vina vicerunt. Quod aũt vinolẽtus minister seu diaconus/ esse prohibetur: non semel sed frequẽter vino repletus debet intelligi. Hæc textus.

z ¶ Turpe lucrũ. De hoc turpi lucro ad quod diacones ambulare non decet: loquitur tex. in c. si. 86. distinc. vbi dicitur. Peruenit ad sãctam synodum/ quia de his qui in clero cõnũerãtur/ quidam propter turpis lucri gratiã/ aliorum possessionũ conductiões/ & causas sęculariũ suscipiũt/ & a sacris officijs se per desidiã separant: ad domos autẽ sęculariũ concurrunt/ & substantiarũ earũ gubernationes auaritię causa suscipiunt. Decreuit igitur sancta vniuersalis vel magna synod9/ neminẽ horũ deiceps/ hoc est ep̃m/ siue clericũ/ aut monachũ/ cõducere possessiones/ aut misceri sęcularibus possessionibus posse: nisi forte qui legibus ad minorũ ætatis tutelas siue curationes inexcusabiles attrahantur/ aut cui ipsius ciuitatis ep̃s ecclesiarũ rerũ cõmiserit gubernacula/ & orphanorum atq viduarum quę indefẽsę sunt / aut earũ personarũ maxime q ecclesiastico indiget adminiculo propter dei timorẽ. Si quis vero transgressus fuerit hęc pręcepta: ecclesiasticę correctioni subiaceat. Hęc tex. Circa quẽ videantur multi alij textus idem statuentes. 88. distin. per totã. & in c. 1. 2. & in c. sed nec procurationes. in c. secũdũ. & in c. sicut. Ne clerici vel mona. De quibus dicetur in verbo lucrũ. a ¶ Mysterium fidei. &c. Etsi oĩbus diaconibus/ tamẽ & cęteris in ordine sacro cõstitutis / fidem & religionem oportet adesse: cum de hijs dictum sit. Sãcti estote: quoniam ego sanctus sum. De quibus verbis dicetur in verbo sanctus. b ¶ Probentur. Simile est qd alibi dicit apostol9. Man9 cito nemini imposueris. Cuius dicti declaratio ponitur per tex. in c. Miramur. 61. dis. De quo textu dictũ est

strent/ nullum crimen [c] habentes.

¶Diacones sint vnius vxoris [d] viri : qui filijs suis bene pręsint [e] & suis 1.tio. 3.c.
domibus. Qui enim bene ministrauerint [f] : gradum bonū sibi acquirēt/
et multam fiduciam in fide/ quę est in Christo Ihesu.

Diadema. ¶Egredimini filię Siō : & videte regem Salomonem cāti.3.d.
in diademate [g] quo coronauit illū mater sua in die despōsationis illi9/
et in die lętitię cordis eius.

¶Accipient iusti regnum decoris/ & diadęma speciei de manu domini : sapię.5.c.
quoniā dextera sua teget eos/ & in brachio sācto suo defendet illos. &c.

¶Quibus vellent auxilio esse Romani vt regnarent/ regnabāt: quos au 1.mac.8.b
tem vellent/ regno deturbabant/ & exaltati sunt valde. Et in oībus istis
nemo portabat diadęma: nec induebatur purpura vt magnificaretur in
ea. Et infra Romanus.

Diana. ¶Demetrius quidam nomine argentarius/ faciens ædes ar= actuū.19 c
genteas Dianę/ pręstabat artificibus nō modicum quęstum: quos con=
uocans & eos q eiusmodi erant opifices/ dixit. Viri/ scitis quia de hoc ar
tificio est nobis acquisitio: & videtis & auditis quia non solū Ephesi/ sed
pene totius Asię Paulus hic suadens auertit multā turbā/ dicens. Quo=
niam non sunt dij qui manibus fiunt. Non solum autem hęc periclita=
bitur nobis pars in redargutionem venire: sed & magnę Dianę templū
in nihilum reputabitur/ sed & destrui incipiet maiestas eius quam tota
asia & orbis colit [h]. His auditis/ repleti sunt ira: & exclamauerunt dicen
tes. Magna: Diana Ephesiorum. &c.

in verbo cōmunicare. Cętera quæ hic possent allegari: videātur in verbo Episcopus. c ¶Nullum crimen. Pro his verbis videatur omnino tex. in c. 81. distinc. vbi dicitur. Apostolus Paulus qn̄ elegit ordinandos vel p̄sbyteros vel diacones/ & quicūq; ordinandus est ad præpositurā ecclesiæ: non ait. si quis sine peccato est. hoc enim si diceret: omnis homo reprobaretur/ & nullus ordinaretur. Sed ait. sine crimine est: sicuti est homicidiū/ adulterium/ aliqua immūdicia fornicatiōis/ furtū/ fraus/ sacrilegiū/ & cętera huiusmōi. Crimē aūt est graue peccatū: accusatione & dānatione dignissimū. Hæc tex. Cętera quæ hic dici possent: videant̄ .§. in verbo crimen. d ¶Vnius vxoris virū. Videt̄ ergo: ꝙ q vxorē habet/ possit ad diaconatū/ & cōsecutiue ad p̄sbyteratum promoueri. De quo videatur textus in c. si. in princ. 31. distinc. vbi dicitur. Aliter se oriētalium traditio habet ecclesiarū: aliter huius sanctę Romanę ecclesię. Nā earū sacerdotes/ diaconi/ aut subdiaconi: i matrimonio copulant̄. i. copulato vtūtur. Isti9 aūt ecclesiæ vel occidentaliū nullus sacerdotū a subdiacono vsq; ad ep̄m licētiam habeat coniugium sortiendi. Hæc tex. cum quo satis cōcordat text9 in c. cū olim. circa me. de cle. coniuga. vbi dicitur. Orientalis ecclesia votū continentiæ non amisit: qm̄ orientales in minoribus ordinib9 cōtrahūt/ & in superiorib9 vtūtur matrimonio iam cōtracto. Et sic hęc sn̄ia Pauli/ hn̄do respectū ad oriētalē ecclesiā/ pōt referri ad tp̄s ordinatiōis: s3 nō habendo respectū ad ecclesiam occidentalem. quia nullus coniugatorū qui est de ecclesia occidentali/ est ad sacros ordines promouēd9: nisi saltem de licentia coniugis religionem ingredientis/ vel in sæculo remanentis/ absq; tn̄ suspicione incontinētię/ vt quia senex est/ & perpetuā castitatē vouet se seruaturam. Ita probatur in c. Coniugatus. & ibi glo. & Panor. de cōuer. cōiuga. & in c. seriati. 32. dis. Quod si coniugatus faciat se promoueri ad diaconatū vel aliquē ex ordinibus sacris: non valet promotio. & punitur sic promotus: prout habetur in solenni extrauaganti. Io. 22. quæ incipit anti quæ. de voto & vo. redemp. vbi dicit̄. Auctoritate apostolica districtius inhibentes/ sancimus ne quispiam durante matrimonio nondū etiā consummato/ aliquem de sacris ordinibus præsumat suscipere: nisi prout sacris ordinibus nouerit conuenire. vt supple supradictū est in versi. nisi saltem. Quod si secus a quoq̄ forsitā attentatū fuerit: ordinam9ꝙ nec m̄rimonio soluto in sic suscepto ordine ministrare/ nec ad superiores ordines prouehi/ nec ad aliqd beneficium vel officiū ecclesiasticū valeat promouerit: nisi aliquā de religionibus approbatis (quarū professio ad castitatis custodiā & abdicationē temporaliū & sui superioris obedientiam suos professores astringat) ipsum canonice contigerit ingredi/ ac eius regulā expresse vel tacite profiteri. Quo casu diocesan9 super præmissis & singulis præmissorū cum eo dispensare valeat: nisi sit aliud canonicū quod obsistat. Ad ingressum aūt hmōi sic ordinatū : si matrimoniū consummatū nō fuerit/ per diocesanum instanter moneri p̄cipimus & induci. Quod si forsitā renuerit adimplere: ipsum (si spōsa eius institerit) per censurā ecclesiasticā compellendū decernimus/ contractū matrimonium consummare. Hęc tex. Non referendo aūt hæc verba vni9 vxoris virū ad tempus promotionis/ sed ad tempus ante promotionē/ & sic intelligendo prout cōmuniter a canonistis intelligitur ꝙ apostol9 per hęc verba voluerit/ vt qui promouetur ad diaconatum vel alium ordinem sacrum/ non fuerit plurium/ sed tantum vnius vxoris vir: hæc sententia clare procedit etiam respectu ecclesię occidētalis. quia solum monogamus/ idest qui vnicam vxorem habuit/ non aūt bigamus vel trigamus/ qui scilicet duas/ tres vel plures habuit vxores: permittitur ordinari. Textus est in c. 1. 2. 3. 4. & fina. vbi hæc apostoli verba declarantur. 26. distinc. Immo dicit notabilis textus in c. 2. de biga. In bigamis/ contra apostolum dispensare non licet: vt debeant ad sacros ordines promoueri/ vel in eis si promoti fuerint remanere. De hoc tamē/ an scilicet & per quem possit cum bigamis dispensari: dicatur vt ibidem per Panor. & alios. Cętera que hic dici possent: videantur in verbo episcopus. e ¶Bene pręsint. Circa hęc verba/ videatur textus in c. sicut rector. §. Necesse. 47. distnc. vbi dicitur. Necesse est vt ille qui ordinandus est/ suę domui sit bene prępositus. i. si in laicali habitu vxorem habuit vel filios a vitijs ad virtutum studia & verbo & exemplo prouocet. vt quod postea præcepturus est populis: prius exigat a domesticis. Et subiūgitur. Iure qui domui suæ nescit pręesse: ordinari prohibetur. quia qui in re minima de qua sibi familiarior debet cura inesse/ fidelis non est: quomodo in ecclesia dei vbi tot sunt & alieni/ solicitam diligentiam exibebit? f ¶Ministrauerint. Videantur annotata in verbo ministrare. g ¶Diadęmate quo coronauit. Differentia inter diadęma & coronā posita est supra in verbo corona. vbi videat̄. h ¶Colit. Dianā coli a paganis/ seu esse deam paganorū: dicit tex. clarus in c. episcopi. versi. illud etiā, 26. q. 5. De quo tex. dictū est .§. in verbo dęmō. vbi videatur.

psal.32.b. **Dicere.** ¶Deus dixit [i] & facta [i] sunt: ipse mandauit & creata sunt.

38.a. ¶Dixi custodiam [k] vias meas: vt non delinquam in lingua mea.

prou.24.c ¶Qui dicunt [l] ipio iust9 es/ maledicēt ei populi: & detestabūt eos trib9.

eccl.5.a. ¶Ne dicas/ coram angelo non est prouidētia: ne forte iratus dominus contra sermones tuos/ dissipet cuncta opera manuum tuarum.

8.a. ¶Omne quod voluerit faciet [m] deus/ & sermo illius potestate plen9 est: nec dicere ei quisq̃ potest/ quare ita facis?

5.a. ¶Ne dixeris/ est mihi sufficiens vita: nihil enim proderit in tempore vindictę & obductionis.

5.a. ¶Ne dixeris/ peccaui/ & quid mihi accidit triste? altissimus enim est patiens [n] redditor.

5.b. ¶Ne dicas/ miseratio domini magna est: multitudinis peccatorū meorum miserebitur.

7.a. ¶Ne dicas/ in multitudine [o] munerum meorum respiciet deus: & offerente me deo altissimo munera mea suscipiet.

11.c. ¶Ne dicas/ sufficiens [p] mihi sum? & quid ex hoc pessimabor?

11.c. ¶Ne dicas/ quid est mihi opus: & quę erunt mihi ex hoc bona?

15.c. ¶Non dixeris/ per deum abest: quę enim odit ne feceris. Non dicas/ ille me implanabit: non enim necessarij sunt deo homines impij.

20.c. ¶Ex ore fatui reprobabitur parabola: nō eni dicit illā in tēpore [q] suo.

eccl.43.c. ¶Multa dicimus/ & deficimus in verbis: consummatio autem sermonum ipse est dominus.

mat.10.c. ¶Quod dico [r] vobis in tenebris (ait Ihesus discipulis suis) dicite in lumine: & quod in aure auditis/ prędicate super tecta.

geñ.1.a. **Dies singulariter & pluraliter.** ¶Factum est vespere & mane dies [a] vnus.

exo.13.a. ¶Mementote dei huius (ait Moyses ad populum Israel) in qua egressi estis de Aegypto & de manu seruitutis: quoniā in manu forti eduxit vos dominus de loco isto/ vt non comedatis fermentatum panem.

i ¶Dixit & facta sunt. Hæc verba Psalmistę citantur per tex. in c. panis est in altari. & in c. Reuera. col. fi. de conse. distinc. 2. ad ostendendum q panis & vinū post verborū sacramentaliū prolationem/ in corporis & sanguinis Christi substantiā conuertātur. Imprimis eni dicit tex. in d. c. Panis est in altari. de conse. distinc. 2. Vbi sacrificium conficitur: iam non suis sermonibus sacerdos/ sed vtitur sermonibus Christi. ergo sermone Christi hoc conficitur sacramētū. Quis sermo Christi? Hic: quo facta sunt omnia. iussit dñs: & facta sunt cœlum & terra & mare. Vides ergo quō operatori9 sit sermo Christi? Si tanta vis est in sermone dñi Ihesu/ vt inciperet esse qd non erat: q̃tomagis operatorius est vt sint q̃ erāt & in aliud cōmutentur. Et in c. Reuera. paulo ante fi. eadem distinc. dicit tex. De totius mundi operibus legisti: quia ipse dixit & facta sunt: ipse mādauit & creata sūt. Sermo igitur Christi qui potuit ea nihilo facere qd non erat? non potest ea quæ sūt/ in id mutare qd non erant? non enim minus est dare q̃ mutare.

k ¶Custodiā. Huic sententiæ facta est annotatio quæ videri potest. s. in verbo Custodia.

l ¶Dicūt. &c. Videant q̃ huic dicto ānotata sūt. s. in verbo detestari.

m ¶Faciet. Dicit tñ Hieronymus in c. si Paulus. versi. Quęso caue. 32. questi. 5. Audacter dicam cum omnia possit deus: suscitare virginem nō potest post ruinā. valet quidem liberare de pœna: sed non valet coronare corruptam.

n ¶Patiens. Et ideo in tertia & quarta generatione peccata patrū se dñs cōminatur in legem filijs redditurum: non in æqualitate iudicij vt alij peccent & alij puniantur/ sed magnitudine clementię dum semper expectat ad pœnitentiam. & quod in prima generatione delinquitur/ non prius corripit & emendat: nisi & tertia & quarta generatio euenerit. Ita dicit tex. qui Augustini est/ in c. Homini. §. Econtra. versi. in tertia. 1. questi. 4. de quo dicetur. s. in verbo generatio.

o ¶Ne dicas. Quia (vt dicit Hieronymus in c. Odi & proieci. in fi. 24. q. 1) deus non sacrificiorum magnitudinem/ sed offerentium merita causasq diiudicat. Vnde & vidua quę in corbanā duo minuta miserat/ omnibus a saluatore præfertur: quia dñs non ea quæ offeruntur/ sed voluntatem respicit offerentiū. Hæc tex.

p ¶Sufficiens. Si hæc sententia intelligatur de sufficientia virtutis: ratio eius est. quia in via dei non progredi: regredi est. scriptū quippe est. Ambulabunt de virtute in virtutem. De quo dicto est textus in c. dum sanctam. col. 1 de pœni. distinc. 2.

q ¶In tempore suo. Facit bonus textus in c. sit rector. versi. prouidendum. 43. distinc. vbi dicit. Sępe dictorū virtus perditur: cum apud corda audientiū loquacitas/ incauta oportunitate leuigatur.

r ¶De hoc dicto Christi ad discipulos: est tex. in c. cum ex iniuncto. de hęreti. & in c. Nolite timere. 11. q. 3. De quibus textibus dicetur in verbo prędicare.

a ¶Dies vnus. Quia hac sententia dicitur diē vnū ex vespere & mane consistere: notandum est q iure humano quintuplex reperitur dies. Quidam est naturalis: ex vigintiquatuor horis constans. & cōpræhēdit vtrāq partem noctis: ita q incipit a media nocte/ & alia media nocte finit. prout de hoc est textus apertus in l. more Romano. ff. de ferijs. Secundus dies vocatur dies artificialis: eo q artificio iure distinguitur a nocte & dicitur dies artificialis a mane: & sic qñ sol est super terram vsq ad vesperas. & iste dies nihil cōpræhendit de nocte & de hoc die loquitur tex. in c. si perfodiens. de homi. et l. furē. ff. de sicca. in l. 4. ff. ad l. aqui. cū similibus vbi agitur an fur diurnus occidi possit. Tertius dies vocatur dies legalis seu emergens: qui computatur de momento ad momentum. ita q non habet principiū certum. sed aliquando tardius/ aliquando citius incipit. Eo tamen momento quo incipit: eo momento finitur. vtputa statuuntur a lege decem dies ad appellandum. q̃ primū est lata sententia: etiam si feratur media die/ in illo momento medię diei incipiunt isti. 10. dies. & in momento medię diei decimi finiunt. l. 1. §. dies. versi. Quid ergo. ff. qñ appel. sit. Et notatur in auctē. hodie. C. de appel. Quartus dies vocatur dies cōuentionalis. de quo scilicet partes conueniunt. Et siquidē eius initiū & terminus a partibus præfigantur: seruari debet quod conuentum est. qm contractus ex conuentione partiū legē accipiunt. l. 1. §. si conuenerit. ff. deposi. Si vero nil cōuētum est: intelligitur de die 24. horarū. Bon9 est textus qui videri potest in l. Eum qui certarum. in princ. & in l. Qui hoc anno. ff. de ver. obli. Fallit: quando propter subiectam materi

am aliter esset dicendum. vt si quis operarios conduceret pro certo salario singulis diebus. nam intelligitur de die artificiali/ & sic a summo mane vsq ad vesperas: & non de die naturali/ quia noctis tempore operę laboratorię regulariter non præstantur. Vt est bonus tex. in l. 1. in fi. ff. de ope. liber. & in l. 2. in fi. ff. de annu. lega. Quintus dies vocatur dies ecclesiastica: eo q ea quæ ecclesiastica sunt principaliter concernat. Et incipit diuersimode secūdum diuersas materias. Vnde qrum ad indulgentias: incipit a vesperis vigilię/ & cōtinuatur vsq ad vesperas diei sequētis iclusiue vt notat Cal. in tractatu de eccle. iterdic. in. 6. membro. q. 56. Idē aliqñ qtū ad diuina officia. Vnde qz die assūptionis permittuntur diuina officia celebrari nō obstante interdicto ecclesiastico: itelligit a vespe ris vigiliæ vsq ad vesperas diei iclusiue. Tex. est cū glosa in verbo assumptionis. in c. fina. §. Adijcimus. de sen. excō. in. 6. Quantū vero ad festorū celebrationē: qñq a vesperis/ & qñq a mane/ vel etiam a media nocte in quo debet multū attēdi consuetudo regionis: prout: est textus. clarus in c. 2. in princ. de ferijs. vbi per Panor. & alios de hac materia diffusi9 videri pōt/ & per Do. meū Do. Iasonē in l. more romano. col. 1. vbi præmissa congerit. ff. de ferijs. & per Bar. in l. 2. §. fi. ff. de verbo. signi.

¶Ingressus Moyses mediū nebulę/ ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. exod. 24. in fi.

¶Loquutus est dominus ad Moysem dicens. Loquere filijs Israel & dic ad eos. Hę sunt ferię t domini: quas vocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus: dies septimus v (quia sabbati requies est) vocabitur sāct9 v/ omne x opus nō facietis in eo. leui. 23. a.

¶Loquutus est dominus ad Moysem dicēs. Decimo die mensis huius septimi/ dies expiationum erit celeberrimus/ & vocabitur sanctus. Affligetisq animas vestras in eo: & offeretis holocaustum dño. Omne opus seruile nō facietis in tempore diei huius: quia dies propiciationis est/ vt propicietur dominus deus vester. leui. 23. e.

¶Die nouo mensis septimi a vespere y vsq ad vesperum celebrabitis sabbata vestra: dixit dominus ad Moysem. leui. 23. e.

¶Loquutus est dñs ad Moysem dicēs. Loquere filius Israel. A quintodecimo die mēsis huius septimę erūt ferię tabernaculorum/ septē dieb9 domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atq sanctissimus: omne opus z seruile non facietis in eo. Et septē diebus facietis holocausta do- leui. 23. f.

t ¶Feriæ. Videantur quæ de ferijs annotabuntur in verbo Ferię. v ¶Dies septim9. Qui vocatur hic dies septimus. & sic sabbatū vocatur hodie dies primus. & sic dies dñicus qui loco sabbati successit. glo. est & ibi Panor. in c. licet. in glo. 1. de ferijs. et est bon9. tex. in c. peruenit. in princ. de conse. dis 3. vbi præcipitur ne dies septimus / idest dies sabbati/ sed dies primus/ idest dies dñicus ferietur. ideo aūt dies dñicus sanctus habetur: quia tantis diuinarū dispensationū mysterijs consecratus est/ vt quicquid a dño est insigne constitutum/ in huius diei dignitate sit gestū. In hac die: mundus sumpsit exordiū. in hac: per resurrectionem & mors interitū/ & vita accepit principiū. Ita dicit textus in c. quod die dñico. in fine. 75. distinc. x ¶Omne opus. Sic dicit tex. in c. ieiunia. in fi. de conse. distinc. 3. Die dominica nihil aliud agendum est: nisi deo vacandum. nulla operatio in illa die sancta agatur: nisi tantum hymnis & psalmis & canticis spiritualibus dies illa transigatur. Et in c. 1. de ferijs dicit tex. Omnes dies dñicos cū oi veneratione decernimus obseruari / & ab omni illicito opere abstinere: vt in eis mercatū minime fiat/ neq placitum/ neq aliquis ad mortē vel ad pœnam iudicet. Et in l. oēs iudices. in princ. C. eodem ti. dicit tex. Omnes iudices/ vrbanęq plebes/ & artium officia cunctarum/ venerabili die solis (idest die dñico) quiescāt. Et in l. dies festos. 1. Respon. C. eodem. dicitur. Dominicū diem ita semper honorabilē decernimus venerandū: vt a cunctis executionibus excusetur. Nulla quēq vrgeat admonitio: nulla fideiussionis flagitetur exactio. Taceat apparitio: aduocatio delitescat. Sit ille dies a cognitionibus alienus. Præconis horrida vox silescat. Respirent a cōtrouersijs litigantes: & habeant fœderis interualla. Et subiungitur. Nec huius religiosæ diei ocia relaxantes / obscœnis quēq patiantur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vendicet scena theatralis/ aut circēse certamen / aut ferarū lachrymosa spectacula. Etiam si in nostrū ortum aut natalem celebranda solēnitas euenerit: differatur. Amissionem militię/ præscriptionēq patrimonij sustinebit: si quis vnq hoc die festo spectaculis interesse/ vel cuiuscūq iudicis apparitor ptextu negocij publici seu priuati/ hæc q lege hac statuta sunt crediderit temerāda. Hæc tex. Ex pręmissis igit textibus cum hac sententia iunctis habetur regula: q die dñico ab omni opere cessandum est. Hæc regula primo non procedit in operibus intellectus/ puta in [illegible] & contēplatiōe. licitū est enim etiā dñico die studere/ & cōtēplari nedū diuina sed etiam literas humanas: dū[illegible]do debitis horis intendatur seruitio diuino/ & non fiat principaliter propter lucrum temporale. ita tenent cōmuniter docto. in d. c. 1. de ferijs. & est glo. idē sentiens in d. l. Oēs in verbo artiū. C. de ferijs. & in l. penul. in verbo militarē. ff. eodē. Secūdo nō procedit hæc regula propter imminentē necessitatem: quia etiam die dñico rei tēpore peritura licitū est intendere. Bonus est tex. in c. licet. in fi (vbi ponitur vnum exēplū) de ferijs. dicit enī ibi textus. Indulgemus vt liceat parocianis vestris diebus dñicis & alijs festis pterq in maiorib9 anni solēnitatibus si alecia terræ se inclinauerint eorū captioni ingruente necessitate intēdere. ita q post factam capturam ecclesijs circūpositis & Christi pauperibus congruā faciāt portionē. Tex. est etiā vbi ponitur aliud exemplū in d. l. oēs. versi. fi. C. de ferijs. vbi dicitur. Die solis (idest die dñico) ruri positi agrorū culturę/ libere licēterq inseruiāt: qm frequēter euenit vt non alio aptius die frumenta sulcis/ & vineę scrobibus cōmendentur. ne occasione momenti: pereat cōmoditas cœlesti pietate cōcessa. Tex. est præterea vbi ponit aliud exemplū in l. prouinciarū. C. eodem vbi dicitur. Prouinciarū pręsides moneantur vt in quæstionibus latronū & maxime hysanrorum nullū quadragesimarū vel venerabilē paschalū diē existimēt excipiendū ne differat sceleratorū proditio cōsiliorū. quæ per latronū tormenta quęrēda est: cū facillime in hoc sūmi numinis speratur venia / per quod multorū salus & incolumitas pcurat. Tertio nō procedit pietate cōtrariū suadēte: qz in exercitio piorū actuū/ dierū distinctio nō est habenda. c. conquestus circa fi. de ferijs vbi videatur Panormitanus. col. 3. hunc casum examinans & aliquos alios casus fallentiales enumerans.

y ¶A vespere. &c. Circa hæc verbo videatur bonus text9 in c. 2. de ferijs. vbi dicitur. Licet scriptum sit. De vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra. Festorum tamē pricipium & finis iuxta eorū qualitatē & diuersarū regionum cōsuetudinē debet attendi. & sicut magnitudo dierū exigit prius incipere & tardius terminari Hęc tex.

z ¶Opus. Videātur annotata. s. eodē. x. Et pro ampliatione dictorum ibi & annotatione huius sententiæ quę prohibitionē operis seruilis factam respectu diei dominicæ/ amplięt ad aliam diem solēnē: videatur c. Conquestus.

mino. Dies quoq; octauus erit celeberrimus atq; sāctissimus: & offeretis holocaustum domino/est enim cetus atq; collectę. Omne opus [z] seruile non facietis in ea.

leui.23.g. ℭA quintodecimo ergo die mensis septimi quādo cōgregaueritis omnes fructus terrę vestrę (dixit dominus ad Moysem) celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbatum/id est requies. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimę/ spatulasq; palmarum/& ramos ligni densarum frondium/ & salices de torrēte: & lętabimini coram domino deo vestro/ celebrabitisq; solennitatem eius septem diebus per annum. &c.

deu.32.c. ℭIuxta est dies perditionis & adesse festinant tempora.

iosue.10.c ℭStetit sol in medio cœli (in die qua tradidit dominus Amorreum in cōspectu filiorum Israel) & non festinauit occumbere spacio vni⁹ diei. Non fuit ātea & postea tam lōga dies: obediēte domino voci hominis/ et pugnante pro Israel (dicit Iosue).

1 par.29 c ℭDies nostri (inquit Dauid) quasi vmbra super terrā/& nulla ē mors.

iob.3.a. ℭAperuit Iob os suū & maledixit diei suo & loquutus est. Pereat dies in qua natus sum: & nox in qua dictū est/conceptus est homo. Dies illa vertatur in tenebras/nō requirat eum deus desuper: & nō illustretur lumine. Obscurēt eū tenebrę & vmbra mortis: occupet eum caligo/& inuoluatur amaritudine.

iob.7.a. ℭMilitia [a] est vita hominis super terram: & sicut mercenarij dies eius.

7.b. ℭDies mei (ait Iob) velocius transierunt q̄ a textente tela succiditur: & consumpti sunt absq; vlla spe.

7.d. ℭParce mihi domine (inquit Iob) nihil enim sunt dies [b] mei. &c.

9.d. ℭDies [b] mei velociores fuerunt cursore (dicit Iob) fugerūt & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes: sicut aquila volans ad escam.

21.b. ℭDucunt [c] impij in bonis dies suos: & ī puncto ad inferna descendūt.

psal.18.a. ℭDies [d] diei eructat verbum: & nox [d] nocti indicat scientiam.

21.a. ℭDeus meus clamabo per diem & non exaudies: & nocte & non ad insipientiam mihi.

54.in fi. ℭViri sanguinum & dolosi non dimidiabunt [e] dies suos.

60.in fi. ℭSic psalmum dico nomini tuo deus in sęculum sęculi; vt reddam vota mea de die in diem.

71. ℭConuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.

77.d. ℭDefecerūt [f] in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.

de ferijs. vbi est textus festa enumerans/quibus ab operibus seruilibus/ saltē a strepitu iudiciario abstineri debet. Quāuis enim (dicit ibi textus) non prorogari/ sed expediri deceat quęstiones: debet tamē iudicialis strepitus dieb⁹ conquiescere feriatis/ qui ob reuerentiā dei noscuntur esse statuti. scilicet natalis domini/ sancti Stephani/ Ioannis euāgelistæ/ Innocentum/ sancti Syluestri/ circumcisionis / epiphaniarum/ septem diebus dominicæ passionis/ resurrectionis cū. 7. sequentibus/ Ascensionis/ Penthecostes/ cum duobus qui sequuntur/ natiuitatis Ioannis Baptistæ/ festiuitatū omniū gloriosę virginis/ & apostolorum/ & pręcipue Petri & Pauli/ beati Laurētij/ dedicatiōis beati Michaelis/ solēnitatis omnium sanctorū/ ac dieb⁹ dominicis/ cęterisq; solēnitatibus quas singuli epi in suis diocesibus cū clero & populo duxerint solenniter venerādas. Quibus vtiq; solēnib⁹ ferijs/ nisi necessitas vrgeat/ vel pietas suadeat/ vsq; adeo cōuenit ab hm̄ōi abstinere: vt consentiētibus etiam partibus nec processus habitus teneat / nec sententia quam contingit diebus hm̄ōi promulgari. Hæc tex. Text⁹ aūt qui generalior est (vtpote qui de omni opere seruili loquatur) in c. licet. in pric. eodē ti. dicit. Tā veteris q̄ noui testamenti pagina/ septimū diem ad humanam quietē specialiter deputauit: & tā eū q̄ alios dies maiestati altissimę deputatos/ necnon natalicia sanctorū martyrum ecclesia decernit obseruāda / & in his ab omni opere feriali cessandum. Hæc tex. De festiuitatibus etiā feriandis: est text⁹ amplus qui videri potest in c. 1. de cōsecra. distinc. 3.

a ℭMilitia. idest tētatio. quasi velit Iob dicere. dū homo viuit: nō est absq; tentatione. Istā declarationē sentit tex. in c. si enim. colū. pe. de pœni. distinc. 2. & in c. si ex bono. colū. 1. de pœni. distinc. 4.

b ℭDies. Quoniā (vt istis sententijs liquet) dies hominis festinanter abeunt / & vsq; adeo breues sunt vt nihil esse dicātur: Ioannes faber in pohemio institutionū post. Ber. quē citat dicit. Vigilātissime obseruate/quid scire magis priusve oporteat. Tempus enim breue est. idcirco tu qui cum timore & tremore tuam ipsius optare salutem pro tēporis breuitate festinas: ea prius scire/ ampliusq; curato quę senseris viciniora saluti. Nā secundū Senecā/ Dementia est/ superuacua addiscere in tanta tēporis egestate. Hæc Io. fa.

c ℭDucunt. Huius dicti meminit Archi. in c. Tempus. 13. q. 2.

d ℭDies diei. & nox nocti. dici pōt q̄ istis verbis velit psalmista dicere/ q bon⁹ est/ bono: qui malus est/ malo viro secreta sua aperit. Vñ videat textus in c. nerui testiculorum. paulo post princ. 13. distinc. vbi dicit. Qui mundi hui⁹ appetit amicitias: cuilibet alteri similē sibi ducenti vitam/ q̄ secreta illius omni silentio contegat / iureiurando cōstringit. &c. Hæc tex. Videatur etiam bonus textus in c. in noua. circa mediū. 16. q. 7. vbi dicitur. Cohęrere & coniungi non possunt: quibus studia & vota sunt diuersa.

e ℭNon dimidiabūt. Facit bonus textus apud legistas in l. 3. circa me. C. de epis. au. vbi dicitur. Veneficus/ malefic⁹/ adulter/ violatorq; monetę/ homicida/ patricida; quod fecit/ semper expectet.

f ℭDefecerunt. Deficiūt in vanitate dies eorum: qui in vanis disciplinis & ad salutem non vtilibus ætatem consumūt. Quid enim congeritur ad virtutū cumulū: & in quo excitatur animus ad salutem/ per verborum grammaticalium diligentias/ metrificantum pedes/ logicorum fallacias/ rhetoricorū ornat⁹/ musicorum modulos/ Arithmeticorū numeros/ geometrarum mensuras &/ Astrologorum diuinationes? Potius ei

¶Melior est dies vna in atriis tuis deus super milia. psal.83. c.
¶Mille anni ante oculos tuos (domine) tanq̄ dies hesterna q̄ preteriit. 89.
¶Omnes dies nostri defecerūt: & in ira tua defecim⁹ Anni nostri sicut aranea meditabūtur: dies annorū nostrorū in ipsis septuagīta anni Si autē in potētatibus/ octogita āni: & āpli⁹ eorū labor & dolor. 89.c.
¶Non auertas faciem tuam a me domine: in quacunq; die tribulor/ inclina ad me aurē tuā. In quacūq; die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremiū aruerūt. 101.a.
¶Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui. 101.b.
¶Hęc est dies quam fecit dominus: exultemus & lętemur in ea. 11.7?
¶Constituite diem [g] solennem in condensis: vsq; ad cornu altaris. 117.d.
¶Quot sunt dies serui tui: quādo facies de persequētibus me iudiciū? 118.k.
¶Ordinatione tua domine perseuerat dies: quoniā oia seruiunt tibi. 118.m.
¶Per diem sol non vret te: neq; luna per noctem. 120: a.
¶Lōgitudo dierū in dextera sapiētię: & in sinistra illius diuitię & gl'ia. proū.3. b.
¶Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi iuge conuiuium. 15.b.
¶Ne glorieris in crastinum: ignorans quid superuentura pariat dies. 27.a.
¶Qui odit [k] auaritiam: longi fient dies eius. 28.c.
¶Melius est nomen bonum/ q̄ vnguenta preciosa: & dies [l] mortis/ die [l] natiuitatis. eccēs.7. a
¶Ne tardes [m] conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius: & in tempore vindictę disperdet te. eccl.5.b.
¶Quare [n] dies diem superat/ & iterum lux lucem/ & annus annū/ a sole ad solem? A domini scientia separati sunt facto sole: & pręceptum custodiente per dei sapiētiam diuidūtur. Et immutauit tempora/ & dies festos ipsorum: & in illis dies festos celebrauerunt ad horam. &c. eccl.33. a.

sunt onus & sarcina ad beatitudinem q̄ subsidiū. Vnde Hiero. In vanitate sensus/ & obscuritate mentis ingredit: qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur. Dicit tex. in c. Nonne. 37. distinc. Hæc sunt verba. lo. fab. in p. he. insti. colū. 1.

g ¶Ad cornu altaris. Qui vsq; ad altaris cornu possint/ & qui nō possint/ aut saltē nō debeant accedere: videatur textus in c. 1. de vita & ho. cle. vbi dicit. Vt laici secus altare q̄n sacra mysteria celebrant stare vel sedere inter clericos nō p̄sumant. Sed pars illa quæ cancellis ab altari diuiditur/ tantū psallentibus pateat clericis. Ad orādū vero & cōmunicādū laicis/ & fœminis sicut mos ē/ pateant sancta sctōrū. Et in c. 1. versi. fina. de coha. cle. & mulie. vbi dicitur. Prohibendum est vt nulla fœmina ad altare p̄sumat accedere: aut infra cancellos stare siue sedere. Et in c. sacratas. 23. dis. vbi dicitur. Sacratas deo fœminas vel monachas/ sacra vasa vel sacratas palas penes vos contingere/ & incēsum circa altaria deferre/ perlatū est ad apostolicam sedē. quę omni repręhensione plena esse & vituperatione nulli recte sapientū dubium est. Quapropter huius sanctę sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare q̄ citius poteritis cēsemus. Et ne pestis hæc latius diuulgetur: per omnes prouincias abstergi citissime mandamus.

g ¶Diem solēnem. Dies solēnes existimant/ dies natalis dn̄i/ paschę/ penthecostes/ & assumptionis. prout est bonus text⁹ in c. fi. §. Adiicim⁹. versi. in festiuitatibus. & ibi Archidiacon⁹/ de sen. excō. in. 6. multū tamē in assignatiōe dierum solēnium attenditur locorū cōsuetudo. ar. tex. in c. 2. de feriis. Vnde Romę sunt tres dies reputati solēnes q̄tū ad processionē papalem: scilicet dies iouis hebdomadę sanctę/ dies ascensionis/ & festum dedicationis/ Basilicarū Petri & Pauli. ita dicit glo. in cle. 1. in verbo solēnes. de iudi.

i ¶Crastinū. Videantur quæ. s. annotata sunt in verbo Crastinus.

k ¶Odit. Odire autem quilibet debet cū sit causa omniū malorū & maxime cū iudicum inhęret animabus. Dicit tex. in auctenti. vt iudi. sine quoquo suffra. §. Cogitatio. Et quisquis hanc & presertim in dandis ecclesiasticis honoribus diligēter non pręcauet: infidelitatis perditioni subiicitur/ etiam si tenere fidem verbis (quā negat facto) videatur. dicit tex. in c. cum omnis. 1. q. 1.

l ¶Dies mortis die natiuitatis. Hæc sentētia secundum corticem litterę procedit clare in hiis de quibus loquitur textus in c. A nobis. de aposta. & in c. nouimus. de verbo. signi. Quibus scilicet propter nimias miserias mors est solatium/ & vita suppliciū. Quod si hæc sententia loquatur de morte iustorū/ & velit dicere mortem eorum per quam nascuntur ad ęternam gloriam/ meliorem esse natiuitate eorum per quam nati fuerunt ad mundanam miseriam: videatur bonus tex. in c. sane quod circa. mediū. 24. q 3. vbi probatur mortem iustorum haberi gloriosam & pro eorum natali celebrari. & ita istam sententiam declarat Archi. in c. valida. in princ. de pœni. distinc. 1.

m ¶Tardes. Circa hāc sententiam videatur solēnis textus Augustini in c. Nullus expectet. de pœni. distinc. 7. de quo textu dictum est. s. in verbo Confessio. q. & in verbo Conuertere. e. vbi videatur.

n ¶Quare dies. An hac sententia ponatur eorum interrogatio qui petūt. Quare de duobus iuste viuentibus vnus dari nit perseuerare & in iniustitia moritur/ alter vero perseuerat? An etiam in versi. a dn̄i scientia. ponatur ad questionem responsio/ vt sc3 sans sit deum ita voluisse eos separare: nec aliam rationem nisi dei voluntatem adduci posse. Quod si hoc & illud velit Salomon dicere: videat celebris textus Augustini in c. si ea bono. col. 1. & pric. sequens. de pœni. distinc. 4. vbi dicitur. Si (pro quia) aliqui ex bono in malū deficientes moriūtur: respondeant si possunt/ cur illos deus cum fideliter & pie viuerent/ non tamen de vitę huius rapuit periculis/ ne malitia mutaret intellectum eorum/ & ne fictio deciperet animas eorum. Vtrum hoc in potestate non habuit? An eorum mala futura nesciuit? Nempe nihil horū nisi peruersissime ac insanissime dicitur. Cur ergo non fecit: respondeant qui nos irrident quando in talibus rebus exclamamus. q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles viæ eius? Nunquid enim non donat deus hoc quibus voluerit? aut vera illa scriptura mentitur quę de morte velut immatura hominis iusti ait. Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius. & ne fictio deciperet animā eius. Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat deus/ aliis non dat? apud quem non est iniquitas neq; acceptio personarum/ & in cuius potestate est q̄diu quisq; in hac vita manet quæ tentatio dicta est super terram? Sicut ergo coguntur fateri donum dei esse vt finiat homo dei vitam istam antēq̄ ea bono mutetur in malum: cur aūt id aliis donetur aliis non detur/ ignoratur. id tamen donum dei esse in bono perseuerantiam fateantur nobiscum: & cur aliis detur aliis non detur/ sine murmure aduersus deum dignentur ignorare nobiscum. Hæc textus.

o ¶Dies. Quia istę sententię prophetice ad tempus finalis iudicii possunt accommodari: videantur quæ in eius materia annotabuntur. j. eodem. q.

p ¶Diem. Dies etiam iure humano nõnunq̃ ponitur pro anno. vt est teatus in c. hoc ipsum. circa princ. 33. q. 2. vbi teatus de septẽnali pœnitẽtia loquens dicit. Caro sacerdotis dũ superbię dedita/sordidissimis cogitationũ maculatur cõragius: extra castra septem diebus hoc est extra collegiũ ecclesię septem annis pronciatur. Hæc tea. Et ita etiam diem pro anno accipi notat glo. in c. tenere. in verbo Anno. 31. distinc. Quod clare procedit in vltimo die anni: quia vltimus dies anni licet tãtũmodo cœptus/ habetur pro toto anno. prout est casus in l. qua ætate. ff. de testamẽ. vbi licet ad ptãtẽ testamẽtum condendi exigatur in masculo ann⁹. 14. cõplet⁹: tñ si vltima die anni. 14. fecerit testamentũ/ valebit. q̃ annus decimusquartus dicit̃ cõpletus: si vltimus dies iceptus est. Et idem notatur per glosam & Aretinũ in. §. præterea insti. Quib. nõ est permis. fa. testamẽ. Immo etiã de iure ciuili q̃n q̃ primus dies anni habetur pro toto anno: vt est tea. in l. Ad rẽp. ff. de mune. & hono. vbi fauore reip. vt ad eam regendã aliquis admittatur/ prima dies sui anni. 25. habetur pro toto anno. ita q̃ perinde admittitur ac si completus esset annus su⁹ vigesimusquint⁹. Et idẽ q̃n agit̃ de fauore filij respectu hæreditatis paternæ: vt cum pater instituit extraneũ grauando eum vt restituat hæreditatẽ suã filio suo/ cũ habebit annũ. 20. quia propter fauorem filij prima dies anni. 20. habebitur pro toto anno ita q̃ restituanda erit sibi hæreditas patris ac si haberet annũ. 20. cõplectũ. Tea. est no in l. qui filiũ. §. Sabin⁹. ff. ad sena. trebel. Et ita etiam dicit glosa. in l. 3. §. minorẽ. ff. de minoribus.

q ¶Quoniam hęc sententia & multę sequẽtes hac litera. q. super signatę/diei finalis iudicij videntur accõmodandę: pro annotatione earum notetur imprimis quod dicit Arch. in c. vereor. 8. q. 1. vbi dicit quadruplex reperiri iudiciũ. Aliud enim est iudiciũ auctoritatis/ & tali iudicio iudicat papa/iudicante delegato suo/ quia non sua sed delegantis potestate fungitur. c. sane. de offi. dele. & istud primũ iudicium erit iudicium toti⁹ trinitatis in vltimo iudicio. Aliud est iudiciũ ministerij: & tali iudicio iudi

esa.13.b. ¶Vlulate: quia ppe est dies [o] domini: quasi vastitas a dño veniet. Propter hoc omnes dissoluentur: & omne cor hominis contabescet & conteretur. Torsiões & dolores tenebũt: quasi parturiẽtes dolebũt. Vnusquisq; ad proximum suum stupebit: facies conbustę vultus eorum.

13.b. ¶Ecce dies domini veniet crudelis & indignationis plenus/ & irę furorisq;/ad ponendam terram in solitudinem/& peccatores eius conterendos de ea: quoniã stellę cœli & splẽdor earũ non expãdẽt lumẽ suũ &c.

22.b. ¶Dies interfectionis & conculcationis & fletuum domino deo exercituum in valle visionis.

eze.4.b. ¶Diem [p] pro anno: diem inquam pro anno dedi tibi.

iohel.2.a ¶Cõturbentur omnes habitatores/quia venit dies [q] domini: quia prope est dies tenebrarum & caliginis/dies [q] nubis & turbinis. Quasi mane expansum super montes populus multus & fortis. Similis ei non fuit a principio: & post eum non erit vsq; in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorans: & post eum exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra corã eo: & post eum solitudo deserti/ neq; est qui effugiat eum. Quasi aspectus equorũ aspectus eorum: & quasi equites sic currẽt. Sicut exitus quadrigarum super capita montium exiliẽt/ sicut sonitus flammę ignis deuorãtis stipulã: velut populus fortis præparatus ad prelium. A facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam. Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascendent murũ. Viri in vijs suis gradiẽtur: & nõ declinabũt a semitis suis. Vnusquisq; fratrem suũ non coarctabit: singuli in calle suo ambulabũt. Sed et per fenestras cadent: & non demolientur. Vrbẽ ingredientur: in muro current. Domos conscendent: per fenestras intrabũt quasi fur. A facie eius contremuit terra/moti sunt cœli: sol & luna obtenebrati sũt/ & stellę retraxerũt splendorẽ suũ. Et dñs dedit vocem suam ante faciẽ exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius/ quia fortia & faciẽtia verbũ eius. Magnus eni dies dñi & terribilis valde: & quis sustinebit eũ?

iohel.2.g ¶Sol [q] cõuertetur in tenebras/& luna in sanguinem: ante q̃ veniat dies domini magnus & terribilis.

amos.5.f. ¶Vę desyderantibus [q] diem domini. Ad quid eam vobis? Dies domini ista tenebrę: & nõ lux. Quomodo si fugiat vir a facie leonis/& occurrat ei vrsus/& ingrediat̃ domũ: & innitatur manu sua super parietẽ & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebrę dies domini: & non lux & caligo/& non splendor in ea?

abdię.d.e ¶Non despicies in die fratris tui/ in die peregrinationis eius: & non lętaberis super filios Iuda in die perditionis eorum/& non magnificabis os tuum in die angustię. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinę eorum/neq; despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius & non emitteris aduersus exercitũ eius in die vastitatis illius: neq; stabis in exitibus vt interficias eos qui fugerunt. Et non concludes reliquos eius in die tribulationis: quoniam iuxta est dies [q] domini super omnes gentes.

micheę.3.c ¶Occũbet sol super pphetas (dicit dñs) & obtenebrabit̃ super eos dies.

sopho.4.b ¶Silete a facie domini dei: quia iuxta est [q] dies domini. Quia pparauit dominus hostiam: sanctificauit vocatos suos. Et erit in die hostię domini. Visitabo super principes & super filios regis & super omnes qui induti sunt veste peregrina. Et visitabo super omnem qui arrogãter in-

greditur ſuper limen in die illa : qui compleuit domum domini dei ſui in iniquitate et dolo. Et erit in die illa dicit domin⁹ vox clamoris a porta piſcium & vlulatus a ſecunda & contritio magna a collibus.

ℭIuxta [q] eſt dies [q] domini magn⁹: iuxta eſt/ & velox nimis. Vox dei domini amara: tribulabitur ibi fortis. Dies irę/ dies illa: dies tribulationis et anguſtię/ dies calamitatis & miſerię/ dies tenebrarum & caliginis/ dies nebulę & turbinis/ dies turbę et clangoris ſuper ciuitates munitas & ſuper angulos excelſos. Et tribulabo hoies / et ambulabūt vt cæci : quia domino peccauerunt. Et effūdetur ſanguis eorum ſicut humus/ & corpora eorum ſicut ſtercora: ſed & argentum eorum & aurum non poterit liberare eos in die irę domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra: quia cōſūmationem cū feſtinatione faciet cūctis habitātib⁹ terrā. sopho.1.c

ℭConuenite [q] / congregamini gens non amabilis priuſq̃ pariat iuſſio/ et viſio quaſi puluerē tranſeuntē diē: anteq̃ veniat ſuper vos ira furoris domini/ anteq̃ veniat ſuper vos ira indignationis domini. 2.a.

ℭQuerite [q] dominum omnes manſueti terrę / quia iudicium eſtis operati: quęrite iuſtum/ quęrite manſuetum ſi quo modo abſcondamini in die furoris domini/ quia Gaza deſtructa erit & Aſcalō in deſertū. Azotum in meridie eijcient: & Accharum eradicabitur. 2.a.

ℭQuis deſpexit dies paruos? zacha.4.c

ℭQuis poterit [q] cogitare diem aduentus domini? & quis ſtabit ad vidēdū eū? Ipſe eni quaſi ignis cōflās & quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans & emūdans argentum/ & purgabit [r] filios Leui: et colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum/ et erunt domino offerētes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit dño ſacrificiū Iuda & Hieruſalē ſicut dies ſęculi: et cut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio/ & ero teſtis velox maleficis/ et adulteris/ & periuris/ & qui calumniantur mercedem mercennarij/ et humiliāt viduas et pupillos/ & opprimunt peregrinum/ nec timuerunt me (dicit dominus exercituum). mala.3.a.

ℭEcce [s] dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: et erunt omnes ſuperbi/ et omnes facientes impietatem/ ſtipula. Et inflammabit eos dies veniens dicit dñs exercituū: quę nō derelinquet eis radicē & germē. Et orietur [t] vobis timētib⁹ nomē meū/ ſol iuſtitię et ſanitas ī pēnis eius : et egrediemini et ſalietis ſicut vitulus de armēto. Et calcabitis impios cum fuerit cinis/ ſub plāta pedū vrorū/ in die quā ego facio. dicit dñs exercituum. mala.4.a

ℭEcce ego mittā vobis Heliā prophetam āteq̃ veniat dies domini magnus et horribilis : et conuertet cor patrum ad filios/ et cor filiorum ad patres eorum/ ne forte veniam & percutiam terram anathemate. mala.4.b

cat delegatus / quia eius miniſterium electū eſt. & iſtud erit filij dei : cui pater dedit omne iudiciū. vt Io. 5. Aliud eſt iudiciū approbationis: & tali iudicio iudicant clerici epo cauſas agente. Et iſtud erit apoſtolorū. quia vos qui ſecuti eſtis me. &c. Mat. 19. Aliud eſt iudicium operationis ſeu quod fit vitæ cōparatione. tali modo iudicantur mali a bonis/ & peiores a malis. Et iſtud iudiciū fiet in vltimo iudicio a iuſtis/ & a mediocriter malis: prout eſt tex. in d.c. vereor. vbi dicit. Vereor (ideſt verecūdor) quō regina auſtri veniēs a finibus terrę audire ſapientiā Salomonis iudicatura eſt hoies temporis ſui: & viri Niniuitę acta pœnitētia ad prędicationem Ionę condēnabunt eos qui maiorē etiam Iona ſaluatorem contēpſerunt. Hæc Archi. Secūdo notetur tex. de hoc iudicio loquēs in c. aliorum. circa me. 9. q. 3. vbi dicit Nolite ęſtimare eas animas inquiſitionis non habere formidinē: quas deus præ cęteris ſuo reſeruauit examini. Non habet ille apud eum de allegationis nitore ſubſidiū: quando ipſorū factorum vtitur eo teſte / quo iudice. Tertio notetur textus in c. Qualis. 25. diſtinc. vbi dicitur. Qualis hinc quiſq; egreditur: talis in iudicio apparebit/ vel repræſentabitur. Sed tamē de quibuſdā culpis eſſe ante iudiciū/ purgatiōis ignis credēdus eſt: pro eo q̄ veritas dicit. Quia ſi quis in ſpiritū ſanctū blaſphemias dixerit: neq; in hoc ſæculo remittet ei / neq; in futuro. in qua ſententia datur itelligi: quaſdā culpas i hoc ſęculo/ quaſdā in futuro poſſe relaxari. Quod aūt de vno negatur : conſequēs intellectus pateat q2 de qbuſdā cōcedit. ſed tn̄ vt p̄dixi/ hoc de paruis minimiſq; peccatis fieri poſſe credēdū eſt: ſicut eſt aſſidu⁹ & ocioſus ſermo/ immoderat⁹ riſus/ vel peccatū curę familiaris. quod vix ſine culpa vel ab ipſis agitur: qui culpā qualiter declinare debeāt ſciūt. quæ etiam poſt mortē grauāt ſi adhuc in vita poſitis minime in morte fuerint relaxata. Quarto notet textus in c. ſacerdotibus in fine. 11. q. 1. vbi dicit. Neſcimus adhuc qualis quiſq; i terribili iudicio dei futur⁹ ſit. Etei Paul⁹ egregi⁹ p̄dicator dicit. Nolite āte tēp⁹ iudicare: quoaduſq; veniat dñs. &c. Nā ſunt multa q̄ de iudicio illi⁹ hoies ignorāt: q2 fortaſſe quæ vos laudatis ille reprehendet. & quæ vos reprēhēditis ille laudabit. Vltio notet tex. i c. 1. col. 2. de ſū. tri. & fi. ca. vbi dr. Vēturus eſt. ſupple Chriſt⁹ in fine ſęculi/ iudicatur⁹ viuos & mortuos/ & redditurus ſingulis ſecūdū opera ſua tā reprobis q̄ electis. illis: cū diabolo pœnā perpetuā. iſtis: ſecū gloriā ſēpiternā. Cętera q̄ hic poſſēt ānotari: videātur. J. in verbo iudiciū. r ℭEt purgabit. Circa hoc verbū & ſequētia: videat bon⁹ tex. Hieronymi. in c. Et purgabit. 50. diſ. vbi poſito hoc dicto/ & purgabit filios Leui/ ſubiūgit. In filijs Leui oēm ſacerdotalē itellige dignitatē. Si aūt ſacerdotes purgādi ſūt & colādi/ vt purum aurū remaneat & argentū: quid de cęteris eſt dicēdū ſq cū emēdati fuerint & colati: tūc offerent deo iuſta ſacrificia. & placabit deo ſacrificiū eorum quod offertur p̄ Iuda & Hieruſalē: hoc eſt pro his qui dñm cōfitentur/ & pacē eius mēte cōſpiciūt ſicut dies ſęculi & ſicut āni ātiqui. hoc eſt vt quō in principio placuerūt deo: ſic poſt peccatū & pœnitentiam placere incipiant/ cū fuerint peccatorū ſorde purgati. Hęc textus. s ℭEcce dies. Videat annotatio. s. eodem. q. t ℭOrietur. &c. Circa hæc verba videndus eſt bonus tex. in c. qm̄ vetus. circa medium. 24. q. 1. vbi dicitur. In occidente ſol iuſtitię oritur. in oriente autē/ lucifer ille qui ceciderat ſupra ſydera poſuit thronum ſuum.

v ℭ Non preteribunt. Pro huius sententiæ annotatione videatur tex. in c. 1. circa. princ. 25. q. 4. vbi dicitur. Est verbum dñi validū/ forte/ durabile/ & immutabile/ & perseuerabile/ non momētaneū/ non transitorium. Ait enim per seipsa veritas quę deus est. Cœlū & terra transibunt: verba aūt mea non trāsibunt. x ℭ Nisi solus pater. Et sic nescit filius. quod est verum ratione humanitatis: sed bene scit ratione diuinitatis. Ita declarat Archi. 26. q. 1. in prīc. Vel filius nescit supple ad reuelandū nobis. Ita Archi. in c. si sacerdos. col. 2. de pœni. distinc. 6. sicut in simili dicitur in sacerdote qui q̄uis sciat peccatū sibi confessum: tñ dicitur nescire q̄tū ad reuelandū. Ita ꝙ si in testem producatur vt reuelet: potest simpliciter iurare se nescire. vt cōmuniter concluditur in c. si sacerdos. de offi. ordi. & in c. ois vtriusꝙ sexus. de pœni. & remis.

mat.4. b. ℭNisi breuiati fuissēt dies illi/ non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Et diffusius supra in verbo aduentus.

24. c. ℭCœlum & terra transibunt (dicit Ihesus) verba autem mea non preteribunt v. De die autem illa & hora nemo scit/ neꝙ angeli cœlorum: nisi solus x pater. Sicut autem in diebus Noe: ita erit & aduentus filii hominis. Sicut eni erant in diebus ante diluuiū comedentes & bibētes/ nubētes & nuptui tradentes/ vsꝙ ad eū diē quo intrauit Noe in arcā/ & nō cognouerūt donec venit diluuiū/ & tulit oēs: ita erit & aduēt9 filii hois.

25. a. ℭVigilate: quia nescitis diem neꝙ horam.

marci. 1. b ℭErat Ihesus in deserto quadraginta diebus & quadragīta noctibus: et tentabatur a sathana.

1 cori. 3. c ℭDies domini declarabit/ quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusꝙ op9 quale sit ignis probabit.

1. cori. 4 a ℭMihi (inquit Paulus) pro y minimo est/ vt a vobis iudicer/ aut ab humano die: sed neꝙ meipsum iudico.

2. cori. 6. a ℭTempore accepto exaudiui te (dicit dominus) & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus z acceptabile/ ecce nūc dies salutis: nemini dantes vllam offensionem/ vt a non vituperetur ministerium nostrum

gala. 4. b. ℭDies b obseruatis/ & mēses b/ et tēpora b & annos b: propterea (supple timeo) ne forte sine causa laborauerim in vobis.

ephe. 5. d. ℭVidete fratres quomodo caute ambuletis/ non quasi insipientes/ sed vt sapientes: redimentes tempus/ quoniam dies mali sunt.

y ℭ Pro minimo est. &c. Tex. est hæc verba citans in c. Beatus. 6. q. 1. vbi dicitur. Btūs Petrus præcipiebat/ cunctorum sacerdotū vitā superiorē sanctioreꝙ ac discretā a sæcularibus & laicis hominibus esse: & spirituales atꝙ sacerdotes super carnales ac laicos semper constituere & fore dicebat debere. quoniā si boni supple simus/ & eorū calūnias vitare non possimus: pro minimo esse nobis debet/ vt a talibus arguamur & iudicemur/ vel ab humano die. Cętera quæ hic annotari possent/ videantur. s in verbo Cōsciētia. super illud apli. Gloria nr̄a hæc est: testimoniū cōsciētię nrę.

z ℭ Ecce nūc temp9 acceptabile. Hæc verba Ambrosius accommodat tempori quadragesimali dicens. Ecce nunc temp9 acceptabile adest: in quo confessio animā a morte liberat/ confessio aperit paradisum/ confessio spem saluādi tribuit. Vnde scriptura dicit. Dic tu iniquitates tuas: vt iustificeris. Ita dicit textus qui est Ambrosii in sermone quadragesimę. in c. Ecce nūc tēpus. de pœni. distinc. 1.

a ℭ Vt nō vituperet. &c. Hæc verba sacerdotes præ cęteris respiciūt: & pro eorū instructiōe accōmodant. Tex. est in c. Quando. 1. 44 distinc. vbi dicitur. Se contineant oēs presbyteri/ maxime in locis cōuiualibus/ vt non vituperetur ministeriū eorū. & in c. oportet. 81. distinc. vbi dicit. Neꝙ hoc silere debeo (quod cū graui animi tristitia & amaritudine dico) sacerdotes cū fœminis habitare cōspicio. quod nefariū est dicere vel audire: & contra canonū sancita. vbi eni talis fuerit cōmorantiū habitatio: antiqui hostis stimuli non desūt. ideoꝙ admonendi sunt: vt non antiqui hostis decipiātur fraude: quatenus iuxta apostoli vocē non vituperetur ministerum nostrū. Et in c. si mala fama 2. q. 5. vbi dicit. Si mala fama de p̄sbytero exegerit/ & accusatores ac testes legales defuerint: ne contra apostolum infirmorū corda percutiantur/ & ne vituperetur ministeriū nostrū/ ne vel securiores p̄sbyteri existentes licentius in peccatū plabant/ secūdū decreta maiorū cū denominatis sibi vicinis p̄sbyteris quos scimus se nolle peierare/ sacramēto famā suā purget. Et in c. significasti. de adulteriis. vbi dicit. Significasti nobis quēdā p̄sbyterum cū alterius coniuge intra ecclesiā dormiuisse: quæ se & illū cuidā sacerdoti hmōi delictū publice confessos fuisse tibi detexit. & hoc ipsū idē sacerdos nomē adulteri celans in pn̄ia tua dixit. Super quo quid fieri debeat: cū negāte adultero mulier in confessione persistat/ consiliū requisisti. Ideoꝙ mādam9 quaten9 cōdignā pœnitentiā p̄fatę imponens adulteræ/ ecclesiā per aspersionē aquę bn̄dictę/ recōciliare pcures: pdicto aūt sacerdoti ne cōtra apostolū infirmorū corda mala fama ipsius percutiant/ & ne vituperet ministeriū nr̄m/ neꝙ securiores p̄sbyteri existētes in pc̄m licētius plabāt/ cū vicinis qui neꝙ p̄sbyteris quos se nolle peierare cognoueris/ iuxta arbitrium tuum purgationem indicas.

b ℭ Dies obseruatis. &c. Circa hāc sētētiā Pauli vidēdus est celebris tex. Aug. in c. pe. 26 q. 7. vbi dicit. Quis existimaret q̄ magnū pc̄m sit/ dies obseruare & mēses & ānos & tp̄a/ sicut obseruāt q certis dieb9 siue mēsib9 siue ānis volūt aut nolūt aliqd inchoare eo ꝙ secundum vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora: nisi hui9 mali magnitudinē ex timore apl̄i pēsarem9 q talib9 ait. Timeo ne sine cā laborauerī i vobis. Et tex. Martini papę in c. Nō licet. eadē cā & ques. vbi dr̄. Nō licet iniquas obseruatiōes agere/ calēdarū & ociis vacare/ neꝙ lauro aūt viriditate arborū cingere domos. ois ei hęc obseruatio paganorū ē. Et tex. zacharię papę. i c. si qs calēdas. eadē cā & q̄stione. vbi dr̄. Si qs calēdas Ianuarii ritu paganorū colere vł aliqd noui pl9 facere ꝓpter nouū ānū/ aut mēsas cū lapadib9 vel epulis i domib9 p̄parare/ & p vicos & plateas cātatores & choros ducere p̄sūpserit: anathema sit. Et tex. q Aug. ē i c. nō obseruetis. eadē cā & q̄st. vbi dr̄. Nō obseruetis dies q dn̄r Aegyptiaci/ aut calēdas Ianuarii i qb9 cātilenę q̄dā & comessatiōes & adinuicē dona donāt q̄si i pricipio āni boni fati augurio/ aut aliquot mēses aut tp̄a aut dies & ānos aut lunę solisꝙ cursū: qa q has & q̄scūꝙ diuinatiōes aut facta auguria obseruat/ aut attēdit/ aut cōsētit obseruātib9 iuntiluret sine cā: magis ad sui dānationē q̄ ad salutē tēdit. Hęc tex. supra allegati. circa quos tñ & p̄serti eos q de donis q dāt i Ianuarii calēdis loquūtur: ē aduertēdū ꝙ talia dona satis pmissa sūt vbi ois sinistra opinio tolleret. itaꝙ nihil ex eis habitis faustū & nihil ex eis nō habitis infaustū p̄sumeret sed solū darentur vł gr̄a cuiusdā honestę liberalitatis vel amicitię cōseruādę. in ista ei obseruatiōe dicerū satis est ꝙ tollat superstitio. Ita sentit Archi. in d. c. nō licet. & i d. c. nō obseruetis. Et est bo. tex. talia dona permittēs vbi bona intētiōe fiūt/ in l. laudabile. in pric. C. de aduo. diuer. iudicū. vbi dr̄. Laudabile vitæꝙ hominū necessariū aduocatiōis officiū maxime pricipalibus p̄miis oportet remunerari. ideoꝙ iubem9 clarissimos viros fisci p

tempore patronos fori tuę celſitudinis/ſolenni die feſtiuitatis kalendarum iannariarū ipſins tantummodo anni p quem tale peragunt officiū inter ſpectabiles ſacri noſtri conſiſtorij comites diuina noſtrę ſerenitatis manu ſūcti co ſequi ſolatia Hęc tex vbi glo. dicit talia dona ſtrenas vocari Et idē dicit glo in c. legēt epiſcopi. 37. diſtinc. in ver bo ſtrenam. & Archi. in d. c. Non obſeruetis. vbi dicit q̄ ſtrenæ dicuntur quaſi ſeorſum a trena idest lamētatione: quia hilariter dari debent. Vbi etiam abeſt oīs ſuperſtitio/in menſe maio frondes aut virides arbores offerre per miſſum eſt. put eſt tex. cū glo. in. l. vnica. C. de manima. li. 11. vbi gloſa dicit idē eſſe in reginis q̄ mēſe maij fiunt in Bononia/ put etiā fiūt in Gallia. Et facit bon⁹ tex. in l. vt prophanos. in fine. C. de paganis. vbi dicitur. Abſq̧ vllo ſacrificio atq̧ vlla ſuperſtitiōe dānabili exhiberi populorū voluptates ſecūdū veterē cōſuetudinem/ iniri etiā feſta & conuiuia ſi quādo exigunt publicata vota/ decernimus. Hæc tex. Dies autem ęgyptiacos ſic dictos quia Aegyptij inuenerūt vt qui talibus diebus aliquid inchoaret malum haberet exitum/ q̄ſuis improbatos/ vt pote cū habeant ſuperſtitionē annexam: tamē patit ecclesia in kalēdarijs ſignari/ nō vt eos obſeruem⁹/ ſed vt Aegyptiorū errorē cognoſcamus & reprobemus. prout in ſimili dicit tex. in c. legimus. 2. 27. diſ. vbi dicit. Legimus aliqua ne negligant/ legimus ne ignoremus/ legimus nō vt teneamus ſed vt reprobemus. Et in c. fi. verſi Paulatim. 7. diſ. dicit tex Paulatim antiquę leges vetuſtate atq; i curia aboluerunt: quarū etſi iam nullus eſt vſus/ notitia tñ neceſſaria eſt.
e ℂ Dies dñi ſicut fur. Videantur q̄ ſcripta ſūt. ſ eodē. q. d ℂ Siue vigilem⁹. &c dici pōt q̄ his verbis admonemur: vt quicquid agimus vel omittimus/ illud agamus vel omittam⁹ ad laudē dei. Vñ videatur bo. tex. & ſatis apt⁹ idē inuēs i c. 1. i fi. de offi. cuſto. & i c. Ad honorem. in princ. de aucto. & vſu pallij.
e ℂ Nō cito moueamini Hinc dicit tex. in c. licet. in princ. de regula. q̄ priuilegiū cōceſſū quibuſdā monachis & canonicis/ necnon hoſpitalarijs & tēplarijs/ ne poſtq̄ aliquis profeſſus fuerit apud eos ad aliū locum poſſit ipſis inuitis arctioris etiam religionis obtētu trāſire/ vt vnuſquiſq̧ ſecūdū apoſtolū in ea vocatione permaneat in qua dinoſcitur eſſe vocat⁹: ea ratione videtur conceſſū ne quis ex temeritate vel leuitate in iacturā vel iniuriā ſui ordinis ſub p̄textu maioris religionis ad aliū ordinē trāſuolaret/ ſicut frequenter a multis conſtat eſſe præſumptum f ℂ In verbo tēpus. ibidē ānotabit.
ff ℂ Nō deſerētes collectionē noſtrā. Si tñ quis collectionē ſuā .i. cōgregationē monaſticā quā elegit/ vellet etiam poſt pfeſſionē iā factam deſerere/ nō vt collectiōi ſuę derogaret/ ſed vt apud alios vitā duceret arctiorē: nō eſſet moleſtandus. quia charitas eſt ſons proprius: cui non cōmunicat alienus. Ita dicit tex. in c. licet quibuſdā in fi. de regula. g ℂ Videantur annotata. ſ. eodem. q. h ℂ Apud dñm. Omnia eni ſūt ante oculos dei nuda & aperta. dicit tex. in c. deus omnipotēs. in princ. 2. q. 1. & in c. preſbyter. in fi. 2. q. 5. Et ſatis cōformiter ad hāc ſentētiā Petri/ dicit Archid in c. dicit. circa princ. 23. q. 5. q̄ ſcriptura diuina nō curat de tēporibus: cum apud deum nō ſit tempus. quia vbi tempus: ibi mutatio. & vbi mutatio: ibi ſenectus. & vbi ſenectus: ibi defectus. vnde cū apud deum non ſit defectus: ſequitur arguendo a primo ad vltimum/ q̄ apud eum non eſt tempus. Hæc Archi.

ℂ Accipite armaturam dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo/ & in omnib⁹ perfecti ſtare. ephe. 6. c.

ℂ Ipſi diligēter ſcitis: quia dies domini ſicut fur in nocte ita veniet. Cū enim dixerit pax pax: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus ſicut dolor in vtero habētis/ et non effugient. Vos autem fratres non eſtis in tenebris/ vt vos dies ille tanq̄ fur comprehendat: omnes enim vos filij lucis eſtis/ & filij diei. 1. theſſ. 5. a

ℂ Nos qui diei ſumus/ ſobrij ſimus: induti loricam fidei et charitatis/ & galeam ſpem ſalutis. Quoniam non poſuit nos deus in iram: ſed in acquiſitionem ſalutis per dominum noſtrum Iheſum Chriſtum/ qui mortuus eſt pro nobis/ vt ſiue vigilemus [d] ſiue dormiamus/ ſimul cum illo viuamus. 1. theſſ. 5 b

ℂ Rogamus vos fratres per aduentū domini noſtri Iheſu Chriſti & noſtrę cōgregationis in ipſū: vt non cito moueamini [e] a veſtro ſenſu/ neq̧ terreamini/ neq̧ per ſpiritum/ neq̧ per ſermonē/ neq̧ per epiſtolam tāq̄ per nos miſſam/ quaſi inſtet dies domini. 2. theſſ. 2 a

ℂ Hoc ſcito (ait Paulus ad Timotheum) quia in nouiſſimis dieb⁹ inſtabunt tempora periculoſa: & erūt homines ſeipſos amantes/ cupidi/ elati/ ſuperbi/ blaſphemi. &c. Vt infra in verbo tempus [f]. 2. tio. 3. a.

ℂ Conſyderemus inuicem in prouocationem charitatis & bonorū operū: non deſerētes [ff] collectionē noſtrā ſicut conſuetudinis eſt quibuſdā/ ſed conſolantes/ & tanto magis q̄to videritis appropinquantem diem. heb. 10. e.

ℂ Apoſtolis ſuis prębuit Iheſ⁹ ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis/ & loquēs de regno dei. Et infra Iheſus. Vbi diffuſius. actuū. 1. a

ℂ Tempora quidem huius ignorantię deſpiciens deus/ nunc annunciat hominibus vt omnes vbiq̧ pœnitentiā agant: eo q̄ ſtatuit diem in quo iudicaturus [g] eſt orbem in æquitate/ in viro in quo ſtatuit fidem prębēs omnibus/ ſuſcitans eum a mortuis. 17. g.

ℂ Hoc primum ſcitote: q̄ venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores/ iuxta proprias cōcupiſcentias ambulantes/ dicētes. Vbi eſt promiſſio aut aduētus eius? Ex quo enim patres dormierunt: oīa ſic perſeuerāt ab initio creaturę. Latent enim eos hoc volentes q̄ cœli erāt prius et terra de aqua/ & per aquam conſiſtens dei verbo per quę ille tunc mūdus inundatus aqua perijt. Cœli autem qui nunc ſunt in terra eodem verbo repoſiti ſunt igni reſeruati in diem iudicij perditionis impiorum hominum. Vnū vero hoc nō lateat vos chariſſimi: quia vnus dies apud dominum, [h] ſicut mille anni/ & mille anni ſicut dies vnus. 2. petri. 3 a

i ¶ In die mandauit. &c. Dici potest q hac sententia monemur vt vtroq tempore/ prosperitatis scз & aduersitatis/ inuocemus dñm. Sed tñ in prosperitate plus simus in dei timore: in aduersitate aũt/ plus in dei amore. Vnde videaẽ pro ratione primi dicti/ tex. in c. Paratus. circa fi. 23. q. 2. vbi dr. Nihil est infelici9 felicitate peccantium: qua pœnalis nutrit ipunitas/ & mala volũtas velut interior hostis roboratur. Pro ratione aũt secũdi: videaẽ tex. in c. Aduersitas. in princi. 7. q. 1 vbi dicit. Aduersitas quæ bonis votis obijcit: pbatio virtutis est/ non indiciũ reprobationis.

2. pe. 3. c. ¶ Adueniet dies dñi sicut fur: in quo cœli magno ipetu transiẽt: elemẽta vero calore soluẽtur/ terra aũt & oia quę in ipsa sunt opera/ exurẽtur.

psal. 41. b. **In die.** ¶ In die [i] mãdauit dñs misericordiã suã: & nocte cãticũ ei9.

49 c. ¶ Inuoca [k] me i die tribulationis (ait dñs) & eruã te/ & honorificabis me

118. x. ¶ Septies [l] in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitię tuę.

eccl. 11. c. ¶ In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum.

luce. 17. a. ¶ Si septies [m] in die peccauerit in te frater tu9 (ait Ihesus ad discipulos) et septies in die conuersus fuerit ad te dicens/ penitet me: dimitte illi.

ioan. 11. b ¶ Nõne duodecim (ait Ihesus discipulis suis) sunt horę diei/ Si quis ambulauerit [n] in die/ nõ offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte: offendit quia lux non est in ipso.

prou. 13. a **Differre & differentia.** ¶ Spes quę differẽ [o] affligit animam. Lignum vitę: desyderium veniens.

29. b. ¶ Totũ spiritũ suũ profert stultus: sapiẽs differt & reseruat in posterũ.

Cui9 etiã dicti ratio innuitur in c. sciscitatus. i fi. 7. q. 1. vbi dicit. Qui recte viuũt: si dei iudicio/ presentis temporis cõmoda fortassis amittant/ futuræ vitæ se sperent gaudia absq ambiguitate pcipere sẽpiterna.

k ¶ Inuoca me. Circa hanc sententiã videãtur q annotata sũt. s. in verbo Angustia. super illud psalmistę. Tribulatio & ãgustia inuenerũt me.

l ¶ Septies in die. Pro huius sententię elucidatiõe ẽ tex. i c. psbyter. versi. Itẽ ex dictis. 91 dis. vbi dr. Septenarius diuinę laudi sacratus numerus a nobis sic ipletur: si matutini/ primę/ tertię/ sextę/ nonę/ vesperi/ completorij tp̃e/ nræ seruitutis officia persolnam9. qa de his dixit propheta. Septies in die laudẽ dixi tibi. Nã de nocturnis vigilijs ipse idem propheta ait. Media nocte surgebã ad cõfitẽdũ tibi. Hęc tex. q (vt sentit ibi Archi.) dũ loquiẽ de nocturnis vigilijs: intelligitur de matutinis simplicib9. i. vsq ad laudes. dũ vero loquiẽ de matutinis: intelligitur de laudibus quę oli dici solebãt separati. i. p9 nocturnas vigilias seu simplices matutinas dictas media nocte. q2 postea dicebanẽ matutinę laudes in diluculo. Antiqui ei patres/ octo horas iter diẽ & noctẽ ad laudẽ dei prę cęteris elegerũt/ q sũt priuilegijs multis in signũ infinitę: scз mediã noctẽ/ diluculũ/ primã/ tertiã/ sextã/ nonã/ vesperas/ & cõpletoriũ. Mediã noctẽ: quia media nocte Christus natus est. media nocte: exterminator ãgelus percussit primogenita ęgypti. media nocte: Christus venturus est ad iudiciũ. vnde illud. Media nocte: clamor factus est. Ecce spõsus venit. exite obuiam ei. Media nocte: etiã cõprehensus est & ligatus & collaphisatus. media nocte: infernũ spoliauit. Diluculũ: quia diluculo illusus est Christus/ & Petri misertus/ & resurrexit/ & stetit in littore/ & rete piscibus impleuit/ & tali hora deus mũdum creauit/ & angelos/ qui statim vt creati sunt/ in laudem sui creatoris eruperunt. & in eadem hora populum Israeliticum per mare rubrum transduxit: ægyptios submersit. Primam: quia tali hora a iudæis Pilato Christus traditus fuit. & eadem hora ab angelis nunciata est mulieribus resurrectio. & eadem hora Marię Magdalenæ apparuit & septem discipulis/ & oues petro commendauit. Tertiam: quia ea hora Christus crucifixus est linguis iudæorũ/ & eadẽ flagellatus/ eadẽq spũs sctũs super discipulos missus. Sextã: quia ea hora Christ9 cruci affixus est/ & tenebrę factæ sup vniuersã terrã/ & in die ascẽsionis suæ cũ discipulis discubuit. Nonã: q2 ea hora discipulis videntib9 cœlos ascẽdit/ p persecutoribus orauit/ & ad patrẽ clamauit/ & spũm emisit/ & lanceat9 de latere sui corporis duo sacramenta nrę salutis scз aquã baptismatis & sanguinẽ nrę redẽptionis eduxit. eadẽ hora velũ tẽpli scissũ est/ petræ scissæ sũt/ terra mota est/ monumẽta aperta sunt/ & latro saluat9 est. Vesperas: q2 ea hora de cruce depositus est. eadẽ hora cũ discipulis cœnauit/ & pedes eorũ lauit/ & sacramẽtũ corporis & sanguinis sui sub specie panis & vini illis tradidit. & eadẽ hora in die resurrectiõis in Emaus in fractione panis cognit9 fuit. Cõpletoriũ: quia ea hora in sepulchro positus fuit. & eadẽ hora clausis ianuis stetit i medio discipulorũ & dixit. pax vobis. In cõpletorio etiã cõplemẽtũ gaudij sanctorũ repsentam9: quod erit in fine sæculi facto iudicio. Amodo ei reqescẽt a laboribus suis. Hęc Archi. De istis etiã septẽ horis loquiẽ tex. q videri põt in c. 1. i pric. de cele. missa. vbi Henric9 Bouhic. col. 1. ponit sequẽtia carmia q aliqua istis horis facta mysteria cõplectũtur: licet aliq ex dictis mysterijs Archi. aliter assignet.

In matutino dãnatur tempore Christus.
Quando surrexit: primã canit ordo fidelis.
Tertia cum canitur: tunc est cruciamina passus.
Sexta sunt tenebræ per mundi climata factæ.
Emissus nona diuinus spiritus hora.
Vespere claudũtur Christi sacra membra sepulchro.
Christo bis sena custodia ponitur hora. idest hora completorij.

An aũt omnes ad laudes deo istis septẽ horis dicẽdas vniformiter teneanẽ/ & de cęteris horarum materiã cõcernẽtibus: videaẽ. j. in verbo Laus.

m ¶ Si septies. Videaẽ quod isti sentẽtiæ annotatũ est. s. in verbo Cõuertere.

n ¶ Ambulat in die. &c. dici potest q ambulare in die/ est ambulare spiritualiter: ambulare vero in nocte/ est ambulare carnaliter. Vnde videatur bo. tex. qui bene pbat istã declarationẽ l c. solitę. colũ. 2 de maio. & obed. vbi dicitur. Ad firmamentũ cœli hoc est vniuersalis ecclesiæ fecit deus duo magna lumiaria. i. duas instituit dignitates quæ sunt pontificalis auctoritas & regalis potestas. Sed illa quę præest diebus idest spiritualibus/ maior est: quæ vero noctibus idest carnalibus/ minor. &c. prout dicetur. j. in verbo Luminare.

o ¶ Spes quę aufertur. An hęc sententia possit contra eos accõmodari qui spem boni alicuius agendi conceperunt/ sed tamen ex aliqua diffidentia illud complere differunt/ vt scз ex tali dilatione anima eorum angustietur: q si sic: videatur pro talium afflictione seu angustia temperanda/ bonus textus. in c. Ancillam. in fine. 32. q. 2. vbi dicitur. Nemo desperandus est q diu in hoc corpore constitutus est: quia nonnũq quod diffidentia ętatis differtur/ consilio maturiore perficitur. Et ita etiã dicit textus in c. 1. de pœni. distinc. 7. Pro quorum etiam afflictione leuanda facit textus in l. sciendum. in princ. ff. de vsu. vbi dicitur/ q non omne quod deferendi causa fit/ annumerãdum est morę. & idem dicit glo. in c. cum post. in verbo protractam. de elec.

ℭNon tardes [p] conuerti ad dominum: & ne differas de die in diem. ecci.5.b.
Et supra in verbo dies: & in verbo conuertere: & vtrobiq; diffusius.
ℭFacile est (ait Iudas Machabę⁹) cõcludi mltos i manu paucorũ: & nõ 1.mach.3b
ē differētia in cõspectu dei cœli/liberare in multis & in paucis. Quoniã
nõ in multitudine [q] exercitus victoria belli: sed de cœlo [q] fortitudo est.

Difficilis & Difficile aduerbium. ℭNunquid (ait Sara) deo gen̄. 8. b.
quicq̃ est difficile?
ℭQuid agendum sit/vbi aliquid difficile [r]/& ambiguum occurrit iudi=
candum: videatur deute. 17. b. et infra in verbo iudicium.
ℭTria sũt difficilia mihi/ & quartum [s] penitus ignoro: viam aquilę in proū.3.c.
cœlo/viam colubri super terram/viam nauis in medio mari/ & viam vi=
ri in adolescentia Talis est & via mulieris adulterę: quę comedit/& ter=
gens os suum dicit non sum operata malum.
ℭCunctę res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. ecēs.1.b.
ℭPeruersi difficile [t] corriguntur: & stultorum infinitus est numerus. 1.c.
ℭFuniculus [v] triplex: difficile rumpitur. 4.c.
ℭDuę species difficiles & periculosę mihi apparuerũt. Difficile exuitur eccl.26. in fine.
negocians [x] a neglıgētia: & non iustificabit [y] caupo a peccatis labiorũ.
ℭNon erit domine tibi difficile (ait Hieremias) omne verbum. &c. hiere.32.c
ℭDiues [z] (ait Ihesus) difficile intrabit in regnũ cœlorũ. Et infra diues. mat.19.c.
ℭQuam difficile qui pecunias habent (ait Ihesus discipulis suis) in re= marci.10 c
gnum dei introibunt?

p ℭNon tardes. Videatur annotatio huic sententiæ facta. s. in verbo Cõuertere. & ibi dictis addatur tex. qui
de eis qui cõuersionem eorum ad mortē vsq; differunt loquens dicit in c. Id circo in fin. de pœni. dis. 7. Non dignus
est in morte accipere solatium: qui se non cogitauit moriturum. q ℭDe cœlo fortitudo est. Hinc dicit tex.
in l. 1. in pric. C. de vete. iure enu. Ita nostros animos ad dei omnipotentis erigim⁹ adiutoriũ: vt neq; armis confida
mus/neq; nostris militibus/neq; bellorum ducibus/vel nostro ingenio/ sed omnem spem ad solã referamus summę
puidentiã trinitatis/ vñ
& mundi totius elemēta
pcesserunt/& eorũ dispo
sitio in orbem terrarum
producta est. Hæc tex.
r ℭDifficile. Iure
humano vbi difficile ali-
quid occurrit iudicandũ/
superior consulit: prout
& scdm formã q̃ habet
in l. 1. C. de rela. vbi di-
cit. Si quis iudicũ duxe-
rit esse referendum/ ni-
hil inter partes pronun-
ciet: sed magis super quo
hæsitandum putauerit/
nostram consulat scienti
am. Et subiũgitur. Quo-
ties aũt ad nostram scien
tiam iudex se polliceat
relaturum/cõsultationis
exemplum litigatoribus
illico edi apud acta iube-
at: vt si cui forte relatio
minus plena vel contra-
ria videatur/is refutato-
rias preces similiter apud
acta sine aliqua frustrati-
ua dilatione offerat Et
text⁹. in auctēn. de iudi.
§. fi. colla. 7. dicit. Si qd
audiētes iudices putaue-
rint esse dubium: damus
eis licentiã de his nũciare
vt discant quæ necessaria sunt/ & ita quod agendum est explicent/& faciant iusta simul &
nobis & consulere nos/
rationabilia iudicia. Hæc textus. Ista autem consultatio quæ fit super difficili occurrenti per iudicem inferiorem a
superiore: vocatur in iure/relatio. Aliquando tamen iudices non consulunt superiorem: sed recurrunt ad consili-
um sapientum. Et ideo speculator posuit titulum de rela. & titulũ de requisitione consilij. Cętera annotabuntur
.j. Iudiciũ. s ℭQuartũ. scilicet viam viri in adolescentia. Ex hac sententia Salomonis dicit glo. in c.
Ex studijs. in verbo intellige. de p̄sump. q; tametsi ex bona conuersatione in adolescentia/futuram bonam in sene
ctute conuersationem præsumi possit: tamen illud pro certo sciri non potest/cum post illa tria quæ Salomon asserit
difficilia/quartum quasi reputat impossibile. viam sc3 viri in adolescentia. per hoc innuens: q; vere inuestigari non
potest. Hæc glo. t ℭDifficile. Difficile aduerbiũ quãdoq; idē est q; impossibile. prout notat glosa in l. Mo-
ra. in verbo difficilis. ff. de vsu. & in l. de illo. in verbo difficile. ff. pro socio. & hoc modo non sumitur in hac sentē-
tia. quia q̃diu quis in corpore constitutus est: de eius correctione desperari non debet. dicit tex. in c. Ancillam. in fi-
ne. 32. q. 2. & in c. 1. in fi. de pœni. distic 7. Et potest deus quouis tempore concurrenti ad se succurrere: & periclitã
tem sub onere peccatorum hominem redimere. dicit tex. in c. Agnouimus. 26. q. 6. Et si non potest quis explere in p̄
senti satisfaciendi ordinem: quãtulãcũq; tamen & quãlibet breui tēpore gestam nõ respuit deus pœnitentiam. dicit
textus Chrysostomi in c. Talis. de pœni. distinc. 3. Quandoq; vero difficile sumitur pro vix. vt est tex. cũ glo. in c. q̃-
tũlibet. in fi. 47. dis. & hoc modo hic sumi potest. Non enĩ facilis est vitæ hominũ mutatio: sed cum animæ magno
fit labore. dicit tex. in auctē. de mona. paulopost princi. col. 3. v ℭFuniculus triplex. Pro effectu istorũ ver
borum/ videatur textus in c. 1. de treuga. & pa. vbi dicit. Si quis treugas frangere p̄sumpserit: post tertiã admonitio
nē si nõ satisfecerit/su⁹ eps̄ sententiã excõmunicatiõs dictet in eũ/& scriptã vicinis episcopis annũciet. quorũ nul-
lus excommunicatum in cõmunione recipiat: immo scriptã sententiam quisq; confirmet. Et qm̄ funiculus triplex
difficile rumpitur: præcipimus vt epi ad solum deũ & ad salutem populi habentes respectũ/ omni trepidatione se-
posita/ad pacē firmiter tenendam/mutuũ sibi consiliũ & auxiliũ prębeant/neq; hoc alicuius amore vel odio pręter-
mittant. &c. x ℭNegocians. Videãtur quæ de negociatoribus dicentur. j. in verbo Negociatio.
y ℭNon iustificabit. Iure humano hæc sententia potest intelligi vt velit q; caupo qui viatores hospitando
recipit/non iustificabit a peccatis labiorũ. i. difficile potest se iustificare quominus de perditis rebus viatorum suo
rum teneatur: perinde acsi verbis expressis rerum perditarũ custodiam in se recepisset. Ideo videatur textus ampli
ans istud pcedere etiam in nautis qui recipiũt traijciendos/& stabularijs qui permittũt iumenta apud eos stabula-
ri/in l. 1. in princ. iuncto versi. fi. ff Nau. cau. stabula. vbi dicit. Ait prętor. Nautę/caupones/stabularij quod cuiusq;
saluũ fore receperint: nisi restituant/in eis iudiciũ dabo. Recipiunt aũt saluũ fore: prout sentit textus in d. versi. fi-
na. eo ipso q; in nauim/stabulam/vel cauponã aliqua inferuntur. Est vero istius statuti maxima vtilitas: quia ne-
cesse est plerũq; eorũ fidē sequi/resq; custodię eorũ cõmittere. Nec quisq̃ putet grauiter hoc aduersus eos cõstitutũ.
nã est in ipsorũ arbitrio (supple ab initio) ne recipiant. & nisi hoc esset statutũ: materia daret/ cum furibus aduer-
sus eos quos recipiunt coeũdi. cũ nec nunc quidem abstineãt ab hmõi fraudibus. Ita dicit tex. in d. l. 1. versi. maxi-
ma vtilitas. Et dicit tex. bñ expressus pro interp̄tatione hui⁹ sentētię in l. nauta. ff. eodē. Nauta/& caupo/& stabula
rius mercedem accipiũt/non pro custodia: sed nauta vt traijciat/caupo vt viatores manere in caupona patiatur/
stabularius vt permittat iumenta apud eum stabulari. & tamen custodię nomine ex locato tenentur
z ℭDiues. Videantur pro annotatione istarum sententiarum quæ annotata sunt. j. in verbo Diues.

a ¶ Digito dei. Cum diuina scriptura de deo loquens/membra sibi attribuit vt hic: hũano more loquitur. Nõ enim deus cum incorporeus sit/habet membra distincta. ita dicit glosa in c. Odi & proieci. in verbo similitudine. 24 q 1. & est bo. tex. in c. Quidã. versi. Anthropomorphitæ. 24. q. 3. vbi dicitur. Anthropomorphitę dicti pro eo ꝙ simplicitate rustica deũ habere humana mẽbra quæ in diuinis libris scripta sunt arbitrãtur (Anthropos enim græce latine homo interpretatur) ignorantes vocem dñi qui ait / spiritus est deus. incorporeus est enim. nec enim mẽbris distinguitur: nec corporis mole censetur. Hæc textus. b ¶ Senos. Circa hunc hominẽ senos digitos habentẽ: videri potest tex. in l. non sunt liberi. §. fi. ff. de sta. ho. vbi dicitur. Partus qui membrorũ hũanorum officia ampliant (vt dicit ibi glosa) quia sex digitos habuit in manu: aliquatenus videtur effectus/ & ideo inter liberos cõnumerabitur.

exo. 8. c. **Digitus.** ¶ Dixerunt malefici ad Pharaonem. Digitus dei est hic. Et infra in verbo Moyses diffusius.

31. in fine. ¶ Dedit dominus Moysi in monte Sinai duas tabulas testimonij scriptas digito [a] dei.

2. reg. 21. d ¶ Quartũ bellũ Dauid fuit in Geth: in quo vir fuit excelsus qui senos [b] in manibus pedibusq; habebat digitos/ id est viginti quatuor/ & erat de origine Arapha/ & blasphemauit Israel.

iob. 21. a. ¶ Attendite me (ait Iob) & obstupescite: & superponite digitum ori vestro. & cetera.

prou. 6. a. ¶ Homo apostata vir inutilis/ graditur ore peruerso/ annuit oculis/ terit pede/ digito loquitur/ prauo corde machinatur malum: & omni tẽpore iurgia seminat.

7. a. ¶ Fili liga legem meã in digitis tuis (ait dominus) scribe illam in tabulis cordis tui.

14. d. **Dignus & dignitas.** ¶ In multitudie [c] populi/ dignitas regis: et in paucitate plebis/ ignominia est principis.

16. d. ¶ Corona dignitatis senectus [d]: quę in vijs iustitię reperitur.

20. ppe fi. ¶ Exultatio iuuenum/ fortitudo eorum: & dignitas senum/ canicies [d].

eccẽs. 9. a. ¶ Nescit [e] homo vtrum amore/ an odio dignus sit: sed omnia in futurũ seruantur incerta/ eo ꝙ vniuersa æque eueniant iusto et impio/ bono et malo/ mundo & immundo/ immolanti victimas & sacrificia contemnenti.

10. b. ¶ Est malum quod vidi sub sole/ quasi per errorẽ egrediens a facie principis: positum stultum [f] in dignitate sublimi/ & diuites sedere deorsum.

c ¶ In multitudine. Pro effectu istius sententiæ Salomonis est bon9 textus in c. Ecclesia. versi. item Dauid. 1. q. 4. vbi dicitur. Dauid populum numerauit quo peccato gladius dñi deseuit i populũ. Sed in lata gente/ gloria regis est: in diminutione plebis/ cõtritio pricipis. Qui ergo de numerositate suę gentis superbiuit: iure in eius diminutione punitus est. Hæc textus.

d ¶ Senectus. Canicies. Textus est istis sentẽtijs satis respondẽs in c. si. 84. dis. vbi dicit. Moysi p̃cipitur vt eligat p̃sbyteros idest seniores. Vnde & in prouerbiis dicit. Gloria senum: est canicies. Hic vero canicies sapientiã designat: de qua scriptũ est. Canicies hominũ: prudentia est. Hæc textus. e ¶ Nescit. Textus est similis sententiæ in c. sacerdotibus. in fine. 10. q. 1. vbi dicitur. Nescim9 quis in terribili iudicio dei qualis futurus sit. Nã sunt multa q̃ de iudicio illius homines ignorãt: quia fortasse quæ vos laudatis/ ille reprehendet: & quæ vos reprehenditis/ ille laudabit. Et facit bon9 tex. in c. Cũ percussio. 7. q. 1. vbi dicitur. Cum percussio corporalis imminet: vtrum pro purgatione an pro vindicta contingat/ dei iudiciũ in hoc ignoratur. f ¶ Positum stultũ. Qui de iure humano poni non debeant in dignitate laicali: bonus est tex. in l. Nequis. C. de dignita. lib 12. vbi dicitur. Ne quis ex vltimis negociatoribus vel monetarijs abiectisq; officijs/ vel deformib9 ministerijs/ stationarijs olq; officiorũ fece diuersisq; pastis turpibusq; lucris: aliqua frui dignitate pertẽtat. sed & si quis meruit repellat: repulsos aũt etiã pprijs reddi cõsortijs oportebit. Et i l. 2. C. eo. ti. dicit tex. Neq; famosis & notatis/ & quos scel9 vitę aut turpitudo inquinat & quos ifamia ab honestiorũ cetu segregat: dignitatis portę patebũt. Hæc tex. De dignitatibus aũt ecclesiasticis qui i eis poni nõ debeãt loquit tex. i c. cum in cũctis. in princ & in. §. Inferiora. de elec. vbi probatur ꝙ sicut episcopatũ/ ita etiam inferiora ministeria puta Decanatum/ Archidiaconatũ/ & alia quæ curã animarũ habent annexam/ nullus omnino suscipere debet: nisi qui iam vigesimũ annum etatis attigerit/ & scientia & moribus cõmendandus existat. Et in c. de multa. in fi. de p̃ben. dicit tex. In eadem ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere præsumat: etiam si curam non habent animarum. Circa sublimes tamen & litteratas personas quæ maioribus beneficijs sunt honorandæ: cum ratio postulauerit/ per sedem apostolicam poterit dispẽsari. Hæc textus. Quod si quis stultũ seu indignũ in dignitate posuerit: talis grauissime delinquit vt est tex. in c. miramur. circa mediũ. 61. distic. vbi dicitur. Sicut boni operis sibi cõparat fructũ/ q rectũ tenet in eligẽdo iudiciũ: ita graui semetipsũ afficit dãno/ qui ad dignitatẽ sublimat indignũ. De quo etiã ponẽte indignũ i dignitate: est tex. i c. Nihil ẽ. de elec. vbi dr. Nihil est qd ecclię dei magis officiat: q̃ ꝙ indigni assumãtur prelati ad regimẽ animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere necessariam medelam: irrefragabili cõstitutione sancimus: quatenus cum quisquam ad regimem animarum fuerit electus/ is ad quẽ pertinet ipsius confirmatio/ diligenter examinet & electionis processum & personam electi. vt cum omnia rite concurrerint: munus ei confirmationis impendãt. Quod si secus fuerit incaute presumptum: non solum deijciendus est indigne promotus/ verumetiam indigne promouẽs puniendus. Ipsum quoq; decernimus hac animaduersione puniri: vt cum de ipsius constiterit negligentia (maxime si hominem insufficientis scientię/ vel inhonestę vitę/ vel ętatis illegitimę approbauerit) non solum confirmandi primum successorem illius careat potestate/ verumetiam (ne aliquo casu penã effugiat) a pceptiõe pprij beneficij suspendat/ quousq; (si æquũ fuerit) indulgẽtiã valeat pmereri. Si vero cõuict9 fuerit/ in hoc per malitiam excessisse: grauiori subiaceat vltioni. Hęc tex. Vltra quẽ p penis istorum ponẽtiũ idignos i dignitate: videat tex. satis clar9 i d. c. Cũ i cũctis. §. fi. de elec. & in c. Si cõpromissaris. eo. ti. li. 6. vbi eligẽtibus scienter indignũ/ imponit pœna priuatiõis iuris eligẽdi p prima electione occurẽte. Et dicit Bar. in

l. si patronus. in fi. ff. de confir. tuto. ꝙ in dubio præsumuntur elegisse scienter nisi doceant de ignorantia eorum. Et aduertēdū est ꝙ vt indigni non facile ponantur in dignitate: statuūt iura ꝙ qui eligitur ad aliquam dignitatē/ teneatur declarare incapacitatē suam si aliquam habeat. alias nedum repellitur a dignitate: sed etiam pœna condigna punitur. Tex. est & ibi notabiliter per Bar. in l. 2. C. si ser. aut liber ad decu. aspi. li. 10. de quo etiam notat Panor in c. innotuit. col. 2. de elec. ff ℭ Dignū fructū. De istis verbis Ioannis Baptistę notabiliter loquitur textus in c. Quis aliquando. colū. penul. de pœni. distinc. 1. vbi dicitur venientibus ad se turbis Ioannes Baptista

ℭFacite (dixit Ioannes Baptista) fructum ff dignum pœnitentię. mat. 3. b.
ℭQui post me venturus est (ait Ioannes Baptista) fortior me est: cuius non sum g dignus calciamenta portare. 3. c.
ℭDomine non sum h dignus (ait Centurio ad Christum) vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo/ & sanabitur puer meus. 8. a.
ℭDignus est (ait Ihesus) mercennarius cibo suo. 10. b.
ℭIn quamcunq; ciuitatem aut castellum intraueritis (dixit Ihesus discipulis suis) Interrogate i quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis. Intrantes autē in domum/ salutate eam dicentes. Pax k huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna/ veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna/ pax vestra reuertetur ad vos. 10. b.
ℭQui amat l patrem aut matrem plus q̄ me (ait Ihesus) non est me dignus. Et qui amat filiū aut filiam super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam/ et sequitur me: non est me dignus. 10. d.
ℭEgo sum minimus apostolorum (ait Paulus) qui non sum dignus vocari apostolus/ quoniam persequutus sum ecclesiam dei. 15. b.
ℭQui bene pręsūt presbyteri/ duplici m honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. 1. tio. 5. c.
ℭQuicunq; n sunt sub iugo serui/ dominos suos omni honore dignos arbitrētur: ne nomē domini & doctrina blasphemetur. 1. tio. 6. a. Et. J. Dñs.

non ait simpliciter/ facite pœnitentiam vel fructus pœnitentię: sed addidit dignos vt pro qualitate vulneris pctōrū/ qualitas offeratur bonorum operum: non enim par debet esse fructus boni operis eius qui parum vel nihil deliquit: atq; eius qui grandia cōmisit. ille tanq̄ nullius criminis cōscius sibi vsum in rebus licitis præbet: hunc tanq̄ multis aggrauatum etiam a licitis tēperare oportet. Hæc tex.
a ℭ Prior. Videatur secunda superior annotatio. v. b ℭ Qui diligit deū: diligat & fratrē suū. Sicut ergo dilectio pximi dependet a dilectione dei. hinc dicit textus in c. charitas est vt mihi videt̄. colū. 2. de peni distin. 2. Quid est deū diligere: nisi illi copulari/ aīo concipere fruendȩ visionis eius affectum/ peccati odiū/ mundi fastidiū/ diligere etiam proximū/ quem in se censuit diligendum? c ℭ Omnis qui diligit eū qui genuit &c. Et sic qui patrem diligit/ diligit & filiū. Pater enim & filius: censentur vna & eadē persona. l. si quis duobus. C. de impu. et alijs substi. §. ei qui iusti. de inuti. stipula. imo appellant̄ vna & eadē caro. vt dicit text9 in c. cōtradicim9. §. hac auctoritate. 35. questi. 3. De qua materia satis ample loquitur do. meus Iason. id. l. si quis. col. 1. i fi. et colū. seq. C. de impube. &c. d ℭ Sola posteritatis dilectione. Similis est textus Ambrosij i c. pudor est. 32. q̄sti 2. vbi dicitur. Pudor est fœminis nuptiarū p̄nia nō habere: quibus hȩc sola est causa nubendi. Hȩc tex. Sed ibi et hic dictio sola/ nubendi causā p̄cipuā exprimit: sed alias causas non excludit. Nuptias eñ etiā luxuriȩ sedandȩ causa/ seu propter eliminandū illicitū carnis motū licet cōtrahere: vt pbat text9 in c. si non oīs. §. his ita. versi. secunda eadē cā & questi. Hinc dicit text9 in c. quicquid. versi. debent ergo. eadē cā & q̄sti. Debent sibi cōiugati nō solum ipsius sexus cōmiscēdi fidē liberoꝶ pcreādorū causa q̄ prima est humani generis in ista mortalitate societas: sed etiā infirmitatis inuicē excipiendȩ/ ad illicitos cōcubitus euitandos/ mutuā quodāmodo seruitutē, vt etiam si alteri eorū perpetua cōtinētia placeat: nisi ex alterius consensu fieri nō possit. Hȩc text9. e ℭ Reuertere. Vt amica. i. aīa dicit ad dilectū. i. ad deū suū qui ad tēpus eā videbat̄ deseruisse/ Reuertere dilecte mi: sic nō solū dilect9 sed etiā tota cœlestis curia tam pie tam dulciter hortantur aīam dicētes. Reuertere reuertere Sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. Nota quater reuertere: pp̄ter quatuor genera peccatoꝶ. Dicūt ergo. O Sunamitis. i. o aīa captiua/ quā scilicet diabolus pp̄ter delicias huius mūdi captiuā trahit ad inferos/ reuertere a peccato prauȩ cogitationis. reuertere a peccato locutionis. reuertere a peccato operationis. reuertere a peccato prauȩ cōsuetudinis. Reuertere per cordis cōtritionē. reuertere per oris confessionē. reuertere per operis satisfactionem. reuertere per bonȩ vitȩ cōtinuationē. Hȩc sunt verba Archid. in c. agite. in princi. de peni. distin. 1. f ℭ Aperi mihi. &c. Expoliaui me tunica. etc. Si dici possit/ hȩc verba cōtra eos accōmodari posse qui voce Christi seu ecclesiȩ eius sponsȩ ad peccatorū cōfessionē faciendā cōmoniti/ per erubescentiā aut superbiā dū meliores videri volunt q̄ sint/ ad peccatoꝶ confessionē nō accedūt: videatur textus p erubescētia in c. quē pœnitet. in prin. de peni. distin 1. vbi dr̄. Qui per vos peccastis/ per vos erubescite: erubescētia eñ ipsa partē habet remissionis. Et subiūgit̄. Iustitia sola dānat: sed dignus est mīa/ qui spirituali labore petit gratiā. Laborat eñ mēs patiēdo erubescētiā. Et qm̄ verecūdia magna est pœna: q erubescit pro Christo/ fit dignus mīa. Vñ apparet quia q̄to plurib9 cōfitebit̄ in spe veniȩ: tanto facilius cōsequit̄ veniā remissionis. Pro supbia aūt videat̄ text9 in c. quis aliq̄n. versi. fina. eadē dist. vbi dr̄. Taciturnitas peccati: ex superbia nascit̄ cordis. Ideo eñ peccatū suū qsq; celare desyderat: ne iniqtas sua alijs manifesta fiat. ne talis reputet̄ apud homines foris: qualē se iādudū exhibuit diuino conspectui. quod ex fonte supbiȩ nasci: nulli dubiū est. Species etenī supbiȩ: est se velle videri iustū q peccator est. atq; hypocrita cōuincitur: qui ad imitationē primoꝶ parērū tergiuersatione verboꝶ/ peccata sua leuigare contēdit/ vel (sicut Cain) peccatum suum reticendo penitus supprimere q̄rit. Vbi autē superbia regnat vel hypocrisis: humilitas locū habere non potest. Sine humilitate vero/ alicui veniam sperare non licet. Nec ergo vbi taciturnitas confessionis: venia est speranda criminis. Hȩc textus.

g ℭ Manus meȩ. &c. Textus in c. vnico. versi. hoc vnguento. de sacra. vnc. citans hȩc verba dicit. Hoc vnguēto caput & manus episcopi consecrātur. Per caput enim: mens intelligitur. iuxta illud. Vnge caput tuum: & faciem tuam laua. Per manus: opera intelliguntur, iuxta illud. Manus meȩ distillauerunt myrrham.

h ¶ At ille declinauerat. &c. & non inueni. &c. Hęc verba contra differentes eorum cōuersionē ad mortē vsq; pos sunt allegari. pinde videat celebris text9 Augustini in c. nullus expectet. de peni. distin. 7. De quo dictū est supra in verbo cōfessio. q. Vbi etiā alij textus ad eundē effectū citantur. Sed tamē addatur bonus textus in c. idcirco. in fine. de peni. distin. 7. vbi dr. Qui primum in infirmitate atq; periculo incipiunt deprecari: rogare illos nō delicti pœnitētia sed mortis vrgētis admonitio cōpellit. nec dignus est in morte accipere solatiū: qui se nō cogitauit moriturū.

stillauerunt myrrhā: & digiti mei pleni sunt myrrha probatissima. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat [h] atq; transierat. Anima mea liquefacta est: vt dilectus loquutus est. Quęsiui/et non inueni [h] illum: vocaui/et non respondit [h] mihi. Inuenerunt me custodes qui circuierunt ciuitatē: percusserunt me/et vulnerauerūt me/tulerunt pallium meum custodes murorum. Adiuro vos filię Hierusalem: si inueneritis dilectum meum/vt nuncietis ei quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto: o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tu9 ex dilecto: quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candidus/et rubicūdus: electus ex milibus. Caput eius aurum optimū: comę eius sicut elatę palmarū/nigrę quasi coruus. Oculi [i] eius sicut colūbę super riuulos aquarum/quę lacte sunt lotę/& resident iuxta fluenta plenissima [i]. Genę illi9 sicut areolę aromatum consitę a pigmentarijs. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureę plenę hiacynthis. Venter eius eburne9: distinctus sapphyris. Crura illius colūnę marmoreę: quę fundatę sunt super bases aureas. Species eius vt Libani/electus vt Cedri/guttur illius suauissimum: & totus desyderabilis. Talis est dilectus meus: & ipse est amicus meus filię Hierusalem.

¶ Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus? & quęremus eum tecum. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum: vt ibi pascatur in hortis/et lilia colligat. Ego dilecto meo: et dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia. Cātic. 6. a

¶ Guttur tuum sicut vinum optimū/dignum dilecto meo ad potandū: labijsq; & dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo: & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrum: commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea/si flores fructus parturiunt/si floruerunt malapunica: ibi dabo tibi vbera mea. Mādragorę dederunt odorem suum in portis nostris. Omnia poma noua et vetera dilecte mi seruaui tibi. 7. c. d.

¶ Quę est ista quę ascendit de deserto delicijs affluens: innixa super dilectum suum? 8. b.

¶ Fortis [k] est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. 8. b.

¶ Si dederit homo omnem substantiam domus suę pro dilectione: quasi nihil despiciet [l] eam. 8. c.

¶ Dilectio dei: honorabilis sapientia. Eccī. 1. c.

¶ Timor [m] dei initium dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei. Eccī. 25. c.

¶ Vinum et musica letificāt cor: & super vtraq; dilectio sapientię.

¶ Maiorem [n] hac dilectionem nemo habet (dicit Christus) q̄ vt animā suam ponat pro amicis suis. Ecci. 40. c / Ioā. 15. b.

¶ Dilectio: sit sine [o] simulatione. Rom. 12. c

i ¶ Oculi. Pro istorum elucidatiōe verborū tex. est notabilis cum glo. in c. qui ecclesiasticis. §. ecce. in fine. 56. distin. vbi dr. In canticis cāticorū / oculi per quos plati ecclesię intelligūtur/ assimilantur colūbis q̄ habitant iuxta fluenta plenissima. Vnde dicit ibi glosa. Prelati sedebūt iuxta fluenta euangeliorum & sacrę scripturę. & sicut colūba sedet ex natura iuxta aquā/ vt in ea videat vmbrā superuenietis accipitris/ & sic sibi pcaueat: sic platus sibi per scripturam euangeliorum cōtra hęreticos pcauebit.

k ¶ Fortis est &c. Hanc sententiā declarat textus Gregorij in c. valida de peni. distinc. 2. vbi dr. Valida est vt mors dilectio. virtuti etenim/ mortis dilectio comparatur: quia nimirū metem quā semel cœperit/ a delectatione mūdi funditus occidit. Hęc textus.

l ¶ Despiciet. Et nō mirū. Sicut enim sine via null9 peruenire pōt quo tendit: ita sine dilectiōe seu charitate q̄ dicta est via/ nō possunt homines abundare sed errare. Ita dicit textus in c. Charitas est, col. 1. de peni. distin. 2.

m ¶ Timor &c. Dici potest hanc sniam q ex timore seruili quo timet offendi de9 ppter penā/ peruenit ad timore filialē quo timet offendi de9 ppter dilectionē. Vn videat Archi. q istud tenet in c. sicut seta. de peni. distin. 2. & ibidē est textus isti sententię satis cōformis. Dicit enim ibi. Sicut seta itroducit filū: ita timor itroducit charitatē.

n ¶ Maiorem &c. Textus in c. qui vult facere. de peni. distic. 2. paulo post prici. istā sentētiā citans dicit. Quādo martyres illa magna fecerunt mādata: magna vtiq; voluntate id est magna charitate fecerunt. De qua ait dn̄s. maiorem charitatē nemo habet &c. Et textus in c. nisi cū pridem. §. verū. versi quippe si q̄tocūq; de renūciatio. dicit. Si q̄tocū q; virtutum flore pręfulgeas (o episcope) & in te nō habeas charitatem: nihil te comprobaris habere. Nulla siquidē maior poterit esse charitas: q̄ vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Cum autem propter hāc te deceat animā tuā pro subditis tuis ponere: nulla occasione (dūmodo proficere illis possis/ & si non oibus tamen multis) ab eorum regimine te cōuenit excusare. Et in c. quis nos potest. in prin. 23. questi. 4. dicit textus. Quis nos potest amplius amare q̄ Christus: qui animā suam posuit pro oibus suis?

o ¶ Sine simulatione. Si enim cum simulatione esset: non dilectio/ sed perniciosa pestis diceretur. quia totius iniustitię nulla capitalior est: eorum qui tum cum maxime fallunt/ id agunt vt boni viri esse videant. dicit glosa post Tullium/ in cle. ad nostrā. in verbo sanctitatis. de hęreti.

p ¶ Cum diligentia. Iure etiā humano debent iudices iudicandi officiū cū diligētia exercere: alioqui eorū negligentia per alios iudices supplet. Tex. est in c. ex tenore. in fi. & in c. ex trāsmissa. in fi. de fo. cōpeten. & in c. q̄to. in fine. de offi. ordi. Immo posset iudex ab officio iudicaturę deponi: vbi nimia in eo negligētia dephēderet. Text⁹ est in auctē. statuimus. in fi. C. de epis. & cleri. q ¶ Diligenter exerce. &c. Si hac sentētia moneamur vt non prius ędificationē domus nostrę. i. eleuationē nostrā ad summos gradus & honores petamus/ q̄ diligenter exercuerimus agrū nostrū. i. q̄ infimis nosipsos & virtutē exercendo ꝓbauerimus: videatur bonus et notabilis tex. in c. fi. 1 fi. 48. distin. vbi dr. Ordinate ad ordines. i. honores ascendēdū est. Nam casum appetit: qui ad summi loci fastigia postpositis gradib⁹ ꝑ abrupta q̄rit ascensum. Scimus enī ꝙ ędificati parietes non prius lignorū pōdus accipiunt/ nisi a nouitatis suę humore siccētur: ne si ante pondera q̄ solidētur accipiant/ cunctā simul ad terrā fabricā deponant. Et dicit textus in l. vt gradatim. i prin. ff. de mūe. & ho. Vt gradatim honores deferant edicto/ & vt a minoribus ad maiores ꝑueniatur: epistola diui Pij ad Ticianum exprimitur.

Rom.13.c ¶ Dilectio proximi: malum non operatur.

Ephe.5.a ¶ Estote imitatores dei sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos/ & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis.

2.tio.1.b. ¶ Non dedit nobis deus spiritum timoris: sed virtutis/ et dilectionis/ & sobrietatis.

Diligentia & Diligenter.

2.pa.19.b ¶ Sit timor dei vobiscum (ait Iosaphat iudicibus Iuda) & cum diligentia [p] cuncta facite.

Pue.24.d ¶ Prepara foris opus tuum/ & diligenter [q] exerce agrum tuum: & post ea ædifices domum tuam.

Pue.27.d. ¶ Diligenter [r] cognosce vultum pecoris tui: tuosq̄ greges consydera. Non enim habebis iugiter potestatem: sed corona tribuetur tibi in generatione generationum.

1.tio.3.a. ¶ Si quis [s] domui suę bene pręesse nescit: quomodo ecclesiæ dei diligētiam habebit.

Diluculum & Diluculo.

Psal.45.b ¶ Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane [t] diluculo.

Psal.56.b ¶ Exurge gloria mea/ exurge psalterium & cithara: exurgā diluculo.

118.t. ¶ Pręuenerūt oculi mei ad te (dn̄e) diluculo [v]: vt meditarer eloquia tua.

Puer.11.d ¶ Bene consurgit diluculo qui quęrit bona: qui autem inuestigator malorum est/ opprimetur ab eis.

Eccl.39.a ¶ Cor suum tradet sapiēs ad vigilandum diluculo [y] ad dominum/ qui fecit illum: & in conspectu altissimi deprecabitur [v].

Diluuium.

Gene.6.c ¶ Ecce ego adducam [x] (dicit dominus ad Noe) aquas diluuij super terram/ vt interficiam omnem [y] carnem in qua spiritus vitę est subter cœlum: et vniuersa quę in terra sunt consumentur.

Gene.7.b ¶ Ingressus est Noe & filij eius/ vxor eius & vxores filiorum ei⁹ cum eo in arcam: propter aquas diluuij.

Gene.7.b ¶ Cum transissent septem dies: aquę diluuij inundauerūt super terrā.

r ¶ Diligēter agnosce. Hoc dictū Sapientis allegat Archid. in c. iudicet. paulo āte fine. da peni. distin. 1. ad hoc ꝙ proprio sacerdoti pctā sunt semel in anno cōfitēda/ etiā si ea fratri mēdicāti cōfessa fuerint: quia vultū pecoris sui debet diligenter id est semel in anno iuxta c. oīs vtriusq̄ sexus. de penitē. & remis. agnoscere. Hęc tn̄ opinio Archi. ē hodie reprobata. Si enī qs fuerit confessus fratribus habentibus gn̄alē potestatē audiendi cōfessiōes iuxta clemen. dudū. de sepul. nō tenet iterū ad ea in paschate cōfitēda ꝓprio sacerdoti. Tex. est (vbi cōdēnat vn⁹ doctor Parisiensis qui contrarium asseruerat) in extrauaganti Io. 22. qui incipit. Vas electionis. in ti. de hęreti. Hoc etiam allegans in notabili proposito dominus Hostien. in c. exposuisti. circa princi. de corpo. vitia. dicit. Quia vitiati corpore ꝓhibentur ad ordines promoueri: consulo episcopo ordines celebrāti ꝙ diligenter palpet & consyderet & etiā numerat faciē totam/ aures/ nares/ & oculos/ pedes & manus/ & digitos: memor illius ꝓuerbiorū. 27. d. Diligenter attende vultū pecoris tui. Talia enī diligenter examinanda sunt: nec timeat facere discalciari ꝓmouendos: quia reperiuntur pedes lignei. vnde & quandoq̄ cōtingit pede mutilatū promoueri. Hęc Hostien. s ¶ Si quis domui suę &c. Hęc verba ponunt in c. sicut. §. necesse. 47. distin. & ibi est textus isti sententię bene respondens qui dicit. Necesse est vt ille qui ordinandus est/ suę domui sit bene ꝓpositus. i. si in laicali habitu vxorē habuit vel filios/ a vitijs ad virtutū studia & verbo & exemplo prouocet: vt qd postea pręcepturus est populis/ postea exigat a domesticis. t ¶ Mane diluculo. De matutino & de diluculo: videantur quę annotata sunt supra in verbo dies super illud Psalmistæ. Septies in die laudem dixi tibi.

v ¶ Diluculo. Quare in diluculo meditandus sit seu orandus deus: notat Archid. in c. presbyter. 91. distin. et dictum supra in verbo dies.

x ¶ Adducam. De hac comminatione diluuij notabiliter loquitur textus in c. prędixerat. circa medium. de peni. distin. 1. vbi dicitur. Legimus centum & viginti annos pœnitentię constitutos ante diluuium. quia tamen tanto tempore hoc est centum annis noluerunt agere pœnitentiam: nequaq̄ expectat vt et viginti alij anni compleantur/ sed infert aute quod postea fuerat comminatus. y ¶ Super omnem carnem. Quia paucę id est octo tantum animę ab aquis diluuij saluatę sunt: dicit omnem carnem deleturum. & ita etiam textus in c. quid ergo. in pri. 23. questi. 5. vbi dicitur ꝙ deus in diluuio genus deleuit humanum. Alibi tamen textus in c. quomodo. circa mediū. 32. questi. 1. non ita generalitar loquens/ dicit Lamech sanguinarius atq̄ homicida/ primus vnam carnem in duas diuisit vxores. & fratricidium supple a Cain commissum & bigamiam Lamech eadem cataclysmi id est diluuij pœna deleuit. De altero septies: de altero septuagesies septies vindicatum est. Et in c. fina. circa fi. 6. distinc. dicit textus consuetudinis in diluuio propter hominum raritatem fuisse extinctum.

¶Factum est diluuium quadraginta diebus super terram: & multiplicatę sunt aquę/& eleuauerunt arcam Noe in sublime [z] a terra. Vehementer enim inundauerunt: & omnia repleuerunt in superficie terrę. Et diffusius supra in verbo aqua. Gene.7.c

¶Statuā pactum meum vobiscum (dixit dominus ad Noe & filios ei9) et nequaq̄ vltra interficietur omnis caro aquis diluuij: neq̄ erit deinceps diluuium dissipans terram. Gene.9.b

¶Pro impietate orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno [a]. Veruntamē in diluuio aquarum [a] multarum ad eum nō approximabūt [a]. Psal.31.b

¶Noe inuentus est perfectus iustus: & in tēpore iracundię factus est reconciliatio. Ideo dimissum est reliquum terrę: cum factum est diluuiū. Testamēta sęculi posita sūt apud illū: ne deleri possit diluuio ois caro. eccl.44.c

¶Sicut erant hoīes in diebus ante diluuiū comedentes et bibētes/nubētes & nuptui tradentes/vsq̄ ad eū diē quo intrauit Noe in arcā/& nō cognouerunt donec venit diluuiū & tulit oēs: ita erit & aduētus filij hois. mat.24.d

¶Edebāt homines & bibebant/vxores ducebant & dabātur ad nuptias vsq̄ in diem qua intrauit Noe in arcā: & venit diluuiū & perdidit [b] oēs. Lucę.17.f

Dimicare.

¶Erit sicut sōnium visionis nocturnę multitudo omnium gentiū quę dimicauerunt contra Ariel: & omnes qui militauerūt et obsederunt & pręualuerunt aduersus eam. Et sicut sōniat esuriens & comedit/ cū autē fuerit expergefact9 vacua ē aīa ei9/& sicut sōniat sitiēs et bibit/& postq̄ fuerit expergefactus lassus adhuc sitit/& aīa eius vacua est: sic erit multitudo omniū gentiū quę dimicauerūt cōtra mōtē [c] Siō. Esa.29.b.

Dimidius.

¶Ego dixi in dimidio dierum meorū: vadam ad portas inferi. Esa.38.b

¶Stans zachęus dixit ad Ihesum. Ecce dimidium bonorū meorum do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui/reddo [d] quadruplum. Lucę.19.b

Dimittere.

¶Qui dimittit aquam [e]/caput est iurgiorum: & anteq̄ patiatur contumeliam/iudicium deserit. puer.17.c

¶Amicum tuum & amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuę. 27.b.

¶Virga atq̄ correctio tribuit [f] sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suę/ confundit matrem suam. 29.c.

¶Cum alius laboret in sapiētia et doctrina & solicitudine: homini ocioso [g] quęsita dimittit. Eccēs.2.d

z ¶In sublime. De hac arcę eleuatione in sublime/ loquens textus in c. quia ex sola. in fi. 24. q̄sti. 1. dicit. Sola ecclesia est quę intra se positos validos charitatis compage custodit. Vnde & arca diluuij/ arcā quidē ad sublimiora sustulit: oēs autē quos extra arcā inuenit/extinxit. a ¶In tempore oportuno. Non approximabūt. q̄m hac prophetica sentētia videt innui innuat preces sctōꝝ nobis vel hoc adhuc sęculo degētib9 vel i grā dñi mortuis pdesse posse/ mortuis autē extra gratiā. i. in peccato mortali nullatenus pdesse: videatur textus in c. in p̄senti. 13. q̄sti. 2. vbi dr̄. In pręsenti sęculo scimus siue orationibus siue consilijs anuicem posse nos adiuuari. cū aūt āte tribunal Christi venerimus: nec Iob/ nec Daniel/ nec Noe/ rogare posse pro quoq̄/ sed vnūquēq̄ portare onus suū. Et hoc de impœnitētibus accipiendū est. De quibus pphetа dicit. Nō dabit deo placationē suam/ nec preciū redēptionis aię suę: & ideo frater nō redimet eū/ sed laborabit in ęternum & viuet adhuc i fine. Hęc text9. Hūc tñ versi. Verūtñ i diluuio aquarū etc. Aliter exponit glosa. in c. non sanat. 1. questi. 1. dicens. q̄ perfidi seu hęretici in diluuio aquarum multarum: id est in multiplicitate suarū sentētiarū nō approximabunt ad deū. Vel aliter. In diluuio aquarū mltarū nō approximabūt hoīes ad deū. i. in solo baptismate non saluabunt: nisi eoꝝ baptismati dei gratia fuerit adiuncta. Et hunc intellectū secūdū satis sentit textus in d. c. Non sanat. vbi dicitur. Non sanat baptism9 perfidoꝝ/ nō mundat sed polluit/ qui in diluuio aquarū ad dñm nō approximabūt. b ¶Perdidit omnes. Videatur qd̄ ānotatum est supra eodem. y. c ¶Contra montem Sion. Quoniā hęc sentētia satis innuere videt eorū omnia opera qui contra mōtē Sion id est ecclesiā dimicant (quales sūt hęretici & schismatici.) in nihilū tandem redire seu p nullis ac inutilib9 haberi: videat bonus text9 i c. didicim9. 1 prin. 24. q̄sti. 1. vbi dr. Didicim9: oēs oīno hęreticos & schismaticos nil habere potestatis & iuris. Et in c. 1. de schismaticis dicit. textus. Ordinationes ab Octauiano & Guidone hęresiarchis factas et ab ordinatis ab eis/ irritas esse cēsemus: adijciētes vt qui dignitates ecclesiasticas seu bñficia per dictos schismaticos acceperint/ careant impētratis. Alienationes quoq̄ q̄ per eosdem schismaticos seu per laicos factę sunt omni careāt firmitate: & ad ecclesias sine omni onere reuertantur. Et in c. fraternitatis. de hęre. dr̄. Cum Cœlestinus atq̄ Pelagius in Ephesina synodo sint dānati: quō poterūt illa capitula recipi/ quoꝝ dānant auctores? Cętera quę hic dici possent: videant. s. in verbo hęreticus. d ¶Reddo quadruplū. Videntur diffusa annotatio istis verbis facta supra in verbo defraudare. e ¶Qui dimittit aquā. Hac sētētia notari videat hij q vino forti bibēdo assuescētes ipm aqua nō diluūt. Tales eñ facile prūpunt in iurgia & cōtumelias: etiā anteq̄ puocent. Et de hoc est etiā bon9 text9 in c. luxuriosa. 25. dis. vbi dr̄. Luxuriosa res est vinū/ & cōtumeliosa ebrietas. & i c. vētos. eadē disti. dicit text9. Vbi ebrietas ibi libido & furor. Cętera videant i verbo ebrietas. f ¶Tribuit sapiētiam. Hinc beat9 Gregori9 in dialogo scribit beatū Bñdictū quēdā monachū virga pcutiēdo sanasse: quē crebris admonitionib9 curare nō poterat. Ita dicit text9 in c. cū beat9. circa me. 45. disti. g ¶Hoi ocioso: id est negligēti voluntatē/ defuncti cuius habet possessiones. adimplere: quæ tñ ociositas seu negligētia si vltra annum protrahatur a loci episcopo debet defuncti voluntas adimpleri. prout est casus apertus in c. nos quidem. de testamē. & in l. nulli. C. de episcop. & cleric. De quo dicetur diffusius loco suo.

h ¶ Occulte. Hinc dicit textus in c. t. coniū. t. 2. questi. t. Attende quēadmodū iustus Ioseph tanto flagitio quod de vxore sua fuerat suspectus/ tanta benignitate pepcit: anteq̄ sciret vn̄ illa conceperat quā grauidā senserat/ & se ad illā nō accessisse nouerat. Restabat igit certa adulterij suspitio. & tn̄ ipse quia nō nouerat (dicit euāgeliū) Ioseph cū esset iustus & nollet eā diuulgare vel traducere: voluit occulte dimittere eā. Ergo corripiēda ipsa sunt coēā oib⁹ quę peccātur corā oib⁹. Ipsa vero corripiēda sunt secretius: q̄ peccant secretius. Hęc textu

Mat.1.c ¶ Ioseph vir Marię/ cum esset iustus & nollet eam traducere: voluit occulte [h] dimittere eam. &c. Vt infra Maria virgo.

Mat.5.e ¶ Dictum est (ait Christus) Quicunq; dimiserit vxorem suam: det ei libellū [i] repudij. Ego autem dico vobis: quia omnis [k] qui dimiserit vxorem suā excepta fornicationis causa: facit eam mœchari. Et qui dimissam duxerit: adulterat. Cętera q̄ hic scribi possent de dimissione vxoris: videantur infra in verbo discedere.

Mat.6.b. ¶ Pater dimitte [l] nobis debita nostra: sicut [c] et nos dimittim⁹ debitoribus nostris.

i ¶ Libellū repudij. De iure ēt ciuili ex certis causis libellū repudij dare licitū erat. Quis etiā solo cōsensu licita matrimonia possēt cōtrahi: contracta tamen non nisi misso repudio dissolui poterant. Solutionem etenim matrimonij difficiliorē debere eē: fauor imperabat libero eū. Causę autem repudij saluberrima lege apertius designantur. Sicut enim sine iusta causa dissolui matrimonia iusto limite ius ciuile phibebat: ita aduersa necessitate pressum vel pressam/ quis is infausto/ attamē necessario auxilio voluit liberari. ¶ Si qua igitur maritū suū adulterum aut homicidā aut veneficum: vel certe cōtra imperium aliquid molientem/ vel falsitatis crimine cōdemnatum inuenerit: si sepulchrorum dissolutorem/ si sacris ędibus aliquid subtrahētē: si latronē vel latronū susceptorē vel abactorē aut plagiariū: vel ad cōtēptū sui domus vel suę ipsa inspiciēte cū impudicis mulieribus (qd maxime etiā castas exasperat) cetū ineūtē: si suę vitę veneno aut gladio/ aut alio simili mō insidiantē/ si se verberib⁹ (q̄ ingenuis aliena sunt) afficientē pbauerit: tūc repudij auxilio vti necessariā ei ius ciuile pmittebat libertatē/ & cās discidij legib⁹ cōprobare. Vir quoq; pari fine claudebat: nec licebat ei sine causis apti⁹ designatis ppriā repudiare cōiugē. Nec vllo mō expellere: nisi adulterā vel veneficā/ aut homicidā/ aut plagiariā/ aut sepulchrorū dissolutricē/ aut ex sacris ędib⁹ aliqd subtrahentē/ aut latronū fautricē: aut extraneorū virorū se ignorāte vel nolēte cōuiuia appetētē/ aut ipso inuito sine iusta & pbabili cā foris scilicet pnoctantē: nisi circēsibus vel theatralib⁹ ludis vel arenarū spectaculis in ipsis locis in qb⁹ hęc assolēt celebrari se phibēte gaudētē/ vel nisi sibi veneno/ vel gladio/ vel alio simili mō insidiatricē: vel cōtra iperiū aliqd machinātib⁹ consciam seu falsitatis crimini se imiscentē inuenerit/ aut manus audaces sibi pbauerit ingerentē. Tūc eni necessariā ei discedēdi pmittebat facultatē: & cās discidij legib⁹ cōprobare. ita dt tex. i l. cōsēsu. C. de repu. k ¶ Ois q dimiserit. Circa hic sniam videdus est i pris tex. in c. 2. de cōiug. lepro. vbi dr. Quoniā nemi licet excepta cā fornicatiōis vxorē dimittere: cōstat q si mulier lepra pcussa fuerit/ seu alie graui ifirmitate detenta/ nō est a viro ppterea separāda/ vel etiā dimittēda. Secūdo videat text⁹ in c. sunt qui. in prin. 27. q̄st. 2. vbi dr. Sunt qui dicūt religionis grā cōiugia debere solui verū sciēdū est/ si hoc lex humana cōcessit: lex tamē diuina phibuit. per se eni veritas dicit. Non licet dimittere vxorē excepta cā fornicationis. Tertio notet tex. in c. quod aūt. §. ecce. eadē cā & q̄sti. vbi dr. Impossibilitas coeundi si post carnalē copulā inuēta fuerit in aliquo/ nō soluit coniugiū: si vero ante carnalē copulā depręhēsa fuerit/ liberū facit mulierē aliū virū accipere. Vnde apparet illos nō fuisse cōiuges: alioquin nō liceret eis ab iuicē discedere/ excepta causa fornicationis. Quarto notetur etiā tex. in c. gaudem⁹ versi. qui autē de diuor. vbi dr. Qui secundū ritū suū legitimā repudiauit vxorē: cum tale repudiū veritas in euāgelio reprobauerit/ nunq̄ ea viuēte poterit aliā etiā ad fidē Christi conuersus habere/ nisi post cōuersionē ipsius illa renuat cohabitare cū ipso/ aut etiā si consentiat non tn̄ absq; contumelia creatoris/ vel vt eū pertrahat ad mortale peccatū. In quo casu/ restitutionē petēti quis de iniusta spoliatione constaret/ restitutio negaret: quia scdm Apostolū frater aut soror non est in hmōi subiectus seruituti. Quia si cōuersū ad fidē & illa cōuersa sequat/ añq̄ ppter cās p̄dictas legitimā ille ducat vxorē/ eā recipe cōpellet: quis quoq; secūdū euāgelicā veritatē/ qui duxerit dimissā/ mœchat. non tn̄ dimissor poterit obijcere fornicationē dimissę p eo q nupsit alij post repudiū: nisi alias fuerit fornicata. Hęc tex. Ex p̄dictis quatuor textib⁹ quatuor modis hęc euāgelica snia declarat. Prio vt pcedat etiā si in altero cōiugū ifirmitas icurabilis & cōtagiosa supueniat. vt pbat in d. c. 2. de cōiu. lepro. Scdo etiā si ipedimētū oriat ppter qd vnū ex bonis cōiugij haberi nō possit/ puta ipedimētū coeūdi. vt in d. c. qd aūt. Tertio etiā si alter cōiugū religionē vellet igredi vt i d. c. sunt q. De quo tn̄ dicat vt dictū est. s. i verbo cōiūgere. sup illd. Quod de⁹ cōiūxit: hō nō separet. Et quarto etiā si repudiū esset licite missū iter aliquos scdm ritū eorū: vt qa pagani erāt. quia ad fidē Christi cōuersus nō capiet aliā sed adhęrebit repudiatę. vt in d. c. gaudem⁹. Hęc snia sic declarata pcedit vbi eēt verū mr̄imoniū. Sec⁹ si tm̄ nō putatiuū: vt qa erat aliqd impedimētū/ ppter qd mr̄imoniū subsistere nō poterat. qa ipedimēto pbato separant: put pbat i d. c. qd aūt. dū loquit de impotētia coeūdi nō suborta de nouo/ sed exn̄te añ mr̄imoniū initū: quia tale ipedimētū ipedit mr̄imoniū valere. vt est casus apt⁹ i d. c. qd aūt. & i c. 2. & c. ex lris. d frigi. & male. Nō tn̄ ppter tale ipedimētū/ nisi eēt olno notoriū/ sepabūt cōiuges statī: sed cohitabūt sil' trienio. p⁹ qd iurabūt cū septia manu ppiquorū vel viciorū deficiētib⁹ ppinqs/ q nō potuerit cōmisceri. quo facto sepabūt. Tex. ē i c. laudabile. de frigi. & mala. & i l. i causis. cū auctē. seq. C. de repudijs. l ¶ Dimitte nobis debita nr̄a. Pro elucidatiōe istorū verborū text⁹ ē bn̄ notād⁹ in c. tres sunt. versi. est eni pnia. de peni. distin. 1. vbi dr. Est pnia hūiliū & bonorū fideliū pœna quotidiana: i qua pectora cōtūdim⁹ dicētes. dimitte nobis debita nr̄a. Neq; eni ea dimitti nobis volum⁹/ q̄ dimissa i baptismo nō dubitam⁹: sed illa vtiq; q̄ hūana fragilitate quia parua/ tn̄ crebra subrepūt. q̄ si collecta cōtra nos fuerit: ita nos grauabūt & opprimēt/ sicut vnū aliqd grāde pctm̄. Quid eni iterest ad naufragiū/ vtrū vno grādi fluctu nauis opiat & obruat: an paulati subrepēs aqua i setinā/ & p negligētiā culpā derelicta atq; cōtēpta ipleat nauē atq; submergat? ppter hęc ieiunia/ elemosynę/ & orōes iuigilāt: in qb⁹ cū dicim⁹/ dimitte nobis debita nr̄a/ manifestam⁹ nos hr̄e qd nobis dimittat/ atq; i his verbis hūiliātes alas nr̄as quotidianā quodāmō agere pniam nō cessam⁹. Hęc text⁹ q Augustini ē. Cui cōformis est text⁹ Chrysostomi. in c. de quotidianis. i prin. de peni. dis. 3. & i c. abhuc pfidi instāt. in fi. eadē dis. & in c. iterat. circa me. de cōse. distin. 2. m ¶ Sicut et nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Circa hęc verba vidēdus est textus in c. panem. de cōse. distin. 2. De quo textu dictum est supra in verbo debitor. Videndus est etiam textus in c. de quotidianis. de peni. distinc. 3. in fi. vbi dr. Quēadmodū dicitur veraciter/ dimitte nobis debita nostra/ quoniam non desunt quę dimittūtur: ita veraciter dicatur sicut & nos dimittimus debitoribus nostris/ id est fiat quod dicit/ quia & ipsa elemosyna est veniā petentibus olno ignoscere. Vltimo p maiori effectu istorū verborū notet textus in c. dixit dn̄s. de peni. distic. 4. vbi dr. Dixit dn̄s. Dimitte: & dimittet tibi. sed ego prius dimisi: dimitte vel postea. Nam si nō dimiseris/ reuocabo te:

¶ Si dimiseritis [n] hominibus peccata eorum (ait Ihesus) dimittet et vobis pater vester cœlestis delicta vestra: si autem non dimiseritis hominibus/nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Mat.6.b.

¶ Dñe permitte me (ait vn⁹ de discipulis ad Ihesū) primū ire/& sepelire patrē meū. Ihesus aūt ait illi. Sequere me: & dimitte [o] mortuos sepelire mortuos suos. Mat.8.c.

Dirigere. ¶ Dñe/deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Psal.5.b

¶ Dirige me domine in veritate tua & doce me: quia tu es deus saluator meus/ & te sustinui tota die. 24.a

¶ Diriget [p] dominus mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. 24.b

¶ Legē pone mihi domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos. 26.d

¶ Vtinam dirigantur vie meę ad custodiendas iustificationes tuas! Tūc non confūdar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo φ didici iudicia iustitię tuę. 118.a

¶ Gressus meos dirige secundum eloquium tuum domine: vt non dominetur mei omnis iniustitia. 118.k

¶ Vir linguosus [q] non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu. 139.c

¶ Dirigatur [r] oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. 140.a

¶ In omnibus vijs tuis cogita dominum: & ipse diriget gressus tuos. puer.3.a.

¶ Siplicitas iustorū diriget eos: & supplātatio peruersorū perdet illos. 16.b

¶ Cor hominis disponit viā suā: sed domini [s] est dirigere gress⁹ suos. pue.16.b

¶ Qui abscondit [t] scelera/non dirigetur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea/misericordiam consequetur. 28.b.i fi.

Discedere. De vētre matris meę de⁹ me⁹ es tu: ne discesseris a me. Psal.21.b

¶ Discede ab iniquo: & deficient mala abs te. Eccl.7.a.

¶ Aduocatus a potentiore discede ex hoc enim magis te aduocabit. Eccl.13.a.

¶ His qui matrimonio iūcti sunt pręcipio (ait Paulus) non ego/ sed dominus: vxorem a viro non discedere [v]. Quod si discesserit: manere [x] innuptam/aut viro suo reconciliari/et vir vxorem non [y] dimittat. 1.cor.7.b

et quicquid dimiserā/replicabo tibi. n ¶ Si dimiseritis &c. Circa hanc sententiā videaē bo. tex. Augustini.ic.dixit dñs.de peni. distin.4.de qno dictū est .ī.annotatione prima. o ¶ Sine mortuos. &c. Id est dimitte terrenos hoies terrena sequi: et sequere cœlestia. put etiam iure humano admonentur oēs quibus pcęteris congruit dñm sequi/vt sunt clerici. Tex. est in c.1. & quasi per totū.ne cle.vel mo.& l.ii.cōsulta diualia. C.de testa. p ¶ Diriget mansuetos. De hac mansuetorū directione notabiliter loquitur textus qui Augustini est/in c.vos aūt.16.qsti.1.vbi dr. Si qua opera vestra (fratres) in ecclesia desyderauerit: nec elatione auida suscipiatis/ nec blādiēte desidia respuatis. sed miti corde obtemperetis deo cū māsuetudine: portantes eū qui nos regit/q dirigit in iudicio/qui docet māsuetos vias suas. nec ocium vestrū necessitatibus ecclesię pponatis. cui parturienti si nulli boni ministrare vellent: quomō nasceremini nō inueniretis. Hęc textus.
q ¶ Linguosus. Videaē q annotabuntur infra ī verbo linguosus.
r ¶ Dirigaē. Merito petimus vt orones nostrę in conspectu dñi dirigantur. Non eñ omnis oratio dirigiē: quia nōnunq̄ nobis nō profutura petimus. De quo videatur qd late notatur per glo. in clemen. vnica. in glo.ma.colū.ii.de reliq. et vene.sau.& dicetur infra in verbo oratio.
s ¶ Dñs est. Hinc dicit text⁹ in c.si eñ.colū.6.de peni. distinc.3. Nō est volētis neq currētis/sed dei miserentis & adiunātis: vt puenire valeamus ad calcē. t ¶ Qui abscōdit &c. Huic sentētię annotatū est supra in verbo cōfiteri. vbi videaē. v ¶ Nō discedere. Videaē qd annotatū est supra in verbo dimittere.k. x ¶ Manere innuptā. Iure humano/si vxor a viro discesserit auctoritate ppria: nō sufficit φ innupta velit manere/sed marito patēti dabet restitui/etiā si allegaret impedimentū legitimū ppter qd matrimoniū subsistere nō poterat. Tex est.in c.porro.de diuor.& in c.de illa.eodē ti. Quod si discessisset auctoritate ecclesię: ipsa volēs marito volenti restitueretē/sed nolēs nō cōpelleretē redire/nec marit⁹ nolēs acceptare. Tex.est in c.de benedicto.& in c.qd autē.32.questi.2.
y ¶ Nō dimittat. Supple auctoritate ppria. alias cōpelleret ad eā redire: nisi in casu q ponitē in c. significasti. de diuor. vbi (pręmisso φ quidam vxore sua sine iudicio ecclesię dimissa/ p eo φ suggestū sibi fuerat ipsam incestum cum quodā cōsanguineo suo cōmisisse viculo fuit ppter hoc excōicatiōis astrict⁹. Verū mulier nō cōtinuit/sed sobolē de alio viro suscepit: nec minus postulabat viro restitui/asserēs se ab ipso iniuste dimissā/& eidē sibi materiā adulterādi dadisse) dr. Cōsultationi tuę taliter rñdem⁹. φ si notoriū est mulierē ipam adulteriū cōmisisse: ad eā recipiēdā pfat⁹ vir cogi nō debet/nisi cōstaret ipm etiā cū alia adulteriū cōmisisse Hęc tex. Quod si iusta subsit cā dimittēdi/vt q̄a vxor fornicata ē: vir pōt eā auctoritate ecclię dimittere. vt visū est .ī. l verbo dimittere Immo nō solū pōt sed etiā debet dimittere. Sicut eñ crudelis & iniqu⁹ est q castā dimittit vxorē: sic fatu⁹ est & iniust⁹/q retinet meretricem. Patronus eñ turpitudis est: q celat viciū vxoris. Ita dicit tex. in c.1.32.qsti.1.& l c.dixit dñs.eadē cā & qsti. dicit tex. Cū vxor vnā carnē l aliā diuiserit/& se fornicatiōe a marito separauerit: nō debet teneri ne virū quoq sub maledicto faciat.dicēte scriptura. Qui tenet adulterā: stult⁹ ē & isipiēs. Et i c.si qs vxorē.eadē cā & q.dicit tex. Si qs vxorē suā scit adulterā/& nō vult dimittere eā/sed in matrimonio habere: trib⁹ annis pœniteat. Pręmissa pcedūt vbi marit⁹ vere & p certo sciret vxorē adulterā: vt q̄a eā i adulterio dephēdisset. quia postea retinēdo eā secū/cōtrahit crimē lenocinij. vt est casus rotundus in l.2.in princi. C.de adul. secus si nesciret pro certo: sed tantum suspicaretur adulteram. Ex hac enim suspitione si violenta sit/q̄uis possit a marito peti separatio (vt est tex. in d.c.dixit dñs. in princi.32.questi.1. et in aucten. vt liceat matri & auię.§.fi.) tamen non tenetur petere. Textus est in d.l.secunda, in fine. C.de adulte.

quia potest obnubilare patiētiā suā prętextu incredulitatis: vt ibidē dicit glosa in verbo suspectam. Secundo ꝓmissa procedūt: vbi vxor in adulterio perseueraret. ꝙ si adulterij sui eā pœniteat: potest maritus eā q̄uis adulteram retinere. Suadetur tñ ei: ꝙ sępe mulieri ad adulteriū redeūti/ & dicenti se pœnitere/ non credat. De hoc est textus apertus in c. 2. de adulte. z ¶ Si qua mulier fidelis. Pro bona huius sentētię Apostoli elucidatione notetur text⁹. in c. q̄to. de diuor. vbi dr. Distinguimus an ex duobus infidelibus alter ad fidem catholicam cōuertatur/ vel ex duobus fidelibus alter labat in heresin/ vel decidat in gētilitatis errorē. Si em̄ alter infideliū coniugū ad fidem catholicā conuertatur/ altero vel nullomodo/ vel nō sine blasphemia diuini nois/ vel vt eū pertrahat ad mortale peccatū ei cohabitare volēti: qui relinquit/ ad scda si voluerit vota transibit. Et in hoc casu intelligit qd ait Apostolus. Si īfidelis discedit/ discedat: frater em̄ vel soror non est subiectus in hmōi. Si vero alter fideliū cōiugū vel labatur in heresin vel trāseat ad gētilitatis errorem; nō credimus ꝙ in hoc casu is q relinquitur/ viuēte altero possit ad scdas nuptias cōuolare/ licet in hoc casu maior appareat cōtumelia creatoris. Nam etsi matrimoniū verū inter infideles existat: non tñ est ratum. inter fideles autē verum & ratum existit: quia sacramētū fi dei qd semel est admissū/ nūq̄ amittitur/ sed ratū efficit coniugij sacramētū/ vt ipsum in cōiugib⁹ illo durāte perduret. Nec obstat ꝙ a quibusdā forsan obijcitur/ ꝙ fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari: cū in multis casib⁹ id cōtingat/ vt si alter coniugū incidarur. Per hanc autē responsionē/ quorundā malitię obuiat: qui in odiū coniugum vel qn̄ sibiiuuicē displicent/ si eas possent in tali casu dimittere/ simularent heresin vt ab ipsa nubentibus coniugibus resilirent. Hęc textus. Cui cōformis est text⁹ in c. gaudemus. versi. qui autē secundū ritū suum. eodem ti. de quo textu dictum est supra in verbo dimittere. k. De hac etiam materia sunt plures textus. 28. questi. 1. per totū. quos nō transcribo: quia textus in d. c. q̄to. satis resoluit hanc materiā.

1. Cor. 7. c ¶ Si qua mulier z fidelis habet virum infidelem/ & hic consentit habitare cum illa: non dimittat [a] virum. Sā̄ctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem: & sā̄ctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij vestri immundi essent: nunc autē sancti sunt. Quod si infidelis discedit [b]: discedat. Non enim subiectus est frater vel soror in huiusmodi. &c.

1. tio. 4. a ¶ In nouissimis temporibus discedent quidam a fide/ attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in hypocrisi loquentium mēdacium/ & cauteriatā [c] habētiū suam conscientiam/ prohibentium nubere/ abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiēdum cum gratiarū actione fidelibus/ & his qui cognouerunt veritatē. Et latius s. in verbo cib⁹.

Deu. 4. b. **Discere.** ¶ Dominus loquutus est mihi (ait Moyses) dicens Cōgrega ad me populum Israel: vt audiant sermones meos/ & discant timere me omni tempore quo viuent in terra/ doceantq; filios suos.

Deut. 5. a ¶ Audi Israel (ait Moyses) cerimonias atq; iudicia quę ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea/ & opere [d] complete.

Deu. 17. d ¶ Postq̄ sederit rex [e] in solio regni sui: describet sibi deuteronomiū legis huius in volumine/ accipiens exemplar a sacerdotibus leuiticę trib⁹/ et habebit secum/ legetq; illud omnibus diebus vitę suę/ vt discat timere dominum deum suum/ & custodire verba & cerimonias ei⁹ quę in lege precepta sunt.

psal. 118. a ¶ Confitebor tibi domine in directione cordis: in eo ꝙ didici iudicia iustitię tuę.

puer. 17. c ¶ Qui euitat discere [f]: incidet in malum.

Eccēs. 1. d ¶ Ecce magn⁹ effectus sum (ait Ecclesiastes) & pręcessi omnes sapien=

a ¶ Non dimittat. Hęc verba cōsilij sunt/ nō pręcepti. Potest em̄ fidelis mulier petere vt separetur a viro infideli: & ecōtra vir fidelis/ vt separetur ab vxore infideli. sed neuter eoꝝ tenetur illam separationē petere. Ita hęc verba sentit esse declaranda textus in c. idolatria. in princi. 28. questi. 1. vbi dicit. Idolatria quam sequunt infideles/ & q̄libet noxia superstitio: fornicatio est. Dñs aūt permisit causa fornicationis vxorem dimitti. sed quia permisit & nō iussit: dedit Apostolo locū monendi/ vt qui voluerit non dimittat vxorē infidelem/ cū quo sic fortassis possit fidelis fieri. Hęc tex. Vel hęc verba sunt ꝓhibitiua ꝓprij iudicij/ nō autē iudicij ecclesię. i. volūt ꝙ fidelis infidelē non dimittat iudicio suo: q̄uis bene possit dimittere iudicio ecclesię. Alias si iudicio ꝓprio dimiserit: cogitur ad eū reuersum ab infidelitate redire. Secus si dimiserit iudicio ecclesię: quia ad ipsum q̄uis ab infidelitate reuersum redire non cōpellitur. Tex. est vbi hęc omnia probantur/ in c. de illa. de diuor. b ¶ Discedit discedat. Hęc verba declarat tex. in c. si infidelis. in prin. 28. questi. 1. vbi dr. Si infidelis (dicit Apostolus) discedat: nō est seruituti subiectus frater aut soror in hmōi. id est si infidelis noluerit esse cū coniuge sua fideli: hic cognoscat fidelis suam libertatē/ nec ita se subiectū putet seruituti/ vt ipsam dimittat fidē/ ne coniugem amittat infidelē. Hęc tex. Qui dum dicit/ Si infidelis noluerit &c. est intelligēdus vt dicat infidelis nolle siue nolit simpliciter habitare cū fideli/ siue velit sed nō sine contumelia creatoris. Istā declarationē sentit tex. in allegato c. q̄to. de diuor. de quo dictū est supra. z. c ¶ Cauteriatam. id est vulneratā/ vel adustam ignoto erroris cauterio. Ita exponit glosa in c. didici. in verbo cauteriatā. 1. questi. 7. d ¶ Et opere complete. Non enim scire sufficit: nisi & ea quę sciuntur/ opere compleantur. & ideo seruus qui scit voluntatem domini sui/ & facit nō digna: plagis vapulabit multis. Seruus vero qui nescit voluntatem dñi sui/ & facit nō digna: plagis vapulabit paucis. Dicit textus post euāgelium in c. ea vindicta. paulo post prin. 23. questi. 4. e ¶ Rex. Videant quę huic sententię annotabunt infra in verbo rex. f ¶ Euitat discere. De istis qui discere euitant seu negligunt/ loquit textus in c. fi. in fi. 38. distinc. vbi dr. Qui rebelliter viuit/ & discere atq; agere bona recusat: magis diaboli q̄ Christi membrum esse ostenditur/ & potius infidelis q̄ fidelis esse monstratur. Et in c. de Cōstantinopolitana. circa prin. 22. distin. dicit tex. Stultus est qui se in eo primū existimat: vt bona quę viderit discere contemnat. Hinc Augustinus iuuenem alloquēs dicit. Iuuentutem tuā et ecclesiastici honoris rudimēta nequaq̄ contemno. Senex enim a iuuene/ & episcopus tot annorum a collega necdum anniculo paratus sum doceri. Et in l. apud Iulianum. ff. de fideicom. liber. refertur de quodam qui de se loquēs dicebat. Etiam si alterum pedem in tumulo haberem: adhuc discere vellem.

tia qui fuerunt ante me in Hierusalem: & mens mea contēplata est multa sapienter/ & didici/ dediq; cor meū vt scirem prudentiam atq; doctrinam: erroresq; [g] & stultitiam [g].

¶ Ad vos o reges [h] sunt hi sermones mei: vt discatis sapientiam/ & non excidatis. Sapię.6.b

¶ Sapientiam sine fictione didici: & sine inuidia communico [i]/ & honestatem illius non abscondo. Sapię.7.b

¶ Ante iudicium para iustitiam tibi: & anteq̄ loquaris [k]/ disce. Eccl.18.c

¶ Vir in multis expertus cogitabit multa: & qui multa didicit enarrabit intellectum. Eccl.34.b

¶ Misereamur [l] impio: & non discet iustitiam facere. Esa.26.b.

¶ Discite [m] a me (dicit Christus) quia mitis sum & humilis corde. Mat.11.d

¶ Ego (inquit Paulus) didici in quibus sum sufficiens esse. Phil.4.c

¶ Fidem & bonam conscientiam quidam repellentes/ circa fidem naufragauerunt: ex quibus est Hymeneus & Alexander/ quos tradidi [n] sathanę: vt discant non blasphemare. 1.tio.1.id

¶ Si qua vidua filios aut nepotes habeat: discat primum domum suam regere/ & mutuam vicem [o] reddere parentibus. 2.tio.5.a.

g ¶ Erroresq; & stultitiam. Quomodo seu ad quem finem liceat errores & stultitiā .i. libros errantiū & stultorum seu libros stultos & erroneos discere: videat textus in c. turbat. 37. distin. vbi dr̄. Turbat acumē legentiū & deficere cogit qui eos a legendis secularibus libris omnimodis existimat prohibendos: in quibus si qua inuēta sunt vtilia quasi sua sumere licet. Alioquin Moyses & Daniel/ sapiētia & litteris ęgyptiorū chaldęorūq; non paterētur erudiri: quorum tn̄ superstitiones simul & delicias horrebāt. & in c. legimus .2. eadē distin. dr̄. Legimus aliqua ne negligantur/ legimus ne ignoremus/ legimus non vt teneamus sed vt repudiemus. & in c. qui de mēsa. eadē disti. dicit tex. Quidā discunt aliqua nō vt sequantur: sed vt iudicēt atq; cōuincāt. Vel vt dicit tex. i d. c. turbat in fi. quidā legūt gētilium libros: vt errores ipsorū legēdo detestentur/ et vtilia quę in eis inueniunt/ ad vsum sacrę eruditionis deuoti vertant. Quod si alio fine puta ex sola curiositate vel alio fine deteriori discerētur errores/ vel hereticorum aut gētiliū libri: non essent qui sic discerent/ inculpabiles. Hinc legimus de beato Hieronymo/ q̄ cū libros legeret Ciceronis: ab angelo est percussus/ eo q̄ vir Christianus paganorū figmentis intēderet. Hinc etiā filius ille prodigus reprehendit: qui de siliquis quos porci mādūcabāt/ ventrē suū repleri cupiebat. prout hęc recitantur per textum in c. legimus .1. 37. disti. Et ita potest loqui textus in l. culpa. C. de male. & mathe. vbi dr̄. Culpa similis est: tam phibita discere/ q̄ docere. & in l. quicūq; in fi. C. de hęre. vbi legentes discendi studio/ hereticorū libros: decē libris auri fisco applicandis puniuntur.

h ¶ Videantur quę de regum eruditione annotabuntur in verbo rex.

h ¶ Cōmunico. De Sapientia cęteris cōmunicāda: facta est annotatio huic sentētię supra in verbo cōicare. sed ibi dictis addatur: q̄ istud/ scilicet sapiētiā discitam cōicare/ competit presertim ecclesiasticis. prout est bo. tex. in c. his igitur. in fine. 23. distin. vbi dicitur. Tales debent esse qui diuinis cultibus sese mācipandos studēt: scilicet vt dum scientię operam dant/ doctrinę gratiā populis administret.

k ¶ Anteq̄ loquaris disce. Similis est sentētia Hieronymi in c. sic viue. 16. q̄sti. 1. vbi dicitur. Multo tempore disce q̄ postea doceas. Hinc dicit textus in c. relatū. 37. distin. Diligenter obseruādū est: vt lex dei cū legitur/ non secundū ppriam ingenij virtutē vel intelligentiā legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis quę possunt trahi ad eū sensum quem sibi vnusquisq; sponte presumpserit: sed non oportet. nō enim sensum extrinsecus alienū & extraneū debetis quęrere/ vt quoquomodo ipsum ex scripturarū auctoritate confirmetis: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis oportet. Et ideo sciētiam oportet ab eo discere scripturarū/ qui eam a maioribus secundū veritatē sibi traditam seruat: vt & ipse possit eam quā recte susceperit/ competenter asserere. Cum em̄ ex diuinis scripturis integram quisq; & firmā regulam veritatis susceperit: absurdum nō erit si aliquid etiam ex eruditione cōmuni ac liberalibus studijs quę forte etiam in pueritia attigit/ ad assertionem veri dogmatis conferat. Ita tamē: vt vbi vera didicit/ falsa & simulata declinet. Hęc textus.

l ¶ Misereamur impio. &c. Quod misericordia impio exhibita/ sibi noceat vt hic dicitur: est etiā bonus textus in c. ne amisso. 23. q̄sti. 4. vbi dr̄. Ne sis pauperi in mala causa misericors. cuius si parcis sacello percutis cor: & tanto nequiorē reddis q̄to iustū sibi fauere videt. Quod vero talis misericordia etiam alijs noceat: textus est in c. est iniusta. in fine. 23. q̄sti. 4. vbi dr̄. Nonne iudex cū indulget indignos ad prolapsionis contagiū prouocat vniuersos (facilitas enim venię: incentiuū tribuit delinquendi. Hęc tex.

m ¶ Discite a me. Pro effectu huius sententię: videndus est bonus textus in c. qui scit. 2. questi. 6. vbi dr̄. Qui scit se quibusdam prepositū/ nō moleste ferat aliquē sibi esse prelatum: sed obedientiā quā exegerit/ etiam ipse depēdat. & sicut nō vult grauis oneris sarcinas ferre: ita non audeat alijs importabile pōdus imponere. Discipuli em̄ sumus humilis & mitis magistri: dicētis/ discite a me quia mitis sum & humilis corde. Hęc tex.

n ¶ Tradidi Sathanę. Tex. est de hac per Paulū punitione facta loquens in c. quid crudele in fi. 23. questi. 4. vbi dr̄. Apostolus nō crudeliter sed amicabiliter tradidit hominē sathanę in interitū carnis: vt spiritus eius saluus sit in die dn̄i nostri Ihesu Christi. tradidit & alios vt discerent non blasphemare. Hęc tex. Quid autē sit hoiem tradere sathanę: declarat texts Hieronymi in c. audi. 11. questi. 3. vbi dr̄. Dupliciter etiā nūc tradunt hoies de ecclesia in potestatem zabuli. Primo cū delictum alicuius manifestū sit ecclesię/ et de ecclesia per sacerdotem pellitur: vt notatus ab oībus/ erubescat & cōuertatur. Secūdo cū peccatū eius nō est manifestū hoibus: deus autē qui videt in abscondito/ perspiciens eius mentē & aīm vicijs ac passionibus seruiētem/ & in corde eius non se diligi/ sed aut auaritiam aut libidinem aut iactantiam vel alia huiusmodi/ istum talem dn̄s tradidit sathanę. Quomodo autem tradidit eum sathanę? Discedit a mente eius/ & auertit se & refugit a cogitationibus eius malis & desyderijs eius indignis: & relinquit domū eius vacuam. Hęc textus. Ideo aūt per excommunicationem & per peccatum dicitur homo tradi sathanę: quia excōmunicato & malo homine diabolus vtitur velut pecore suo/ siue in eis habet diabolus potestatem velut in pecore suo. Ita dicit tex. in c. miramur. in fi. 24. questi. 1. et est in glo. in d. c. audi. in verbo sathanę.

o ¶ Mutuam vicem. De mutua vice parētibus reddenda/ est bo. tex. in l. siquis a liberis. in prin. & §. vtrū aūt. ff. de liber. agnos. vbi pbat q̄ sicut filij inopes a parētibus diuitibus: ita parētes inopes a filijs diuitibus alendi sunt.

p ¶ Sciens a quo didiceris. Id est cognoscens/ & gratias agēs ei a quo didicisti. Ista declaratio pbatur per notabilē textū in c. reuertimini. in fine. 16. questi. 1. de quo textu videat supra in verbo cōicare. in pria annotatione.

q ℭ Vt nō sint infructuosi. Tales infructuosi: dicunt arbores infructuosę/ ad quarū radices securis dicitur esse posita. tex. est in c. quis in fi. de deci. & in c. alia. in prin. 16. questi. 1. r ℭ Super magistrū. Pro effectu horum verborū videatur notabilis textus in c. qualis. 8 questi. 1. vbi dicitur. Qualis erit ędificatio discipuli: si itelligat magistro se esse maiorem? Vnde nō solū episcopi/ presbyteri/ & diacones debent magnopere puidere vt cunctū populū cui psident/ cōuersatione/ sermone ac scientia/ pręeant: verūetiam & inferioe gradus/ exorcistę/ Lectores/ Custodes ędiū/ Acolythi/ & oēs omnino q domui dei deseruiūt. quia vehementer ecclesiā destruit: meliores laicos eē q clericos. Hęc text⁹. Et dicit text⁹ in sacerdotes. 6. qsti. 1. Populus a sacerdotibus docendus est & corripiēdus: non ipsi ab eo/ quia nō est discipulus sup magistrū. Et i c. oues. eadē causa & qsti. dr. Oues pastorē suū non reprehendant/ plebs epm non accuset: quia nō est discipulus supra magistrum.

1. Tio. 3. d. ℭ Permane in his quę didicisti/ et credita sūt tibi: sciēs a p quo didiceris.

Titū. 3. d. ℭ Discant & vestri bonis operibus pręesse (ait Paulus ad Titum) ad vs⁹ necessarios: vt non sint q infructuosi.

Hebr. 5. d ℭ Cum Christus esset filius dei/ didicit ex his quę passus est obedientiā: et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi/ causa salutis ęternę/ appellatus a deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech.

Mat. 3. c. **Discipulus.** ℭ Non est (ait Christus) discipulus super r magistrū: nec seru⁹ super dominum suum. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo sicut dominus eius.

Mat. 12. a ℭ Abijt Ihesus per sata sabbato: discipuli s autem eius esurientes/ coeperunt vellere spicas & manducare. Pharisei autem videntes: dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciūt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Nun legistis quid fecerit Dauid quādo esurijt/ & qui cum eo erant? quomō itrauit i domū dei/ & panes ppositiōis comedit quos nō licebat ei edere/ neq; his q cū eo erāt/ nisi solis sacerdotib⁹/ &c. Et. i. sabbatū.

Mat. 26. f ℭ Discipuli omnes relicto Ihesu fugerunt.

Luc. 5. f ℭ Quare discipuli Ioannis (dixerunt Scribę & Pharisei ad Ihesum) ieiunant frequenter/ & obsecrationes faciunt similiter & Phariseorum: tui autē edunt et bibūt? Quibus ipse ait. Nunquid potestis filios sponsi dū cū illis est sponsus: facere ieiunare? Venient autem dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus: tunc ieiunabunt in illis diebus.

Luc. 14. f ℭ Si quis venit ad me (ait Christus) & non odit t patrē suum & matrē/ et vxorem & filios et fratres & sorores/ adhuc autem & animam suam: nō potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suā/ et venit post me: non potest meus esse discipulus.

Ioā. 13. d. ℭ In hoc cognoscēt omnes (ait Ihes⁹ discipulis suis) quia discipuli mei estis/ si dilectionem habueritis inuicem.

Ioā. 18. d. ℭ Pontifex interrogauit v Ihesum de discipulis suis: et de doctrina ei⁹. &c. Vt infra Ihesus.

Ioā. 19. e. ℭ Cum vidisset Ihesus matrem et discipulum stantem quem diligebat: dixit matri suę. Mulier x: ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit y eam discipulus in suam.

Ioā. 19. g. ℭ Rogauit Pilatū Ioseph ab Arimathia/ eoq; esset discipul⁹ Ihesu/ occultus z autem propter metum Iudęorum: vt tolleret corpus Ihesu. &c.

s ℭ Discipuli &c. De hac hystoria annotatū est. s. i verbo Dauid. 1 si. vbi videat. Cętera annotabūt i verbo sabbatū

t ℭ Qui non odit & cętera. Qui non odit. id est q nō postponit amorē patris/ matris/ filioꝝ/ &c. amori dei. Ita declarant hęc verba per glo. 24. questi. 1. in princi. in versi. Itē qui nō odit. Et ideo si quis cū patre/ matre/ filio/ fratre/ aut sorore/ sine contumelia creatoris cohabitare nō possit: patrē/ matrē/ filios/ fratres/ & sorores/ debet dimittere. c. si infidelis. 28. qsti. 1.

v ℭ Interrogauit Ihesum de discipulis. De discipulis suis poterat Ihesus iterrogari: qa magister phibere debet testimoniū de vita & doctria discipuli. prout est bonus textus in l. nemini. circa mediū. C. de aduo. diuer. iudiciorum. & glo. in c. 1. in verbo magistrū. 12. qsti. 1. Et ideo quādo aliquis discipulus est pmouendus ad doctoratū: debet pñtari a magistris seu doctorib⁹ suis/ q de ei⁹ peritia debēt cū iuramēto deponere. Ita Panor. in c. pposuisti. in fi. de pba. & Bar. in phe. ffoꝝ. in prin. Et ita seruat Papię. vbi gradū sum adeptus/ q̄uis nō ita seruet Padue/ neq; Senis/ neq; Pisis/ neq; Florētię. put do. me⁹ Deci⁹ refert in d. c. pposuisti. in fine. subiungens se scire quia in illis quatuor vniuersitatib⁹ publico interpretandorum iurium munere functus est prout etiam me audiēte fungebatur in celeberrima Papiensi (quam alij Ticinensem vocant) Achademia in anno domini quingentesimo septimo/ quingētesimo octauo/ quingētesimo nono/ & quingentesimo decimo supra millesimum.

x ℭ Mulier. Sic ergo mlieris appellatio/ nedū corruptę sed etiā virgini cōpetit: cū virginū flos & liliū/ Christi mr/ mulier appellet. Et ita etiā iura hūana virginē appellāt aliqñ mulierē. put ē casus i l. mulieris. ff. de ver. signi. & notat glo. in c. mulier. 22. qsti. 2.

y ℭ Accepit eā in suā. Vel quia Ioseph passiōis tpe iā defunct⁹ erat vt dicebat Petrus comestor. put refert glo. in c. si em. 27. qst. 2. Vel qa Ioseph nūq̄ cognouerat eā. Nā si vir iust⁹ eā cognouisset: nū q̄ a se discedere passus esset. Nec dñs q vxorē pceperat a viro nō recedere nisi cā fornicatiōis/ cōmēdās eā discipulo/ auctor diuortij fuisset. put dicit Ambrosi⁹ relat⁹ p tex. i c. qd autē. circa fi. 27. qsti. 2. Et qa si cognouisset eā/ & loco habuisset vxoris: quō illā dñs quasi absq; solatio & nihil penit⁹ hñtē discipulo cōmēdasset/ iubes illi vt eā recipet in suā. Ita dicit tex. in d. c. si em. eadē cā & qsti. q in illis verbis quasi absq; solatio & nihil penit⁹ hñtē/ satis videt pbare opinionem Petri manducatoris/ q scilicet passionis tempore Ioseph decessisset. et ita sentit ibi Archidiaconus.

z ℭ Occultus. Vbi periculum immiuet in assertione suę professionis seu cultus: non tenetur quis suum cultum prodere. Et nihilominus cultus suus q̄uis occultus sibi prodest/ nisi forsan interrogaretur. quia tunc non obstante periculo/ cultum suum debet profiteri. quia corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutē. prout hęc notabiliter probantur in c. primum. in princi. 22. questi. 2.

Et latius infra in verbo Ioseph ab Arimathia.

¶Dixit Ihesus Petro: sequere me. Conuersus Petrus vidit illum disci-
pulum quem diligebat [a] Ihesus sequentem/qui et recubuit [a] in cœna su Ioã. vltio in fine.
per pectus eius: & dixit. Domine: quis est qui tradet te? Hũc ergo cum
vidisset Petrus: dixit Ihesu. Domine: hic autẽ quid? Dixit ei Ihesus. Sic
eum volo manere donec veniã. Quid [b] ad te? Tu me sequere. Exijt er-
go sermo iste inter fratres: quia discipulus ille non moritur. Et non di
xit ei Ihesus non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam/quid
ad te. Hic ẽ discipul⁹ ille qui testimoniũ perhibet de his: & scripsit hęc.

Disciplina & disciplinatus.

¶Cor eorũ lõge fecisti a disci- Iob.17.a.
plina [c]: propterea non exaltabuntur.

¶Apprehendite disciplinam: nequando irascatur dominus/& pereatis Psal.2.c.
de via [d] iusta.

¶Disciplina tua domine correxit [e] me in finem: & disciplina tua ipsa Psal.17.e
me docebit.

¶Bonitatem [f]/et disciplinam/& scientiam [f]/doce me domine: quia man Psal.118.i
datis tuis credidi.

¶Audi fili mi disciplinã patris tui/& ne dimittas legẽ matris tuę: vt ad- Prover.1.a.
datur gratia capiti tuo.

¶Disciplinam domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo corri- Prover.3.b.
pieris. Et latius supra in verbo corripere.

¶Impius morietur quia non habuit disciplinam: & in multitudine stul Prover.5.11
titię suę decipietur.

¶Qui diligit [g] disciplinam/diligit scientiam: qui autem odit increpatio 12.a.
nes/insipiens est.

¶Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit 13.c.
arguenti glorificabitur.

¶Audi consiliũ/& suscipe disciplinã: vt sis sapiens in nouissimis tuis. 19.c.

¶Stultitia colligata est in corde pueri: & virga disciplinę fugabit eam. 22.c.

¶Noli subtrahere [h] a puero disciplinam: si enim percusseris eũ virga [h]/ 23.b.
non moriet̃. Tu virga [h] percuties eũ: & animã eius de inferno liberabis.

¶Sapiẽtiam et disciplinã qui abijcit/infelix est: & vacua est spes illorũ. Sapię.3.c.

a ¶Quem diligebat qui et recubuit. Circa hęc verba videat̃ notabilis textus in c. legim⁹. colũ.2.93. disti. vbi textus citare volens auctoritatẽ Ioãnis apostoli & euãgelistę de quo hęc sententia loquitur/dicit. Clangat tuba euãgelica filius tonitrui quem Ihesus plurimũ amauit: qui de pectore saluatoris/doctrinarũ fluenta potauit. Hęc tex.

b ¶Quid ad te? Glo. in c. si. in verbo vtiliter. 23. questi. 1. dicit ꝙ si episcopus alicui precipiat ire Romã/ pro vtilitate ecclesię/qui se excuset/dicens/ Mittatis illũ qui ditior me est: respondeat ei episcopus sicut Christus respõdit Petro. Cum eñ dñs diceret Petro. Tu me sequere: respondit Petr⁹. Dñe hic aũt qd? demonstrato Ioãne. & dixit ei dñs. qd ad te? sic eũ volo manere donec veniam. Hęc glo.

c ¶A disciplina. Pro annotatiõe huius sentẽtię & cęterarum sub hoc verbo cõprehensarum: notandũ venit id quod de disciplina scribit Archidiaconus in c. consuetudo. colũ.2. in princi. 1. distin. vbi dicit post Hugonem de sancto Victore quem allegat/ꝙ disciplina est bona & honesta conuersatio: cui parũ est non male facere/ sed studet etiã in his quę bene agit/ irreprehensibilis apparere. & vt dicit Isidorus/disciplina a discẽdo nomẽ accepit. vñ et scientia dici potest. vñ dicit Augustinus ꝙ disciplina est rerũ quarũcũꝗ scientia. Hęc Archi.

d ¶De via iusta. Etiam in via iusta debet adesse disciplina. i. scientia recte operandi: vt scilicet non solũ ea fiant q̃ iusta sunt/sed etiam fiãt iuste/quia deus nõ est remunerator noim sed aduerbiorum. dicit glossa in c. 1. de collu. de teg. & satis late dictũ est supra ĩ verbo dextra. sup illud. Nõ declines ad dextram neꝗ ad sinistram. Vt etiã ea quę iusta sunt prudenter fiant/ nec cũ mollicie nimia nec cũ nimia seueritate: quia disciplina vel misericordia multum destituitur: si vna sine altera teneatur. sed circa subditos inesse debet & iuste consulens misericordia/& pie sequens disciplina. Ita dicit textus in c. disciplina. in princip. 45. distinc.

e ¶Correxit. Disciplina sumitur aliquando pro correctione: prout est textus cum glo. in verbo disciplinã. in c. quidam. 5. qsti. 1.

f ¶Bonitatem &c. Quia non solum sufficit in presenti a peccatis abstinere/sed de preteritis oportet dolere/& a futuris cauere: ideo hac sententia monemur vt a deo bonitatem petamus respectu status presentis/ disciplinam respectu preteriti/& scientiam respectu futuri. Hęc declaratio probatur in c. non sufficit. de peni. distinc. 1. iuncto c. ille pœnitentiam. de peni. distinc. 3. dicit enim textus in d. c. non sufficit. Non sufficit mores in melius commutare/et a preteritis malis recedere: nisi etiam de his quę facta sunt satisfaciat domino per pœnitentię dolorem/ per humilitatis gemitum/per contriti cordis sacrificium/cooperantibus elemosynis & ieiunijs. Textus autem in d. c. ille pœnitentiam. dicit. Ille pœnitentiam digne agit: qui sic preterita mala deplorat/ vt futura iterum non committat.

g ¶Qui diligit disciplinam diligit scientiam. Possunt hęc verba etiam referri ad eum qui dat disciplinam: vt velint ꝙ qui alijs dat disciplinam. i. qui alios delinquentes corripit/ diligit. i. debet diligere sciẽtiam. i. vt nõ solũ puniant̃ q delinquũt: sed etiã vt instruãtur. Et ita intelligẽdo/ text⁹ est huic sentẽtię sic declaratę cõformis in c. ad fidẽ. 23. qsti. 5. vbi circa prin. dr̃. Vltrix male viuẽdi disciplina ꝑpostera est: nisi cura ꝓcedẽs bene viuẽdi doctrinã ꝓtẽdat.

h ¶Noli substrahere. Erãt qdã dicẽtes hoiem puersum esse suę relinquẽdũ volũtati/& ab eo disciplinã substrahẽdã: quos Augustin⁹ ĩ c. displicet. 23. qsti. 4. varijs ĩnijs ĩprobãs/ hac ꝑ cęteris adijcit. dicit eñ ibi text⁹. Si volũtas mala semp suę ꝑmittẽda est libertati: quare monet̃ pr̃ in scripturis sc̃tis filiũ dur̃ nõ solũ verbis corripe/sed etiã latera ei⁹ tũdere/ vt ad bonã disciplinã coact⁹ ac domit⁹ dirigat̃. vñ idẽ Salomõ ait. Tu ꝑcutis eũ virga: aiam aũt ei⁹ liberas a morte. Hęc tex. De hac etiã Salomõis snia est text⁹ clar⁹ in c. cũ beat⁹. versi Salomõ. 45. distin. Et ꝓ accõmodãda ad bonũ effectũ hac snia/ est tex. ĩ c. ea vindicta. circa me. 23. qsti. 4. vbi dr̃. Ea volũtate qs aliũ vidicet/ qua pr̃ paruulũ suũ flagellat: quẽ tñ ꝑ ętatẽ nõ põt odisse. hinc eñ satis apparet posse peccatũ amore potius vindicari/ q̃ impunitum relinqui: vt illum quem vindicat non pœna miserum/sed correctione beatum esse velit.

i ¶ Disciplinę dei. Merito disciplina dicitur esse dei: quia tunc tantū ex correctiōe proficit homo/ cū miseretur deus atq adiuuat. qui facit quos voluerit etiam sine correctione proficere: prout dicit notabilis textus in c. sicut nō est. 23. questi. 4. in fi. Et in c. sicut. in fi 47. distin. dicit tex. Cū gressus hoīs a dn̄o dirigātur/ nec sint in homine vię eius: corripere quidē potest/ corrigere autē nō valet. pulsare potest: nō aperire. manus cōprimere: nōn aīm mutare.

k ¶ Cibaria & virga & onus asino. His verbis instruimur: quā corporis nostri curā debeam⁹ gerere. Tria em̄ sunt ei a nobis puidēda. Primo cibaria. i. necessaria ad vitę sustētationē. Odio em̄ habet dn̄s rapinā i holocaustū. De rapina vero holocaustum offert: qui tēporali bonorum siue ciborū nimia egestate vel māducādi vel somni penuria corpus suum immoderate affligit. put notabiliter dicit textus Hieronymi in c. nō mediocriter. in fi. de cōse distin. 5. Secundo virga puidēda est corpori. i. correctio seu castigatio per opera pœnitentię. Hinc dicebat Paulus, Castigo corpus meū: & in seruitute redigo. c. si Paulus. 32. q̄sti. 5. Tertio puidendū est onus. i. exercitiū bonorum operū: quia fides sine operib⁹ mortua est. Istā declarationē ad hāc sententiā sentit text⁹ cū glosa in c. charitas est vt mihi videtur. versi. corpus. de peni. disti. 2. vbi dicit textus. Corpus nostrū quia pars nostri est: ad hoc nobis diligēdum est/ vt saluti eius ac fragilitati naturaliter cōsulam⁹/ & agam⁹ quaten⁹ spiritui nostro ordinate subiectum/ ad ęternā salutē excepta imortalitate & incorruptiōe perueniat. Hęc textus. vbi glo. ī verbo subiectum. dicit asino seu iumēto nr̄o. i. corpori tria esse exhibēda: saccū & sic onus/ paleā & sic cibaria/ & flagellū/ & sic virgā.

Sapię. 8. a ¶ Doctrix est sapientia disciplinę dei [i]: & electrix operum illius.

Ecci. 1. a ¶ Disciplina sapientię cui reuelata est/ et manifestata? & multiplicationē ingressus illius quis intellexit?

Ecci. 33. d ¶ Cibaria [k]/ et virga/ & onus asino: panis/ et disciplina/ et opus seruo. Operatur in disciplina/ & quęrit requiescere: laxa manus illi/ & quęrit libertatem.

Ecci. 40. d ¶ Vir disciplinatus et eruditus custodiet se.

. 41. c. ¶ Disciplinam in pace [l] conseruate.

vltimo. d. ¶ Appropiate [m] ad me indocti (ait sapientia) & congregate vos in domum disciplinę. Quid adhuc retardatis? Et quid dicitis in his? Animæ vestrę sitiunt vehemēter. Aperui os meū: & loquutus sum. Comparate vobis sine argento sapientiam/ & collum vestrum subijcite iugo eius/ & suscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est enim inuenire eam. Videte oculis vestris: quia modicum laboraui/ & inueni mihi multam requiē. Assumite [m] disciplinam in multo numero argenti: & copiosum aurum possidete in ea.

Esa. 53. c. ¶ Disciplina pacis nostrę super [n] (Ihesum) & liuore eius sanati sumus.

Ephe. 6. a ¶ Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate [o] illos in disciplina/ et correctione domini.

Heb. 12. b. ¶ Fili mi noli negligere disciplinā domini: neq fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit [p] dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.

Heb. 12. c. ¶ In disciplina perseuerate: tanq̄ [q] filijs vobis offert se deus. Quis enim filius quem nō corripit pater? Quod si extra disciplinam estis/ cui⁹ participes facti sunt omnes [r]: ergo adulteri & non filij estis.

l ¶ ¶ In pace. Id est in verbis māsuetis & lenibus. Tametsi em̄ quidā dū disciplinā volunt impendere/ recedite (dicant) polluti/ recedite/ abite/ nolite nos tangere/ nobiscū nolite cōicare: talis tn̄ loquela non illuminat cęcū/ non sanat ęgrotū/ nō curat ifirmū/ sed magis occidit atq in desperationē periclitantē mittit. Ideo boni rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitatē pensantes: magis per humilitatis & māsuetudinis leuamentū student peccantes ab erroris laqueo eruere/ q̄ per austeritatē in foueā perditionis nutantes ppellere. Vnde doctor gentiū. Factus sum (inquit) infirmus infirmis. Hęc sunt verba Hieronymi in Hieremia: q̄ ponuntur in c. recedite. 45. distinc. de quibus dictum est etiam supra in verbo desperare.

m ¶ Assumite &c. Similē cōmonitionē & pmij ppositionē facit imperator specialiter de disciplina legali. in §. finali. in prohe. insti. iuncto. §. fi. in fi. in auten. de hęre. & fal. colla. 1 vbi dr̄. Sūma ope/ & alacri studio has leges nostras accipite/ & vosmetipsos sic eruditos ostēdite: vt spes vos pulcherrima foueat toto legitimo opere perfecto posse etiam nostrā remp. in partibus eius vobis credendam gubernari. leges enim: neminem in egestate viuere/ nec in anxietate mori permittunt.

r ¶ Super Ihesum. Hinc dicit textus in c. cum marthę. col. pe. de cele. missa. Absit a fideliū cordib⁹ error iste/ vt Christus nec vere mortuus sit/ nec vere resurrexerit: cum propheta de ipso testetur/ q vere languores nostros ipse tulit/ et dolores nostros ipse portauit.

o ¶ Educate illos in disciplina. &c. Hęc sententia pręsertim eos filios respicit: qui de Christi patrimonio seu beneficijs ecclesiasticis aluntur. Tales em̄: pręcęteris curare debēt patres in vera disciplina & correctione educari. Tex. est Hieronymi in c. legant. 37 distin. vbi dicitur. Legāt episcopi atq presbyteri qui filios suos sęcularibus erudiunt litteris/ & faciunt illos comœdias legere/ & mimorum turpia scripta cantare/ de ecclesiasticis sumptibus forsitan eruditos. et quod in corbanam virgo vel vidua vel substantiam suam totam effundens quilibet pauper obtulerat: hoc in calendarū strenam/ & saturnalium sportulam/ & mineruale munus/ grāmaticus & orator: aut in sumptus domesticos aut in templi stipes/ aut sordidum conuertit in lucrum. Heli sacerdos ipse sanctus fuit. sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina & correctione: supinus cecidit & mortuus est. Hęc textus. Cætera huic sententię & similibus de correctione filiorum loquentibus annotanda: videantur infra in verbo filius.

p ¶ Quem diligit castigat. Pro annotatione huius sententię: videantur ea quę circa eam scripta sunt supra in verbo castigare. & in verbo diligere.

q ¶ Tanq̄ filijs. Sicut deus nos punit vt filios/ seu more boni patris: ita Iudex eos quos punit/ debet vt filios i. officium in eos paternum exercēs/ punire. Tex. est in c. 1. versi. imple. 23. questi. 5. vbi dicitur. Imple Christiane iudex pij patris officium: sic succensere iniquitati memineris/ vt non in peccatorum atrocitatibus vlciscendi libidinē/ sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.

r ¶ Omnes. Quod in oēs filios suos deus disciplinā exerceat: tex. est etiā bene notandus in c. nō oīs. versi. qs pōt nos ampli⁹ amare. 5. q̄sti. 5. De quo textu videat supra in verbo diligere. sup illud. Quē diligit dn̄s/ castigat. &c.

s ¶ Omnis disciplina. &c. Pro elucidatione hui⁹ sentẽtię per exemplũ familiare: videat bon⁹ tex. in c. nimiũ. 1. rñ. 23. q̃sti. 4. vbi dr̃. Si quisq̃ inimicũ suũ periculosis febribus phreneticũ factũ currere viderit in pręcipitiũ: nõne tũc potius malũ p malo redderet / si sic eũ ire permitteret / q̃ si corrigendũ curandumq; ligaret? & tñ tuuc ei molestissimus & aduersissim⁹ videretur qñ vtilissimus & misericordissim⁹ extitisset: sed plane salute reparata tãto ei vberius gratias ageret / q̃to minus sibi pepercisse sensisset. Hęc textus. t ¶ Disciplinatus. i. dest disciplinantis

¶ Ois disciplina [a] in pręseuti quidẽ videtur nõ esse gaudij sed mœroris: postea autẽ fructum paratissimum exercitatis per eã reddet iustitię. Heb. 12. d

¶ Quis sapiens & disciplinatus [t] inter vos? Ostendat [v] ex bona cõuersatione operationem suam in mansuetudine sapientię. Iaco. 3. c.

Discretio. ¶ Perfectorum est solidus cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habeãt sensus ad discretionem [x] boni ac mali. Et diffusius supra in verbo cibus. Heb. 5. iii

Discordia. ¶ Odit domin⁹ [y] eum qui seminat inter fratres discordias. Et infra in verbo odire puer. 6. c.

¶ Qui meditatur discordias / diligit rixas: & qui exaltat os suum / quęrit ruinam. puer. 17. c

¶ Qui prouocat rixas: producit discordias. pu. 30. iii

Discubitus. ¶ Cauete a scribis (ait Ihesus ad discipulos) qui volũt in stolis ambulare / et salutari in foro / & in primis cathedris sedere in synagogis / & primos discubitus in cœnis: qui deuorãt domos viduarũ sub obtentu prolixę orationis. Hi accipient [z] prolixius iudicium. Mar. 12. d

Dissimulare. ¶ Timor quem timebam euenit mihi (ait Iob) & quod verebar accidit: nonne dissimulaui [a]? nonne silui? nonne quieui? Et venit super me indignatio tua (domine) Iob. 3. iii.

¶ Fatuus statim indicatiram suã: qui autem dissimulat [a] iniuriam / callidus est. puer. 12. c.

¶ Misereris omnium domine: quia omnia potes / et dissimulas [b] peccata hominum propter pœnitentiam. &c. sapię. 12. d

seu correctoris officiũ gerẽs. Tali em̃: prę cęteris incũbit bene & laudabiliter conuersari. Tũ quia cui⁹ vita despicit / restat vt eius p̃dicatio contemnat. vt dicit Gregorius relatus per textũ ic. in fames. i ñ. 3. questi. 7. Tũ quia qui bene sederit sup cathedram / honorem accipit cathedrę: qui vero male sederit / iniuriã facit cathedrę. Ideoq; malus sacerdos / de sacerdotio suo crimen acquirit / nõ dignitatẽ: in iudicio enim suo sedet. Et si quidẽ bene vixerit / & bene docuerit: populũ istruit. Si male vixerit / & bene docuerit: sui solius condẽnator erit. Nam bene viuendo / & bene docendo / populũ instruit quomodo viuere debest: bene autẽ docendo / & male viuendo / deũ instruit quomodo seipm debeat condemnare. Ita dicit textus Chrysostomi ic. multi sacerdotes. 40. distin.

v ¶ Ostendat. Licet em̃ oĩbus duę res necessarię sint / bona cõscientia quo ad eos / & bona fama quo ad proximos (vt dicit textus in c. nolo. in princi. 12. questi. 1) tñ sapiẽtib⁹ & disciplinatis illę duę res sunt potissimũ necessarię / vt satis patet ex supradictis in annotatioe p̃xima. Et ideo episcopus cui correctionis incũbit officiũ (c. irrefragabili. in prin. de offi. ordina.) debet habere odorẽ famę. i. bonũ testimoniũ & ab hijs qui sunt intus & ab hijs qui sunt foris / vt cortina cortinã trahat. Ita dicit textus in c. vnico. col. t. de sacra vncti. x ¶ Ad discretionẽ. Discretio etiam iure humano vbertim cõmendat. dr̃ em̃ esse mater oĩm virtutũ. put est textus clarus in c. p̃sentiũ. circa medium. 1. q̃sti. 5. & in c. 2. de offi. custo. & est necessaria p̃sertim prędicatori: ne scilicet indignis nõ intelligẽtibus / secreta mysteria reserare incipiat. c. si. §. pariter. 4. distin. & ne nõ solum praua: sed nec recta quidẽ nimie & inordinate ab eo p̃ferant. c. sit rector. col. si. 43. distin. Necessaria est etiã confessori in ligando & soluendo. vt est casus in c. si is qui. in si. 23. questi. 4. Omnibus autẽ necessaria est ad vitanda vitia / & virtutes amplexandas: vt est bonus textus in c. hinc etenim. col. 2. 49 distinc. y ¶ Odit dñs. Pro ratione huius dicti bon⁹ est textus in c. abijt Iudas. versi. multi hodie. 12. questi. 3. vbi dicitur. Multi hodie scelus Iudę qui deũ ac magistrũ dñmq; suum pecunia vendidit / velut imane & nefariũ exhorrẽt: nec tamen cauẽt. Nam cum societatem fraternitatis aliqua discordię peste cõmaculant: deum produnt / quia deus charitas est. Cęteraq́ ę cõcernũt discordiã fratrũ: videant satis diffuse supra in verbo cõcordia. y.

z ¶ Hij accipient prolixius iudicium. Et non mirum. Simulata enim ęquitas / duplex est iniquitas: quia facit malum & abutitur bono. glo. est ita dicens in clemen. 1. in verbo sanctitatis. de religi. domibus.

a ¶ Dissimulaui. Pro hac & cęteris sententijs huic verbo dissimulare subscriptis / aduertendum est q̃ iure humano quadruplex reperitur dissimulatio. Quędam est pia & vtilis: de qua est tex. in c. vtilẽ. in prin. 22. distinc. 2. vbi dicitur / etiam iustos homines aliqua nõnunq̃ simulare ob suam & aliorum salutem: cum & ipse dominus noster nõ habens peccatum nec carnem peccati / simulationem peccatricis carnis assumpsit. vt condemnãs in carne peccatum: nos in se faceret iustitiam dei. Hęc textus. Et de hac dissimulatione loqui potest hęc sententia & duę sequentes. Secũda est dissimulatio perniciosa. de qua loquitur vltima sentẽtia huius verbi. et de hac ponitur vnum aliud exemplũ in c. cauete. 22. questi. 5. vbi dicitur. Non solum in falsis verbis: sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Mendacium namq; est: se Christianum dicere / et opera Christiani non facere. Tertia est dissimulatio discreta: quæ satis conuenit cum prima specie dissimulationis. Et de hac est bonus textus in c. a malis. 23. questi. 4. vbi dicitur. A malis semper corde disiungimini: ad tempus caute corpore copulamini. Quarta est dissimulatio detestabilis: vt quando superiores ea peccata quæ corrigere possunt dissimulatione tolerant. de qua loquitur textus in c. officij. 24. questi. 1. vbi dicitur. Officij nostri consyderatione / non est nobis dissimulare / non est tacere libertas; quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit.

b ¶ Dissimulas peccata hominum. Hinc dicit textus in c. homini. §. econtra. versi. in tertia. 1. questi. 4. In tertia & quarta generatione peccatum patrum se dominus commiuatur in lege filijs redditurum: nõ in ęqualitate iudicij vt alij peccent & alij puniantur / sed magnitudine clementię. dum semper expectat ad pœnitẽtiam: & quod in prima generatione delinquitur / nõ prius corripit & emẽdat / nisi & tertia & quarta generatio euenerit. Hęc text⁹.

c ℭ Dissimulauerit. supple dicere veritatē: quā ipse in testē corā iudice productus iurauerat se dicturum. Talis enim & in se delinquit deierando: & in proximum/ ipsum ex veritatis taciturnitate ledendo. Immo dicitur tribus obnoxius: deo sc3 cuius præsentiā cōtēnit/ iudici quē mētiendo fallit/ & proximo quem ledit. Tex. est in c. 1. de crimi. falsi. d ℭ In astutia. Videatur quod annotatū est. s. in verbo Astutia. e ℭ Hominibus placēti. Hominibus placere in malū/ idest hominibus placendo malum facere/ seu a via recta recedere: perniciosum est & improbatū. vt hic & in c. si. i si. 47. dis. vbi dicitur. Mouere nos non debent conuitia perditorum: quominus a via recta & a certa regula non recedamus/ quā apostol⁹ instituit dicens. Si hominibus placerem: Christi seruus nō essem. Placere aūt hominibus circa id quod bonū est vel indifferens/ non est perniciosū: sed laudabile & honestū. quia quisquis rebus ꝑtereūtibus restrictius vtitur/ ꝗ sese habent mores eorum cum quib⁹ viuit: aut intēperās aut superstitiosus est. quisquis vero sic eis vtitur vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat: aut aliquid significat aut flagitiosus est. dicit tex. Augustini in c. 1. in princ. 41. distinc.

ecci. 23. b. ℭ Si iurans frustrauerit fratrē/ delictū illius super ipsum erit: & si dissimulauerit [e] delinquit dupliciter/ & si in uacuum iurauerit non iustificabitur. Et infra iurare: vbi latius.

iob. 5. c. **Dissipare.** ℭ Deus dissipat cogitationes malignorū: ne possint implere manus eorum quod cœperant.

5. c. ℭ Deus apprehendit sapientes in astutia [d] eorum: & consilium prauorum dissipat.

psal. 52. b. ℭ Deus dissipauit ossa eorū qui hominibus [e] placent: cōfusi sunt quoniam deus spreuit eos.

67. g ℭ Dissipa (domine) gentes quę bella [f] volunt.

prou. 15. c ℭ Dissipantur [g] cogitationes vbi non est consilium: vbi vero sunt plures consiliarij/ confirmantur.

20. d. ℭ Dissipat [h] impios rex sapiens: & incuruat super eos fornicem.

25. d. ℭ Ventus aquilo dissipat pluuias: & facies [i] tristis linguā detrahētem.

29. b ℭ Homines pestilētes dissipāt ciuitatē: sapientes [k] vero auertūt furorē.

29 c. ℭ Cum prophetia defecerit/ dissipabitur populus: qui vero custodit legem/ beatus erit.

18. b. **Dissolutus.** ℭ Qui mollis & dissolut⁹ [l] est in opere suo: frater est sua opera dissipantis.

19. c. ℭ Pigredo immittit soporem: & anima dissoluta esuriet.

eccl. 2. c. ℭ Vę dissolutis corde qui non credūt deo: & ideo nō protegētur ab eo.

esa. 35. a. ℭ Confortate [m] manus dissolutas: & genua debilia roborate.

luce. 12. c. **Dispensator & Dispensatio.** ℭ Quisputas est fidelis dispēsator et prudens (ait dominus ad Petrum) quem constituit dominus su

f ℭ Bella volunt. Velle bella nocēdi cupiditate/ vlciscendi crudelitate/ implacato atq; implacabili animo/ feritate rebellandi/ aut libidine dominādi: malū est. c. quid culpatur. in princ. 23. q. 1. Secus si pręmissa absint. quia etiam apud veros dei cultores/ ipsa bella quę pacis studio geruntur vt mali coerceantur & boni subleuētur: pacata sunt. dicit tex. in c. apud veros. eadem causa. & q̄sti. Cętera videantur. s. in verbo Bellū. g ℭ Dissipantur cogitationes. &c. Videatur quod huic sententiæ annotatum est. s. in verbo Consiliarius. g sed ibi dictis addatur tex. in l. Dubiū non est. C. de repudijs. vbi dicit. Dubiū nō est omnia omnino quæ cōsilio recte geruntur: iure meritoq; & effectu & firmitate niti. h ℭ Dissipat impios. &c. Textus est huic sententię satis conformis in l. Congruit in pric. ff. de offi. prę̄si. vbi dicit. Congruit bono & graui præsidi curare vt pacata atq; quieta prouincia sit quam regit. quod non difficile obtinebit: si solicite agat vt malis hoīb⁹ prouīcia careat/ eosq; cōquirat. Nā & sacrilegos/ latrones/ plagiarios/ fures/ cōquirere debet: & prout quisq; deliquerit/ in eum animaduertere: receptatoresq; eorū coercere/ sine quibus latro diutius latere nō potest. Hęc tex. i ℭ Facies tristis. Videatur annotatio quę huic sententiæ facta est supra in verbo detrahere. e. k ℭ Sapientes. Videtur dici posse/ sapientes hoc loco posse accipi pro dominis seu superioribus ciuitatum aut prouinciarū: quorū incumbit officio furores seu discordias ac rixas inter suos subiectos sedare. Prout est tex. clar. in c. discordantes. 90. distinc. & in l. æquissimū. versi. cur enim ff. de vsufruc. l ℭ Dissolutus. Licet omnes debeant: religiosi tñ præ cęteris ne dissoluti sint cauere debent. Tex. est in c. cū singula. in princ. de præben. in. 6. Hinc dicit textus Hieronymi in c. nūq̄. circa fi. de consc. distinc. 5. Aegyptiorum monasteria hunc morē seruant/ vt nullum absq; opere & labore suscipiant: non tam propter victus necessaria/ q̄ propter animę salutem/ ne vagentur perniciosis cogitationibus/ & ad instar fornicantis Israel omni transeunti diuaricent pedes suos. Hæc textus. m ℭ Cōfortate manus. &c. Similis est sentētia apud Paulū ad Heb. 12. Remissas manus & soluta genua erigite. De qua meminit textus ꝑ istius etiā sentētiæ elucidatiōe vidēdus in c. hinc etei. versi. Claudus. ibi. quia videlicet. 49. distinc. vbi dicit. Qui ad virtutis stadium dum suaa cōsuetudine nō erigitur: quo desyderium ei⁹ nititur illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc Paulus dicit ad Hebręos. Remissas manus & soluta genua erigite. n ℭ Quisputas est. &c. Circa hāc sētētiā notet imprimis tex. in c. Si sacerdos. in princi. de pœni. distic. 1. vbi dicitur. Interrogationes diuini eloquij non semper negationem īferūt: sed potius difficultatē vel raritatē notāt. vt est illud euangelij. Quisputas est fidelis dispensator & prudens. Hęc tex. Ex quo satis liquet/ ꝙ tametsi difficile sit & rarū: tñ hæc duo fidelitas & prudētia dispensatoribus adesse debent. Quod est verū: siue eos dicamus dispēsatores qui ꝑlati sunt et curā habent animarum/ siue qui habent ius dispensandi. i. ex causa relaxandi dispositionē iuris cōmunis. Primis enim idest curam animarū habentibus ꝙ hęc sint necessaria: est bonus text⁹ in c. Cum sit ars artiū. de ętate & qualitate. & in c. cū in cūctis. in princ. & §. inferiora. de elec. Quod vero etiam secundis dispensatoribus. i. dispensationes seu relaxatiōes a iure cōmuni dantibus ista necessaria sint: probat bonus text⁹ cum glo. in c. requiritis §. nisi rigor. 1. q. 7. vbi dicitur. Rigor disciplinę quādoq; relaxatur ex dispensatione misericordiæ. multorum enim crimina sunt dānabilia: quæ tamen ecclesia tolerat pro tempore/ pro persona/ intuitu pietatis/ vel necessitatis/ siue vtilitatis/ et pro euētu rei. Hęc tex. vbi glo. dicit: ꝙ dispensare est diuersa pensare. Nā omnia hæc

per familiam suam: vt det [o] illis in tempore tritici mensuram. Beatus [p] ille seruus: quem cum venerit dominus inuenerit ita facientem. Vere dico vobis: quia supra omnia que possidet/ constituet illum.

¶ Sic nos existimet [q] homo (ait Paulus) vt ministros Christi & dispēsatores ministeriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. &c. 1.cor.4.a

¶ Vę mihi [r] (ait Paulus) si non euāgelizauero. Si enim [s] volēs hoc ago/ mercedem habeo: si autem inuitus/ dispensatio mihi credita est. 1.cori.9.c

¶ Mihi omnium sāctorum minimo (ait Paulus) data [t] est gratia hęc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi/ & illuminare omnes quę sit dispensatio sacramenti absconditi a sęculis/ in deo qui oīa creauit vt innotescat prīcipatibus & ptātibus in cœlestibus per ecclesiā multiformis sapiētia dei secūdū pręfinitionē sęculorū in Christo Ihesu dño nr̄o/ in quo habem⁹ fiduciā & accessum in cōfidentia per fidē eius. ephe.3.b.

¶ Christi factus sum ego (inquit Paulus) minister secundum dispensationem [v] dei quę data est mihi in vobis: vt impleam verbū dei mysteriū quod absconditum fuit a sęculis et generationibus. colo.1.d.

¶ Vnusquisq; sicut accepit gratiam/ in alterutrum illam administrātes: sicut boni dispensatores [x] multiformis gratię dei. 1.pe.4.c.

Displicere. ¶ Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas/ & in ruina eius ne exultet cor tuū: ne forte videat dominus & displiceat ei & au- eccēs.5.a.

de quib⁹ fit mentio in hoc textu/ pēsare debet: qui dispensare vult. Et sic in eo fidelitas exigitur cū prudentia: ad discutiendam & discernendam causam dispēsandi/ an iusta sit vel iniusta. Si enim sine causa iusta dispensaret: nō esset immunis a peccato/ etiam si esset papa qui dispensaret. prout notat Panor. in c. per venerabilē. in pric. Qui filij sunt legi. & in c. de multa. colū.3. de præben. Et eodē modo non esset tutus quoad deum is cū quo dispensasset. Ita Panor. post Hostieñ. in c. dudum.2. in.8. colū. de elec. & glo est. in c. non est. in verbo adimplere. de voto. quam allegat singularē Panor. in c. significasti eodē ti. Et aduertendū est q̄ loquendo de istis dispensatoribus/ licet omnes fideles essent & prudētes: adhuc tn̄ verū esset/ raros esse dispēsatores. quia si canon simpliciter loquatur dicēs aliquid fieri nō posse: solus papa poterit dispensare. Quod si non simpliciter loquatur/ sed dicat aliquid fieri nō posse nisi ex dispensatione: tunc etiam episcop⁹ poterit dispensare. quia ex quo cōditor. canonis nō retinuit sibi dispensandi facultatē: censetur eam epīs pmisisse. Ita Inno. per illū textum in c. dilectus. de tempo. ordi. & est glo. & ibi Panor. ī c. quisquis. in verbo fiat. de elec. Et idem Panor. in c. dudū.2. in.7. col. eodem ti. Inferioribus aūt ab epīs/ puta abbatibus aut alijs p̄latis/ dispensatio nūq̄ censetur permissa: nisi expresse & specialiter permittat a iure. Ita Inno. in c.2. de eo q̄ furti. ordi. suscep. Et Panor. in c.2. in.2. col. de postula. p̄la. cætera q̄ materiam dispensationū concernunt non transcribo/ vt occurram euagationi: sed ea videri pn̄t per Panor. in repetitiōe. c. extirpādę. §. Quia vero. de præben. & in c. at si clerici. §. de adulte. & ibi diffuse per p̄ceptorē meū Deciū/ de iudi. & per glo. bene solēnē in hac materia in d. c. requiritis. §. nisi rigor. 1. q.7. & aliquid. ſ. eodē. v.

o ¶ Vt det. Hinc dicit tex. in c. fi. in princ. 43. dis. Dispensatio est nobis cœlestis seminis iniūcta: vę si nō sparserimus/ væ si tacuerimus. Et in. c. sit rector. in princ. eadē dis. dicit tex. Sæpe rectores improuidi humanā amittere gratiā formidātes/ loqui libere recta pertinescūt: & iuxta veritatis vocē nequaq̄ gregis custodiæ pastorū studio sed mercennariorū vice deseruiūt. q2 veniente lupo fugiūt: dū se sub silētio abscōdūt. hinc per prophetā dn̄s eos increpat dicens. Canes muti: non valentes latrare. p ¶ Beatus. Et ideo dicit apostolus. Qui bene præsunt presbyteri: duplici honore digni sunt. de quo dicto est tex. in c. Ecce ego. 95. distinc. q ¶ Existimet homo. Qui ergo alijs pręsunt: oportet pręcęteris nedū de bona cōscientia/ sed etiam de bona fama esse solicitos. put etiam dicit tex. in c. Vnico. col.1. de sacra vnctione. & dictū est supra in verbo Cōscientia. super illud apostoli. Gloria nostra hæc est: testimoniū cōsciētiæ nr̄æ. vbi videatur. r ¶ Vę mihi. Hinc dicit tex. in c. fi.43. distinc. Cū electionis vas formidet & clamet/ Væ mihi si nō euangelizauero: q̄to magis cuilibet exiguo metuēdū est! Proinde nō leue discrimē incūbit pōtificibus/ siluisse quod cōgruit. s ¶ Si eni volens hoc ago. &c. idest si iniūctū mihi euangelizādi officiū adipleā volūtarie & ex dilectiōe/ & sic necessitati adiūgā volūtatē & dilectionē: mercedē habeo. Sin vero inuitus tm̄ adipleā: alijs p̄sū nō mihi. q̄ppe cū volūtariū militē diligat deus. dicit tex. bn̄ p̄bās secūdā partē hui⁹ declarationis in c. nō est q̄ cuiq̄. 15. q.1. Propria aūt parte q̄ sc3 merces ei debeat q̄ necessitat⁹ agit/ sed necessitati adiūgit volūtatē: vidēda est bona glo. ī cle. si dn̄m. in verbo seipsū. de reliq. & vene. sanc. q̄ plus vult. tali sc3 necessitato agēti etiā ex volūtate deberi mercedē maiorē q̄ deberet ei qui agit simpliciter ex voluntate. ponit exēplū in duob⁹ faciētibus idem opus meritoriū: sed alter ex voto facit & sic necessitatus: alter sine voto & sic ex sola volūtate: quia faciēs ex voto/ plus meret. t ¶ Data est. Vt ergo liceat euangelzare idest p̄dicare inuestigabiles diuitias Christi: oportet q̄ data sit gratia. i. q̄ iniūctū sit euāgelizādi officiū. put etiā de hoc est cōstitutio cōciliaris in c. Excōmunicamus. §. Quia vero. de hęreti. vbi dr̄. Quia nōnulli sub specie pietatis virtutē ei⁹ iuxta q̄d ap̄ls ait abnegātes/ auctoritatē sibi vēdicat p̄dicādi/ cū idē apostol⁹ dicat quō p̄dicabūt nisi mittātur! oēs q̄ p̄hibiti vel nō missi p̄ter auctoritatē ab apostolica sede vel catholico epō loci susceptā publice vel priuati p̄dicatiōis officiū vsurpare p̄sūpserint: excōmunicatiōis vinculo innodētur/ & nisi q̄citius resipuerint/ alia cōpetēti pœna plectant. Hęc tex. v ¶ Secūdū dispensationē dei. Secūdū aūt dispēsationē vicarij dei sc3 papę q̄ nō puri hoīs sed veri dei vicē gerit in terris (vt dicit tex. in c. q̄to. paulo post princ. de trāsla. episco.) nō aūt per dispēsationē alterius cuiuscūq;/ Christi & eius sponsę ecclesiæ efficiunt ministri. quibus dispēsatur super obtinendis plurib⁹ beneficijs curā animarū hn̄tibus annexā. talem eni dispēsationem solus papa cōcedit. put est bon⁹ tex. in c. dudū.2. in.2. col. & ibi Panor. in 10. nō. de elec. & idē Panor. in c. extirpādę. §. Quia vero. in.10. colū. de p̄bē. vbi dicit istud verū esse: vbi peteret dispensatio p̄pter personę p̄rogatiuas principaliter. Secus si pricipaliter peteret p̄pter fauorē ecclesiarū. quia tūc (videt) posset epīs dispēsare/ per textū in c. sactorū. 70. distinc. Et eodē mō solus papa dispensare pōt vt minor annis 25. Christi minister efficiat per adeptionē bn̄ficij curati/ vel per adeptionē dignitatis etiā curā aīarū nō hn̄tis si sit minor ānis. 20. Tex. est in c. vnico. de ętate. & quali. lib.6. Alios casus specialiter papę reseruatos ponit glo. in c. Quod translationē. de offi. lega. x ¶ Sicut boni dispēsatores. Facit quod habet in c. sit rector. & in c. fi. 43. distinc. de quib⁹ dictū est. s. eodē. o.

z ¶ Ne moreris. reddere supple: nisi ex iusta causa & superioris auctoritate. Non enim est voti dicendus transgressor: qui quod vouit auctoritate superioris distulit adimplere. Ita probat text⁹ in c. Non est. in princ. de voto. Alias aūt idest sine iusta causa solutio voti vltra diē in vouendo præfixū differri non potest/ etiā si vouens medio tempore efficeret eps/ & vouisset intrare religionē. quia religionē iuxta votū suū ingredi debet/ & electionē sui relinquere. Tex. est celebris in c. per tuas. eodē ti. a ¶ Stulta promissio. Promissionis stultitia arguitur ex duobū. Primo si facta est de aliquo malo perpetrādo. vt est tex. in c. si publicis. 22. q. 4. vbi dicit. Si publicis sacramentorum gestis a quibuslibet illicita vel non bona extitisset cōditio allegata/ qua aut iugulare animā patris/ aut gerere cōpelleret stuprū sacratissimę virginis: nūquid nō tolerabilius esset stultę promissiōis vota reijcere/ q̄ per inutiliū pmissionū custodiā/ exhorrēdā criminū arguere mensuram! Hæc tex. Secūdo pmissio stulta dicitur: qn̄ est de re derisoria/ vt de non pectinando caput in sabbato vel similia/ talia ei etiam si fierēt ihonorē dei: obseruanda non sunt. prout est bonus tex. in c. peruenit. de consecra. dis. 2. & facit tex. in c. si peierabis. in fine. 22. q. 4 vbi dicitur. Stulta vota frangēda sunt.

ferat ab eo iram suam.

ecclēs. 5. a. ¶ Si quid vouisti deo/ ne moreris [z] reddere: displicet enim ei infidelis & stulta [a] promissio.

puer. 16. b **Disponere & Dispositio.** ¶ Cor hoīs disponit viam suā: sed domini [b] est dirigere gressus eius.

24. a. ¶ Vir sapiēs [c] fortis est/ & vir doctus robustus & validus: quia cum dispositione initur bellum/ & erit salus vbi multa consilia

sapiē. 3. a ¶ In paucis iusti vexati/ in multis bene disponentur: quoniam deus tentauit eos/ & inuenit illos dignos se.

8. a. ¶ Attingit sapientia a fine vsq; ad finē fortiter: & disponit oīa suauiter.

12. c ¶ Cum sis iustus/ iuste omnia disponis: ipsum quoq; qui non [d] debet puniri condemnas/ & exterum æstimas a tua virtute.

ecci. 9. c. ¶ Omnis sapientia timor dei: & in illa timere deum/ & in omni [e] sapientia dispositio legis.

esa. 38. a. ¶ Aegrotauit Ezechias vsq; ad mortem: & introiuit ad eū Esaias filius Amos propheta/ & dixit ei. Hęc dicit dominus. Dispone [f] domui tuę: quia morieris tu/ & non viues.

lucę 22. c. ¶ Ego dispono vobis (ait Christ⁹ ad discipulos) sicut disposuit mihi pater meus regnū: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo/ et sedeatis super thronos iudicantes [g] duodecim tribus Israel.

iob. 13. a. **Disputare. Disputans & Disputatio.** ¶ Ad omnipotentem loquar (inquit Iob) & disputare cum deo cupio: prius vos ostendens fabricatores mendacij & cultores peruersorum dogmatum.

21. a. ¶ Nūquid contra hominem disputatio mea est (inquit Iob) vt merito [h] nō debeam contristari?

ecclēs. 3. a. ¶ Cuncta fecit deus bona in tempore suo / & mūdum tradidit disputationi eorū: vt non inueniat [i] homo opus quod operatus est deus ab initio vsq; ad finem.

b ¶ Domini est dirigere gressus. Videat quod ānotatū est. s. in ver. dirigere. & ibi dictis addat tex. in c. sicut. in fi. 49. distinc. De quo textu videatur. s. in verbo Disciplina. 1. c ¶ Vir sapiēs fortis est. &c. Pro hac sētētia qua satis innuit vtile esse vt viri togati & sapientes ac docti bellis adsint/ cū nō solis armis sz etiā sapientū cōsilijs hostes expugnentur: satis bene facit quod dicit textus in prohemio insti. Imperatoriā maiestatem non solum armis decoratā/ sed etiam legibus oportere esse armatam: vt vtrūq; tempus & bellorū & pacis recte possit gubernari. &c. d ¶ Qui non debet puniri. supple secūdū iudiciū humanū. Multa enim quæ homines laudant / deus repræhendet: & quæ ipsi repręhēdūt/ deus laudabit. prout dicit tex. in c. sacerdotibus. in fine. 11. q. 1.

e ¶ In omni sapientia dispositio legis. Lex eni debet esse honesta/ iusta/ possibilis secūdū naturā & secūdū consuetudinē patrię/ loco temporiq; cōueniēs/ necessaria & vtilis. manifesta quoq;: ne aliquid per obscuritatē incautū cōtineat. nullo priuato cōmodo: sed pro cōi ciuiū vtilitate cōscripta. Ita dicit tex. Isidori i c. Erit aūt lex. 4. dis. f ¶ Dispone domui tuę. Videatur annotatio. j. in verbo Ezechias. g ¶ Iudicātes. Istud iudicium quo sūt iudicaturi cum Christo eius apostoli: vocatur iudicium approbationis. vt notat Archi. in c. vereor 8. q̄sti. 1. & dictum est s. in verbo dies. q. h ¶ Vt merito. &c. Merito qui contra hominem non disputat sed cōtra deum/ fidem catholicam in dubium reuocando/ & de ea publice disputando/ debet contristari: talis enim grauissime punitur. prout est casus in l. Nemo clericus. C. de sū. tri. & fi ca. vbi dicitur. Nemo clericus/ vel militaris/ vel alterius cuiuslibet conditionis/ de fide Christiana publice turbis coadunatis & aduenientibus tractare conetur in posterū: ex hoc tumultus & perfidię occasionē requirēs. Nā & iniuriā facit iudicio reuerendissimę synodi: si quis semel iudicata ac recte disposita reuoluere & publice disputare cōtēderit. Et subiungitur. In contēptores huius legis/ pœna nō deerit: quia nō solū cōtra fidē vere expositā veniūt/ sed etiā Iudęis & paganis ex huiusmodi certamine prophanant veneranda mysteria. Igitur si cleric⁹ erit q publice tractare de religione ausus fuerit: cōsortio clericorū remouebitur. Si vero militia prędītus sit: cingulo spoliabitur. Cæteri etiā huiusmodi criminis rei/ si quidē liberi sint: de hac sacratissima vrbe repellantur/ pro vigore iudiciario etiā cōpetētibus supplicijs subiugādi. Si vero serui: seuerissimis animaduersionibus plectentur. Hæc textus. Qui (vt ex eius serie satis liquet) loquitur: qn̄ quis perfidiæ suæ sustinēdę causa/ vel gratia reuocandi in dubium fidem catholicam/ vellet disputare. Secus si disputare vellet ad cōfusionē hæreticorū/ vel ad veritatē clarificādā: quia talis disputatio esset permissa. Ita dicit Inno. in c. 2. in fi. de sū. tri. & fi. catho. Et est bo. glo. in c. nos ad fidē. in verbo inuēta. 96. distinc. i ¶ Non inueniat. Sunt enim inscrutabilia dei iudicia/ & incōpræhensibiles viæ eius. dicit textus post apostolū in c. si ex bono. in princi. de pœni. distinc. 4. Hinc dicit psal. Ascendet homo ad cor altum: & exaltabitur deus. Quod dictum pro incōpræhēsibilitate dei allegat glosa in c. 1. in verbo incompræhensibilis. de sū. tri. & fide catho.

k ¶ Disputantes cū Stephano. Viro catholico qualis erat Stephanus/ licet etiā iure humano cum infidelibus disputare adeorū malitiā cōuincēdā: & hac ratione libros infideliū legere. Bonus est tex. in c. Qui de mensa. circa me. 37. dis. dū ibi dicitur. Discūt quidā gentiliū libros: nō vt sequātur/ sed vt iudicent atq; cōuincāt. quō si quispiā aduersus Mathematicos velit scribere imperitus matheseos: risui pateat. et aduersus Philosophos disputat: si ignorat dogmata philosophorū. Discūt ergo ea mēte: qua & Moyses omnē sapientiā Aegyptiorum didicerat.

¶ Surrexerunt quidā de synagoga quę appellabat Libertinorū/ & Cyrenensium/ & Alexādrinorum/ & eorum qui erant a Cilicia et Asia/ disputantes [k] cum Stephano: & non poterant resistere sapientię & spiritui qui loquebatur. Et infra Stephanus. actuū. 6. c.

¶ Loquebatur Paulus gentibus: & disputabat [l] cum Gręcis. 9. c.

¶ Disputabat [l] Paulus Athenis in synagoga cum Iudęis & colentibus: et in foro per omnes dies ad eos qui audierant. 17. d.

¶ Cum Michael [m] Archāgelus cum diabolo disputās altercaretur de Moysi corpore: non est ausus iudicium inferre blasphemię. &c. Et infra in verbo Michael latius.

Distantia. ¶ Quod iustum est iudicate. Siue ciuis sit ille/ siue peregrinus: nulla erit distantia personarū. Et. j. in verbo iudicare [n] latiꝰ. deute. 4. c

¶ Domine non est apud te vlla distantia/ vtrum in paucis auxilieris aut in pluribus: adiuua nos domine deus noster. 2. par. 14. g

¶ Inter sanctum & prophanum non habuerūt sacerdotes Hierusalem distantiam/ inter pollutum & mundum non intellexerūt [o]/ & a sabbatis meis auerterunt oculos suos: & conquinabar in medio eorū dicit dñs. eze. 22. f.

Distribuere. ¶ Fatuus neq; quod habēdum erat directo [p] sensu distribuit: similiter & quod non erat habendum. eccl. 20. c.

¶ In die consummationis dierū vitę tuę/ & in tempore exitus tui: distribue [q] hęreditatem tuam. 33. c.

¶ Si distribuero [r] (inquit Paulus) in cibos pauperum omnes facultates meas/ & si tradidero corpus meum ita vt ardeam/ charitatem autem nō habuero: nihil mihi prodest. 1. cori. 13. a

Diu & Diuturnus. ¶ Senectus venerabilis est non diuturna [s]: neq; annorum numero computata. sapię. 4. b

¶ Tetigit & iustos tentatio mortis/ & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu [t] permansit ira tua domine. &c. 18. d.

Diuersorium. ¶ Peperit Maria filium suum primogenitum [v]/ & lucę. 2. a.

l ¶ Disputabat. Videatur annotatio supra proxima.

m ¶ Cū Michael &c. Huic sentētię facta est ānotatio quę videri potest. s. in verbo Angelus.

n ¶ In verbo iudicare vbi annotabitur.

o ¶ Non intellexerūt. Debuerūt tamē itellexisse: quia ignorātia mater cunctorū errorū/ maxime in sacerdotibus deuitāda est: qui docēdi officiū in populo dei susceperūt. Ita dicit tex. in c. 1. 38. de quo diffusius dicetur loco suo.

p ¶ Directo sensu distribuit. Quādo directꝰ sensꝰ ī distribuēdo seruetur et quādo nō seruetur: vidē. est bonus tex. in c. Dominus nō vult. cū tribus sequētibus. 86. distinc. vbi dicitur. Dominꝰ nō vult simul effūdi opes sed dispensari: nisi forte vt Heliseus qui boues suos occidit & pauit pauperes ex eo qd habuit/ vt nulla cura teneret domestica/ sed relictis omnibꝰ in disciplinā se propheticā daret. Est probāda autē & alia liberalitas: vt proximos seminis tui ne despicias/ si egere cognoscas. Melius est enim vt ipse subuenias tuis quibus pudor ē ab alijs sūptum deposcere/ aut alicui postulare subsidium necessitatis: non tamē vt illi ditiores fieri velint ex eo qd tu potes conferre inopibus. causam enim natura præstat: non gratia. neq; enim propterea te deo dedicasti vt illos diuites facias: sed vt tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras/ & precio miserationis peccata tua redimas. Et subiungitur. Consyderanda est etiam in largiendo ętas atq; debilitas. Nōnūq̄ & verecundia: quæ ingenuos prodit natales/ vt senibus plus largiaris/ qui sibi iam nequeūt victū q̄rere. Similiter & debilitas corporis promptius est adiuuanda. & si quis ex diuitijs cecidit in egestatem sine suo vicio: sed aut latrocinijs/ aut proscriptione/ aut calūnijs quæ habebat amisit. Pulchra etiā liberalitas est/ in ipso pauperis dato mēsuram tenere/ vt abūdes pluribus: nec conciliandi fauoris gratia vltra modū fluere. &c. Hæc tex.

q ¶ Distribue hæreditatem. Quō distribuenda sit hæreditas/ seu quibus sit relinquenda: dicet. j. in verbo hęreditas. Sed iuxta hanc sententiam quæ dat liberam facultatem disponendi de bonis suis tempore mortis imminētis: notetur textus satis conformis in l. 1. C. de sacro. eccle. vbi dicit. Habeat vnusquisq; licentiā/ præsertim supple sanctissimo catholico venerabiliq; concilio/ decedens bonorū quod optauerit relinquere: & non sint cassa iudicia eius. nihil enim est quod magis hominibus debeatur: q̄ vt supremæ volūtatis (post quā iā aliud velle non possunt) liber sit stylus/ & licitū quod iterū nō redit arbitriū. Hæc tex.

r ¶ Si distribuero. &c. Huic sententię facta est sufficiens annotatio. s. in verbo Charitas. f. vbi videatur.

s ¶ Non diuturna. Et ideo dicit tex. in c. fi. 84. distinc. ꝙ licet presbyter interp̄tetur senior: tñ non p̄pter decrepitam ætatem vel senectutē/ sed propter sapiētiā p̄sbyter nominatur.

t ¶ Non diu permansit. Dictio diu sumit hoc loco pro modico tēpore. in iure aūt humano: multipliciter accipit. Quandoq; eni accipitur pro biēnio: vt est tex. cum glo. in verbo diu. in l. fi. in princ. ff. de re iudi. Quandoq; pro tribus mensibus. tex. est cū glo. in verbo diu. in c. lectis. 63. distinc. Quandoq; pro decē annis: vt est tex. in l. si cū fideicōmissaria. §. Aristo. ff. Qui & a quibus ma. libe. non fi. Quandoq; pro trienio: vt probatur in l. 1. in princ. ff. de vsuca. Quandoq; ponitur pro vno anno. vt in l. 1. §. Largius. & §. quibus. ff. de succes. edic. Et quādoq; pro septem mensibus: vt est bonus tex. in c. 1. versi. illa aūt. de frigi. & malefìcia.

v ¶ Primogenitū. Ex eo ꝙ Christus appellatur primogenitus Mariæ: quidam peruersissime suspicant ipsam & alios filios habuisse: cū tñ mos diuinarum scripturarum sit vt primogenitū non vocent quem fratres sequūtur: sed eum qui primo natus fuit. ita dicit tex. qui Hieronymi est in c. Ioseph. de

verbo.signi. & idem probat textus in l.ex duobus.in fine.princ ff.de vulga. & pupil. eũ scilicet primogenitum seu primũ dici post quẽ nemo sequitur/seu qui primo natus fuit.prout etiã istud probatur in l.proximus. ff.de ver.sig.
x ❡ In prȩsepio. Fuit ergo Christus a suȩ natiuitatis principio/paupertatis exẽplũ. vnde dicit textus Hieronymi in c.Gloria epi.12.q.2. Cũ paupertatem domus suȩ pauper dñs dedicauerit: portemus crucẽ/& delicias lutum putemus. y ❡ Diuerso semine. Simile est quod dicitur. Non arabis in boue simul & asino.& non indues vestem lana linoq; cõtextã. Quæ omnia perinde sonant: ac si diceret. homines diuersȩ professionis in vno officio simul non sociabis. Text⁹ est ita declarans in c.in noua.16.q.7.& in c.cũ causam.de elec.

pannis eum inuoluit: & reclinauit eum in prȩsepio [x]/quia nõ erat ei locus in diuersorio.

leui.19.d. **Diuersus.** ❡Agrum tuum nõ seres diuerso [y] semine.

❡Non habebis in sacculo diuersa põdera [z] maius et minus: nec erit in
deute.25d domo tua modius maior & minor. Et infra pondus

gen.13.a. **Diues & Ditior.** ❡Abraham erat diues valde in possessione auri & argenti. Et supra Abraham. Latius.

36.b. ❡Diuites erant valde Esau & Iacob/& simul habitare non poterãt: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum/prȩ multitudine gregum.

2.para18a ❡Fuit Iosaphat diues & inclytus multum: & affinitate coniunctus est Achab. Descenditq; post duos annos ad eum in Samariam.

2.para.32f ❡Fuit Ezechias diues & inclytus valde: & thesauros [a] sibi plurimos cõgregauit/& argenti & auri/ & lapidis preciosi/ aromatum & armorum vniuersi generis/ & vasorum magni precij/apothecas quoq; frumẽti/vini & olei/& prȩsepia omnium iumẽtorum/ caulasq; pecoribus/et vrbes sex ædificauit. Habebat quippe greges ouium & armentorũ innumerabiles: eo q; dedisset ei dominus substantiam multam nimis.

iob.12.a. ❡Deridetur [b] iusti simplicitas: lampas cõtempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum.

27.d. ❡Diues [c] cum dormierit/nihil secum auferet: aperiet oculos suos & nihil inueniet. Apprȩhẽdet eum quasi aqua inopia: nocte opprimet eum tempestas. Tollet eum vẽtus vrens & auferet: & velut turba rapiet eum de loco suo. Emittet super eum & non parcet/de manu eius fugiens fugiet. Stringet super eum manus suas: & sibillabit super illum intuens locum eius.

psal.33.b. ❡Diuites eguerunt [d] & esurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

48.a. ❡Simul in [e] vnum diues & pauper.

z ❡ Pondera. Videantur ãnotata.s.in verbo Pondus.
a ❡ Thesauros. Quid sit thesaur⁹/ & an liceat thesaurizare: dicetur in verbo Thesaurus.
b ❡ Deridetur. Huic sententiæ facta est satis diffusa annotatio.s.in verbo Derideri.vbi videatur.
c ❡Diues. Tota hæc sentẽtia de malis diuitibus loquitur. Boni ei diuites multum secũ auferunt: & aperiẽtes oculos suos / plurimũ inueniunt. Quisquis ei de bonis suis nõ p̄sumit/superbiẽdo supple ex eis/ et facit ex eis miam cum non habentibus: securus expectat diem nouissimũ. ita dicit tex. Augustini i c.secũdũ.in fine.33.q.5.
d ❡ Eguerunt & esurierunt. Pro esurie et egestate diuitũ cognoscenda: bene facit quod post Hieronymũ dicit Archi. in c.Hȩc aũt.in fi.30.dis. vbi dicit. Diuitias habuisti: requiẽ perdidisti. dũ vigilas: augmẽtum diuitiarum cogitas.dum dormis: latronem somnias. in die solicitus/ in nocte pauid⁹: & sic semper mẽdicus. Hæc Archi.
e ❡ Simul in vnũ diues & pauper. Hæc sentẽtia videt dupliciter exponi posse. Primo. simul in vnũ diues & pauper: idest par fauor diuitib⁹ & pauperib⁹ exhibeatur. Ista declaratio probat in c.pe.circa fi.de p̄ben. In multis tamẽ casibus plus diuitibus fauetur q̃ pauperib⁹: iure humano vt ita fiat dictante. Primus casus est in honoribus seu administrationibus reip. subeũdis: quia poti⁹ dandȩ sunt diuiti q̃ pauperi. Est enim cõsyderandum an facultates eius cui datur reip. administratio/ sufficere possint muneri iniuncto. Tex.est in l.honor.§.de honoribus.ff.de mune.& hono. Secũd⁹ casus est in euitatione pœnȩ corporalis: quia diues quandoq; punitur in bonis/ vbi pauper propter defectũ bonorũ punitur in corpore. Tex.est in l.si quis id quod.in princ.& §.in seruos.ff.de iurisdi.omniũ iudi. vbi corrũpens album p̄toris/ si diues sit/ punitur pœna pecuniaria: si sit pauper/ punit pœna corporali. Tertius casus est in non p̄standa satisdatione: quia diues ad eam p̄standã non compellitur/ad quã tamen cõpellitur pauper. Tex.est in l.de creationib⁹.in fi.C.de epis.audiẽ.vbi q̃ a iudice dat curator furioso/si diues sit: nõ satisdat.sec⁹ si pauper. Quartus casus est in adoptiõibus. prout est tex.in l.nec ei permittitur.versi.Et primũ quidẽ.ff.de adop.vbi dicit. Primũ excutiendũ erit quȩ facultates pupilli sint/& quæ eius qui adoptare eum velit: vt extimetur ex comparatione earum/an salubris adoptio possit pupillo intelligi. Quintus casus est in exigenda dote constante matrimonio: quia marito vergente ad paupertatem potest exigi dos/ non aũt si diues permaneat. Tex.est in l.si constante.in princ.ff.solu.ma.& in l.in rebus.C.de iure dotium. Sextus casus est in testimonio ferendo: quia data omni alia paritate: plus creditur testimonio diuitis q̃ pauperis. Tex.est in l.3.in princ.ff.de testi. Septimus casus est in allegando hȩredem suspectũ. quia contra hæredẽ potest allegari suspitio/si pauper sit: si vero diues sit/non potest allegari. Text⁹ est in l.si creeditores. in pric. ff.de suspectis.tuto. Octauus casus est in expellenda præsumptione simoniȩ. quia facto dono per diuitem/ reijcitur præsũptio simoniȩ: vbi nõ reijceret si factũ esset per pauperem. Tex.est in c.Et si q̃stiones.de simonia. Nonus casus est in permissione donationis a tutore faciendȩ de bonis pupilli. quia si pupillus diues sit/donare potest aliquibus: quod facere non posset/si esset pauper. Tex.est in l.Cũ plures.§.Cũ tutor non rebus.ff.de admi.tuto. Decimus casus est in alimentis pupillo per suũ tutorem prȩstandis. Nã maiora pupillo diuiti p̄standa sunt q̃ pauperi. Quod si tutor hanc rationem diuitiarum & paupertatis non habuerit: imputabitur tutori. Tex.est in l.2.ff.vbi pupillus

h ℂNon finit. Idem notat Archi. post Hieronymū (licet hanc sententiam non allegat) in c. Hæc aūt. in fi. 30. distinc. & dictum est supra eodem. d. i ℂPositum. Qui poni non debeant in dignitatibus: dictum est supra in verbo Dignitas. f. k ℂNon despicere. & non magnificare. Istis verbis super hac sententia facta est anno tatio. ſ. in verbo Despicere. k, vbi videatur. l ℂNon eris. ſ. difficulter eris. Cura enim familiaris vix sine culpa vel ab ipsis agitur/ qui culpas qualiter declinare debeant sciunt. Ita dicit tex. Gregorij in c. quis. in fi. 25. dist.

proū. 22. c ℂQui calūniatur pauperem vt augeat diuitias suas: dabit ipsi ditiori & egebit.

28. a. ℂMelior est pauper ambulans in simplicitate sua: q̄ diues in prauis itineribus.

28. b. ℂSapiēs sibi videtur vir diues: pauper autem prudēs scrutabitur eum.

eccēs. 5. c. ℂSaturitas diuitis nō finit [h] eum dormire. Et. ſ. in verbo somnus.

eccēs. 10. b ℂVidi positum [i] stultum in dignitate sublimi: & diuites sedere deorsū.

ecci. 10. c. ℂGloria diuitum honoratorum et pauperum: timor dei est non despicere [k] hominē iustū pauperē/ & nō magnificare [k] virū peccatorē diuitē.

11. b. ℂFili ne in multis sint actus tui: & si diues [l] fueris/ nō eris [l] immunis a delicto.

13. a. ℂDitiori te ne socius [m] fueris.

13. a. ℂDiues iniuste egit et fremebit: pauper autem lesus/ tacebit.

13. c. ℂQue pars bona diuiti ad pauperē? Venatio leonis onager in eremo: sic et pascua diuitum sūt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic et execratio diuitis pauper.

13. d. ℂDiues commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cum ceciderit expelletur & a notis.

13. d. ℂDiuiti decepto multi recuperatores: loquutus est superba & iustificauerunt [n] illum.

13. d. ℂDiues loquutus est & omnes tacuerunt: & verbum illius vsq; ad nubes perducent.

25. a. ℂTres species odiuit anima mea/ & aggrauor valde animę illorū: pauperē [o] superbū/ & diuitem [p] mendacem/ & senem fatuum [q] & insensatū.

26. a. ℂDiuitis & pauperis cor bonū: in omni tempore vultus illorū hylaris.

30. c. ℂMelior est pauper sanus et fortis viribus: q̄ diues inbecillis & flagellatus malitia.

31. a. ℂLaborauit diues in congregatione substantię: & in requie sua replebitur bonis suis.

31. b. ℂBeatus diues qui inuentus est sine macula: & qui post aurū [r] nō abijt/ nec sperauit in pecunia et thesauris. Quis est hic & laudabimus eū? Fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probat⁹ est in illo/ & perfectus inuētus est: & erit illi gloria æterna. Qui potuit trāsgredi & non est trāsgressus/ & facere mala & nō fecit: ideo stabilita sunt bona illius in domino et elemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

44. a. ℂLaudemus homines diuites in virtute [s] pulchritudinis studium habētes/ pacificātes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gētis suę gloriam adepti sunt: & in diebus suis habētur in laudibus. Qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.

hiere. 6. g ℂNō glorietur [t] diues in diuitijs suis (dicit dominus) sed in hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me: quia ego sum dominus qui facio misericordiam/ & iudicium/ & iustitiam in terra.

m ℂSoci⁹ idest ęqualis. potentioribus eni nō possumus esse pares. dicit tex. vulgat⁹. i l. 3. i pric. ff. de alie. iudi. mu. cā fac. Vel socius. ſ. in societate bonorum: supple quando ditior te propter diuitias suas insolens redderet & rixosus. Cū tali eni rixoso non expedit inire vel initā conseruare societatem. Tex. est in l. si conuenerit. in fi. ff. pro socio.

n ℂIustificauerūt illū. Istis imprecatur Esaias dicens. Vę qui dicitis malū bonū: ponentes tenebras lucem. Text⁹ est ex Esaia sumptus in c. vę q dicitis. in princ. 11. q. 3.

o ℂPauperē superbum. Humilitas enim p̄ferti cōpetit pauperib⁹. & his abundantius: qui sæculo renūciantes/ paupertatis voto se astrigūt/ quales sunt monachi. de quibus propterea vt melius scilicet & syncerius suæ sint humilitatis obseruatores: dicitur in c. monach⁹. 16. q. 1. Monachus non docētis sed plāgentis habet officiū: qui vel se vel mūdū lugeat/ & dñi pauidus præstoletur aduentū. Et in c. Placuit. eadem causa & q̄sti. dicit. Monach⁹ sit claustro suo contētus. quia sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio monach⁹. Sedeat itaq; solitarius & taceat: qz inūdo mortu⁹ est/ & deo viuit. Agnoscat nomen suū. Monos enim græce: latine est vn⁹. Achos græce: latine est tristis. vnde dicitur monachus. ſ. vnus tristis. Sedeat ergo tristis/ & officio suo vacet. Hæc textus.

p ℂDiuitem mēdacem. Mendacio enim suo diues facile decipit: quia verbum eius præsumitur esse verius q̄ verbum pauperis. put est bon⁹ text⁹ i l. 3 in pric. ff. de testib⁹.

q ℂSenē fatuū. Prudētia ei spectat peculiariter ad senes: quia in antiquis est sapientia/ & in multo tempore prudentia. c. de quibusdā. in fi. 20. dis. & c. dño. 50. distinc. r ℂPost aurū non abijt. Videatur quod istis verbis satis diffuse annotatū est supra in verbo Aurum. s ℂIn virtute. Istę diuitię quæ fundantur in virtute/ merito reddūt hominem eas habentem commendandum. Sunt eni verę diuitiæ quia (vt post Ber. dicit Archi in c. deteriores. 6. q. 1.) verę diuitię non sunt opes sed virtutes: quas quis in conscientia secum portat/ vt in perpetuū diues fiat.

t ℂNon glorietur in diuitijs suis. Nō esse gloriandū in diuitijs suis aut potentatibus/ sed in solo deo: satis ostendit imperator sic dicens in l. 1. in princ. C. de offi. præfec. p̄to. aphricę. Quas deo gratias/ aut quas laudes dño

nostro Ihesu Christo exhibere debeam⁹: nec mens nostra potest concipere/ nec lingua proferre. Multas enim a deo meruimus largitates/ & innumerabilia eiusdē circa nos beneficia confitemur: pro quibus nihil dignū nos egisse cognoscimus. Hæc tex. Cętera quæ hic dici possunt: videantur in verbo Gloriari. v ℭ Facilius est. &c. Circa huius sententiæ elucidationē notabiliter loquitur Archi. in c. sicut hij. colū. 1. 47. distinc. vbi dicit. Facili⁹ in hac sententia sonat minus positiuo sui contrarij: ita ꝙ facilius idem sonat ꝙ minus est difficile/ seu minus est impossibile. pōt

ℭHęc dicit dominus deus meus. Pasce pecora occisionis quę qui possederant occidebant & non dolebant: et vendebant ea dicentes/ benedict⁹ dominus/ diuites facti sumus. zacha. 11. a

ℭAmē dico vobis (ait Christus ad discipulos) quia diues difficile intrabit in regnū cœlorum. Et iterum dico vobis. Facilius [v] est camelū per foramen acus transire: ꝙ diuitem intrare in regnum cœlorum. mat. 19. c. mar. 10. c.

ℭEsurientes impleuit (dominus) bonis: & diuites dimisit inanes. luc. 1. e.

ℭVę vobis diuitibus qui habetis [x] consolationem vestram. 6. d.

ℭDixit Ihesus similitudinem ad discipulos dicens. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicens. Quid faciam: quod nō habeo quo cōgregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciā. Destruam horrea mea & maiora faciā: et illuc congregabo [y] omnia quę nata sūt mihi/ & bona mea/ & dicā animę meę. Anima habes multa bona posita i annos plurimos: requiesce/ comede/ bibe/ epulare. Dixit autē illi deus. Stulte [z] hac nocte animam tuā repetūt a te: quę autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat/ & non est in deum diues. 12. c.

ℭCum facis prandiū aut cœnam: noli vocare amicos tuos/ neq; fratres tuos/ neq; cognatos/ neq; vicinos/ neq; diuites/ ne forte & ipsi te reinuitēt/ et fiat tibi retributio. Sed cū facis cōuiuiū: voca pauperes/ debiles/ claudos/ & cęcos/ & beatus eris/ quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. 14. c.

ℭDeus qui diues est in misericordia: propter nimiā charitatem suā qua dilexit nos & cum essemus mortui peccatis/ conuiuificauit nos in Christo. &c. ephe. 2. a.

ℭQui volunt diuites fieri: incidunt in tentationem & in laqueum diaboli/ & desyderia [a] multa & inutilia & nociua quę mergunt homines in interitum & perditionem. 1. tim. 6. b.

ℭDiuitib⁹ [b] huius sęculi pręcipe non sublime sapere (ait Paulus ad Timotheum) neq; sperare [c] in incerto diuitiarum: sed in deo viuo qui pręstat nobis omnia abunde ad fruendum/ bene agere/ diuites fieri in operibus bonis/ facile tribuere/ communicare/ thesaurizare sibi fūdamentum bonum in futurum vt appręhendant veram vitam. 1. tim. 6. d.

enim facere deus vt Camelus transeat per foramen acus .s. nullo obstāte. Auarū vero qui nomina diuitis in verbis istis continetur siue intelligitur/ potest ponere in gloria de potentia/ sed non de iustitia. Fuerūt tamē qui dicerent in Hierusalē fuisse paruā portā ꝗ vocabat Acus: ad quā cū veniebant cameli pro compendio vię/ cū oneribus suis non poterant transire/ sed exonerati transibant/ & iterum receptis oneribus itinerabantur. Secundū hoc ergo similitudo notat in verbis pręmissis: nō impossibilitas. Oportet ei auarum amorē opū dimittere: si vult ingredi ad vitam. Hęc Archi. Albericus tamen de rosate in dictionario suo in verbo Camelus dicit ꝙ camelus in hac sententia sumit pro fune. & ita etiā dicūt gręci eruditi. x ℭ Qui habetis cōsolationem vestrā. Hinc dicit notabiliter Augustinus relatus per Archi, in c. Quid ergo. in fi. de pœni. distinc. 3. Qui exceptus est a passione flagellorū: exemptus est a numero filiorū. Et ibidē post Grego. quē citat: dicit. Cōtinuus successus tēporaliū: æternę reprobationis est indiciū. y ℭ Congregabo. Ambrosi⁹ relat⁹ in su per scriptiōe. c. sicut. 43. distic. in elucidationē huius verbi/ dicit. Dicet aliquis. quid iniustū est: si cū aliena non inuadā/ propria deligentius seruo? O impudēs: dic tu. Quid ꝑpria dicis? Quæ ex quibus reconditis in hūc mūdum detulisti? Quādo ingressus es in hanc lucē/ quādo de matris vētre existi: quibus facultatibus quęso/ quibus subsidiis stipatus ingressus es? Et post pauca. Nūquid iniquus est deus: vt nobis nō ęqualiter distribuat vitę subsidia? vt tu quidem esses affluans & abundans: alius vero deessent & egerent? An idcirco magis quia tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre: & alium per virtutem patiētiæ coronare? tu vero susceptis dei muneribus & in sinū tuū redactis nihil reputas agere iniquum: si tam multorum vitę subsidia solus obtineas? Quis autem tam iniustus/ tam auarus/ ꝗ qui tam multorū alimenta non suū vsū sed abūdantiā & delicias facit? neq; enim minus est criminis habenti tollere: ꝗ cū possis & abūdans sis/ indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines. Nudorum operimentum est quod tu recludis/ & miserorū redemptio est & absolutio: pecunia quam tu in terra defodis. Tantorū ergo te inuadere scias bona: ꝗtis possis præstare quod velis. Hęc Ambro. & transūptiue in d. c. sicut colū. 1. z ℭ Stulte hac nocte. &c. Circa hęc verba notetur quod dicit Archi. post Aug. in c. quid ergo. de pœni. dis. 3. vbi dicit. Periculosa est in diuitijs suauitas/ periculosa sublimitas/ timor perpetuus/ labor infructuosus/ studiū sine prouidentia/ finis cum pœnitentia. a ℭ Desyderia multa. Videatur quod istis verbis annotatum est in hac sententia. s. in verbo Desyderium. b ℭ Diuitibus huius sęculi ꝑcipe non sublime sapere. idest perseuerantibus in peccatis suis & terrena nimis amantibus/ secretiora fidei non annūcientur: sed ea solum ꝗ morū suorum emendationē concernunt. Tex. est Origenis pro hac declaratione in c. in mandatis. in fina. 43. distinc. vbi dicitur. Si quis in his quæ palā sūt peccatis innolutus permanet & inquinatus: nō me oportet aliquid de secretoribus & remotis diuinę scientię ploqui/ sed magis protestari & conuenire illum vt peccare desinat/ & actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se/ & prouocauerit nos dicere ea quæ eū minus recte agentem nō oporteat audire: prudenter eū eludere debemus. Nā nihil omnino respondere auditorū cā vtile non videtur/ ne forte ęstiment nos responsionis penuria declinare certamē/ & fides aorum ledatur non intelligentium propositū nostrū. Hęc tex.
c ℭ Neq; sperare in incerto diuitiarū sed in deo viuo. Illud fefellisse monstrauit imperator in l. 2. in princ. C. de

pręfec.pto. Aphri.vbi dicit. In nomine dñi nostri Ihesu Christi ad omnia consilia oēsq; actus semper per deū progredimur. Per ipsū ei iura imperij suscepim9/per ipsū pacē cū Persis inęternū confirmauim9/per ipsū acerbissimos hostes & fortissimos tyrānos deiecim9/per ipm multas difficultates superauim9/per ipsū & Aphricā defēdere & sub nīm ipēriū redigere nobis cōcessū ē/ per ipsū quoq; vt nro moderamine recte gubernet & firme custodiat cōfidim9. Hęc tex. d ☾Fœni. De cōparatione fœni ad diuitias: dicetur.j. in verbo Fœnū.

iaco. 1. b. ☾Glorietur frater humilis in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua/quoniam sicut flos fœni [d] transibit. Exortus est enim sol cum ardore/& arescit fœnum & flos eius decidit/& decor vultus ei9 deperijt: ita & diues in itineribus suis marcescet.

2.b. ☾Audite fratres dilectissimi. Nōne de9 elegit [e] pauperes in hoc mūdo/ diuites in fide/& hęredes regni quod repromisit deus diligētibus se? Vos autem exhonorastis pauperē. Nonne diuites per potentiam opprimūt [f] vos: & ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super vos?.

3.reg.10.d **Diuitię.** ☾Magnificatus est rex Salomon super omnes reges terræ diuitijs [g] et sapientia. Et infra Salomon diffusius.

2.par.17a ☾Confirmauit dominus regnum in manu Iosaphat: & dedit omnis Inda munera Iosaphat/factęq; sunt ei infinitę diuitię & multa gloria.

iob.20.b. ☾Diuitias [h] quas deuorauit euomet: & de vētre illi9 extrahet eas deus.

21.a. ☾Quare [i] impij viuūt(inquit Iob) subleuati sunt confortatiq; diuitijs? Et infra impius.

psal.36.a. ☾Spera in domino/& fac bonitatem/& inhabita terram: & pasceris in diuitijs eius.

36.c. ☾Melius [k] est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas.

48.b. ☾Simul insipiēs [l] & stultus peribūt/ & relinquent alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in ęternum.

61.c. ☾Diuitię si affluant: nolite cor apponere.

75.a. ☾Dormierunt somnum suum: & nihil [ll] inuenerūt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

prou.3.b. ☾Lōgitudo dierū in dextera sapiētię: & in sinistra illius diuitię & glia.

11.c. ☾Mulier gratiosa habebit gloriam: & robusti habebunt diuitias.

11.d. ☾Qui confidit in diuitijs suis/corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.

c ☾Elegit pauperes. Idē dicit. in c. venerabilis. paulo ante finem. de pben. & facit quod habet in c. si excellentiam. versi. consiliū. 23. q. 4. vbi dicitur. Apud deum: nō gradus elegantior/sed vitæ melioris actio cōprobatur. Satis etiam conforme est quod habetur in c. nō loca 40. distinc. vbi dicit. nō loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt: sed nos aut merita bona cōiungūt/ aut mala disiungunt.

f ☾Opprimūt. Tex. est Isidori huic sentētiæ conformis in c. pauper. in pric. 11. q. 3. vbi dicit. Pauper dum non habet quid offerat iudicio: nō solū audiri cōtēnitur/sed etiam contra veritatem opprimit. g ☾Diuitijs & sapientia. Diuitię cū sapiētia. j. cum operibus bonis bonę sūt. Tex. est cum glo. in c. Hæc aūt. i fine. 30. distinc.

h ☾Diuitias quas deuorauit. &c. Hæc sententia potest contra vsurarios accommodari: q diuitias quas per vsurariam prauitatem deuorāt/ coguntur euomere. prout & secūdū quod habet in c. cū tu. de vsuris. vbi dicit. Manifesti vsurarij cogendi sunt vsuras his a quibus extorserūt vel corū hæredibus restituere/vel his nō superstitib9 pauperibus erogare/dūmō in facultatibus habeant vnde ipsis possint eas restituere: cum iuxta verbū beati Aug. nō remittatur peccatū/nisi restituat ablatū. Illi aūt qui non habent in facultatib9 vnde vsuras valeāt restituere/ non debent vlla pœna mulctari: cum eos nota paupertatis euidenter excuset. Possessiones vero quæ de vsuris comparatæ sunt/ debent vendi: & ipsarū precia his a quibus vsuræ sunt extortæ/ restitui. vt sic nō solū a pœna: sed etiam a peccato possint quod per vsurarū extorsionē incurrerant liberari. Hæc tex. Cętera dicent .j. in verbo. Vsura. i ☾Quare impij viuunt. Non est de facili dolendū de prosperitate malorū: prout docemur per bo. tex. Chrysostomi. in c. quid ergo. in princ. de pœni. distinc. 3. vbi dicit. Nemo vidēs malignos prosperitatē habere / turbetur: nō est hic retributio malignitatis neq; virtutis. At si aliquādo cōtingat vt aliqua sit retributio vel malitię vel virtutis/non tamen secūdū q dignū est/sed simpliciter veluti quidā gūstus iudicij vel iustitiæ: vt qui resurrectionē non credunt talibus doceantur. Quādo itaq; videm9 malignū ditescere/ nō subruamur: & qn videmus bonos mala pati/ non turbemur. Illic corona: illic supplicia. Est & alia ratio. quia non potest vel malus in omnib9 malus esse/sed habet aliqua bona: neq; bonus in omnibus esse bonus/sed habet aliqua peccata. Cū ergo prosperitatem malus haber: malo capitis sui est. Cū eni pro illis paucis bonis retributionē hic accipit: illic iam plen9 punieт. Hæc tex. An aūt aliquādo possit de malorū psperitate iuste doleri: dicet in verbo inuidia.

k ☾Melius est modicum iusto. &c. idest. Iustus melius satiatur paucis bonis: q̄ peccator plurimis. Ista declaratio probatur per textum in c. quid dicam. 14. questi. 4. vbi dicitur. Scriptum est. Fideli homini totus mundus (idest quęlibet minima pars mūdi) diuitiæ sūt: infideli aūt/ nec obolus. id est infidelis non satiatur etiā toto mūdo: sicut nō satiaretur solo obolo.

l ☾Insipiens & stultus. Insipientia & stultitia hijs potissimum diuitibus ascribitur: qui de bonis ecclesiasticis ditati/pauperibus diuitias suas non erogant/sed eis augmentandis parentum suorum amore seducti. plusq̄ par sit inuigilant. Bonus est textus Hiero. in c. Gloria episcopi. in princ. 12. questi. 2. vbi dicitur. Gloria episcopi/est pauperum opibus prouidere: ignominia sacerdotis est proprijs studere diuitijs. Et in c. est probanda. in fi. 86. distinc. vbi dicitur. Non propterea te deo dedicasti vt parentes tuos diuites facias: sed vt tibi vitam perpetuam fructu boni operis acquiras / & precio miserationis peccata tua redimas. putant se parum poscere/ præmium quærunt tuum/ vitæ tuę adimere contendunt fructum: & accusant q eos diuites non feceris/cum te velint illi parentes/æternę vitæ fraudare mercede. Hæc textus. ll ☾Nihil supple veritatis aut boni operis. Istam declarationē ponit Hostieñ. in c. Quęrenti. colū. 2. de offi. deleg.

m ¶ Est quasi diues. Pro hac sententia videatur quod annotatum est. §. proxima annotatione.
n ¶ Redẽptio. Facit bonus textus Isidori in c. pauper. in fine. 11. q. 3. vbi dicit. Cito violatur auro iustitia. Nullamq; reus pertimescit culpam: quã redimere nummis existimat. o ¶ Melius est nomen bonum. &c. Simile est quod habetur Ecclesiastici. 4. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis tibi permanebit q̃ mille thesauri magni & p̃ciosi. De quo dictõ meminit Archi. in c. Nolo. in princ. (vbi vt de bono noie curam habeam⁹ admouemur) 12. q. 1.

¶ Est quasi diues [m] cum nihil habeat: & est quasi pauper cum i multis diuitijs sit. prou. 13. a

¶ Redemptio [n] animę viri diuitię suę: qui autem pauper est/ increpationem non sustinet. 13. b.

¶ Quid prodest stulto habere diuitias: cum sapiẽtiã emere non possit? 17. c.

¶ Diuitię addunt amicos plurimos: a paupere autem & hi quos habuit separantur. 19. a.

¶ Melius [o] est nomen bonum q̃ diuitię multę: super argentum enim & aurum gratia bona. 22. a.

¶ Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias suas: dabit ipsi ditiori & egebit. 22. c.

¶ Qui coaccruat diuitias vsuris & fœnore liberali: in pauperes [p] aggregat eas. 28. b.

¶ Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi. Tribue [q] tantum victu meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum / aut egestate compulsus furer [r] & periurem nomen dei mei. 30. b.

¶ Ne dederis mulieribus substantiam tuam: & diuitias tuas ad delẽdos reges. 31. a.

¶ Multe filię congregauerunt diuitias: tu superegressa [s] es vniuersas. 31. d.

¶ Auarus non implebitur [t] pecunia: & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. eccles. 5. b.

¶ Quid prodest possessori: nisi q; cernit diuitias oculis suis. 5. c.

¶ Diuitię cõseruatę in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. 5. c.

¶ Vtilior [v] est sapientia cum diuitijs: et magis prodest videntib⁹ solem. 7. c.

¶ Vidi sub sole/ nec velocium esse cursum/ nec fortium bellũ/ nec sapientium panem/ nec doctorum diuitias/ nec artificum gratiam: sed tempus casumq; in omnibus. 9. c.

¶ Et si diuitię appetuntur in vita: quid sapiẽtia locupletius quę operatur omnia? sapię. 8. a.

¶ Diripite argentum diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desyderabilibus. naũ. 2. c.

¶ Solicitudo [x] sęculi istius & fallacia diuitiarũ: suffocat verbum & sine fructu efficitur. mat. 13. c.

¶ O altitudo [y] diuitiarum sapientię & scientię dei: q̃ incomprẽhẽsibilia sunt iudicia eius/ & inuestigabiles vię eius? roma. 11. d

p ¶ In pauperes congregat eas. §. diuitias per vsurariam prauitatem acquisitas pauperibus debet erogare: illis a quibus vsuras accepit/ & eorum heredibus deficientibus. Textus est vbi istud probatur in c. cum tu de vsu. de quo textu dictũ. §. eodem. h. & dicetur. §. in verbo vsura. Et circa hãc sententiam videatur textus satis conformis in c. si. circa fi. 23. q. 7. vbi post Salomonẽ dicitur. Thesaurizant iustis diuitiæ impiorum.
q ¶ Tribue. Et sic videtur q; in orationibus nostris possimus a deo bona temporalia petere. quod verum est: non vt finem constituamus in illis/ sed vt sint adminicula beatitudinis consequendę/ vt scз quasi instrumentaliter nobis deseruiant ad sustentationẽ vitę corporalis exercẽdę ad act⁹ virtuosos. Ita dicit Io. An. in clemẽ. si dñm. in glo. mag. colũ. 2. de reliq. & vene. sancto.
r ¶ Furer. De eo qui egestate compulsus furatur: tex. est in c. si quis p̃pter necessitatem. de fur. vbi dicitur. Si quis propter necessitatem (supple non multum vrgentem) famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria/ vestẽ/ vel pecus: pœniteat hebdomadas tres. et si reddiderit: nõ cogat ieiunare. Hæc tex. de quo & cæteris quæ hic possent annotari: dicatur vt. §. in verbo Furari
a ¶ Tu supergressa es. Hæc verba in laudem intemeratę dei genitricis & virginis Mariæ possunt accõmodari. quandoquidem vniuersas fœminas immo creaturas oẽs & sanctitate & gratię plenitudine ac cęteris omnibus dotibus p̃celluit. vt potecũ nedum non peccauerit: sed nec etiam peccare potuerit. vt dicit glosa. in c. 2. in verbo miraculo. de conse. distinc. 4. & dei mater prę cęteris omnibus fuerit electa quadam singulari præcellentia. prout notat glo. in cle. 1. in verbo virginali. de sũ. tri. & fi. catho. t ¶ Non implebitur. Simile est quod dicit tex. in c. sicut hi. paulo post princ. 47. distinc. vbi dicitur. Nec satietas vnq̃/ nec finis aderit cupiditati.
v ¶ Vtilior est. Et ideo licet simpliciter melius sit philosophari q̃ ditari: tñ indigenti melius est primo ditari/ & postea philosophari. Ita dicit Archi. in c. Tria. 45. distinc. in fi. x ¶ Solicitudo. &c. Textus est isti sententię satis applaudens in c. Omnes seculi. in princ. 47. distinc. vbi dicitur. Omnes sæculi huius dilectores: in terrenis rebus fortes sunt/ in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsq; ad mortẽ desudare appetunt: & pro spe perpetua nec parũ quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant: & pro cœlesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. Terreno iudici toto etiã die assistere fortes sunt: in oratione vero coram dño vel vnius horę momento lassantur. Sæpe nuditatẽ/ deiectionẽ/ famẽ pro acquirendis diuitijs atq; honoribus tolerant/ & earũ rerum spe se per abstinentiam cruciant ad quas adipiscendas festinant: superna aũt laboriose quærere tanto magis dissimulant/ q̃to magis ea retribui tardius putant. Hæc tex.
y ¶ O altitudo. &c. De hoc dicto apostoli textus est celebris qui Augustini est/ in c. si enim. colũ. 3. de pœni. distinc. 4. de quo textu videatur diffuse. §. in verbo. Dies. n.

z ¶ Diuitibus. &c. Videatur quod huic ſententię annotatum eſt ſupra in verbo Diues.

a ¶ Agite nunc diuites. Quoniã hæc ſententia (vt ex ea liquet) loquitur de diuitib⁹ qui ſuas diuitias male poſſident: notetur bonus text⁹ (quinã diuites diuitias male poſſideant declarans) in c. Quid dicam. 14 queſti. 4. vbi dicitur. Nonne omnes qui ſibi videntur gaudere conquiſitis / eiſq; vti neſciunt: alienum poſſidere conuincimus? hoc enim certe alienum non eſt: quod iure poſſidetur. Hoc autẽ iure poſſidetur: quod iuſte. & hoc iuſte: quod bene. Omne igitur quod male poſſidetur: alienum eſt. Male aũt poſſidet: qui male vtitur. Hæc textus.

1.tio.6.d. ¶ Diuitibus [z] huius ſeculi precipe non ſublime ſapere / neq; ſperare in incerto diuitiarum &c. Vt ſupra diues.

1.iaco.5.a ¶ Agite nunc diuites [a] / plorate vlulãtes in miſerijs veſtris quę aduenięt vobis: diuitię veſtrę putrefactę ſunt / & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt. Aurum & argẽtum veſtrũ eruginauit: & erugo eorum in teſtimoniũ vobis erit / & manducabit carnes veſtras ſicut ignis / theſauriſatis irã in nouiſſimis diebus. Ecce merces [b] operariorum / qui meſſuerũt regiones veſtras quę fraudata eſt a vobis clamat: & clamor eorũ in aures domini ſabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terram / & in luxurijs enutriſtis corda veſtra: in die occiſionis adduxiſtis & occidiſtis iuſtum / & non reſtitit vobis.

iob.15.d. **Ditare.** ¶ Non ditabitur impius / nec perſeuerabit [c] ſubſtantia eius: nec mittet in terra radicem ſuam.

puer.8.d. ¶ In vijs iuſtitię ambulo (inquit ſapientia) in medio ſemitarum iudicij / vt ditem diligentes me / et theſauros eorum repleam.

21.c. ¶ Qui diligit [d] epulas in egeſtate erit: qui amat vinum et pinguia / non ditabitur.

23.a. ¶ Noli laborare vt diteris: ſed prudentię tuę pone [e] modum.

28.c. ¶ Vir fidelis multum laudabitur: qui autem feſtinat [f] ditari / nõ erit innocẽs.

28.d. ¶ Vir q feſtinat ditari / & alijs inuidet: ignorat q; egeſtas ſuperueniet ei.

geñ.1.a. **Diuidere & diuiſus.** Diuiſit deus lucẽ a tenebris: appellauitq; lucem diem / et tenebras noctem.

1.a. ¶ Diuiſit deus aquas quę erant ſub firmamento: ab his quę erant ſuper firmamentum.

49.d. ¶ Beniamin lupus rapax mane comedet prædam / & veſpere diuidet [g] ſpolia.

b ¶ Merces operariorũ. De hijs qui mercedes mercẽnariorum retinent: dicetur. j. in verbo Merces. vbi videatur.

c ¶ Nec perſeuerabit. Circa hęc verba videatur quod notabiliter dicit Hoſtieñ. in c. procurationes. colũ. 2. de cenſi. vbi dicit quoſdam prælatos immodicas procurationes ab eccleſijs quas viſitant exigere: & in thecis reponere vt ex eis parentes ditentur. qui tamen quandoq; non ſolũ ex hoc ortis diſcordijs depauperantur: ſed etiã occiduntur. Crede ergo mihi / caue talia: quia nõ habet euentus ſordida præda bonos. Hæc Hoſtieñ.

d ¶ In egeſtate. ſupple & bonorũ fortunę / et bonorũ corporis / & bonorum animi. Bonorum fortunæ: quia vbi epulæ multę ſũt aut p̃cioſe / ibi ſumptus maior eſt / & bonorũ conſumptio bon⁹ eſt tex. in l. 2. ff. vbi pupillus edu. deb. Bonorũ corporis: quia abundantia ciborum morbum facit / & moleſtias ingerit / & ægritudines generat / cõſumitq; & computreſcere facit corpus humanum / & macerat ęgritudie diuturna. Textus eſt in c. Nihil. de conſe. diſtinc. 5. Bonorum animi: quia animæ nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutæ / nihil tenue / nihil cœleſte / ſed ſemper ventris ingluuiẽ cogitant. c. Nec tales. in fine. de conſecra. diſ. 5. & venter pinguis (vt ait Hiero.) craſſum ſenſum generat. Dicit tex. Hieronymum citans in c. fi. in fi. 44. diſtinc.

e ¶ Pone modum. vt tuæ ſoli prudentiæ non credas: ſed potius adhęreas alienis conſilijs. & ſcripturis a ſuperioribus emanatis. c. ne innitaris. in princ. de conſtitu.

f ¶ Qui feſtinat ditari. Simile eſt quod dicit apoſtolus. Qui volunt diuites fieri: incidunt in varias tentationes / & in laqueum diaboli / & in deſyderia multa. &c. De qua ſententia habetur. ſ. in verbo deſyderium. vbi facta eſt annotatio quæ videatur.

g ¶ Diuidet ſpolia. Quia Beniamin erat inter fratres ſuos / filios Iacob / natu minimus / & ei diuidendi munus iniungitur: poteſt addubitari an inter fratres ſpectet ad natu minimũ diuidere. In quo dubio breuiter dicendum eſt (omiſſa diuerſarum in hac materia ſententiarum recitatione) q; pro facienda hęreditatis diuiſione recurritur ad iudicem: nec aliquis ex fratribus habet electionẽ ſeu optionem ſibi deputatam a iure. Alioquin fruſtra textus dicerent diuiſionem iudicis officio experiri. inſti. de offi. iudi. §. ſi familię. & ff. fa. her. l. antepe. & l. plane. Vnde aut accipiendo portiones concordare debent iudice iubente. l. huiuſmodi. §. fi. ff. de lega. 1. Aut committetur diuiſio iudicio ſortis & fortunę: prout eſt caſus qui reputatur ſing. in l. 2. C. quando & qui. quar. pars debe. lib. 10. Et ita tenet Bar. in l. 1. C. de his qui ſe defe. lib. 10. Et notabiliter Ludo. Ro. in conſi. ſuis. conſi. 471 in fi. vbi ſubiungit q; ſi vni ex ipſis fratribus iudicio ſortis diuidentibus / ex ipſius ſortis infelicitate intolerabilis contingat deceptio: debet tunc ipſa diuiſio in melius reformari. Et ita etiã cõcludit Bal. in l. maioribus. C. cõmunia vtriuſq;. iudi. Et ſicut de iure non eſt ſtatutum quis debeat diuidere: ita etiam non eſt ſtatutum quis debeat poſt diuiſionem factam / partem ſuam primus eligere. vt concludit Panor. in c. 1. de paro. & Bar. in d. l. 1. C. de his qui ſe defe. Licet aũt minor fratrũ ſit æqualis fratribus tam in diuiſione q̃ in electione partis / vt ſupra dictum eſt: tamen non videtur æqualis q̃tum ad prouocationem diuiſionis. quia maior non poteſt prouocare ad diuiſionem. Tex. eſt no. in l. pe. C. de p̃dijs mino. Sed illud procedit vbi natu minor eſſet minor annis. 25. & alius vel alij fratres eſſent maiores. quia tunc verũ eſt q; minor non poteſt prouocare / ſaltem reſpectu proprietatis bonorum: reſpectu autem fructuum bene poteſt prouocare. Ita ſingulariter Io. An. in additionibus. ſpe. in Rubrica. de parocijs. Vel niſi iam fuiſſet prouocatus a maiore. quia eo caſu poſſet poſtea ipſe prouocare. gloſa eſt in l. inter pupillos. ff. de auctori. tuto. Si autem omnes fra-

¶Si comportauerit impius quasi terram argentū/& sicut lutum pręparauerit vestimenta: pręparabit quidem/sed iustus [h] vestietur illis/& argētum innocens diuidet. iob.27.c.

¶Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meā [i] miserūt sortē. psal.21.d.

¶Seruus sapiens dominabitur filijs stultis: & inter fratres hęreditatem diuidet. puer.17.a

¶Lętabuntur gentes coram te/sicut qui lętantur in messe: sicut exultāt victores capta pręda/quando diuidunt [k] spolia. esaię.9.a.

¶Omne [l] regnū in se diuisum desolabitur: & dom⁹ supra domū cadet. lucę.11.c.

¶Erunt [m] ex hoc (ait Christus ad discipulos) quinq̧ in vna domo diuisi: tres in duo/& duo in tres diuidētur. Pater in filium & filius in patrē suum/mater in filiam & filia in matrem/socrus in nurum suam/& nur⁹ in socrum suam. 12.g.

¶Hoc dico (inquit Paulus) quod vnusquisq̧ vestrum dicit. Ego [n] quidem sum Pauli/ego autē Apollo/ego vero Cephę/ego autē Christi. Diuisus est Christus? 1.cor.1.b.

¶Qui cū vxore est: solicitus est quę sunt mūdi quomodo placeat vxori/& diuisus [o] est. Et infra vxor. 1.cori.7.g

Diuinare & Diuinatio.

¶Vir siue mulier in quibus phithonicus [p] vel diuinationis [p] fuerit spiri leuiti.20. in fine.

tres esset maiores: minor natu prouocare posset sicut natu maior. vt satis ₚbabitur in d.c.pe.arguēdo a cōtrario.

h ¶Sed iustus vestiet illis. Similedicit tex.post Salomonē in c.fi.circa fi.26.q.7. Thesaurizant iustis diuitię impiorum. de quo dictū est. §.in verbo diuitię.p.

i ¶Miserūt sortē. Circa hanc sentētiam: videatur quod annotabitur.J.in verbo vestimētū. Notetur tn̄ impn̄tiarū textus in c.sicut dn̄i vestimētū.16.q.7.vbi dicit. Sicut dn̄i vestimentū scissū nō est/ sed de eo sortiti sunt: ita nec ecclesia scindi debet/quia in vnitate tota consistit.

k ¶Diuidūt spolia. De iure militari est pręde decisio/& pro personarū qualitatibus & laboribus iusta diuisio/ac principis portio. Ita dicit tex.i c. ius militare.in fi.1 distinc. de quo dictū est. §.i verbo bellū.

l ¶Omne regnum &c. Circa hanc sententiam bonus est tex. Gregorij in c. Si ea.25.q.2. vbi dicitur. Si ea destruerem quæ antecessores nostri statuerunt: non constructor sed euersor esse iuste cōprobarer/testante veritatis voce quæ ait. Omne regnum in se ipsū diuisū non stabit: & omnis sciētia aduersū se diuisa destruet. Hęc tex. Vbi glosa. in verbo diuisa. hanc sententiam accommodat ad testes īuicem diuisos idest sibi īuicē cōtrarios: vt scilicet taliū testiū testimoniū non sit stabile. Et idē & a fortiori rōne dicēdū esset in vno teste sibiipsi cōtrario: quia talis testis tanq̄ in seipso diuis⁹ nu llomōₚbat/imo tanquā falsarius puniri posset.l.eos.in princ.ff.de falsis. c. licet causam.circa me.de proba.

m ¶Erunt ex hoc.&c. Pro effectu huius sentētię videatur bon⁹ tex.28.q.1.§.1.vbi dicit. Inueniūtur auctoritates quibus probatur cōiugiū esse inter infideles. Quarū prima est illud euāgelij quod Christus ait. Erūt quinq̧ in vna domo: duo in tres/ & tres diuident in duos. Deinde cū personas illas enumeraret: vxorē in virū esse diuidēdā dixit & ecōuerso. Hęc tex qui ex hac sententia & alijs ibidē citatis probat matrimoniū subsistere inter duos diuisos.idest vnū fidelem & alterū infidelē. De quo videatur quod scriptū est supra in verbo discedere.2.

n ¶Ego quidē sū Pauli. &c. Pro istis verbis & eorum effectu bonus est tex.in c.olim.95. distinc. vbi dicitur. Olim idem erat presbyter qui et episcop⁹. & anteq̄ diaboli instinctu studia vel schismata in religione fierent/& diceret in populis ego sū Pauli/ego sū Apollo/ego aūt Cephę: cōmuni pr̄sbyterorū concilio ecclesię gubernabant. postq̄ aūt vnusquisq̧ eos quos baptizauerat suos esse putabat non Christi: in toto orbe decretū est vt vnus de presbyteris superponeret/& schismatū semina tolleretur. Hæc tex. Qui vt liquet accōmodat hanc sententiam vnitati sanctę & vnicę catholicę ecclesię Christi sponsæ. De qua vnitate dicit tex.in c.alienus.24.q.1. Alienus est/prophanus est/hostis est/habere nō pōt deū patrē: qui vniuersalis ecclesiæ nō tenet vnitatē.& in c. Quicūq̧. eadem causa & quęsti. dicit tex. Quicūq̧ ab vnitate fidei vel societatis Petri apostoli quolibet modo semetipsos segregauerint: tales nunc nec vinculis peccatorū absolui/ nec ianuā possunt regni cœlestis ingredi. De qua etiam vnitate ecclesię loquitur textus in epistola inter claras.colū.1.in princ.& col.fi.versi.sed quia gremium. C.de sū.tri.& fi.catho.

o ¶Et diuisus est. Pro effectu huius diuisionis: textus est in c.diuersis fallacijs.de cle.coniuga.vbi(pręmisso q̧ quidam erant clerici coniugati beneficia ecclesiastica tenentes)subiungitur. Cum vir cogitet quō placere possit vxori/et ideo minus quæ dei sunt valeat cogitare/cum quasi diuisus in duo plenam sui non habeat potestatem/vt ei a quo stipendium recipit plenius famuletur: mandamus quatenus huiusmodi clericos beneficijs ecclesiasticis/quæ in tua diocesi sunt adepti/priues/appellatione remota, pręsertim cum rerum ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire. nisi forte eis vt talibus scienter contuleris ecclesiastica beneficia. quib⁹ eos nō per te sed per superiorē decernimus spoliandos. Hæc textus.

p ¶Phithonicus vel diuinationis spiritus fuerit. De hijs quę diuinationis materiā concernunt: aliqua dicta sūt supra in verbo Ariolus/in verbo Aruspex/& in verbo Augures. Vt tn̄ cumulatius habeat in hoc peculiari eius loco: notetur tex. Augustini multiplicem diuinatorum speciē declarās in c.1.26.q.4. vbi dicitur. Gen⁹ diuinationis a Persis fertur esse allatum. Varro autem dixit diuinationum quatuor esse genera: terrā / aquam/ aerem/et ignem. Hinc geomantiā/hydromantiā/piromantiā/aeromantiam/dicta antumant. Diuini dicti sunt quasi deo pleni. diuinitate enī se esse plenos simulāt: & astutia quadam fraudulenta/hominibus futura coniectant. Duo autē genera diuinationis sunt: ars et furor. Incantatores autem dicti sunt: qui artem verbis peragunt. Arioli vocati sunt: propterea q̧ circa aras idolorum/nepharias preces emittunt/& funesta sacrificia offerunt/ hisq̧ celebritatibus dęmonum accipiunt responsa. Aruspices nuncupantur: quasi horarum inspectores. Dies enim & horas in agendis negocijs operibusq̧ custodiunt: & quid per singula tempora obseruare debeat homo/intēdunt. Hi etiā exta pecudū inspiciunt: & ex eis futura prędicunt. Augures sunt: qui volatus auium & voces intendunt/aliaq̧ signa rerum vel obseruationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. Ijdem sunt & auspices. Nam & auspicia sunt quę iter facientes obseruant. Dicta aūt sunt auspicia quasi auium spicia: & auguria quasi auium garria / auiū voces & linguę. Item augurium quasi auigerium quod aues gerunt. Duo autem sunt genera auspiciorum: vnum ad oculos/ alterum ad aures pertinēs. Ad oculos/scilicet volatus: ad aures/vox auium. Phithonissę a Phithone Apolline nūcupatæ sunt: q̧ is auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti sunt: eo q̧ in astris augurantur. Genetalici appellati

ſunt: propter natalitiorum conſyderationes dierum. Geneſes enim hominum per. 12. ſigna cœli deſcribunt/ ſyderumq̧ curſus/ naſcentium mores/ actus/ & euentus prædicere conantur. id eſt quis/ quali ſigno fuerit natus/ aut quem effectum habeat vitæ qui naſcitur interprætantur. hi ſunt qui vulgo mathematici vocantur. cuius ſuperſtitionis genus conſtellationes latini vocant. ſ. nationes ſyderum/ quō ſe habeant cum quiſq̧ naſcitur. Primū aūt genus. ſ. ſtellarū interpretes: magi nūcupantur. ſicut de his in euāgelio legitur: qui natum Chriſtum annūciauerūt. Poſtea hoc nomine ſoli mathematici dicti ſūt cuius artis ſcientia vſq̧ ad Chriſtum fuit cōceſſa: vt Chriſto edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretetur. Horoſcopi dicti: φ horas natiuitatis hominum ſpeculētur diſſimili & diuerſo ſacto. Sortilegi ſunt: q ſub nomine ſictę religionis per quaſdam (quas ſanctorum ſeu apoſtolorum vocant) ſortes/ diuinationis ſcientiam profitentur/ aut quarūcūq̧ ſcripturarū inſpectione futura promittunt. Saliatores vocati ſunt: qui dū eis membrorū quęcūq̧ partes ſalierint/ aliquid ſibi exinde proſperū ſeu triſte ſignificari pdicunt. Hæc tex. Sunt etiā & aliqui diuinatores qui necromantici dicūtur. quorū ſcilicet precantationib⁹ videntur reſuſcitari mortui/ diuinare/ & ad interrogata reſpondere. Necros enim grece/ latine mortuus: Mantia/ diuinatio nūcupantur. ad quos ſuſcitandos cadaueri ſanguis adijcitur. Nam amare ſanguinē dæmones dicuntur. Ideoq̧ quotienſcūq̧ necromantia fit: cruor aquę miſcetur/ vt colore ſanguinis facilius prouocent. Sūt & aliqui qui vocantur hydromantici: ab aqua dicti. eſt enim hydromantia: in aquarum inſpectione vmbras dæmonū euocare/ & imagineas ludificationes eorum videre/ ibiq̧ ab eis aliqua audire. Ita de iſtis vltimus duobus diuinatoribus loquitur Auguſtini textus in c. nec mirum col. 1. 26. q. 5.

tus! morte [q] moriantur (dicit dominus ad Moyſem) lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos.

nūeri. 22 b ℭPerrexerunt ſeniores Moab & maiores natu Madian: habentes diuinationis [r] precium in manibus.

23. d. ℭNon eſt augurium in Iacob: nec diuinatio in Iſrael.

prou. 16. b ℭDiuinatio in labijs regis: in iudicio errabit os eius.

eccl. 34. a. ℭDiuinatio [s] erroris/ & auguria mēdacia/ et ſomnia maleficentium: vanitas eſt:

eze. 13. a. ℭVident prophetę inſipientes Iſrael & diuinant mendacium/ dicentes

ℂ Vę qui cõiugitis [z] domum ad domum: & agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci. Nũquid habitabitis vos soli in medio terrę? In auribus meis sunt hęc: dicit dominus exercituum. Esa. 5. c

ℂ Omnem custodientem sabbatum ne polluat illud/ & tenentem fœdus meum/ adducam eos in montem sanctum meum: & lętificabo eos in domo orationis meę. Holocausta eorum & victimę eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea [a] domus orationis vocabitur cunctis populis/ ait dominus. &c. 56. c.

ℂ Frange esurienti [b] panem tuum: & egenos vagosq; induc in domum tuã. Cũ videris nudum operi eum: & carnem tuã [c] ne despexeris. Tunc erũpet quasi mane lumen tuum/ & sanitas tua citius orietur: & anteibit faciem tuam iustitia tua/ & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis/ et domin⁹ exaudiet te: clamabis/ & dicet ecce adsum/ quia misericors sũ dominus deus tuus. 58. b. in fi.

ℂ Quę est ista domus quam ędificastis mihi? & quis est iste locus requietionis meę? Oia hęc manus mea fecit: & facta sũt vniuersa ista/ dicit dñs. 66. a

d ¶ Ecce qui veste pciosa.&c. Circa hanc sententiā & similē q habetur Math.11.a. Qui mollibus vestiuntur/in domibus regū sunt: videatur bo.tex.in c.1.versi.si.21.qsti.4.vbi dr. Priscis tēporibus ois sacratus vir cū mediocri aut vili veste cōuersabatur.oē quippe qd non propter necessitatē suā/sed propter venustatē accipitur: elationis habet calūniā/queadmodū magnus ait Basilius.sed neq ex sericis texturis vestē qnis varsatā induebat: neq apponebat varios colos ornamēta in summitate vestimētos. Audierāt eni: quia q mollib9 vestiunt/in domib9 regū sunt. Hęc textus.

Luc.7.d. ¶ Ecce [d] qui in veste preciosa sunt & delicijs (ait Christus) in domibus regum sunt.

Luc.9.d. ¶ In quācūq [e] domum intraueritis (dixit Ihesus apostolis suis) ibi manete: & inde ne exeatis. Et quicūq non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa/etiam puluerē pedū vestrorū excutite in testimoniū supra illos.

Lu.10.a.b ¶ In quācunq [e] domum intraueritis (ait Ihesus apostolis suis) primum dicite/ pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis/ requiescet super illū pax vestra: sin autem/ ad vos reuertetur. In eadem autē domo manete/ edentes & bibētes quę apud illos sunt: dignus [f] est enim operarius mercede sua. Nolite trāsire de domo in domū. Et in quācūq ciuitatē intraueritis/& susceperit vos: māducate quę apponūt vobis. Et curate infirmos quę in illa sunt: & dicite illis/appropiquabit in vos regnū cœlorū.

Luc.11.c. ¶ Omne regnum in se diuisum [g] desolabitur (ait Christus ad turbas) & domus supra domum cadet.

Lu.11.c.d ¶ Cum immūdus [h] spiritus exierit de homine (ait Ihesus ad turbas) ambulat per loca inaquosa/quęrens requiem: & non inueniens/dicit. Reuertar in domum meam: vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam scopis mundatam: & tūc vadit/& assumit septem alios spiritus secū nequiores se. Et ingressi habitāt ibi: & fiūt nouissima hois illius peiora priorib9.

Luc.12.e ¶ Hoc scitote (ait Chrs discipulis) quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret/vigilaret vtiq: & nō sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

Joā.2.e.. ¶ Ascendit Ihesus Hierosolymam: & inuenit in templo vendētes oues/ et boues/& columbas/et nummularios sedentes. Et cum fecisset [i] quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit [i] de templo/oues quoq & boues/& nummulariorum effudit æs / & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant/ dixit. Auferte ista hinc: & nolite [i] facere domum patris mei domum negociationis.

e ¶ In quācūq domum.&c. De simili dicto qd scriptū ē Matthei 10. est textus in c. ecclesias. colū.3.t3.qsti.1. de quo dictū est supra i verbo dicere. Pro effectu aūt istarū sentētiarū videat bonus textus Ambrosij i c. quę dignior.24.questi.1. vbi dr. Quę dignior domus apostolicę pdicationis ingressu/q sancta Romana ecclesia? aut quis pferend9 magis videtur q Christ9 (qui pedes suis cōsueuit lauare hospitibus: & quoscūq sua recepit domo / pollutis nō patit habitare vestigijs? Et subiūgit. Fides ipri mis ecclesię qrenda est: in qua si Christ9 sit habitaculū/haud dubię legēdū est. si vero perfidus populus aut pceptor hereticus deformet habitaculū ecclesię: vitāda est hereticorū communio/fugienda synagoga censetur/excutiendus pedū puluis est/ ne fatiscētibus psidię sterilis siccitatibus tāq humi aridę arenosęq/mentis tuę vestigiū polluat. Hęc textus.

f ¶ Dignus est. Simile ē qd dicit Apls. Dign9 est mercēnarius mercede sua. de quo est tex. in c. Quicunq suffragio. 12. questi 2.

g ¶ Omne regnū. Huic sentētię facta est annotatio satis ampla supra in verbo diuisus.vbi videat.

h ¶ Cum immundus. Hac sententia innuitur eos qui a pristina eos via mala recedētes/pœnitētię viā sunt ingressi: si iterū desertam ab ipsis viam malam amplectantur/ deteriores fieri. Vnde videatur bonus textus Augustini in c.quātumlibet.in fine 47.distinc.vbi dicitur ab Augustino. Sicut difficile sum expertus meliores q qui in monasterio profecerunt: ita non sum deteriores expertus q qui in monasterio defecerunt.

i ¶ Et cum fecisset.&c. Pro effectu huius hystoricę sententię: vidēdus est tex.in c.ex multis.§. calcedonēse.1. questi.1.vbi dr. Calcedonense conciliū vnū ex principalibus concilijs/simili pœna condēnat eos qui ecclesię beneficium interuētu pecunię acquirūt: et eos qui sacram manus impositionem per quam spiritussanctus cōfertur/ mercari dinoscuntur. vtrosq eni auctoritate inexpugnabili: illos a beneficio/istos a sacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes & vendētes de templo eijciens: cathedras vendentium columbas euertit/ nummulariorū effudit ęs/ pręcepti sui auctoritate denuncias & dicens. Nolite facere domū patris mei domū negociationis. Illud quoq in eodē facto solicite consyderate q per totum textum sancti euangelij, nusq reperit dñm tāta seueritate/tam districta censura iustitię/peccantes corripuisse: cum non solum eloquio increpans/ verūetiā facto flagello de funiculis verberās/ omnes eliminauit de templo. aperte demonstrans: q tales negociatores non sicut cęteri peccatores sunt corripiendi/sed a templo dei id est a sancta ecclesia longius sunt proijciendi. Nā sicut per columbarum venditores/illi denotantur/qui sacram manus impositionē vendere conātur: sic per nūmularios ecclesiastici beneficij venditores designantur qui domū dei teste euangelio speluncā latronū efficiūt. Hęc tex. Et in c. saluator. colū.si eadem cā & qsti. vbi dicitur. Pensandum est qua pœna mulctētur qui iam deo & ecclesię oblata vendunt vel emunt: si cū flagellis a dei templo eiecti sint/ qui quę deo erant offerenda vendebant vel emebāt. Si de offerendos venditoribus vel emptoribus dictū est/ Vos fecistis domū patris mei domū negociationis & speluncā latronū: quid dicet de ecclesię iā oblatos vēditoribus vel emptoribus? Et in c. & hęc diximus. paulo post princi.16.qsti.7. vbi dr. Quod fecit Christus eijciēs vendētes & emētes de templo/ & mēsas nūmularios euertens/ cathedras vendentiū columbas dissipauit: ad correctionē populi fecit. vt nō p mundanis/ festiuitates in noie dei celebrēt/ nec emptionibus et vēditioib9 vacēt in loco nō cōpetēti In quo.nō debēt emere & vēdere: sed orationib9 tantū vacare atq cōgregari quasi in domo orationis. Arbitror autē tēplū dei ex lapidibus viuis cōstructum esse ecclesiā Christi. sunt autē multi in ea nō sicut cōdecet spūaliter viuētes/ sed scdm carnē militātes q & domū oronis de lapidib9 viuis cōstructā faciūt esse speluncā latronū artib9 suis/ nō ecclesia dei digni sed spelūca latronū. Qui eni cōsyderat in mltis ecclesijs talium Christianos pctā: inueniet arbitrātes qstū esse pietatē. & cū deberēt de euāgelio viuere/ scdm qd decet viuere fernos

dei/hoc non faciũt: ſed diuitias & multas poſſeſſiones acquirũt. Nõne dices ſpeluncã latronũ factam eſſe ſub illis ec cleſiam? Hęc tex. Et in d.c.& hoc diximus. colum. fi. verſi. & arbitror. vbi dr̃. Arbitror cõuenire verbum dei de venditoribus columbarũ/ eis qui tradũt eccleſias auaris & tyrãnis & indiſciplinatis & irreligioſis epiſcopis aut p̃ſbyteris. Hęc tex. Cętera q̃ hic poſſent applicari in materia ſimonię/ dicent̃ i annotatiõe huius ſentẽtię. ſ. i verbo Iheſus.
k ¶ In domo.&c. Hęc verba Chriſti ad diſcipulos ponunt̃ in c. nouit deus.§. porro. de peni. diſtinc. 4. vbi pro

¶Ait Iheſus diſcipulis ſuis. Nõ turbetur cor veſtrum. Creditis in deũ? Ioã.14.a.
et in me credite.. In domo [k] patris mei manſiones multę ſunt. Si quomo
do minus dixiſſem vobis/ quia vado vobis parare locum/ et ſi abiero &
preparauero vobis locũ: iterũ venio & accipio vos ad me ipſum/ vt vbi
ſum ego & vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis: & viam ſcitis.

¶Scimus (ait Paulus) quoniam ſi terreſtris domus noſtra hui⁹ habita- 2.Cor.5.a
tionis diſſoluatur: ꝙ ædificationem ex deo habemus domum non ma-
nufactam/ ſed æternam in cœlis. Nã & in hoc ingemiſcimus habitatio
nem noſtram quę de cœlo eſt: ſuperindui cupiẽtes/ ſi tamen veſtiti & nõ
nudi inueniamur.

Domicilium.

¶Similis factus ſum pellicano ſolitudinis [l]/ & fa- Pſa.101.a
ctus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

¶Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum: q̃ epulę ſplẽdidę in Eccl.29.d
peregre [m] ſine domicilio.

Domeſticus.

¶Non timebit domui ſuę a frigoribus niuis: om- puer.vl.c
nes enim domeſtici [n] eius/ veſtiti ſunt duplicibus.

¶Noli eſſe ſicut leo in domo tua: euertens domeſticos tuos/ & oppri- Eccl.4.
mens ſubiectos tibi.

¶Qui docet filium ſuum/ laudabitur in illõ: & in medio domeſticorum Eccl.30.a
in illo gloriabitur.

¶A filijs tuis caue: & a domeſticis tuis attende. Eccl.32.d

¶Inimici hominis domeſtici eius. Mich.7.b

¶Si patrem familias Beelezebub vocauerunt (ait Chriſtus de Phariſęis Mat.10.c
loquens) q̃to magis domeſticos eius?

¶Si quis ſuorum/ & maxime domeſticorum [o] curam non habet: fidem 1.tio.5.a.
negauit/ & eſt infideli deterior.

ipſorum declaratione ſubiungit. Dicens Chriſtus In domo patris mei mãſiones multę ſunt. ſi quo minus dixiſſem vobis qa vado parare vobis locũ: oſtẽdit eos quibus loquebatur ſcriptos in libro vitę p̃deſtinatione. Subijciens vero/ ſi abiero & p̃parauero vobis locum.&c. oſtẽdit eos adhuc eẽ ſcribẽdos operatione. Et in c. in domo patris. eadem diſtin. poſitis iſtis verbis in domo patris mei mãſiones multę ſũt. dicit textus q̃ Auguſtini eſt. Domus dei/ Tẽplũ dei/ Regnũ cœlorum: ſunt hoĩes iuſti in quibus ſunt multę differentię. & hę ſunt mãſiões ipſi⁹ dom⁹.&c.
l ¶ Solitudinis. Videãtur quę circa hãc ſententiã annotabunt̃ in verbo ſolitudo.
m ¶ In peregre ſiue domicilio. Iure humano dici poteſt eos eſſe in peregre ſiue domicilio: q ſunt bñficiati beneficijs reſidentiã requirẽtibus/ et in eis nõ reſidẽt. Verũ eñ & ꝓpriũ domicilium clerici hñtis bñficiũ reſidentiã requirẽs: eſt in loco ſui beneficij/ ſcd̃m Innocẽ. Anto. de Butrio. & Panor. ĩ c. ex ore. de priuile. Et idẽ notãter dicit Bal. in l. ſenatores. ff. de ſena. & late Felyn⁹ ĩ c. dilectus. 2. col. 1. verſi. ſcda cõcluſio. de reſcrip. Quod ſi quis habeat plura bñficia requirẽtia reſidẽtiã: tũc talis dr̃ habere plura domicilia. glo. eſt in c. primatus. in verbo a collega ſuo. 71. diſtinc. glo. in c. qa intm̃. in glo. ma. in fi. de p̃ben. Quod eſt verũ: ſi vtriq; deſeruit nũc vni nũc alteri/ ita ꝙ quaſi ęqualiter in vtroq; reſidet. iuxta glo. in c. nõ põt. de pręben. in. 6. tunc eñ vtrobiq; ſortit̃ domiciliũ: vt ꝓ hoc eſt bo. tex. in l. aſſumptio.§. viris prudẽtibus. ff. ad municipa. & in c. 2. de ſepul. in. 6. Secus ſi vtriq; non deſeruiat. ſed ſit diſpenſatus vt alteri ſeruiat per vicariũ: tũc eñ in illo tm̃ bñficio cui deſeruit vel deſeruire tenet̃/ ſortit̃ domicilium: quia ſola reſidẽtia vel reſidendi neceſſitas eſt illa q̃ facit ſortiri domiciliũ. Ita iſtã materiã declarat Panor. in c. poſtulaſti. in. 1. colũ. de fo. cõpe. Et Fely. in d. c. dilectus. col. 2. verſi. tertia cõcluſio. de reſcrip. De hac autẽ materia/ qñ ſcilicet & ex quib⁹ aliquis ſortiat̃ domiciliũ/ quia ampla eſt & ſatis ab hac ſentẽtia aliena: ſufficiat remiſſiue ſcribere. Videant̃ ergo quę latiſſime cõgerit Fely. in d. c. dilectus. 2. in. 1. 2. & 3. char. de reſcrip. Panor. ĩ d. c. poſtulaſti. de fo. cõpe. glo. & docto. in c. cũ nullus. de tẽpo. ordi. in. 6. & late Bar. in l. 1. ff. ad municipa. & Panor in c. fi. de parocijs.
n ¶ ¶ Domeſtici eius.&c. Pro elucidatione huius ſententię & cęterarũ de domeſticis loquẽtiũ/ aduertẽdũ eſt: ꝙ de iure humano appellatiõe domeſticorum veniũt ſeruus/ libertus/ colon⁹/ mercẽnarius. l. p̃ſenti.§. ſane. C. de hijs qui ad eccle. cõfugiũt. & l. recipiẽdũ.§. furta. ff. de pœnis. Et gñali⁹ loquẽdo dici põt ꝙ oẽs domeſtici alicuius dicũt̃: oẽs qui ſub eius ſunt poteſtate. Itẽ famuli & mercẽnarij ſimul cũ eo habitãtes/ vel nõ habitãtes ſed frequẽtãtes domũ ſuã vt laboratores poſſeſſionũ. Ita Paulus de caſtro in l. etiã. in prin. C. de teſtibus. Et ꝓprie loquẽdo domeſtici alicuius/ ſunt hij qui ſunt vt famuli: qbus ſcilicet imperari põt rõne patrię vel dñicę poteſtatis. Ita dicit glo. in c. in litteris. de teſtibus. Et ideo quia caput mulieris eſt vir: vxor etiã dr̃ eſſe domeſtica viro. ſed vir nõ dr̃ eſſe domeſticus vxori: cũ ei famulari nõ teneat̃/ nec ſit ſub eius obedientia. Ita Paulus in d. l. etiã. in fi. C. de teſtibus. Cõpręhẽdunt̃ aũt p̃dicti hoc carmine Dr̃ aſcript⁹ perſona domeſtica ſeruus/ Vxor/ libertus/ famulus/ natuſq;/ colonus/ Et nurus/ et gener.
o ¶ Et maxime domeſticorum. Ex hoc dicto Apoſtoli dicit textus in c. ſicut.§. neceſſe. verſi. hinc etiã Paulus. 47. diſt. filiorum & aliorum domeſticorum correctionẽ nõ eſſe diſſimulandã. Per hoc etiã dictũ dicit Archi. in c. p̃cipimus. 12. q̃ſti. 1. ꝙ cũ epũs oĩbus indigẽtibus ꝓuidere debeat: multo magis illud facere debet fratrib⁹ & filijs ſuis canonicis. Videm⁹ eñ oĩa aĩalia iſti⁹ iuris peritia cẽſeri. dicit text⁹. iſti. de iure naturali/ gen. & ciuili. in fine pricipij. Et cõformiter ad hãc ſentẽtiã dicit tex. ĩ c. nõ ſatis. 1. rñ. 86. diſtin. Perfecta liberalitas: fide/ cã/ loco/ tẽpore cõmendatur/ vt primũ operet̃ circa domeſticos fidei. i. fideles. Per quẽ tex. hęc ſentẽtia dũ ſentit p̃cipuã eſſe de domeſticis curã hñdã: videt̃ intelligẽda in domeſticis fidelib⁹. Alioqui ſi infideles eſſent poti⁹ extraneis fidelib⁹ q̃ domeſticis infidelibus debet ſubueniri. Dicit tamẽ gloſa in c. 1. in verbo fideles. 30. diſtinc. ꝙ patrem qualiſcunq; ſit hoc eſt ſiue fidelis ſiue infidelis/ debemus pręponere extraneo etiam ſancto in his q̃ ſpectãt ad opus miſericordię/ in ꝓuidendo ei

in neceſſariis: niſi alter magis indigeat. tūc em̄ poti⁹ extraneo q̄ patri ſubueniēdū eſſet. Ambroſius tn̄ videt̄ cōtradicere huic opinioni in canticis/ in illo loco. ordinauit in me charitatē. Ait em̄. Multo℞ eſt charitas inordiata. quidam em̄: id quod eſt primū ponunt ſecūdū vel quartū. Primo nāq̧ diligendus eſt de⁹. Secundo parētes. Deinde filij. poſtea domeſtici: qui ſi boni ſunt/ malis filijs ſunt p̄ponēdi. Sed illa auctoritas intelligēda eſt de affectu interiori:

Donatio ꝛ Donum.

Gen̄.49.a ¶Rubē primogenit⁹ me⁹. (ait Iacob) tu fortitudo mea & pricipiū doloris mei: prior [p] in donis/ maior in īperio.

Iob.36.c. ¶Nō te ſuperet ira vt aliquē opprimas: nec multitudo donorū iclinet.

Pſal.71.b ¶Reges [q] Tharſis & inſulę munera offerēt: reges Arabum & Saba dona adducent.

P̄uer.18.c ¶Donum hominis dilatat [r] viā eius: & ante principes ſpaciū ei facito.

19.a ¶Multi colunt perſonam potentis: & amici ſunt dona tribuentis.

21.b ¶Munus [s] abſconditum extinguit iras: & donum in ſinu/ indignationem maximam.

Eccēs.5.d ¶Oi hoi cui dedit deus diuitias atq̧ ſubſtātiā/ ptātēq̧ ei tribuit vt comedat ex eis/ & fruatur parte ſua/ & lętet̄ de labore ſuo: hoc eſt donū dei.

Sapię.3.b ¶Donum [t] & pax/ electis domini.

Sapię.3.d ¶Spado [v] qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem/ nec cogitauit aduerſus deum nequiſſima: dabitur illi fidei donum electum/ et ſors in templo dei acceptiſſima.

Sapię.7.d ¶Sapientia infinitus Theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt/ participes facti ſunt amicitię dei/ propter diſciplinę dona commendati.

Eccī.20.d ¶Exenia [x] & dona excęcāt oculos iudicum: & quaſi mutus in ore auertit correctiones eorum.

34.c ¶Dona iniquorum non probat altiſſimus: nec reſpicit [y] in oblationes iniquorum/ nec in multitudine ſacrificiorū eorū propitiabitur peccatis.

nō de bn̄ficio℞ exhibitione. Nā magis debemus extraneos bonos diligere q̄ ꝓpinquos malos: licet illis poti⁹ debeamus ſubuenire. Ita dicit glo. in dicto c.1. in verbo fidelis. Et ita etiā tenet Panor. in c. ſi quis. in.2. no. (vbi allegat alias gloſas idem tenētes) de hęreti. p ¶Prior in donis/ maior in imperio. Sic ergo videtur: ꝙ maior paternę hęreditatis portio debeat̄ filio primogēito. De quo reſeruo dicēdū ī ver. priogenitus. vbi dicēdi locus accōmodatior. q ¶Reges Tharſis. De iſtis regib⁹ q̄ attuleſt munera regi natō: dicet̄ .ī. in verbo rex. vbi videat̄. r ¶Dilatat viā ei⁹. Hęc verba poſſunt intelligi/ vt velint ꝙ homo liberalis ex vno dono dilatat̄ in aliud: & ꝓpterea nobiliū ac principū quibus p̄ſertim incumbit donare/ gratiā acquirit. Et ita intelligēdo/ bonus eſt textus idē ꝓbās ſcdm intellectū primū quē ponit ibi Panor. in c. 1. de dona. s ¶Indignationē maximā. Iure hūano/ ſi donū nō extinxerit idignationē maximā/ ſed in eā is qui donū recepit fuerit relapſus: poteſt donū reuocari. ſi tn̄ talis idignatio effecerit/ vt p⁹ donū acceptū/ donatari⁹ iiurias atroces ī donatorē effūdat/ vel man⁹ ipias īferat/ vl̄ iacturæ molē ex inſidijs ſuis q̄ nō leuē ſenſū ſubſtātię donatoris imponat/ vel vitę periculū aliqd ei intulerit/ vel quaſdā cōuētiones ſiue in ſcriptis donationi impoſitas ſiue ſine ſcriptis habitas quas donationis acceptor ſpopōderat/ minime iplere voluerit. Ex his em̄ cauſis in iudiciū dilucidis argumentis cognitiōaliter ꝓbatis/ donatiōes euerti cōcedunt: ne ſit cuidā licētia & alienas res cape & frugalitatē irridere donatoris/ & iteꝝ ipm̄ donatorē ſuaſq̧ res ꝑdere/ & p̄fatis malis ab īgrato donationis acceptore affici. Tex. eſt p̄miſſa oia ꝓbās in l. ſi. in prin. C. de reuo. dona. vbi etiā ꝓbat̄/ donatiōis ex. ṡ. memoratis cauſis reuocationē fieri nō poſſe ab hęrede donatoris: ſi donator tacuerit. et idē ꝓbat̄ in c. ſi. i ſi. de dona. Idē etiā dicēdū ē: ſi idignatio maxia donatarij effecerit vt donatorē iopē factū noluerit alimētare. pōt em̄ etiā ex hac cā/ donū factū reuocari. glo. eſt q̄ tenet̄ in d. l. ſi. i verbo voluerit. C. de reuo. dona. s ¶Munus. &c. Quia in hac ſnia ſit mētio de munere & de dono: notet̄ text⁹ in l. inter donū. ff. de verb. ſig. vbi dr̄. Inter donū & mun⁹ hoc intereſt: qd inter gen⁹ & ſpeciē. Nā gen⁹ eſſe donū Labeo ait: vel a dādo vel a donādo dictū. Mun⁹: ſpeciē. nā Mun⁹ eē donū cū cā: vtputa nataliciū nuptiarū. Hęc tex. Aliā etiā dr̄iam īter Mun⁹ & Donū ponit Hoſtieñ. ī c. et ſi q̄ſtiōes. col. 1. de ſimo. dicēs ꝙ donū dr̄ qn̄ exile eſt qd dat̄: munus vero qn̄ p̄cioſum. ſi tn̄ dona ſint frequētia: in mun⁹ trāſire pn̄t. vn̄ dicit lex ſolēt. in ſi. ff. de offi. ꝓcō. & le. ꝙ exenia ꝑducēda nō ſunt ad munerū qualitatē. Hęc Hoſtieñ. t ¶Donū & pax electis dn̄i. Dona electo℞ dn̄i ſunt p̄cipua ſeptē/ q̄ vocāt dona ſpūſſācti: & ſunt Timor/ Pietas/ Sciētia/ Fortitudo/ Cōſiliū/ Sapiētia/ & Intellect⁹. Tex. eſt in c. puenit. circa ſinē. 30. q̄ſti. 1. glo. in c. 1. in verbo ſeptenari⁹. de cele. miſſa. v ¶Spado. Iure hūano/ ſpadones dicunt̄: qb⁹ teſticuli ſeu genitalia abſciſſa ſunt cultello/ vel (vt cū gloſa ſic dixerim) ſpata. Glo. eſt in. §. ſed & illud. in verbo ſpadones. inſti. de adop. Aliqn̄ tn̄ gn̄ali⁹ ſumit̄ appellatio ſpadonis: vt ſcilicet cōp̄hēdat quoſcūq̧ vel natura/ vel morbo/ vel caſu. teſticulis ſeu genitalib⁹ aut virga mictoria carētes. Tex. eſt in l. ſpadonē. ff. de verb. ſigni. Et ſiquidē ſpado vnico teſticulo careat: pōt gn̄are. vt ē tex. quē do. me⁹ Iaſō ī d. §. ſed & illd. iſti. de adop. appellat mirabilē. ī l. pōponi⁹. ī ſine. ff. de edi. edic. Et iō etiā pōt mr̄imoniū cōtrahere. ꝓut ē tex. in l. ſi ſerua ſeruo. §. ſi. ff. de iure do. Et de tali ſpadone videt̄ itelligēda hęc ſnīa laudās ſpadonē de libidioſo ope nō cōpleto. Alioq̄ ſi loq̄ret̄ de Spadōe vtroq̧ genitali carēte: is non ex ope cōpleto ſed tm̄ ex reiecta libidioſi opis cōplēdi cogitatiōe/ videret̄ laudād⁹/ vtpote q̄ gn̄are ſeu gn̄ationis actū nō poſſit exercere. q̄ ꝓpterea a iure ciuili morboſ⁹ appellat̄. ꝓut ē text⁹ clar⁹ in l. ſin autē q̄s ita ſpado ē. ff. de edi. edic. Et iō talis ſpado vtroq̧ teſticulo carēs nō pōt mr̄imoniū cōtrahere. Ita Panor. ī c. 2. in ſi. de frigi. & male. x ¶Exenia. &c. Iſta ſentētia intelligi debet: vbi dona eſſent tā frequētia/ ꝙ in mun⁹ & ſic in aliqd magnū ſeu precioſum trāſirēt. Hāc declarationē ſentit Hoſtieñ. in c. & ſi q̄ſtiones. colū. 1 de ſimo. & Archi. in c. iudices. in prin. 1. q̄ſti. 1. Cętera q̄ hic dici poſſent: dicent̄ in verbo iudex. y ¶Nec reſpicit in oblationes iniquorum: hinc dicit text⁹ Gregorij in c. in grauib⁹. 3. q̄ſti. 7. In grauib⁹ pc̄is poſit⁹ dū ſuis premit̄/ aliena nō diluit. Cūctis em̄ liquet quia cū is diſplicet qui ad intercedendū mittitur: irati anim⁹ ꝓculdubio ad deteriora ꝓuocatur. Scriptū quippe eſt. Victimę impio℞ abominabiles deo ſunt: vota iuſto℞/ placabilia. Neq̧ em̄ in oipotentis dei iudicio quid/ ſed a quo dat̄ inſpicit̄. Hic eſt qd ſcriptū eſt. Reſpexit de⁹ ad Abel & ad Munera ei⁹: ad Cain aūt & ad munera ei⁹ nō reſpexit. &c. vt ſupra, in verbo Cain. d. Et idem dicit textus in c. ſcriptum eſt. 14. queſti. 5. Et dicit notabilis textus in c. ſacroſancta religio. 1. queſti. 1. Quomodo ad diuini myſterij conſecrationem cœleſtis ſpiritus inuocatus adueniet (ſupple in vtilitate cōſecrātis vel alteri⁹ ꝓ quo orat) ſi ſacerdos & q̄ eū adeſſe dep̄cat̄/ criminoſis ſit plen⁹ actionib⁹ (hinc dt Pan̄. ī c. 2. colū. 1. de vita & ho. cle. ꝙ licet mal⁹ ſacerdos ita cōſiciat ſicut bon⁹. 1. q̄ſti. 1. c. multi. tn̄ facili⁹ exaudiū

tur boni sacerdotes q̃ mali. q̃to enim digniores: tanto facilius in necessitatibus ꝓ quibus clamant exaudiunt. c. ipsi sacerdotes. in fi. 1. q̃sti. 1. Immo dicit glo. 49. distin. in summa/ ꝙ si quis scienter et sponte malũ eligat sacerdotẽ/ & moribus suis cõformẽ: orationes sacę a tali sacerdote nocebũt et qui eũ ad orandũ elegerit. Et ita dicit intelligendũ dictũ Gregorij qd ibidẽ ponit & in d. c. in grauibus. 3. q. 1. dũ dicit Gregorius. Cũ is displicet qui ad intercedẽdũ mittit: irati animus ad deteriora puocat.

¶A deo est omnis medela: & a rege accipiet medicus donationem [z]. Ecci. 38. a
Et infra in verbo Medicus. latius.
¶Vę vobis duces & cęci (ait Christus ad Phariseos) qui dicitis quicũq; Mat. 23. b.
iurauerit per templum nihil est/ qui autem iurauerit in auro templi debi
tor est. Stulti & cęci. Quid enim maius est: aurum/ an templũ quod sã
ctificat aurum? Et quicunq; iurauerit in altari nihil est: quicunq; autem
iurauerit in dono quod est super illud/ debet. Cęci. Quid enim maiꝰ est:
donum/ an altare quod sanctificat donum?
¶Non sicut [a] delictum: ita & donum. Si enim vnius delicto multi mor Roma. 5. c
tui sunt: multomagis gratia dei & donum in gratia vnius hominis Ihe
su Christi in plures abundauit. Et nõ sicut per vnum/ peccatum: ita &
donum. Nam iudicium [b] ex vno in condẽnationem: gratia autẽ ex mul
tis delictis in iustificationem. Si enim in vnꝰ delicto mors regnauit per
vnum: multomagis abundantiã gratię & donationis & iustitię accipiẽ
tes in vita regnabunt per vnum Ihesum Christum? Et supra delictũ.
¶Sicut in vno corpore multa membra habemus/ omnia autem mẽbra Ro. 12. b.
non eundem [c] actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo/
singuli autem alter alterius membra/ habentes autem donationes secun
dum gratiam quę data est nobis differentes/ siue prophetiam secundũ [d]
rationẽ fidei/ siue ministeriũ in ministrãdo [e]/ siue qui docet in doctrina [f].
¶Vnusquisq; proprium donum habet ex deo: alius [g] quidem sic/ alius 1. Cor. 7. c
vero sic.
¶Ipsi in nobismetipsis respõsũ mortis habuimus/ vt non simus fidẽtes 2. Cor. 1. c
in nobis: sed in deo qui suscitauit mortuos/ q de tãtis periculis nos eri
puit & eruit. In quem speramus quoniã & adhuc eripiet/ adiuuantibus
et vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum personis facierum eius
quę in nobis est donationis per multos gratię agantur pro nobis.
¶Gratia estis saluati per fidem: & hoc non ex vobis. Dei enim donum Ephe. 2. b
est/ non ex operibus: vt ne quis glorietur.
¶Vnicuiq; nr̃m data est gratia: secundũ mensurã donationis Christi. Eph. 4 b

Dormire pro quiescere & Dormiens.

¶Si i pręceptis Leui. 26. a
meis ambulaueritis. &c. dabo pacem finibus vestris (ait dominus). Dor
mietis: & non erit qui exterreat.
¶Accubans Iacob dormiuit vt leo: & quasi leęna quam suscitare nul Nũe. 24. b
lus audebit.
¶Si dormiero/ dico quando consurgam: & rursum expectabo vespe Iob. 7. a.
ram/ & replebor doloribus vsq; ad tenebras.
¶Nocte os meũ perforatur doloribus: & qui me comedũt nõ dormiũt. Iob. 30. c
¶Nunquid [h] qui dormit: non adijciet vt resurgat? Psal. 40. b
¶Misit deus misericordiam suam & veritatem suam/ & eripuit animã Psal. 56. a
meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus.
¶Dormierunt [i] somnũ suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ Psal. 75. a

z ¶Donationẽ. Donatio medico facta si fiat etiã non loco salarij/ sed grã cuiusdã remũerationis maioris ꝓpter consecutam eius opera ꝓsperã valitudinẽ alr̃s. i. sine eius opa nõ cõsequibilẽ: est irreuocabilis/ etiã ꝓpter ingratitudinẽ. ꝓut est bonus textꝰ in l. si pater. §. fi. cũ glo. in verbo irreuocabilis. de dona. Ita etiã sentit do. meus Decius in c. nouit. colũ. 10. de iudicijs.

a ¶Nõ sicut delictũ: ita & donũ. Istis verbis facta est annotatio supra in verbo delictum. n. vbi videatur.

b ¶Iudiciũ ex vno in condẽnationem. i. ex vnius delicto protoplasti Adę/ oẽs traxerũt culpã. De quo videat supra in verbo delictum. o.

c ¶Nõ eundẽ actum habẽt. Pro effectu istorũ verborũ videat qd annotatũ est huic sententię supra in verbo corpus. a.

d ¶Secundũ rationẽ fidei. Prophetię q̃ nõ est scd̃m rationem fidei/ credi non debet. Legitur eñ in Deuteronomio/ Moysem ex verbo dei populo dei ita pręcepisse. Si surrexerit i medio tui ꝓpheta aut qui somniũ se vidisse dicat/ & prędixerit signũ atq; portetũ/ & euenerit qd locutus est/ et dixerit tibi/ eamus & sequamur deos alienos quos ignoramus/ & seruiamus eis: non audies verba ꝓphetę aut somniatoris. quia tẽtat vos dñs deus vr̃: vt palã fiat vtrũ diligatis eũ an nõ. Hęc verba citant̃ p textũ (vt doceat talibꝰ ꝓphetis fidei fundamẽto carẽtibꝰ nõ esse credẽdũ) in c. nec mirũ. circa fi. 26. q̃st. 5.

e ¶In ministrãdo. Qui ergo vocati sunt in ministerium: debent ministrare. De talibꝰ enim dicit textꝰ in c. fi. in prin. 43. distin. Dispẽsatio est nobis cœlestis seminis iniũcta. vę si nõ sparserimꝰ: vę si tacuerimus.

f ¶Qui docet in doctrina. Declaratio istoꝝ verboꝝ posita est. s. in verbo doctrina. b.

g ¶Alius quidẽ sic/ aliꝰ vero sic. Quosdã eñ dedit deꝰ Apostolos/ quosdã ꝓphetas/ alios vero euãgelistas/ alios aũt pastores. dicit textꝰ post Apl̃m in c. cũ ex iniũcto. in prin. & in c. sicut in vno. de hereti.

h ¶Nũquid. &c. Circa hãc sententiã bo. est tex. in c. põderet. circa mediũ. 5. dist. vbi dr̃. Nos indubitãter/ tã dñs sacerdotes q̃ reliquos fideles post satisfactionẽ dignã posse redire ad honorẽ credimꝰ: testãte dño p ꝓphetã. Nũquid qui dormit nõ adijciet vt resurgat? Hęc ibi. Cui sĩlis est i c. sacerdos. i pri. eadẽ cã & q̃sti.

i ¶Dormierũt somnũ suũ. Id ẽ voluptuose & ꝓ effrenis ai voto vixerũt: & tãdẽ nihil boni opis seu veritatis inueneñt i manibꝰ suis. Istã declarationẽ sẽtit Hostieñ. i c. quęcũ. col. 2. de. offi. deleg.

k ¶ Non dormitabit neq; dormiet. Dormire/ est peccare mortaliter: dormitare aũt/ est peccare venialiter. Ita declarat Hostieñ. in c. significasti. in princ. de adulte. & Panor. in c. I. in. I. no. eodem ti. Et ita intelligendo innuit hęc sententia: q̄ licet omnibus/ pręsertim tñ p̄latis curã alarũ habẽtibus incũbit nedũ mortalia sed etiã venialia peccata declinare. prout etiã satis innuitur in c. Oportet. in verbo irrep̄hensibilis. 8. questi. I. licet etiã dici possit: q̄ verbũ irrep̄hensibilis. solũ excludit criminalia peccata. vt dicet. J. in verbo Ep̄s. Alij tres modi quibus hæc sentẽtia potest elucidari: videantur. s. I verbo. Custodire. e.

in manibus suis.

psal. 120. a ¶ Non det in commotionẽ pedem tuum: neq; dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit [k] neq; dormiet: qui custodit Israel.

proũ. 3. c. ¶ Custodi legem meam (ait sapientia) atq; consilium meum: & erit vita animę tuę/ & gratia faucib⁹ tuis. Tũc ambulabis fiducialiter in via tua: et pes tuus non impinget. Si dormieris [l] non timebis: quiesces/ & suauis erit somnus tuus.

4. c. ¶ Non dormiunt impij nisi cum male fecerint: & nõ capitur somnus ab eis nisi supplantauerint.

6. b. ¶ Vsq; quo piger dormies? Quãdo consurges de somno tuo? Paululũ dormies/ paululũ dormitabis/ paululũ cõseres manus tuas vt dormias: & veniet [m] tibi quasi viator egestas/ & pauperies quasi vir armatus.

6. c. ¶ Cõserua fili mi pręcepta patris tui: & ne dimittas legem matris tuę. Liga ea in corde tuo iugiter: & circunda gutturi tuo Cũ ambulaueris/ gradiãtur tecũ: cũ [n] dormieris/ custodiant te/ & euigilãs loquere cũ eis.

eccẽs. 4. c. ¶ Vę soli [o]: quia cũ ceciderit/ non habebit subleuantem se. Et si dormierint duo: fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet?

5. c. ¶ Dulcis est somnus operanti/ siue parum siue multum comedat: saturitas [p] autem diuitijs non sinet eum dormire.

cãti 5. a. ¶ Ego dormio: & cor [q] meum vigilat.

esa. 5. g. ¶ Non est deficiens neq; laborãs in domino: non dormitabit neq; dormiet/ neq; soluetur cingulum renum eius/ neq; rumpetur corrigia calciamenti eius.

micheę 7 b ¶ Ab ea quę dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui: quia filius contumeliam [r] facit patri/ & filia consurget aduersus matrem suam/ nurus aduersus socrum suam/ & inimici hominis domestici eius.

l ¶ Si dormieris nõ timebis. Sapiens qui versatur in præceptis altissimi/ dormiens non debet timere: etiam si dormiendo contingat eũ aliquem actũ de se malũ/ puta homicidiũ cõmittere. Si eni sapiẽs fuit/ vt q2 sciebat cõditionẽ suã/ & ihibuit nequis in ei⁹ camera iaceret/ vel camerã suã clausit quæ postea aperta est: si dormiendo aliquẽ interficiat/ nullomõ tenet .s. nec pœna homicidij/ quia non est in dolo: nec aliqua alia pœna/ quia non est in culpa. Quod si sapiens nõ fuisset/ p̄monendo nequis in camera sua iaceret/ vel camerã suã claudendo: licet non teneretur pœna homicidij/ tamen teneretur alia pœna arbitrio iudicis sibi imponẽda propter suã culpã p̄ambulã. Ita istam materiã declarat notabiliter Bar. in l pe. ff. ad l. põpe. de parri. & Pe. de aucha. in cle. I. de homici. & nouissime dñs meus Iason in l. I. §. I. in 2. no. ff. de acquiren. possess. Videret etiã dormiens de homicidio teneri: vbi vigilans sapiens non fuisset/ vt quia se iactasset de aliquo interficiendo. quia si postea ipse dormiẽs eũ interficiat: nõ cẽseret imunis ab homicidio/ quia primũ propositũ intelligitur in eo durate. Pro hoc videtur bonus tex. in c. maiores. in fi. de bap. vbi dicitur. Dormiẽtes & amẽtes/ si priusq̃ incurrerẽt amẽtiã aut dormirẽt/ in cõtradictione (supple baptismi) persisterent: quia in eis intelligit contradictiõis propositũ perdurare/ si sic fuerint imersi/ charactere nõ suscipiunt sacramenti. Et in istis duobus casibus/ is qui dormiens interficit aliũ/ incurrit irregularitatẽ: quam tñ/ si nulla culpa posset imputari/ nõ incurreret. Ita do. Cardi. in d. cle I. col. 3. in. 6. q. de homi. Nec mirũ videri debet q̄ dormiens possit aliũ interficere. quia plerisq; contingit: vt dormientes surgãt & aliquid faciant/ perinde ac essent vigilãtes. prout do. Cardi. vbi supra refert de quodã anglico qui dormiens Parisius iuit de ecclesia sancti Benedicti vsq; ad flumẽ secanæ de nocte/ & ibi puerũ obuiũ factũ interfecit: reuersusq; dormiẽs lectũ intrauit. Et Bar. in l. vt vim. in. 3. colũ. ff. de iusti. & iure. refert q̄ quidã Pisanus dormiens armabat se: & ita dormiendo ibat cantans per ciuitatẽ.

m ¶ Veniet tibi quasi viator egestas. Hoc dictũ põt intelligi nedũ de egestate bonorũ tẽporalium (vigilantibus enim & non dormientibus obueniũt. vt est bonus tex. licet vulgatus in l. pupillus. ff. q̄ in frau credi. & facit tex in l. I. §. I. versi. sicut si dormienti. ff. de acqui. pos. & quod notat glosa. mag. in c. de iudęis. in fi. 45. distinc. vbi dicit possessionẽ non acquiri dormiẽti.) sed etiã potest intelligi de egestate bonorũ sp̄ualiũ. quia de de ipsis consequendis loquens tex. in c. sunt qui arbitrant. circa me. de pœni. distinc. I. dicit. Ipsi sõno minus indulgendũ est q̃ natura postulet.

n ¶ Cũ dormieris custodiant te. Etiã cum dormimus indigemus custodia: quia etiã eo tempore impugnamur a diabolo. Nõ eni dormitat neq; dormit: qui impugnat Israel. dicit beat⁹ Bernar. relatus per Hostieñ. in c. irrefragabili. in princ. de offi. ordi.

o ¶ Vę soli. Hinc dicit conciliaris cõstitutio posita in c. ĩ oĩbus. in fi. 81. distin. Solũ ad solã accedere: nulla religiõis ratio permittit. Melius em̄ duo q̃ vnus: similiter et fidelius & tuti⁹ res geritur. Vę em̄ vni: quia si ceciderit/ nõ est qui erigat eũ. Alia etiã conciliari cõstitutione de qua in c. illud. 7. q̄sti. I. ex hac Salomõis sentẽtia disponit: vt hij p̄sertim p̄sbyteri quibus perniciosa passio aut q̄libet corporis inualitudo occurrit/ habeant assistentẽ p̄sbyterũ q̄ cœpta sacramẽta expleat/ si eis aliqua necessitas ingruerit. Et in c. 2. de sta. mo. Lateranẽsis cõcilij constitutio dicit. Monachi singuli p villas et oppida aut per quascũq; parociales ecclesias nõ ponant: sed in maiori conuẽtu aut cũ aliquib⁹ fratribus maneant/ nec soli inter sęculares hoĩes spiritualiũ hostiũ conflictum expectẽt. Salomone dicente. Vę soli: quia cũ ceciderit/ nõ ẽ qui subleuet eũ Hęc textus.

p ¶ Saturitas diuitis. &c. Pro annotatione huius sentẽtię videat q̄d dictũ est supra in verbo comedere. v. & in verbo diues. h.

q ¶ Cor meũ vigilat. Sic ergo aĩa nostra nedũ dũ vigilamus sed etiã dũ dormimus operat: & capax est bonorũ & malorũ actuũ. De bonis q̄ sit capax: est bo. tex. in c maiores. in fi. de bap. vbi dicitur. Si dormientes prius catechumini extitissẽt/ & habuissẽt p̄positũ baptizãdi: tales ĩ necessitatis articulo cõsueuit ecclesia baptizare. De malis aũt glo. est. 6. dis. in sũ. dũ dicit quosdã peccare etiã dormiendo. de quo videatur quod dictũ est. s. eodẽ. l.

r ¶ Cõtumeliã facit patri. Videatur quod annotatũ est. s. in verbo Cõtumelia. & ibi dictis addatur/ q̄ licet pater cõtra filiũ actione iniuriarũ agere non

possit/ vt ibi dictū est: tñ castigare eū potest iure patrię potestatis/ acriore remedio vsurus si in patris cōtumacia perseuerauerit/ eūq pſidi prouinciæ oblaturus dicturo sententiam quam ipse quoq dici voluerit. Ita dicit tex. in l. 3. in fi. C. de pa. po. Secūdo addat q sicut patri in filiū non datur actio iniuriarū/ ratione contumeliæ illatæ: ita etiā filio saltē in potestate noti datur contra patrem. Tex. est in l prętor edixit. §. pterea. ff de iniurijs. Pręmissa procedūt de iure ciuili. De iure enim canonico posset pater in filiū & filius in patrē agere Ita dicit glosa in c. Quęritur. 2. q. 7. & i c. si ecclesia. in verbo Melius. circa fi 23. q. 4. & ita videtur transire Paulus de castro in l. lis nulla. in princ. ff. de iudi. sed Ludo. Ro. dicit illas glosas nullo iure probari.

¶ Cū surrexisset Ihesus ab oratione/ et venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes prę tristitia. Et ait illis. Quid dormitis? Surgite: orate [a] ne intretis in tentationem. lucę. 22. c.

¶ Lazarus [t] amicus noster dormit (ait Christus discipulis) sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine: si dormit/ saluus erit. Dixerat autem Ihesus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. ioā. 11. b.

¶ Inter vos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. 1. cori. 11 g

¶ Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus: vt non contristemini [v] sicut & cęteri qui spem nō habent. Si enim credimus q Ihesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierūt per Ihesum adducet cū eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus/ qui residui sumus / in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. 1. theſſ. 4 c

¶ Non sumus noctis neq tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cęteri: sed vigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt [x]/ nocte dormiunt: & qui ebrij sunt/ nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus/ sobrij simus: induti loricā fidei & charitatis/ & galeam spem salutis. Quoniam non posuit nos deus in iram: sed in acquisitionem salutis per dominum nostrū Ihesum Christum/ qui mortuus est pro nobis/ vt siue vigilemus siue dormiamus/ simul cum illo viuamus. 1. theſſ. 5 a

Dormire mori.

¶ Ecce nunc in puluere dormiam (inquit Iob) et si mane me quęsieritis non subsistam. iob. 7. i 8.

¶ Cum te consumptum putaueris: orieris vt lucifer/ & habebis fiduciā proposita tibi spe/ & defossus securus dormies. Requiesces: & non erit qui te exterreat. 11. d.

¶ Quomodo si recedāt aquę de mari/ & fluuius vacuefactus arescat: sic homo cum dormierit nō resurget [y] donec atteratur cœlum/ non euigilabit nec consurget de somno suo. 14. b.

¶ In pace in ipsum dormiam & requiescam: quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. psal. 4. b.

¶ Nunquid qui [z] dormit non adijciet vt resurgat? 4. b.

Dormire Coire.

¶ Qui dormierit cum nouerca [zz] sua/ & reuelauerit ignominiā patris sui: morte moriātur [zz] ambo. Sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru [a] sua: vterq moriatur: quia scelus operati sunt. Sanguis eorum sit super eos. deute. 22 d

a ¶ Orate ne intretis in tētationē. Sic ergo valet oratio contra tentationes & machinamenta diaboli. prout etiā dicit glo. in cle. si dñm. in glo. ma. col. 2. de reliq. & vene. sancto. de quo dicetur in verbo Oratio.

t ¶ Lazarus. Videantur quæ ānotabuntur in verbo Lazarus.

v ¶ Vt non cōtristemini. Tex. in c. Qui diuina. paulo post princ. 13 qsti. 2. dicit. Prohibet nos apostolus sanct9 lugere defunctos: dicēs. De dormientibus nolo vos contristari sicut & cæteri qui spem nō habēt. Tex. aūt in c. vbicūq. eadem causa & qsti. declarans hoc apostolicū dictū/ & inhibitionē de lugendis mortuis ea eo sumptam: dicit. Apostol9 non simpliciter ait nolumus vos ignorare de dormientib9 vt non contristemini: sed addidit sicut & cæteri q spem nō habent. Pietatis namq affectu/ humanitatis intuitu/ mortuos lugere non prohibemur: sicut nōnullos sanctorū/ aliorū exequijs pias lachrymas impendisse legimus. Hæc tex. de quo & quibusdā alijs textibus q hic possent adduci: videatur. s. in verbo Dauid. 2. reg. 12 in annotatione quę icipit Cyprian9. &c.

x ¶ Qui dormiūt: nocte dormiūt. j. qui viuūt voluptuose: non in luce sed in tenebris ambulant. malorum enim vita dicitur in tenebris esse. vt bene probatur in c. si quis hominem. & c. seq. 11. questi. 3. y ¶ Non resurget donec atteratur. Videatur quod annotabitur in verbo Resurgere. z ¶ Nunquid qui dormit. &c. Pro effectu istorū verborum est textus. in c. ponderet. circa me. 50. distinc. de quo textu dictum est. s. in verbo dormire pro quiescere. h. vbi videatur. zz ¶ Dormierit cū nouerca sua morte moriatur. Iste cōmisit adulterium: quia alienum thorum violauit. Commisit & incestum: quia abusus est affine sua. c. 1. versi. adulterium. & versi. incestus. 36. questi. 1. Vnde videatur text9 notabilis in l. Si adulterium. cum incestu. ff. de adul. vbi probatur q licet de iure ciuili pro simplici adulterio mulier mitius puniat/ q vir (prout est casus in l. quis. in fi. iuncta. auten. Sed hodie. C. de adul & dictum est s in verbo Adulter. in 2. annotatione) tamen si adulterium iungatur cum incestu/ mulier vniformiter punitur cum viro. Quæ autem sit de iure canonico pœna incestus: dicetur super illis verbis dormit cum vxore patris. De iure autem ciuili de pœna incestus est bonus textus in auten. incestas. C. de inces. nup. vbi dicitur. Incestas nuptias cōtrahentium pœna/ est confiscatio bonorum tam cęterorum q dotis: exilium etiam/ & cinguli si quo potitur spoliatio. Verberatio quoq si vilis est: fœmina quoq talia scienter peccante/ simili pœna subiuganda. Substātia sic amissa liberis hoc ipso sui iuris effectis si quos habet legitimos applicetur: vt tamen pater inde ea eis alatur quibus non existentibus fisco defertur.
a ¶ Dormierit cum nuru sua. Videatur quod. s. proxima annotatione dictum est et quod dicetur. infra eodem. c.

aa ¶ Dormierit cum masculo coitu fœmineo. De iure ciuili talis dicit cōmittere stuprum. & punit vt adulter et sic pœna capitis Tex. est in l. Stuprū. §. fi. ff. de adul. Et nedū is qui cū masculo dormiuit coitu fœmineo: sed etiā qui domū præbuit vt cū eo dormiretur. Tex. est in l. qui domū. ff. Ad l. Iuliam. de adul. De iure aūt canonico quō talis puniatur/ & de cæteris quæ hic dici possent: dictū est. s. in verbo Coire. n. vbi videat. b ¶ Vterq morietur. Videatur quod annotatū est. s. in verbo Adulter. a. bb ¶ Dormit cū vxore patris. Filius

leui. 20. b. ¶ Qui dormierit [aa] cum masculo/coitu fœmineo: vterq operat⁹ est nephas/morte moriatur. Sit sanguis eorum super eos.

deu. 22. d. ¶ Si dormierit vir cum vxore alterius : vterq morietur [b]/ id est adulter et adultera.

27. c. ¶ Maledictus qui dormit [bb] cum vxore patris sui: & reuelat operimentum lectuli eius.

27. d. ¶ Maledictus: qui dormit [c] cum omni iumento.

27. d. ¶ Maledictus qui dormit cū sorore [d] sua: filia patris sui/vel matris suę.

27. d. ¶ Maledictus: qui dormit cum [e] socru sua.

27. d ¶ Maledictus [ee]: qui dormit cum vxore proximi sui.

psal. 68. f. **Dorsum.** ¶ Obscurentur [f] oculi eorū ne videant: & dorsum eorū semper incurua.

128. a. ¶ Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores : prolōgauerunt iniquitatem suam.

pū. 10. b. ¶ In labijs sapientis inuenitur sapientia: & yirga in dorso eius qui indiget corde.

26. a. ¶ Flagellum equo/& chamus asino: & virga in dorso imprudentium.

geū. 34. b. **Dos.** ¶ Augete [g] dotem (inquit Sichem filius Emor ad Iacob & filios eius) & munera postulate/ & libenter dabo quod petieritis. Tātum date mihi Dinam puellam hanc vxorem. &c.

qui patris thorū violat/ cū patris vxore dormiēdo: pōt exhæredari. Tex. est in. §. Aliud quoq capitulum. versi. Causas. in pric. in auctē. vt cum. de appel. cognos. colla. 9. & notat in c. quintaualle. de iureiurā. Deberet tamen nominati exhærēdari: qa exhæredatio nominati fieri debet. l. 3. & 2. ff. de libe. & posthu. & l. nominati. ff. de iuiust. rup. & irri. testa. Et eodē modo potest filius exhæredari: si dormiat cū concubina patris. vt probat tex. in d. §. causas. & dictū ē. s. in verbo Dauid. Si vero dormierit fili⁹ cū muliere a patre cognita/ quā tn̄ pater nec vxoris nec concubinæ loco tenebat/ & sic filius ignorabat factū patris: pœnitentia patri & filio iniungēda est / tali fornicaria sine aliqua spe coniugij remanente. Tex. est in c. fi. 34. q vlti. Iste etiā fili⁹ qui dormit cum patris vxore tāq incestuosus inhabilitatur ad matrimoniū cōtrahendū. Tex. est in c. si quis cū nouerca. in princ. 33 q. 7. Hæc est enim regularis pœna incestus: vt ipsū cōmittens non possit matrimoniū contrahere/ aut si iā cōtraxerit/ non possit exigere debitū. quis reddere teneat. c. 1. & 2. c. transmissę. & c. ex litteris. de eo qui cogno. consang. vxo. suę. Et solus papa potest dispensare: nisi ratione iuuentutis/ vel nisi nō esset cōmissū verū crimē incestus. vt quia aliquis dormiuisset cū cōsāguinea sponsę. quia his casibus permitteret epō dispensare. Ita Panor. in d. c. 1. in fi. de eo qui cog.

c ¶ Dormit cū omni iumento. Videat quod annotatū est supra in verbo Coire. o. d ¶ Sorore sua. idē si cū sorore vxoris suę. Quod eni talis etiā maledictus sit: est bonus tex. in c. qui dormierit. 33. q. 1. vbi dicit. Qui dormierit cū duabus sororibus/ & vna ex illis antea vxor fuerit: neutrā ex ipsis habeat/ nec ipsi adulteri vnq̄ in coniugio copulent. Hæc tex. Qui tn̄ dū dicit ꝙ neutrā habeat: debet respectu ei⁹ q̄ iā erat vxor/ intelligi respectu debiti ab ipsa per eū petēdi. ipse eni nūq̄ debitū petere potest: sed tamen si ab eo petatur reddere debet. Tex. est in c. tuę fraternitatis. de eo qui cogno. consan. vxo. suę. e ¶ Cū socru sua idest cum ea cuius filia tibi nupta est. Et idē est de priuigna tua. i. de ea cui⁹ mater tibi nupta ē. & idē de nuru tua. i. de ea quę filio tuo nupta est. Cū istis el dormire: pariter idest sub earūdē pœnarū interminatione prohibitū est. Tex est in c. si quis vidua. 33 questi. 7. Et si de facto cū talibus matrimoniū contraxerit/ efficitur infamis infamia iuris: quia etiam idem esset si cōtraxisset cum alia sibi non affine. cū regulare sit eos infamia notari: qui duas simul vxores accipiunt. immo & qui duas desponsant. prout est casus in l. 1. in fi. ff. de hijs qui no. infa. & in l. Eū qui duas. in princ. C. de adul. ee ¶ Maledict⁹ qui dormit cū vxore proximi sui. Videatur bon⁹ tex. (vnā pœnā sub hac maledictione cōphensā declarās) in c. qui despōsatā. in princ. 27. q. 2. vbi dicit. Qui desponsatā puellā proximi sui acceperit in cōiugē: Anathema sit ipsi & omnes cōsentiētes ei. quia secūdū legē dei mori decernit. Hęc tex. Cętera videant supra in verbo Adulter. in. 1. Annotatiōe.

f ¶ Obscurent. &c. Pro hac sententia videatur notabilis tex. in. c. ideo prohibetur. §. vt itaq. 37. distinc. vbi dicit. Imperitia sacerdotibus semper debet esse aduersa: qm̄ si per ignorātiā cæcitatis alijs ducatum pstare cœperint: ambo in foueā cadunt. Vnde dicit in psalmo. Obscurentur oculi eorū ne videant: & dorsū eorū semper incurua. Cū enim obscurantur illi qui pręeunt: ad ferenda onera peccatorū facile sequētes inclinant. Hæc textus.

g ¶ Augete dotē. supple a me sorori vſæ cōstituēdā. Qui eni virginē opprimit seu deflorat: si eā velit habere vxorē/ tenet etiā eā dotare. prout est cōmunis resolutio in c. 1. de adulte. & dictū est supra in verbo despōsata. in annotatione illorū verborū dotabit eā & habebit eā vxorē. Regulariter autē dotē non dat maritus vxori/ sed marito datur dos: quia dos nihil aliud est q̄ quoddā ius in se continēs id quod a muliere/ vel eius patre/ marito vel eius patri tradit vel pro tradito habet/ propter onera matrimonij sustinenda. Ita dicit Bar. (quē alij magis cōmuniter sequūtur) in. Rubrica. ff. solu. ma. colū. 2. Et dos q̄ marito dat vel ab eo cōstituit/ dicit esse propriū pſmoniū vxoris. put ē tex. apert⁹. in l. 3. §. sed vtrū. versi. proinde. in fi. ff. de mino. Et licet dos det propter onera matrimonij: tamē matrimoniū pōt esse sine dote. Tex. est in Auctē. prꝫterea. C. vnde vir & vxor. Nihilomin⁹ tamen qui aliquā iurauit accipere in vxorē / nō facta cōmemoratione dotis/ nō tenet eā accipere nisi dotē det: quia dos censet quid cōnexū matrimonio. Ita decidit Bal. in c. iurauit. col. 2. de pba. & sequit dn̄s me⁹ Iason in d. Auctē. prꝫterea colū. 2 Sed si matrimoniū esset simpliciter contractū/ nulla facta cōmemoratione bonorū dandorum marito in dotē: videret matrimoniū esse cōtractum sine dote. Ita Bal. in l. nulla. C. de iu. do. Vnde si mulier esset pauper: eā q̄uis indotatam/ teneret maritus alimentare/ nec eā posset expellere. alias mulier haberet quartā partē substātię mariti. vt est tex. cū glo. in Auctē. Qui. mo. na. effi. legi. §. pe. Et ponit Inno. in c. per vestras. in fine. de do. inter vi & vxo. Et ibi Panor in 2. no. Et est bona glo. in l. si cū dotē. §. finaūt in seuissimo. ff. solu. ma. Secus si mulier esset diues. nā tunc licet matrimoniū esset simpliciter contractū: tn̄ nisi daret dotem/ posset a marito expelli. Ita loquitur textus in l. fi. C. ad sena.

velle. & Bal. in l. fi. in 2. col. C. de sen. quæ sine certa qtī. prose. Quod si mulier contrahens matrimoniū / daret oīa bona sua marito non exprimendo an daret noīe dotis: tunc si vsa fuerit verbis significantibus ius siue translationē dominij / vt do tibi oīa mea / intelligitur dedisse ex causa dotis. Tex. est in l. Quod aūt in stipulatione. in verbo datione. ff. de iu. do. quē ita pōderat Bal. in d. l. Nulla. in princ. Aliter esset: si fuisset vsa verbis significantibus factum vt trado tibi omnia bona mea. tunc enī non videnī in dotē data. glo. est q̄ ita intelligit / in l. mulier. in glo. 1. de iure dotiū.

ℭSi seduxerit [h] quis virginem necdum desponsatam / dormieritq; cum exo.22.d.
ea: dotabit eam / & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit:
reddet pecuniā iuxta modū dotis quā virgines accipere consueuerunt [i].
ℭPharao rex Aegypti ascendit / et cœpit Gazer / succenditq; eam igni / & 3.reg.9.g.
Chananeum qui habitabat in ciuitate interfecit: & dedit eam [k] in dotē
filię suę vxori Salomonis.

Draco. ℭFel draconum vinum eorū: & venenū aspidū insanabile. deute.32.a
ℭTu deus cōfirmasti i virtute tua mare: cōtribulasti [l] capita draconū in psal.73.c.
aquis. Tu cōfregisti capita draconis: dedisti eū escā populis Aethiopū.
ℭVisum [m] est signū in cœlo. Et ecce draco magnus / rufus / habēs capita apo.12.a
septē & cornua decē / & in capitibus suis septē diademata: & cauda eius
trahebat tertiā partē stellarū cœli / & misit eas in terram. Et draco stetit
ante mulierē quę erat paritura: vt cum peperisset / filium eius deuoraret.
Et peperit filium masculum: qui recturus erat omnes gētes in virga ferrea. Et infra vidi vbi diffusius.
ℭFactū est pręliū magnū in cœlo. Michael et archāgeli eius p̄liabātur 12.b.
cū dracone: & draco pugnabat & angeli eius / & nō valuerūt / neq; locus

h ℭSi seduxerit. Pro interpretatione huius sententię videant annotationes eidē factæ supra in verbo desponsata. vbi diffuse satis elucidatur hæc sententia.

i ℭCōsueuerūt. Et sic in dotis assignatione recurrit ad consuetudinē. quod est verū iure humano: nedū de cōsuetudine. j. de cōsueta seu solita pstatione dotis / habito respectu ad personā vxoris cui dos est assignāda / & etiā ad personam viri cui dos est tribuēda. vt l. cū post §. gener. ff. de iure do. & in l. 3. cū glo. in verbo videl. C. de do. pmis. sed etiā de consuetudine facta seu itroducta per solos laicos sup mō cōstituēdę dotis. q2 quāuis soli laici sup hijs q̄ cōcernūt substātiā mrimonij / nō possint facere seu introducere cōsuetudinē: tn̄ possūt cōsuetudinē seu statutū facere sup accessorijs mrimonij / puta super dote. Ita Inno. in c. 1. in fi. & ibi Panor. col. 1 & Fely. colū. 9 versi. Tertio fallit. de sponsa. k ℭDedit in dotē filiæ suę. De iure humano pater tenet dare dotē filię. alias cōpelli potest per iudicē. Tex. est in l. qui liberos. ff. de Ri. nup. quod est verū / etiā si filia diues sit: vt q2 habeat bona materna. q2 de bonis suis tenet pater dotare: nō habito respectu bonorū maternorū. glo. est in l. fi. in verbo intelligi. in fine. C. de dotis pmis. quā sequit do. me9 Iason in auctē. res q̄. colū. 4 C. cōia de lega. Et ideo si pater hn̄s administrationē bonorū maternorū filię suę pmittat dotē pro ea: intelligitur solum pmisisse de bonis suis / non autem de bonis maternis. Et idē: si pmittēdo dotē / expssisset q intelligebat dotare de bonis maternis & de bonis suis. idest ipsius patris. quia adhuc tenebit solū dotare de suis bonis: si sit soluendo alias si pauper sit: dabit dotē de bonis maternis. Tex. est vbi hæc oia pbantur in d. l fi. C. de do. pmissi. Ad matrē etiā superstitē qñq; spectat dotare filiā: vt si mater esset hæretica / & filia catholica Tex. est in l. Cognouimus. circa mediū. C. de hęreti. Et idē: si mater esset diues / & pater inops. tūc enī mater tenet dotare. Bon9 ē tex. in l. mater. C de iure do. Et notat Bar. in d. auctē. Res q̄. circa prīc. E cōtrario aūt filia quāuis diues / matrē egentē nō tenet dotare. bon9 est tex. in l. tutor. secūdū dignitatē. §. fi. ibi. Nec nuptiale munus. ff. de admi. tuto. Per quē textū ita dicit Bald. in l. 3. C. de pscrip. lon. tempo. Refert & sequit Iasō in dicta. Auctē. Res q̄. Et eodē mō etiam pr̄ aliqñ filiā nō tenet dotare / etiā si ipse diues sit: vt si filia sit naturalis tm̄. Textus est in l. Vxorem. §. pater naturalis ff. de lega 3 quod satis procedit de iure ciuili. de iure enim canonico tenetur ad eam dotandā: vt notat in. c. cū haberet. & ibi est bon9 tex. de eo qui dux. in vxo. quā pol. per adul. Regulariter aūt tenet pater dotare filiā: & nedū non maritatā vt supra dictum est / sed etiā iā nuptā seu maritatā. etiā (quod plus est) si filia nupsisset sine cōsēsu pris / imo pr̄e suo inuito & reclamāte. q2 de iure canonico (cui stat in materia matrimonij) cōsēs9 pris nō reqrit. c. sufficiat. i prī. 27. q 2. l prī. & notat isti. de nup. l prī. vñ sibi quāuis iā nuptę d3 dotē dare. Ita tenet glo. l c. de raptorib9. 36. q. 1. & in c. fi. 32. q. 2. nisi forsitā accepisset maritū turpē & ihonestā psonā. Tūc el ad eā dotādā pr̄ nō tenet. scdm glo. & ibi Archi. l d. c. de raptoribus. Et ita tenet Panor. in. c. 1. col. 1. de adul. De iure etiā ciuili pater filiā quāuis iā nuptā (eo tn̄ nō reclamāte) dotare tenet. glo. est i l. obligamur §. lege. ff. de ac. & oblig. quā seqt & dicit cōiter esse approbatā do. meus Iason i Auctē Pręterea. colū. 3. l prī. C. vnde vir & vxor. Et eā dicit singu. Bal. in c. iurauit. colū. 2. de probati. Quod si pater & mater pauperes sint / ita q filiam nō possint dotare: frater cōpellet eā dotare / saltē si sit eodē patre nata. glo. est & ibi bo. tex. in l. Cū plures. §. pe. ff. de admi. tuto. & in l. nō. oī. in verbo nulla ratione. C. eodē ti. Secus si esset vterina tm̄. quia frater sororē vterinā tm̄ nō cōpellitur dotare. vt pbatur in d. l. cū plures. §. pe. & notat do. me9 Iason in d. Auctē. Res quę. col. 2. Istud procedit etiā si frater clericus sit / quia cū frater laicus teneat ad dotādū sororē inopē: multo fortius clericus / qui ad exercenda pietatis opera plus tenet. Ita Panor. in c. peruenit. in. 2. no. de arbitris. vbi dicit q salua cōsciētia / poterit dotare etiā de redditibus ecclesiæ. Ad quod facit tex. de clerico loquēs / in c. Est pbanda. 86. distinc. vbi dicit. Meli9 est vt subueniaa tuis: quibus pudor est ab alijs sumptū deposcere / aut alicui postulare pręsidiū necessitatis.

l ℭCōtribulasti capita draconū i aqs. Dici potest q capita draconū dicunt i aqs cōtribulari: qñ pctā lachrymis mundant. put ea mundari dicit. tex. ic. fleat. de pœni. di. 1. Septē enī pctā mortalia per draconē designant ppter eius septē pprietates. Draco el ihabitat i speluncis vl aqs. & scdm hoc significat luxuriā & voluptatē carnis: p qua dicit de diabolo / Iob. 40. Sub vmbra dormit i secreto thalami i locis humentibus. Item eleuat se in aerem. & secūdum hoc significat superbiam: p qua contra superbum dicit Iob. 20. Si ascenderit vsq; ad cœlum superbia eius / & caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinū i fine perdetur. Item turbat aera. & secūdum hoc significat iudiciū et iram. Item aīal vorax est. & secūdum hoc significat gulam & auaritiam. quia auarus nō iplebit pecunia. puer. 5. Itē placitū habet enormē. & significat tristitiā. vnde in psal. Venenū aspidum sub labijs. &c. Item est aīal astutū occulte persequens. & sic significat fraudem & astutiā: de qua psal. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Ita istam materiam declarat Archi. in c. Aduersitas. col pe. 7. qstī. 1.

m ℭVisum est signum. Factum est prælium. Pro annotatione istarum duarum sententiarum: videātur quæ in ipsarum annotationibus dicentur infra in verbo Vidi.

inuētus est eorū āplius ī cœlo. Et proiect⁹ est draco ille magnus/ serpēs ātiquus / qui vocatur diabolus & satanas / qui seducit vniuersum orbē. Et proiectus est in terrā: & angeli eius cū illo missi sunt. Et. I. Vidi.

proū. 12. in fine. **Ducere & Ductor.** ❡In semita iustitię/vita: iter autem deuium [n] ducit ad mortem.

deute.31.b ❡Dominus qui ductor est vester (ait Moyses ad Iosue) ipse erit tecum: non dimittet te nec derelinquet te Noli timere: nec paueas.

proū.16.d ❡Est via [o] quę videtur homini recta: & nouissima ei⁹ ducūt ad mortē.

24.b. ❡Erue [p] eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses.

mat.7.b. ❡Intrate per [q] angustam portā: quia lata porta & spaciosa via est quę ducit ad perditionem/ & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta [r] porta & arcta via est: quę ducit ad vitā! & pauci sūt q inueniūt eā.

geñ.49.b **Ducatus & Dux.** ❡Nō auferet (ait Iacob) scœptrū [s] de Iuda/ & dux de femore ei⁹: donec veniat q mittēd⁹ est/ & ipse erit expectatio gētiū

nūe.14.a ❡Dixerunt filij Israel alter ad alterum. Cōstituamus nobis ducem [t]: & reuertamur in ægyptum.

iob.29.b. ❡Quando procedebam ad portam ciuitatis. &c. (ait Iob) vocem suam cohibebant duces/ & lingua eorum gutturi suo adhęrebat.

n ❡Per deuiū ducit ad mortē. Iure humano hæc verba intelligi possunt vt velint. Qui iter deuiū sequens/ recto itinere cōtēnit āmbulare: ducetur ad mortē. idest velut contumax excōmunicari poterit/ & a recto itinere gradientiū cōione separari. Tex est bñ pbans hāc declarationē in c. per venerabilē col. fi. Qui filij sint legi. vbi dicit. Qui sedis aplicę sententiā superbiēs cōtēpserit: mori pcipitur. i. per excoicationis sentētiā velut mortuus a cōione fideliū separari. o ❡Est via q videt hoi recta. &c. Pro elucidatiōe hu⁹ snię. Vidēdus cū celebris tex. Greg. in c. Citius. paulo post pri. de pœni. dis.2. vbi dicit. Sæpe homo multis occulte peccatis inuoluitur: & in aliqua vna virtute magnus videtur. quæ ipsa quoq virtus inanescēs deficit: quia dū innotescit hoib⁹/ procul dubio laudatur/ eiusq fauor inhiantet appetitur. Vnde fit vt ipsa virtus āta dei oculos virtus non sit: dū abscondit quod displicat deo/ & prodit qd placet. Atq ideo diu ostensa charitas/ circa finē vitę perditur: quia cooperta superbia vsq in finē incorrecta retinetur. Alis elemosynis vacat/ & ppria distribuit sed tamen multis iniustitijs deseruit/ vel forta linguā in detractionibus exercet. Et fit plerūq: vt ia q misericors fuerit/ iuxta vitę suę terminū/ rapacitatis & crudelitatis stimulis inardescat. quod valde iusto iudicio agit/ vt perdat etiā ante hoies vnde hominibus placuit: quia hoc vnde deo displicuit/ corrigere nūq curauit. Alius patientiæ studet: sed inuidere alijs & seruare malitiā in corde non cauet. fit propterea impatiens: quia diu latuit dolens. Hij itaq: & per aliquid aurū sūt/ & per aliquid lutū sunt. atq hoc aurū quasi lutū sternit: qñ occultis peccatis exigentibus/ etiā virtus q publice clarue rat dissipatur. Hæc tex. Reliqua quæ hic dici possent: videantur annotatione proxima.

p ❡Erue eos qui ducūtur ad mortē. &c. An & quō de iure humano licitū sit eruere eos qui ducunt ad mortē: tex. est celebris in l. Addictos. C. de episc audi. vbi dicit. Addictos supplicio & pro criminū imanitate dānatos/ nulli clericorū vel monachorū eorū etiā quos synoditas vocant/ per vim ac vsurpationē vindicare liceat ac tenere: sed reos ad locū pœnæ sub persecutione per gentes nullus tueatur aut defendat. sed sesciat cognitor. 30. librarū auri mulctā/ & primates officij capitali esse sententia feriendos: nisi vsurpatio ista aut protinus vindicetur/ aut (si tanta clericorū vel monachorū audacia est/ vt bellū potius q iudiciū futurū existimet) ad clementiā nostrā cōmissa referantur/ vt arbitrio nostro mox seuerior vltio procedat. Ad epōrū sane culpā vt cętera redūdabit: si quid forte in ea parte regionis in qua ipsi populos Christianę religiōis doctrinæ insinuatiōe moderant/ ex his q fieri hac lege prohibuimus/ a monachis perpetratū esse cognouerint nec vindicauerint. Quibus in cā criminali humanitatis considerationa si tēpora suffragant: interponēdę puocationis copiā nō denegamus. Hæc tex. qui licet specialiter loquatur in clericis & monachis eruere volētibus: tñ pcedit in quibuscūq. Nemini eni licet eruere eū qui ducit ad mortē/ ex sentētia iudicis pambula: nisi per appellationis remediū. Tex. est qui generaliter loquit in l. addictos. C. de appella. Vnde dicit Bal. in d. l. addictos. in fi. C. de episc. audi. q eximens aliquē cōdēnatū per iudicē/ a manib⁹ iustitiæ. pōt puniri perinde ac si fideiussisset pro eo per tex. in l. fi. C. de ope. liber. Et facit tex. in l. quotiēs. C. de exac. tribu. li. 10. Immo etiā incidit in crimē lesę maiestatis: prout notat Bar. in l. 3. ff. ad l. Iul. maies. quod est verū: qñ cōdēnat⁹/ ab imperatore vel a rege seu principe nō recognoscente superiorē/ vel ab eius officiali eximeret. secus si eximatur cōdēnatus/ ab officiali alicuius ducis vel Marchiōis: quia tūc nō incidit in crimē lesæ maiestatis. Ita Io. fa. in. §. pœnales col. pe. insti. de actio. quē sequit do me⁹ Iason in l vnica. §. 1. col. fi. ff si quis ius di. nō obtēpe. In aliquib⁹ tñ casibus pōt erui qui ducit ad mortē/ etiā si a iudice cōdēnatus sit: aliter q vt eximendo eū a manibus iustitię. quos casus cōgerit Cepola in cautelis suis folio 1. & 2. de quibus dicet in ampliori huius sententiæ annotatione. i. in verbo Mors. q ❡Intrate per Augustā portā Nōnulli sūt qui mūdū nequaq funditus deserētes nō perseueraturi/ angustā hāc portā seu angustū iter accipiūt: sed ad quęrēdā angustā viā exēplo suo eos q perseueraturi sūt accedunt. Vnde plerūq contingit vt ipsū hoc quod bene vident viuere/ nō sibi sed potius solis electis viuāt: dū exēplis suis ad bene viuēdi studia perseueraturos alios ipsi nō perseueraturi puocāt. Sępe eni quosdā videm⁹ ad viā ingredi/ ad locū ppositū festinare: quos alij (quia euntes conspiciunt) sequuntur/ ac indeq pariter locum petunt. sed fit plerumq vt interuenta aliquo implicationis articulo post se redeant qui pręibāt & hi ad locum perueniāt q seqbant. Ita nimirum sunt illi q nō perseuerant: & viā sctitatis arripiunt. Idcirco eni virtutis iter nō perseueraturi inchoant: vt eis q perseueraturi sunt/ viā qua gradiunt ostēdant. Ita dicit tex. huic sentētiæ bene quadrans in c. citius. col 2. de pœni. distinc. 2. r ❡Quā angusta. Hinc dicit Vergilius Facilis descensus auerni. Sed reuocare gradum/ superasq euadere ad auras: Hoc op⁹/ hic labor est. pauci quos ęquus amauit Iupiter/ aut ardens euexit ad ęthera virtus. Hæc Vergiliana carmia citat glo. in c. citius. in verbo angustā. de pœni. dis. 2. s ❡Scœptrū. idest regnū seu imperiū. Tex. est vbi hęc declaratio pbat/ in Auctē. vt oēs obe. indi. prouincia. §. 1. t ❡Ducē. Iure humano/ qui a principe de ducatu aliquo inuestitus est/ dux solito more vocat. Qui vero de Marchia: Marchio. dicit aūt Marchia: quia Marcha vt plurimū iuxta mare sit posita. Qui vero de aliquo comitatu inuestitus ē: comes appellat. Qui vero a principe vel aliqua potestate de plebe aliqua vel plebis parte est inuestitus: Capitaneus appellat. qui pprie valuasores maiores olim appellabant. Qui vero a capitaneis antiquitus beneficiū tenent/ valuasores dicūt: qui au

¶Deus [v] dicit regi apoſtata: & vocat duces impios. iob.34.b.
¶Propter peccata terrę multi principes eius: & propter hominis ſapiẽ- proũ.28.a
tiam/& horum ſcientiam quę dicuntur/ vita ducis longior erit.
¶Dux indigens prudentia: multos opprimet per calumniam. 28.c.
¶Noli [x] quęrere ab homine ducatum: neq͂ a rege cathedram honoris. ecci.7.a.
¶Nolite credere amico: & nolite confidere in duce. michee 7 a
¶Cęcus [y] ſi cęco ducatum pręſtet: ambo in foueam cadunt. mat.15.b.

Dulcis & Dulcedo. ¶De comedẽte exiuit cib9: & de forti egreſ iudicũ 9 c
ſa eſt dulcedo.
¶Dulcis & rectus dñs: propter hoc legem dabit delinquẽtibus in via. pſal 24.b
¶Quã magna [z] mltitudo dulcedinis tuę dñe: quã abſcõdiſti timẽtib9 te 30.c.
¶Paraſti [a] in dulcedine tua pauperi deus. 67.b.
¶Fauus mellis compoſita verba: dulcedo animę/ſanitas [b] oſſium. proũ.16.d
¶Dulcis [c] eſt ſomnus operanti ſiue parum ſiue multum comedat: ſatu- ecceś.5.c.
ritas autem diuitis non ſinit eum dormire.
¶Dulce lumen: & delectabile eſt oculis videre ſolem. 11.c.
¶Verbum dulce multiplicat amicos/mitigat inimicos: & lingua eucha ecci.6.a.
ris in bono homine abundabit.
¶Hoĩ fornicario oĩs panis dulcis: nõ fatigabit trãſgrediẽs vſq͂ ad finẽ 23.c.
¶Spiritus meus ſuper mel dulcis (inquit ſapientia) & hereditas mea ſu- 24.c.
per mel & fauum.

Duo. Due. ¶Relinquet [d] homo patrem ſuum & matrem: & adhę geñ. ppe finẽ.
rebit vxori ſuę/& erunt duo in carne vna.
¶Mathuſael genuit Lamech: qui accepit [e] duas vxores/nomẽ vni Ada/ 4.c.
et nomen alteri Sella.
¶Ex omnibus [f] animantibus mundis (dicit dñs ad Noe) tolles ſeptena 7.a.
et ſeptena/maſculum & fœminam: de animãtibus vero immundis duo
et duo/maſculum & fœminã. &c. Et.ꝫ.in verbo Arca: &.l. Noe.
¶Semel loquutus eſt de9/duo hęc audiui: quia poteſtas dei eſt/& tibi do pſal.61.in fine.
mine miſericordia/quia tu reddis [g] vnicuiq͂ iuxta opera ſua.

tem à valuaſoribus/ valuaſini.ſ. minores valuaſores appellanẽ. Ita dicit tex.in c.1.in princ. Quis dicaẽ dux/ Marchio/ comes.&c. in vſibus feudorum & glo.in c.fũdamẽta colũ.antepe.in verbo Marchio.de elec. lib.6. Sunt aũt duces de numero ſpectabiliũ.§.in Auctẽ.de appella.colla.4. v ¶Deus dicit regi. Eſt enĩ rex regũ & dominus dñantiũ.dicit tex. poſt diuinũ eloquiũ/in cle.paſtoralis.in fi de re.iudi.& in c.tua.2.de deci.& dictũ eſt.ꝫ.in verbo Dñs.t. x ¶Noli q͂rere ab hoĩe ducatũ.&c. Quicũq͂ ei deſyderauerit(ſupple ambitioſe/& vtilitatis aliorũ ratione non habita) primatũ in terra: inueni et confuſionem in cœlo. nec inter ſeruos Chriſti cõputabiẽ: qui de primatu tractauerit. Idcirco vnuſquiſq͂ feſtinet non quõ aliis maior appareat: ſed quõ oĩbus inferior videaẽ. qm̃ nõ qui maior fuerit in honore iter hoĩes/ ille ẽ iuſtior: ſed q fuerit iuſtior/ille maior. Ita dicit tex. in c.multi ſacerdotes.in fi. 40.diſ. y ¶Cęcus ſi cæco ducatũ præſtet. Huic ſentẽtię facta eſt ãnotatio. ꝫ. in verbo cęcus.k. Sed ibi dictis addaẽ bon9 tex.in c.Ideo prohibeẽ.§. vt ita q.37.diſtinc.de quo textu dictum eſt.ꝫ. in verbo Dorſũ.f. z ¶Quã magna multitudo.&c. Hoſtienſis.in c.licet.col.fi. de regula. dicit ꝙ charitas dicit fons propri9 cui nõ cõmunicat alienus: quia alienus ab ipſa charitate non poteſt percipere qualitatẽ vel q͂titatẽ influentiæ charitatis. ſeruatur eĩ & abſconditur habentib9 eam: dicente pſalmiſta. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ: quam abſcondiſti timẽtibus te. a ¶Paraſti in dulcedie tua pauperi de9. Pro huius ſententiæ elucidatione: videaẽ bonus.tex. in c.fi.col. fina.23. q.7. vbi diciẽ. Cum propheta diceret/ animalia tua habitabũt in ea/ ſcʒ hęriditate tua/oſtẽdẽs quõ ad ipſã habitationẽ perueniãt: ſubdit/in dulcediue tua quã tu ꝑparaſti pauperi deus. dulcedinẽ vocans ſuauitatẽ boni operis: q̃ bonũ fit nõ timore pœnę ſed delectatione iuſtitiæ. Cum ergo ſine hac dulcedine aĩalia in hæreditate nõ habitẽt: patet ꝙ nemo niſi inutiliter ad bonũ cogiẽ. Quicunq͂ enim ad bonum cogitur: ſolo timore nõ amore ducitur. non ergo ſunt mali cogendi ad bonũ. Sed his ita r̃ndeẽ. Si bonũ ad quod mali coguntur/ ſemper inuiti tolerarent/& nũq͂ voluñtarij ſeruirẽt: inutiliter cogerenẽ ad illud. Sed quia hũanę naturę eſt & ea quæ in diſſuetudinẽ ducũtur abhorrere/ & conſueta magna cuſtodia diligere: flagellis tribulationũ mali ſũt cohibẽdi a malo / & prouocãdi ad bonũ. vt dũ timore pœnę malũ in diſſuetudinẽ duciẽ/ abhorreaẽ: bonũ vero ex cõſuetudine dulceſcat. Hæc text9. Cætera q̃ hic poſſent dici circa operãtes bonũ ex timore: dicẽtur in verbo Timor.
b ¶Sanitas oſſiũ. Quõ corporis ſanitas/ proſit: diceẽ in verbo Sanitas. c ¶Dulcis eſt ſomnus.&c. Pro huius ſẽtẽtiæ ãnotatiõe videãtur q̃ eidẽ ãnotata ſunt. ꝫ.in verbo Comedere. & in verbo Diues. d ¶Relinquet hõ. &c. Iſti ſẽtẽtię facta eſt annotatio.ꝫ.in verbo Adã.1. vbi videaẽ. e ¶Qui accepit duas vxores. Quam graue crimen commiſerit Lamech/ duas vxores accipiendo: ſatis liquet ex eo quod ſcribit Nicolaus papa Lothario regi in c.An non.24.queſti.3.vbi dicitur. An non diſtricta vltione feriẽdus es/ qui in duabus vxoribus adulteriũ Lamech & flagitiũ imitatus eſſe dinoſceris: quod dñs nõ niſi poſt.77.gñationes ſuo ſalutifero interuẽtu deleuit/ cũ Cain fr̃icidiũ.7. gñatione aquis ablatũ ſit cataclyſmi ideſt diluuij. Hæc tex. Hodie aũt qui duas ſimul & eodem tempore accipit vxores/ vel duas ſponſas/ vel vnam ſponſam & aliam vxorem: efficitur infamis. prout eſt textus clarus. cum gloſa. in verbo vxores. in l. Eum qui duas. C. ad l.Iul. de adul. & in l.1. in fine. ff. de hijs qui no. infa. Mulier tamen quæ pro ſecunda vxore accepta eſt/ non punitur: ſi eum qui eam accepit ignorabat aliã vxorem duxiſſe. Immo proles de ſecunda vxore putatiue ſuſcepta/ erit legitima: & ſuccedet nedum matri ignorãti/ ſed etiam patri ſcienti. Tex. eſt no. in c. Ex tenore. Qui filij ſint legi. Et ita etiã tenet Baldus. in l. Qui cõtra coñ.2. C. de inceſ. nup. & do. meus Decius in c. inter cæteras. colũ.4. de reſcrip.
f ¶Ex omnibus animantibus. Ex eo ꝙ animalia munda iuſſit deus accipi in numero impari/ animalia vero immunda in numero pari: colligitur bonus effectus per textũ qui Auguſtini eſt/ in c. Nuptiæ.32.queſti.1. de quo textu dictũ eſt. ꝫ.in verbo Arca.l. vbi videatur.
g ¶Quia tu reddis.&c. Textus eſt idem dicens in c.2. paulo ante fi. de ſũ.tri.& fi.catho.

puer.30.a ¶Duo rogaui te ne deneges mihi anteq̄ moriar Vanitatē & verba mendacij longe fac a me: mendicitatē & diuitias ne dederis mihi. Tribue tātum victui meo necessaria: ne forte satiat⁹ illiciar ad negandum/& dicā quis est dn̄s/aut egestate compulsus furer [h] & periurem nomen dei mei

eccēs.4.c. ¶Melius est duos esse simul q̄ vnum: habent enim emolumētum societatis. Si vnus reciderit: ab altero fulcietur.

eccēs.4.c ¶Vę soli [i]: quia cum ceciderit/non habet subleuantem se. Et si dormierint duo: fouebūtur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et si quispiā preualuerit contra vnum: duo resistunt.

eccl.2.c. ¶Vę peccatori terram ingredienti [k] duabus vijs.

3.d. ¶Cor ingrediens duas [l] vias/non habebit successus: & prauicors in illis scandalizabitur. Et supra cor.

3.d. ¶Duę species difficiles & piculose mihi apparuerūt. Difficile exuit ne-

26. in fi. gociās a negligētia: & nō iustificabit caupo [m] a peccatis labiorū suorū.

33.b. ¶Duo contra [n] duo: & vnum contra vnum.

2.corī.13 a ¶In ore duorum [o] vel trium testium: stabit omne verbum.

lucę.2.f. **Duodecim.** ¶Cū factus esset Ihesus ānorū duodeci/ascēdētib⁹ parētib⁹ Hierosolymā secūdū cōsuetudinē diei festi/ cōsūmatisq; dieb⁹ cū redirēt: remāsit puer Ihesus i Hierusalē/et nō cognouerūt parētes ei⁹.

6.c. ¶Exijt Ihesus in montem orare: & erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies fact⁹ esset/vocauit discipulos suos: & elegit [p] duodeci ex ipsis quos & apostolos nominauit/ Simonem quē [q] cognominauit Petrū/ & Andreā fratrē eius/Iacobū & Ioannē/Philippū & Bartholomæū/Matthęum et Thomam/ Iacobum Alphęi/& Simonem qui vocātur zelotes/ Iudam Iacobi/& Iudam Scarioth qui fuit proditor.

ioā.11.b. ¶Nonne (ait Christus ad discipulos) duodecim [r] sunt horę diei?

apoca.7 a ¶Audiui numerū signatorū cētū quadragita quatuor milia ex oī tribu filiorū Israel. Ex tribu Iuda: duodecim milia signati. Ex tribu Ruben: duodecim milia signati. Ex tribu Gad: duodeci milia signati. Ex tribu Aser: duodeci milia signati. Ex tribu Neptali: duodeci milia signati. Ex tribu Manasses: duodeci milia signati. Ex tribu Simeō: duodeci milia signati. Ex tribu Leui: duodeci milia signati. Ex tribu Isachar: duodeci milia signati. Ex tribu zabulō: duodeci milia signati. Ex tribu Ioseph: duodeci milia signati. Ex tribu Bēiamin: duodeci milia signati.

apoca.12 a ¶Signum magnū [s] apparuit in cœlo. Mulier amicta sole/ & luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellarū duodecim. Et in vtero habens/& clamabat parturiens: & cruciatur vt pariat. Et latius.ī.Vidi.

h ¶Furer. Videātur annotata in verbo Furari. i ¶Melius est duos.&c. Vę soli.&c. Pro annotatione istarū sententiarū: videanē quæ isti sentētiæ Vę soli.&c. annotata sunt.ā.in verbo Dormire. k ¶Terrā duab⁹ vijs ingredieti. Iure humano/ terrā duabus vijs ingredil: qui suscepto habitu monachali/& eo per integrū annū delato/se ad carentiā proprij/ & cōtinētiā/ ac alias regulares obseruātias/ex eo q adhuc pfessionē nō fecit expressā/ allegat nō teneri. Text⁹ est in c.ex parte tua. de regula. Vel qui ex iudaico aut paganico ritu recedens/ baptismate ablutus est/sed tamē adhuc veterem hominem omnino non exuit: volens aliquas prioris ritus reliquias retinere. Tex. est in c.Quidam.de apostatis. de quo dictum est diffusius in ānotatione huius sententiæ.ā.in verbo.k.

l ¶Duas vias. Videatur quod.ā. annotatione pxima dictū est.

m ¶Non iustificabitur caupo. Huic sentētiæ facta est bona annotatio.ā in verbo difficile. vbi videanē.

n ¶Duo contra duo: & vnū cōtra vnū. Pro effectu horū verborum pōt videri textus in l. si quis in colluctatione.§.qua actiōe.ff. ad l. aquiliā. vbi dicit. Si quis in colluctatiōe vel in pancratio vel pugiles dū iter se exercentur/ alius aliū occiderit: si quidē in publico certamine/cessat aquilia.i. contra occisorē agi nō pōt ratione occisionis: quia glorię cā & virtutis/non iniurię cā videtur dānū datū. Hoc aūt in seruo nō procedit: qm̄ igenui solēt certare. Sed i filiosa. pcedit. Plane si cedētē.i. recedētē vulnerauerit: erit aqlię locus/ idest poterit cōueniri qui vulnus inflixit. Hæc tex. Per quē textū dicit præceptor me⁹ Deci⁹ in c.2. de cōsti. & in cōsi. suis. Consi.9. q stāte cōsuetudine q duo cōtra duos vel plures contra plures ludere possint cū pugnis vel ad brachia: put de ludo pugnorū est cōsuetudo Papię/ & i multis locis Italię. Quod si ludendo/seu iuicē pugnis vł brachijs cōcertando/ aliquis aliū interficiat: q talis non tenet. Et ita etiā tenet Florianus in l. Dolo malo. ff.de ser.corr.& alij plerique quos allegat prefat⁹ Decius i dicto cōsi.9.col. 2. Pręmissa pcedūt: qn̄ cōcertatio vnius cōtra vnū/duorū cōtra duos/vel pluriū cōtra plures fieret gr̄a virtutis exercendę/non alo nocēdi/nec occasione alicuius incertitudinis certificandæ. ita sc; q stante dubio vter ex duob⁹ foueret iustā cām: ille iustā cām intelligeret fouere: q in tali cōcertatione vinceret. Tūc enī talis cōcertatio intelligeretur prohibita. c.1.&.2 de cle.pug.in duello.& l. vnica. C. de gla. & dictū est.ā in verbo Dauid. folio.2. colū.2.h.

o ¶Duorū testiū. Iure hūano regulariter sufficiūt duo testes: etiā si ageret de pbādo crimine contra papā. Glo. est reputata singularis in c. psul 2.q.5. quā sequit & dicit singularē Panor. in c. At si clerici. in.2.no. de iudi. Et illā glosā tenet etiā do. me⁹ Deci⁹ in c. ex litteris.col.8.de pbati.& Panor. i c. cū esses.col.5.de testa. & in c. per tuas. in fi. de maio.& obe. Cętera dicent i verbo Testis. p ¶Elegit.12. ex ipsis. Hos.12. apl'os Christ⁹ elegit tanq̄ maiores sacerdotes/&.72. discipulos quasi minores sacerdotes instituit: Petrū vero quasi in sūmū sacerdotē elegit. Ita dicit tex. de quo vberi⁹ dicet in verbo Petrus. 21. dis. in princ. in versi. simpliciter vero. q ¶Simonē quē cognominauit Petrū.&c. Sicut btūs Petrus apl's/ prim⁹ fuit oim apl'orū/vt hic patet: ita & ecclesia suo noīe cōsecrata dn̄o instituēte prima est & caput cæterarū/& ad eā quasi ad matrē atq; apicē oēs maiores ecclesiæ causæ & iudicia epōrū recurrūt. Ita dicit tex. in c. dudū.3.q.6. r ¶Duodeci sūt horę diei. supple artificialis & in æquinoctiali tēpore: diei aūt naturalis sunt horę quatuor & viginti. de quo videat satis diffuse.ā. in verbo dies. circa princ.

s ¶Signū magnū.&c. Habebat ciuitas.&c. Istæ sententiæ annotabuntur. infra in verbo Vidi.

t ¶Duplici corde. Duplex cor nō dicitur habere qui verbū suū seu promissionē suā ex aliqua causa superueniē te mutat. Tex. est in c. ne quis arbitretur. in fi. 22. q. 2. vbi dicitur. Si cui gladius cōmendet/ & pmittat se redditurū/ cū ille qui cōmēdauerit poposcerit: si forte gladiū suū repetat furēs/ manifestū est non esse reddendū (ne vel se occidat vel aliū) donec ei sanitas restituat. Neq; hic habet duplex cor: quia ille cui cōmēdat9 est gladius / cū promittebat se redditurū poscenti/ non cogitabat furēte posse repetere. Hæc tex. v ¶Duplici lingua. Videantur annotata ĝ ānotatiōe pxima.

¶Habebat ciuitas sancta Hierusalem murum magnum & altum habē tem portas duodecim: & in portis angulos duodecim/ & nomina inscri pta q̄ sunt nomina duodecim tribuum Israel. Ab oriente portę tres/ab aquilone portę tres/ab austro portę tres/& ab occasu portę tres. Et mu rus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomi na duodecim apostolorū & agni .&c. Et diffusius .ſ. in verbo Vidi. apoca.21.b

Duplex & Duplum.

¶Nō timebit domui suę a frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. prō.vltio.c

¶Cōtumax non sis & incredibilis timori domini: & ne accesseris ad illum duplici [s] corde. ecci.1.d.

¶Vę duplici [s] corde.&c. Vt supra in verbo Cor. 2.c.

¶Non ventiles te in omnem ventū/& non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua [v]. 5.b.

¶Non pecces [x] in multitudine ciuitatis/nec te immittas in populū/neq; alliges duplicia [y] peccata: nec enim in vno eris immunis. 7.a.

¶Vir duplex animo: inconstans est in omnibus vijs suis. iaco.1.b.

¶Emundate manus peccatores: & purificate [z] corda duplices animo. 4.c.

¶Reddite Babyloni sicut ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius.&c. apo.18.a.

Durus & Duritia.

¶Maledict9 furor Simeonis & Leui (inquit Iacob) quia pertinax [a]: & indignatio eorum/quia dura. geñ.49.b

¶Responsio mollis frangit iram: seruo durus suscitat furorem. prou.15.a

¶Beatus [b] homo qui semper est pauidus: qui vero mentis est durę corruet in malum. 28.c.

¶Viro qui corripientem dura ceruice contemnit: repentinus ei superueniet interitus/& eum sanitas non sequetur. 29.a.

¶Fortis [c] est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. canti 8.b.

¶Cor [d] durum habebit male in nouissimo. ecci.3.d.

¶Ne iteres verbum nequam et durum: & non minoraberis. 19.b.

¶Nouissime/recumbentibus vndecim apparuit Ihesus: & exprobrauit incredulitatem illorum et duritiam [e] cordis/ quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. mar.16.c.

¶Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuā & impœnitēs cor tuum/thesaurizas tibi iram in die irę & reuelatiōis iusti iudicij dei: q [g] reddit vnicuiq; secundū opera eius. His quidem qui secundum patientiam boni operis/gloriā & honorem & incorruptionem quęrentibus/vitam æternam: his autem qui sunt ex contentione/et qui non acquiescunt veritati/ credunt autem iniquitati/ira & indignatio/tribulatio & angustia. ro.2.a.

x ¶Non pecces in multitudine.&c. Huic toti sententiæ satis alludit tex. in c. Multi sacerdotes. in fi. 40. distinc. De quo dictū ēst supra in verbo ducatus. x.

y ¶Alligas duplicia peccata. Alligat sibi duplicia pctā / qui bñficiū acceptat curā aiarū habēs ānexā: quia sanguis subditorū de manib9 suis requiretur. Tex. est in c. irrefragabili, in princ. & ibi glosa allegat alios cōsimiles tex. de offi. ordina.

z ¶Purificate corda. Alioqui enim deo placere non potestis: qz deus duplicitatis est aspernator/ & simplicē intentionem cōsyderat / & tā ex parte recipientis promissionē q̄ ex parte præstantis verborū artē aspnat & odit. Ita dicit tex. in c. Qui peierare. §. Ex his. 22. q. 5.

a ¶Pertinax. i. perperā tenēs. Ita declarat Archi. in c. fundamenta. de elec. lib. 6. Et est pertinacia cōtraria obediētiæ & hūilitati. c. nisi cū pridē. §. 1. de renūcia. Cętera dicent ī verbo pertinax.

b ¶Beatus hō qui semper est pauid9. Isti sētētiæ satis applaudit textus Augustini in c. si. versi. fi. 5. distic. vbi dicitur. Bonarū mentium est ibi culpas suas agnoscere: vbi culpa non est.

c ¶Fortis est vt mors dilectio. Hæc sentētia declarata est supra in verbo dilectio. k. vbi videat.

d ¶Cor durū. Archi. in c. sunt plures. circa princ. de pœni. distic. 3. pro diffinitione cordis duri citat verba Bernardi ad Eugeniū papā/ cor durū describētis/ q̄ sunt hæc. Cor durū: est quod nec compunctione scinditur/ nec pietate mollit/ nec mouetur pcibus/ nec minis cedit. induratur ad flagella. ingratū est ad bñficia. ad cōsilia infidū. ad iudicia seuerū. i. crudele. inuerecūdū ad turpia. impauidū ad pericula. inhumanū ad humana. pteritorū obliuiscēs. pñtia nō curās. futura nō puidēs. Et (vt totū in breui cōcludā) ipsū est quod nec deū timet: nec hominē veret. Hæc Archi. Tex. aūt ibi dicit q̄ satis durus est: cui9 mēns dolorē/ oculi carnis nequnt declarare. Hæc tex. Cætera q̄ hic dici posset: videantur supra in verbo Cor. in annotatione huius sententiæ.

e ¶Duritiā cordis. Circa hæc verba videat bon9 tex. in c. veniā. circa me. 35. q. 9. vbi dicit. Tātis vr̄is assertionib9/ vobisq; tā bonis & tā charis nō dare cōsensum: oibus duris rebus durius arbitramur. Hæc tex.

f ¶Ignoras qm̄ benignitas dei. &c. Tex. est bñ cōformis huic sentētię in c. diaconi sunt. col. fi. 93. distinc. vbi dicit. Moderatio dei ac pietas solū nostrū reditū q̄rit: ac nos cupit lōga bonitate sua saluari. Si nō conuertimur/ si duri colli sumus/ si in peccatis vsq; ad mortē illicite perduramus: assidue peccantiū non miseretur deus. Hæc tex.

Finis literæ, D.

h ¶ Errare eos faciet quasi ebrios. De errore ebriorum notabiliter loquitur textus Ambrosij in c. sane. 15. q. 1. vbi dicitur. Quæ sobrij cauemus: per ebrietatē ignorantes cōmittimus. nesciūt enim quid loquātur qui nimio vino indulgent: sed iacent sepulti. Ideoq; si per vinū deliquerunt apud sapientes iudices/ venia quidē/ facta donant: sed leuitatis dānantur auctores. Hęc tex. Ex cuius fine glo. ibidē in verbo venia sentit q licet ebrius faciendo actum vitiosū delinquat: tamē propter errorem in quo est durāte ebrietate mitius punitur. Et pro hoc dictū est clarus textus apud legistas. in l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re mili. Glosa tamen in d. c. sane in verbo damnantur. in

Ebrius & Ebriosus.

iob. 12. i ꝟ. ¶ Palpabunt principes quasi in tenebris & non in luce: & errare [h] eos faciet deus quasi ebrios.

psal. 106. c ¶ Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: & oīs substātia eorum deuorata est.

puer. 20. a ¶ Luxuriosa [hh] res vinum: & tumultuosa ebrietas. Quicunq; his delectatur: non erit sapiens.

31. a. ¶ Nullum [i] secretum est: vbi regnat ebrietas.

eccl. 19. a. ¶ Operarius ebriosus non locupletabitur [k] [l] & qui spernit modica paulatim decidet.

26. b. ¶ Mulier [l] ebriosa/ ira magna: & cōtumelia/ & turpitudo illi9 nō teget.

31. d. ¶ Ignis probat ferrum: sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum.

31. d. ¶ Vinum in iocunditatem creatum est: & nō in ebrietatem [m] ab initio.

31. d. ¶ Ebrietatis animositas: imprudens offensio/ minorans [n] virtutē/ & faciens vulnera.

esa. 5. c. ¶ Vę qui consurgitis mane ad ebrietatem [o] sectandam: & potandū vsq; ad vesperum vt vino æstuetis.

fine, refert quosdam dicere q ebrius non puniatur de eo quod ebrius fecit: sed tantum pro eo q leuis fuit ad inebriationem. Veritas tamen est tam secundum legistas q canonistas: q imo puniri debet ratione delicti in ebrietate commissi: licet leuius puniatur. Ita Bar. in l. respiciendū. §. delinquunt. ff. de pœnis. Saly. in l. diuus traianus. C. ad l. Cor. de sicca. Panor. in c. 1. colū. 2. de maledi. & Bal. in l. 1. collū. pe. versi. Extra quæritur. C. Vnde vi. vbi fortius dicit q licet respectu fori exterioris seu cōtētiosi ebriusmitius puniat nō ebrius: tamen in foro interiori seu conscientiæ grauius delinquit. Theologi tamen tenent cōtrarium: vt videri potest per do. de gerso. in regulis moralibus. folio. 8. col. 3. in fi. & pro eorū opinione & opinione recitata per glo. in d. c. sane. q scilicet ebrius non puniat de delicto sed tātum de ebrietate: videtur esse bonus tex in c. inebriauerunt. 15. q. 1. vbi dicit. Inebriauerunt Loth filiæ eius: & se nescienti miscuerunt. Quapropter culpandus est quidem: non tñ qtū ille incestus/ sed qtū ebrietas illa meret. Secūdo. Ex eo quod ebrij dicūtur esse in errore: sequitur q ebrius nō potest matrimonium contrahere. cum in eo exigatur consensus/ vulgata. l. nuptias. ff. de reg. in c. 1. de despō. impube. li. 6. nihil aūt est tam cōtrariū cōsensui: q error. Et ita in terminis dicit pceptor me9 Decius in c. 11. in vlti. no. de testi. & in consi. suis. consi. 112. colū. 1. vbi tñ dicit q istud pcedit in omnino ebrio/ qui scz propter ebrietatem est oīno incōpos ingenij. Secus si esset tantū ingenij hebetis. talis eni ebrius potest ea facere in quibus verus consensus requiritur. vt notat Paulus de Castro per illum textum in l. si frater. C. qui testa. fa. pos. Et Io. fa. & Areti. in §. pterea. Insti. Qui. nō est permis. fa. testa. vnde quia probatio ebrietatis videt difficilis vt dicit Bal. in c. a crapula. de vita & hone. matrimoniū ab ebrio cōtractū/ iure cōmuni inspecto difficile retractaret. Hæc sūt verba pceptoris mei Decij in d. cōsi. 112. col 1. Alia quę hic dici possent: videant. s. in verbo Abigail. vv. hh ¶ Luxuriosa res vinū. &c. Tex. est de hac sententia factus in c. luxuriosa. 35. distinc. vbi Archi. dicit vinū vocari luxuriosam rem: quia est causa seu occasio & irritamentum luxurię. & cæterorum malorū. vinum eni immodica sumptū: rationē perturbat/ intellectum ebetat/ memoriā eneruat/ obliuionē inducit/ errorē infūdit/ & ignorātiā. Hinc dicit Augustin9 de ebrietate loquēs. Ebriatas aufert memoriā/ dissipat sēsum/ cōfūdit intellectū/ inuoluit linguā/ oculos obfuscat/ oia mēbra debilitat/ vitā cōminuit/ & omnē salutē exterminat. Hæc Archi. Et pro hac sētētia dū vocat vinū rē luxuriosam: est bon9 tex. in l. quę adulteriū. in verbo intemperantię vina. C. de adul. vbi glo. exponendo textū/ dicit vina vocari vina intēperātię: quia ex eis oritur intemperantia seu incontinentia. Vnde illud. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Venter enim mero ęstuans: facile dispumat in libidinē. Hæc glo. Notetur tamē pro elucidatione istorum verborū/ textus in c. luxuriam facit. 35. distinc. vbi dicitur. Luxuriam facit & nutrit vini perceptio nimia non natura.

i ¶ Nullū secretū est. Nesciunt enim ebrij quid loquantur: & proinde inter secretum & non secretū discernere nequeunt. Ita probat tex. in c. sane. 15. q. 1. k ¶ Non locupletabitur. Ebrietatibus eni & potationibus oia facile consumūtur dicit tex. in §. Nullus igitur. circa fi. in Auctēn. de consul. colla. 4. l ¶ Mulier ebriosa. Circa hāc sentētiā videatur bonus textus in l. Quę adulteriū. C. ad l. Iuliā. de adul. vbi dicitur. Quæ adulterium commisit: vtrū dña caupone/ an ministra fuerit/ requiri debebit. Et ita obsequio famulata serui vt ipsa plerūq; intēperātię pbuerit vina vt si dña tabernę fuerit/ nō sit a vinculis iuris excepta. Si vero potestatib9 ministeriū pbuit pro vilitate eius quæ in reatū deducit ab accusatione exclusa liberi qui accusātur abscedant cum ab his fœminis pudicitię ratio requiratur quæ iuris nexibus detinētur & matrisfamilias nomē obtinēt. Hę aūt immunes a iudiciaria seueritate & stupri & adulterij præstentur quas vilitas vitę dignas legū obseruatione non credit. Hæc textus.

m ¶ Non in ebrietate ab initio. Hinc dicit tex. in c. sexto die. circa me. 35. distinc. In principio generis humani ignorabat ebrietas. Primus Noe vineā plantauit. dedit naturā: sed ignorauit potētiā. Itaq; vinū nec suo pepercit auctori. sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe. Vbi malū ebrietatis agnouit iumentum suum ad remedium temperauit nec effudit ad vitium. Hęc textus. n ¶ Minorans virtutem & faciēs vulnera. Facit tex. in c. sexto die. versi. legimus in fi. 35. dis. vbi dicitur. Fuit ebrietas origo incesti cōcubit9. pessimę regenerationis partus deterior. o ¶ Ebrietatē sectādā. Ebrietas tripliciter cōsyderari potest. Primo prout est quędā mētis obliuio q non nūq; incurrit ex vnica potatione & ita sumēdo ebrietas nō est peccatū. cū sine culpa nōnūq; pueniat & potius ascribit pœnę q culpę. Secūdo ebrietas cōsyderat prout est frequēs actus bibēdi & tunc si assidua sit & maxime i cognoscēte vi vini aut cognoscere debente pter assiduitatē inebriationis ē mortalis. Alias si nō sit assidua/ ē tñ venialis. Tex. ē cū glo. i c. vnū orariū. §. Alias ea demū versi. Et quis. 25. dis. Tertio cōsyderatur ebrietas put ē studiū ad inebriādū se vel ad alios: qd fit i qbusdam partib9 vbi ad pot9 ęquales suomodo se inuitant potatores. & ille iudicio talium plus laudatur: qui plures inebriat & calices fœcundiores exhaurit. prout

dicit text⁹ in c. a crapula. de vita & honesta. cle. & talis ebrietas mortalis est. Vnde de ista tertia specie ebrietatis & secunda supra declarata loqui potest hęc sententia dum dicit Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam. Ita istam materiam declarat Hostien. in summa tituli. de tempo. ordinan. col. 6. versi. tertia regula & glosa. in d. §. Alias. in verbo ebrietas. 25. distinc.

p ℭ Sacerdos & prophetę nescierunt præ ebrietate. Tametsi ab omnibus: a sacerdotibus tamen & cæteris inferioris gradus clericis ebrietas maxime deuitanda est. Primo: vt sensus cordis vigeat semper / & tenuis sit. 35. distic. in princ. Secundo: quia nedū ebrietas mētis inducit exiliū & libidinis prouocat incentiuū / vt dicit tex. in c. a crapula. de vita & ho. cle. sed etiā omniū vitiorū fomes ac nutrix est. dicit tex. in c. fi. in princ. 35. distinc. Tertio: quia vbi ebrietas ibi furor dn̄atur / cū tamen clericos deceat esse modestos. c. venter. in fine. 35. distinc. Quarto: quia sacerdotes & clerici p̄ cęteris honorari debent. c. solitę. de maio. & obedien. ebrietas asit faceret eos irrideri. c. sexto die. ibi. pietas lesa est: dū irridet ebrietas. eadē distic. Et propterea dicit tex. in c. nō oportet. 44. dis. Nō oportet clericos a p̄sbyteris vsq ad diaconos / & deinceps ordinis ecclesiastici vsq ad ministros / aut lectores / aut exorcistas / aut ostiarios / aut psalmistas / aut etiā eos q in proposito continentiæ sunt / tabernas nisi causa necessitatis intrare. Et idem probat tex. i c. nulli. & in c. clerici. eadē dis. Et eodem modo crapula debet a sacerdotibus & clericis vitari. Si eni laicis comessationes dānabiles sunt: multo magis sacerdotibus imputant ad gehēnam. venter eni pinguis (vt Hiero. ait) crassum sensum generat: cū sacer/totalis sēsus a: ō tra vigil esse debeat & tenuis. atq ideo edacitatis vitio obnoxij sacerdotes vngi non debent. Ita dicit text⁹. cuius hęc verba sunt in. c. fi in fi. 44. dis.

q ℭ Inebriabuntur & nō a vino. Inebriant a vino: qui scripturas sacras male intelligunt atq peruertunt. Sicera vero & non a vino inebriantur: qui abutunt sæculari sapientia & dialecticorū tendiculis. quæ nō tam tēdicula sunt appellanda q̄ phantasmata. i. vmbrę quędam & imagines quę cito pereunt & resoluūtur. Ita dicit tex. Hieronymi in c. Vino inebriantur. 37. distinc.

ℭ Vę qui potentes estis ad bibendum vinum: & viri fortes ad miscen-dam ebrietatem. esaiæ. 5. a.

ℭ Agitatione agitabitur terra sicut ebrius: & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis. 24. c.

ℭ Vę coronę superbię ebrijs Ephraim: & flori decidenti glorię exultationis eius qui erant in vertice vallis pinguissimę errantes a vino. 28. a.

ℭ Pedibus cōculcabitur corona superbię ebriorū Ephraim. Et erit flos decidēs glorię exultationis eius qui est super verticem vallis pinguium quasi temporaneum ante maturitatem autumni. 28. a.

ℭ Hi pręvino nescierunt: & pręebrietate errauerūt. Sacerdos [p] & propheta nescierunt pręebrietate / absorti sunt a vino / errauerunt in ebrietate / nescierunt videntem / ignorauerunt iudicium. 28. b.

ℭ Obstupescite & admiramini / fluctuate & vacillate / inebriamini [q] & nō a vino / mouemini & nō ebrietate: quoniam miscuit vobis dominus spiritum soporis. 29. c.

ℭ Audi hęc paupercula Hierusalem: & ebria non a vino. Hęc dicit dominator tuus dominus & deus tuus qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis / fundum calicis indignationis meę: non adijcies vt bibas illum vltra. &c. 51. g.

ℭ Factus sum quasi vir ebrius / & quasi homo madidus a vino / a facie domini & a facie verborum sanctorum eius: quia adulterijs repleta est terra. &c. hiere. 23 b

ℭ Fornicatio et vinum / & ebrietas: auferunt [r] cor. osee. 4. c.

ℭ Expergiscimini ebrij / & flete / & vlulate omnes qui bibitis vinū in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro. iohel. 1. b.

ℭ Attendite vobis / ne grauētur corda vestra in crapula [s] & ebrietate & curis huius vitę: & superueniat in vos repentina dies illa. luce. 21. f.

ℭ Honeste ambulemus: non in comessationibus [t] & ebrietatibus: non in cubilibus & impudicitijs. &c. ro. 13. d.

ℭ Ebriosi [tt]: regnum dei non possidebunt. 1. cori. 6 b

ℭ Vnusquisq suam cœnam pręsumit ad manducādum: & alius quidē esurit / alius autem ebrius est. 1. cori. 11 c

ℭ Manifesta sunt opera carnis: quę sūt fornicatio. &c. homicidia / ebrietates / comessationes / & his similia. Et supra in verbo Caro latius. gal. 5. d.

r ℭ Auferunt cor. Quod ebrietas cor auferat: est bon⁹ tex. in c. sane. 15. q. 1. de quo textu dictū est. § eodē. g.

s ℭ Crapula. Ratio vitandæ crapulæ colligitur ex celebri textu in c. Nihil. & in c. ne tales. de consecra. dis. 5 de quo videatur §. in verbo Crapula.

t ℭ Non in comessationibus & ebrietatibus. Textus. 44. distinc. in princ. ex ista apostolica sententia decidit: q vbi ebrietas prohibetur / voracitas nequaq̄ permittitur. quia vtrūq inter opera tenebrarum apostolus commemorat scribens Romanis. non in comessationibus & ebrietatibus. Hæc textus.

tt ℭ Ebriosi regnum dei non possidebunt. Textus est huic apostolicę sententię innitens in c. 2. de reliq. & vene. sanc. vbi dicitur. Audiuimus q quidam inter vos diabolica fraude decepti / hominem quendam in potatione & ebrietate occisum quasi sanctum more infidelium venerantur: cum vix pro talibus in ebrietatibus peremptis / ecclesia permittat orare. dicit enim apostolus. Ebriosi: regnum dei non possidebunt. Illum ergo non præsumatis de cætero colere: cum etiam si per eum miracula fierent / non liceret vobis eum pro sancto absq auctoritate Ro. ecclesiæ. venerari. Hęc textus. qui procedit / dum dicit pro decedentibus in ebrietate non orari: quādo ebrietas esset assidua. tunc enim est mortale peccatum. cum quo qui decedit: non habet orationes ecclesię. c. pro obeuntibus. 13. questi. 2. Secus si esset ebrietas non assidua: tunc enim esset tantum veniale peccatum. & propterea pro eo oratiōes / & alia suffragia p̄dessent. c. animę defunctorum. eadem causa & quæsti.

1.thes.5.b ¶Qui dormiũt [v]/nocte dormiunt: & qui ebrij [x] sunt/ nocte ebrij sunt.

actuũ.2.b. ¶Non sicut vos æstimatis (ait Petrus ad Iudęos de apostolis loquẽs) hi ebrij sunt: cum sit hora diei tertia.

apo.17.b ¶Vidi mulierẽ ebriã de sãguine sãctorũ & de sãguine martyrũ Ihesu: & miratus sũ cũ viderẽ illam/ admiratione magna. &c. Et infra Vidi.

deute.23 a **Ecclesia.** ¶Non intrabit eunuchus [y] attritis vel amputatis testiculis & abscisso veretro/ ecclesiam domini.

deute.23 a ¶Non ingredietur [z] manzer [a] hoc est de scorto natus/ in ecclesiam domini vsq₃ ad decimam generationem.

1.reg.17.f ¶Nouerit vniuersa ecclesia hęc (ait Dauid) ꝙ non in gladio nec in hasta saluat dominus.

neemię 13.a. ¶Inuentum est scriptum in volumine Moysi/ ꝙ non debeant introire Ammonites [b] & Moabites in ecclesiam dei vsq₃ in æternum: eo ꝙ non occurrerit filijs Israel cũ pane & aqua/ & cõduxerũt aduersũ eos Balaã ad maledicẽdũ eis/ & cõuertit de⁹ noster maledictionẽ in benedictionẽ.

psal.21.e. ¶Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis dñe: in medio ecclesię laudabo te.

psal.21.f. ¶Apud te domine laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in cõspectu timentium eum.

v ¶Qui dormiũt: nocte dormiũt. Hæc sentẽtia declarata est.s. in verbo Dormire.

x ¶Qui ebrij sunt: nocte ebrij sunt.i. sũt in caligine & tenebris itellect⁹ constituti. put etiã bñ pbaŧ in allegato c.sane.15.q̃sti.1. Et ppterea his pſertim qb⁹ sensus in vigore semp esse debet vt sacerdotib⁹ & clericis (iuxta tex.35. distic. in prin) infligiŧ ppter ebrietatẽ pœna nõ modica. put est tex. in c.eṗs 35.dist. vbi dŧ. Bṗs/ pbŕ/ aut diaconus ebrietati deseruiẽs: aut desinat/ aut certe dãnetur. Subdiaconus aũt/ lector/ aut cãtor similia faciẽs: aut desinat/ aut cõione priueŧ. Siliter & laicus. Hęc tex. qui loquiŧ de clerico frequẽter ebrio. Text⁹ aũt in c.si.eadẽ distin. de clerico nõ frequẽter ebrio loquẽs/ dicit Ante oĩa clericis veteŧ ebrietas: q̃ oĩm vitiorũ fomes ac nutrix est. Itaq₃ is quem ebriũ fuisse constiterit: aut triũ dierũ spacio a cõmunione submoueaŧ/ aut corporali subdaŧ supplicio. Hęc tex. Hodie tñ ppter ebrietatẽ nõ assiduã/ si monit⁹ nõ desistat: ab officio vel bñficio suspẽdiŧ. Tex. est in c. a crapula. in fine. de vita & ho cle. Et notat Henri. Bouhic. in c.si cõstiterit. in pric. de accusa. Militi aũt sæculari: ppter ebrietatẽ/ militię mutatio irrogaŧ. Tex. est clarus in l. Omne delictũ.§.per vinum.ff. de re milita.

y ¶Eunuchus. Videatur quæ de eunuchis dicentur.j. in verbo eunuchus.

z ¶Non ingredietur. De iure humano/ is qui per defectũ nataliũ qualis est Manzer (& idẽ in cæteris de quibus diceŧ annotatione proxima) ex dispensatione põt eṗi licite (si ei aliud cononicũ nõ obsistat) ecclesiam ingredi/ hoc est ad ordines promoueri minores/ & obtinere beneficiũ cui cura nõ imminet animarũ: dũ modo sit tale/ super quo per ipsũ eṗm valeat dispẽsari/ vt quia supple non est beneficiũ quod imediate tenuit ei⁹ pater/ nec beneficiũ quod de statuto aut cõsuetudine habeat ãnexũ sacrũ ordinẽ/ nec bñficiũ ad qd ex statuto iuramento & aplica auctoritate confirmato illegitimus recipi non possit. Pręmissa probanŧ per textũ cũ glo. & doctrina Ioan. monachi in c.1. in pric. de filijs pſby. lib.6. Ecclesiã aũt ingredi.j. ad maiores seu sacros ordines pmoueri/ vel beneficiũ curatũ aut aliud ex supra pxime specificatis obtinere nõ põt sine dispẽsatione apostolica. q̃ si sibi data fuerit simpliciter: ad vnicũ bñficiũ restringiŧ. Tex. est ista probans in d.c.1. in fine pricipij. & in §.1. de fi. pſby. li.6. Quod si taliter dispensatus/ vt sc₃ nõ obstante nataliũ defectu possit ad beneficiũ etiam curatũ pmoueri/ vidẽs dispensationẽ suam ad vnicum beneficiũ restringi/ dispensationẽ ipetret secũdã/ sup bñficiorũ pluralitatẽ. aṗli⁹ de suo nataliũ defectũ nõ facta mẽtione: talis dispẽsatio velut subreptitia nõ poterit ei suffragari. Tex. est in c.2. eodẽ ti. li.6. Pręmissa pcedũt/ etiã si quis nat⁹ esset ex vxore legitima: sed ad quã non licebat ingredi/ obstante expsso vel tacito voto castitatis de vxoris consensu emisso. Tex. est in c. literas. eodẽ ti. in antiq. Non procedũt aũt pmissa: vbi patiens defectũ natalium/ esset legitimatus. c.per venerabilem. in princ. Qui filij sint legi. & pſerti qñ legitimatio esset facta per subsequens matrimoniũ. iuxta c.tanta. eodẽ ti. tunc enĩ potest promoueri etiã ad episcopatũ: licet ad eũ obtinẽdũ requiratur de iure cõi/ ꝙ quis sit natus de legitimo matrimonio. c.cũ in cũctis. in princ. de elec. quia etiã in materia in qua requiriŧ natiuitas de legitimo matrimonio/ sufficit legitimatio per subsequens matrimoniũ. glo. est no. in c.innotuit. in verbo Cõiugata. de elec. Quam sequiŧ & cõmẽdat pceptor meus do. Iason in l.generaliter.§.fina. in vlti.col. C. de insti. & substi.

a ¶Manzer hoc est de scorto natus. Iste qui de scorto nasciŧ: vocaŧ etiã iure humano Manzer. put est glo. in c.nisi cũ pridẽ. colũ.3. in verbo manzeres. de renũ. vocatur tñ etiã alio noie/ scilicet vulgo q̃situs.j. cuius pater ignoratur: vtpote cũ de ea natus sit q̃ sui corporis q̃stũ faceret/ vel alias ex effreni voluptate sua plures admittit.§.nouissime. cũ glo. in verbo vulgo quęsiti. insti. de sena. orfi. Sunt autem & alij: qui propter natiuitatẽ eorũ/ ecclesiã itrare.j. ad ordines aut beneficia prohibentur promoueri. scilicet spurius/ Nothus/ & naturalis tantum. Spurius est: qui patrẽ ostendit/ sed talẽ quem habere nefas est. qui propterea potest etiam apellari vulgo quæsitus: cum paria sint patrem ostendere non posse/ vel posse sed non honeste. c.nepos proculo. cum glosa. de verbo. signi. Textus est de hoc spurio ita loqnẽs in l.vulgo q̃siti.ff. de sta. ho. Nothus diciŧ: qui natus est a soluto & soluta/ & sic a cõcubina sed extra domum retenta. Naturalis vero diciŧ: qui natus est a soluto & soluta in domo retenta vxoris loco/ & cum qua poterat ab ipso matrimonium contrahi. Ita istam materiam declarat Hostieñ. in d.c.nisi cum pridem. col.12. de renun. vbi pbat tex. ꝙ ad facilitatẽ dispensationis habendæ pro permissione intrandi ecclesiam/ idest ad ordines vel beneficia promouẽdi: est inter istos differentia. quia manzeres & spurij difficilius admittuntur q̃ nothi & naturales.

b ¶Ammonites & Moabites. Videtur dici posse ꝙ loco istorum Ammonitarũ & Moabitarum qui non occurrerunt filijs Israel cum pane & aqua/ & conduxerũt aduersus eos Balaam ad maledicẽdũ eis: possint itelligi schismatici/ hæretici/ & infideles/ qui filijs Israel catholico scilicet populo nedum non occurrunt eandem cum eis catholicam fidem tenentes/ sed etiam maledicunt ritum Christianę religionis ludibrio habentes & conuitijs insectantes. tales enim ecclesiam non intrant/ idest ab ecclesia non fouentur: sed ab ea donec resipuerint extorres sunt & alieni. Text⁹ est papæ ad imperatorẽ scribentis in epistola inter claras. circa fi. C. de sũ. tri. & fi. ca. vbi diciŧ. Aequũ est vt qui nostris minime obedientiam accommodant statutis/ ab ecclesiis habeanŧ extorres. Sed quia gremiũ suũ nũq̃ redeũtib⁹ claudit ecclesia: obsecro clemẽtiã vestrã/ vt si pprio deposito errore & praua intẽtiõe depulsa/ ad vnitatẽ ecclię reuerti voluerit/ in vra cõmuniõe receptis/ indignatiõis vrę remoueatis aculeos/ & nobis itercedẽtib⁹ benigni aĩ grãm cõdonetis. Hęc tex. cũ quo idẽ sẽtit tex. diffusus ĩ c.ad abolẽdã. de hære. Et dicit tex. in c. firmissime

eodem ti. Firmissime tene/et nullatenus dubites/omnem hereticũ vel schismaticũ/tãq̃(supple ab ecclesia & eius precibus)extorrem factũ/cũ diabolo & angelis eius æterni ignis incendio participandũ: nisi ante finem vitę/catholicę fuerit incorporatus & redintegratus ecclesię. Hæc tex. e ❡ Odiui ecclesiã malignantiũ. Pro hac & quibusdã alijs subsequẽtibus sententijs/venit notandũ q̃ variæ reperiũtur acceptiones huius termini ecclesia. Quandoq; enim sumitur pro congregatione seu collectione peccatorũ. Et sic hoc loco sumitur. prout dicit glo. in c. si. in verbo ecclesiam. Ne p̃la. vi. suas. Quandoq; sumitur pro congregatione seu collectione fidelium. Tex. est clarus in c. Ecclesia. in princ. de cõsecra. distinc. 1. Et sic sumi põt in sentẽtijs israscriptis. psal. 98. & psal. 149. & ecclesiastici 3. Quandoq; sumitur pro ipsa materiali ecclesia/& pro ipsius ecclesiæ parietib⁹ & ędificijs. glo. i cle. 1. de sen. excõ. & ita accipitur in c. de fabrica. in c ecclesię. i c. ecclesijs. de cõsecra. distic. 1. Quãdoq; sumitur pro prelatura ipsius ecclesiæ & sic sumitur in c. qm̃. ne p̃la. vi. suas. Et quandoq; sumit pro prouentibus ratione ecclesiæ obuenientibus. prout sumitur in c. quere lã. vbi glo. has acceptiones congerit. ne præla. vices suas.

❡Odiui ecclesiam malignantium [c]: & cum impijs non sedebo. psal. 25. b.

❡Confitebor tibi dñe in ecclesia magna: in populo graui laudabo te. 34 e.

❡In ecclesijs benedicite [d] deo domino de fontibus Israel. 67. f.

❡Cõfitebũt cœli mirabilia tua dñe: eteni veritatẽ tuã i ecclesia sãctorũ. 88. a.

❡Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. 149. a.

❡Filij sapientię ecclesia iustorum: & natio illorũ obedientia & dilectio. eccl. 3. a.

❡Os prudentis [e] quęritur in ecclesia: & verba illius cogitabũt in cordibus suis. 21. e.

❡In ecclesijs altissimi sapiẽtia aperiet os suum: & in cospectu virtutis illius gloriabitur. 24. a.

❡Canite tuba in Syon/sanctificate [f] ieiunium: vocate cetum/cõgregate populum/ sanctificate ecclesiã/coadunate senes/congregate paruulos et suggentes vbera iohel. 2. d.

❡Ego dico tibi (ait Christ⁹ ad Petrũ) quia tu [g] es Petr⁹ & super hãc petrã ædificabo ecclesiam meam/& portę [h] inferi non pręualebunt aduersus eam &c. Et infra Petrus. mat. 16. c.

Quandoq; etiã sumitur ecclesia pro prælato ecclesiæ seu pro epo. Tex. est in c. scire debes. 7. q 1. Quandoq; accipitur pro viris ecclesiasticis. Tex. est in c. 1. 63. distinc. & sic potest accipi in sententia subscripta Iohel. 2 d. Quandoq; sumitur pro maiori parte capituli. Tex. est in c. Apostolica. 63. dis. & notat glo. has tres vltimas acceptiones enumerans in c. cum clerici. de verbo. signi. & in d. c. scire. 7. q. 1. d ❡ In ecclesijs benedicite dño. Orandũ est principaliter in ecclesia vt hic. & c. vnico. de purga. post partũ. & in c. decet domũ. cũ si. de immu. eccle. lib. 6. Sed tñ (vt dicit beat⁹ Bernardus libro meditationũ) vbicunq; fueris: intra temetipsũ ora. si longe fueris ab oratorio/ nõ q̃ras locũ: qm̃ ipse locus es. Ita dicit glo. referẽs Bernardũ in cle. si dñm in verbo orationes. col. 2. circa finẽ. de reliq. & vene. sancto. e ❡ Os prudentis q̃ritur in ecclesia. Tex. est quo hęc sentẽtia videt elucidari posse in c. cũ in cũctis. in princ. de elec. vbi dicit. In cũctis sacris ordinibus & ministerijs ecclesiasticis sunt ętatis maturitas/ grauitas morũ/ & literarũ scientia/ inquirẽda. & multo fortius in epo ecclesię hoc oportet inquiri: qui ad curã aliorũ positus/ in seipso debet ostendere qualiter alios in domo dei oportet conuersari. Cętera quæ hic dici possent: videantur in verbo Eps. f ❡ Sanctificate ieiuniũ. Videantur annotata in verbo Ieiunium.

g ❡ Tu es Petrus: & super hãc petrã ędificabo ecclesiã meã. Pro effectu istorũ verborũ Christi ad Petrũ: bon⁹ est tex. in c. in nouo. in prĩc. 21. distinc. vbi dicit. In nouo testamẽto post Christũ dñm a Petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est id est promissus. dño dicente ad eũ. Tu es Petrus: & super hanc petrã ędificabo ecclesiã meã. Et in c q̃nis. eadẽ dis. vbi dicit. Quãuis vniuersę per orbẽ catholicæ ecclesiæ/ vnus thalamus Christi sit: tamẽ sancta Romana ecclesia catholica & ap̃lica nullis synodicis cõstitutis/ cæteris ecclesijs prælata est/ sed euangelica voce dñi & saluatoria nostri primatũ obtinuit. Tu es (inquiens) Petrus: & super hãc petrã ædificabo ecclesiã meã. Et in c. t. 22. dis. vbi dicit. Ro. ecclesiã solus ipse fundauit/ & supra petrã fidei mox nascẽtis erexit: qui beato Petro ęternę vitæ clauigero/ terreni simul & cœlestis imperij iura cõmisit. Et in c. fidelior. i si. 50. dis. vbi dicit. Petrus ꝓpter soliditatẽ deuotionis ecclesiarũ petra dicit: sicut ait dñs. Tu es Petr⁹: & super hãc petrã ędificabo ecclesiã meã. Petra enĩ dicitur/ eo q̃ primus in nationibus fidei fũdamẽtũ posuerit: & tanq̃ saxũ immobile/ totius corporis Christianitatis cõpagẽ moleq; cõtineat. Et in c. loquitur. 24. q. 1. vbi dicit. Loquit dñs ad Petrũ. Ego dici tibi: quia tu es Petrus/ & super hanc petrã ędificabo ecclesiã meã. Super vnũ ergo ędificat ecclesiam. Et q̃uis apostolis oĩbus parẽ potestatẽ tribuat/ & dicat. Sicut misit me pater: & ego mitto vos. accipite spiritũ sctm̃. tñ vt vnitatẽ manifestaret: vnitatis eiusdẽ originẽ ab vno incipiẽtẽ auctoritate sua disposuit. Hoc vtiq; erãt cæteri apostoli qd Petr⁹ fuit: pari cõsortio p̃diti/ & honoris & potestatis. sed exordiũ ab vnitate ꝓficiscit: vt ecc̃lia Xp̃i vna mõstret. Et in c. quia ex sola. eadẽ cã & q̃sti. vbi dr̃. Nisi q̃s fidei soliditatẽ tenuerit: diuinã p̃ntiã non agnoscit. De qua soliditate dñs dicit. Super hãc petrã ędificabo ecc̃liam meã. Sola q̃ppe ẽ: per quã sacrificiũ dñs accipiat libẽter/ q̃ pro errãtib⁹ intercedat fiducialiter. Et in c. sacrosctã. in prĩc 22. dis. vbi dicit. sacrosctã Romana & ap̃lica ecc̃lia: nõ ab ap̃lis sed ab ipso dño & saluatore nr̃o primatũ obtinuit: sicut beato Petro ap̃lo dixit. Tu es Petr⁹: & super hãc petrã ędificabo ecclesiã meã. Hæc tex. Ex p̃missis igit textib⁹ & alijs q̃ allegari potuissent/ liq̃t dñm & saluatorẽ nr̃um his verbis. Tu es Petr⁹ &c. vnitatẽ & primatũ Romanę ecc̃lię. i. vnitatẽ vniuersalis ecc̃lię apud Petrũ. i. Romanã sedẽ subsistere declarasse. Et ideo dicit iperator i ep̃la reddẽtes honorẽ. cui⁹ ep̃lę suscriptio ẽ Victor Iustinian⁹. C. de. sũ. tri. & fi. ca. Romana ecclesia caput ẽ oĩm sãctorũ ecclesiarũ. Et idẽ fatet iperator in auctẽ. de eccle. titu. in prĩci. colla. 9. Constat enĩ vniuersalẽ ecclesiã ideo vnã: quia in vniuersali ecclesia est vnũ caput supremũ cui oẽs obedire tenentur/ scilicet Papę. hoc illo statuẽte/ per quem reges regnant/ & legũ cõditores iusta decernunt. Est enĩ ecclesia militans exemplata diuinitus a triũphante. dicente Io. in apo. 21. Vidi Hierusalem sanctam nouã descendentem de cœlo. &c. Et Moysi dictũ est exo. 25. q̃ oĩa faceret secundũ exemplar sibi mõstratũ in monte. Cũ igitur in ecclesia triũphãte sit vnus princeps cuius obedientię tota ipsa ecclesia perfectissime est subiecta/ scilicet deus: necessario sequitur toti militanti vnum supremum principem pręsidere/ scilicet Papam cuius p̃ceptis omnes obedire tenentur. Ita dicit glosa (cuius hęc verba sunt in cle. ad nostrum. in verbo ecclesiæ. vbi etiam de hoc primatu Romanę ecclesię diffusius loquitur) de heret. h ❡ Et portæ inferi non pręualebunt aduersus eam. Hinc dicit textus in c. A recta. in si. 24. q̃stione. 1. Mater omnium ecclesiarum Christi Romana ecclesia per dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunq̃ errasse probatur/ nec hereticis prauitatibus deprauata succubuit: sed vt in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi

ptincipibus/illibata fide tenus manet. Et in c. sede apostolica. eadem causa & qsti. dicit tex. In sede apostolica extra maculã semper est catholica seruata religio. Et in c. Hæc est fides. versi. fina. eadẽ causa & qsti. dicit tex. Sancta Romana ecclesia semper immaculata permansit domino prouidente/& beato apostolo Petro opem ferente in futuro manebit sine vlla hæreticorũ insultatiõe/atq; firma & imobilis ol tẽpore persistet. Hæc tex. i ℭSi peccauerit .&c. Huius sententię annotationes videantur. §. in verbo Corripere.

mat. 18. b. ℭSi peccauerit [i] in te frater tuus/vade: & corripe eũ inter te & ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te nõ audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos / vt in ore duorum vel triũ testium stet omnẽ verbum. Quod si nõ audierit eos: dic ecclesię. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

1. cori. 11. e ℭNunquid domos habetis ad manducandum & bibendum: aut ecclesiam dei contemnitis/& confunditis eos qui non habent?

1. cori. 15. b ℭEgo sum minimus apostolorum (ait Paulus) qui nõ sum dignus vocari apostolus: quoniam persequutus [k] sum ecclesiam dei.

2. cori. 11. f ℭFui (dicebat Paul⁹) in frigore/ & nuditate: pręter illa quę intrinsecus sunt instantia mea/quotidiana solicitudo [l] omnium ecclesiarum.

ephe. 1. d. ℭDeus dedit Christũ caput super omnem ecclesiã quę est corpus ipsius et plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.

ephe. 5. d. ℭMulieres viris suis subditę sint / sicut domino: quoniam vir caput [m] est mulieris / sicut Christus [n] caput est ecclesię / ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus.

ephe. 5. e. ℭViri diligite vxores vestras: sicut et Christus dilexit ecclesiã/ & seipsũ tradidit pro ea vt illã sanctificaret/ mundans eam lauacro aquæ in verbo vitę / vt exhiberet [o] ipse sibi gloriosam ecclesiam nõ habentẽ maculam aut rugam/aut aliquid huiusmodi/ sed vt sit sancta & immaculata: ita & viri debent diligere vxores suas/vt corpora sua.

k ℭ Quoniã persecutus sum ecclesiam dei. Viderint qui ecclesiam persequũtur q̃ sibi timere debeant: cũ Paulus (de quo dñi voce dictũ erat. Vas electionis erit mihi iste) dicat se nõ dignũ vocari apostolũ/quia persecutus est ecclesiam dei. Vt aũt sciatur qui ecclesiã persequi dicantur: sufficiat imp̃sentiarũ bonus tex. vtpote qui huic nr̃o tempori multũ congruat/in c. clericis laicos. in princ. de imu. eccle. li. 6. vbi dicit. Clericis laicos infestos oppido/tradit ãtiquitas/ quod & præsentiũ experimẽta tẽporũ manifeste declarãt: dum suis finibus non cõtẽti nitũtur in vetitũ/ ad illicita frena relaxant/nec prudenter attendũt q̃ sit eis in clericos ecclesiasticasve personas & bona/ interdicta potestas/ ecclesiarũ prælatis/ ecclesijs/ ecclesiasticisq; personis regularibus & secularibus imponũt onera grauia ipsosq; talliant & collectas eis iponunt/ ab ipsis suorũ puẽtuũ vel bonorũ dimidiam/ decimã/ seu vigesimã/ vel quãuis aliã portionẽ aut quotã exigunt et extorquent: eosq; moliuntur multipharię subijcere seruituti/ sueq; submittere ditioni. Et (quod dolenter referimus) nõnulli ecclesiarum prelati ecclesiasticeq; personæ trepidantes vbi tripidãdũ non est/ transitoriã pacẽ q̃rentes/ plus timẽtes maiestatẽ temporalẽ offendere q̃ ęternã: taliũ abusibus nõ tã temerarie q̃ improuide acquiescunt/ sedis apostolicę auctoritate seu licentia non obtenta. Hæc tex. vbi glo. in verbo æternã: animat p̃latos in persecutores ecclesiæ: dicens. Faciãt p̃lati ecclesiarũ q; sint imitatores Nabuthe qui vineã suam cruore defendit: & imitentur Ambrosiũ dicentem. Vultis in vincula rapere/ vultis in mortem? voluntas est mihi. pro altaribus gratia immolaboe. A quibus aũt oneribus esse debeant immunes ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ / & de pœna eorum qui contrarium moliuntur: text⁹ est amplus in c. 1. & in d. c. clericis. & in c. fi. de immu. eccle lib. 6. & in c. Aduersus. & in c. non minus. eodem ti. in antiq. & in l. placet. vbi satis late per p̃ceptorem meum Iasonem. C. de sa. eccle. & in l. 2. & Auctẽ. item nulla cõmunitas. C. de epis. & cleri. Aduertendum est tamen/ q; pœnæ censurarũ ipso facto/ quę in imponentes & in prelatos cõsentientes imponentibus tallias/ decimas/ seu alia onera bonis seu ecclesiasticis personis impositę erant: per d. c. clericis. sunt hodie sublatę per cle. vnicam. eodem titulo. pœnis statutis in c. aduersus. & in c. Non minus in suo robore permanentibus. vt scilicet incidant in excommunicationem/ posteaq̃ commoniti desistere noluerint: nec communioni reddantur / donec satisfactionem fecerint competentem.

l ℭ Solicitudo omnium ecclesiarum. Papa est vocatus in plenitudinem ecclesiasticæ potestatis & ea consequẽti in vniuersalem solicitudinem: alij vero prelati sũt vocati in partem solicitudinis. Textus est vbi hęc probantur in c. ad honorem. de aucto. & vsu. pal. & in c. Qui se scit. 2. questi. 6.

m ℭ Vir caput est mulieris. Videatur quod annotatum est. §. in verbo Caput. r. sed ibi dictis addatur textus in c. fina. 33. questi. 6. vbi dicitur. Vbi melius viuit mulier q̃ vir: capite deorsum pendet domus. Si enim caput est vir: melius debet viuere q̃ mulier/ & p̃cedere in omnibus bonis factis vxorem suam. Cętera quę addi possent videantur in verbo Mulier.

n ℭ Christus caput est ecclesię. Idem dicit textus citans apostolum in c. vnico. col. 2. de sacra vncti. vbi etiam dicitur q; ecclesia est corpus Christi. & idem habetur in c. engeltrudam. in fi. 3. q 4. Et ideo dicit notabiliter Panor. in c. significasti. col. 2. de elec. q; omnes fideles vrbis constituunt vniuersalem ecclesiam: cuius caput & sponsus est Christus/ papa aũt est vicarius Christi & non vere caput ecclesię. Et ideo papa mortuo: ecclesia non est sine capite. prout etiam notat in terminis glosa in cle. ne Romani. in verbo non consonam. de elec.

o ℭ Vt exhiberet. Quomodo Christus exhibuerit ecclesiam: est textus in cle. 1. paulo post princ. de sũ. tri. & fi. ca. vbi dicitur. Christus emisso iam spiritu perforari lancea sustinuit latus suum: vt exinde profluẽtibus vndis aquę & sanguinis/ formaretur vnica & immaculata ac virgo sancta mater ecclesia/ coniunx/ Christi/ sicut de latere primi hominis soporati Eua sibi in coniugium est formata. vt sic certę figurę primi & veteris Adę qui secundum apostolum est forma futuri: in nostro nouissimo Adam id est Christo veritas responderet. Hęc textus.

p ℭ Non habentẽ maculã aut rugã. Circa hęc verba bonus est tex. Hieronymi in c. ecclesia. de pœni. dis. 1. vbi dicit. Ecclesia Christi est: nõ habens maculã neq; rugã aut aliquid istiusmodi. Qui ergo peccator est aliqua sorde maculatus: de ecclesia Christi non potest appellari. possibile aũt est/ vt quõ ecclesia Christi q̃ pri⁹ rugam habuit & maculam & immũditiam/ & postea restituta est: ita & peccator currat ad medicum. quia non habẽt opus sani medico/

ſed male habentes: vt curentur vulnera ipſorum/ & fiant de eccleſia quæ eſt corpus Chriſti. Hæc textus.

q ¶ Chriſtus eſt caput corporis eccleſiæ. Videant annotata .§. eodē .n. r ¶ Si quis domui. &c. Hæc ſententia ſatis elucidat per textū in c. ſicut. in fi. 47. diſtinc. vbi dicit. Iure qui domui ſuę neſcit pēſſe: in epiſcopū ordinari prohibet. quia qui in re minima de qua ſibi familiarior debet cura ineſſe/ fidelis non eſt: quō in eccleſia dei vbi tot ſunt & alieni/ ſolicitā diligentiā adhibebit? Hæc tex. s ¶ In domo dei quæ eſt eccleſia. Quod eccleſia in ſacra ſcriptura dicat domꝰ dei/ & de alijs eccleſiæ noībus: eſt etiā bonꝰ tex. in c. Oībus. 24. q. 1. vbi dicit. Domus dei dicit ædificari ſupra firmā petrā: q vinea q colūba appellatur/ quæ ſpōſa pulchra ſine ruga & macula/ hortus concluſus/ fons ſignatꝰ/ & paradiſus cum fructu pomorū. Quę domꝰ etiam claues accepit ac poteſtatē ſoluēdi & ligādi. Hanc domū ſi quis corrigentē/ corripientē q contēpſerit: ſit tibi (inqt) ſicut ethnicus & publicanus. De hac domo dicit. Dñe dilexi decorē domꝰ tuę: & locū habitationis gloriæ tuę. et Qui habitare facit vnanimes ī domo. et Lętatus ſū in hijs quæ dicta ſūt mihi: in domū dñi ibimus. & Beati qui habitāt in domo tua dñe: in ſęcula ſęculorum laudabunt te. Hæc tex.

¶ Chriſtus eſt caput corporis [q] eccleſię qui eſt principium: primogenitus ex mortuis/ vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens. coloſ. 1. c.

¶ Si quis [r] domui ſuę bene pręeſſe neſcit: quomodo eccleſię dei diligentiam habebit? 1. tio. 3. a.

¶ Hęc ſcribo fili Timothee: ſperans me venire ad te cito. Si autem tardauero: vt ſcias quomodo oporteat te in domo dei [s] cōuerſari quę eſt eccleſia dei viui/ colūna & firmamentum veritatis. 1. tio. 3. d.

¶ Si quis fidelis habet viduas [t]/ ſubminiſtret illis: vt non grauetur eccleſia/ vt his quę vere viduę ſunt ſufficiat. 1. tio. 5. c.

¶ Cum conſtituiſſent Paulus & Barnabas per ſingulas [v] eccleſias preſbyteros/ & oraſſent cum ieieiunationibus [x]: commendauerūt eos domino in quem crediderunt. actuū. 14.

Edere comedere.

¶ Non licet nobis (ait Tobias) aut edere [y] ex furto aliquid: aut contingere. tho. 2. d.

¶ Superbo oculo/ & inſatiabili corde: cum hoc [z] non edebam. pſal. 100 a

¶ Qui edunt panem fatui [a]: falſę linguę ſunt.

¶ Qui edunt [b] me (inquit ſapientia) adhuc eſurient: & qui bibunt me/ adhuc ſitient. eccl. 20. c. 24. c.

¶ Quis plantat [c] vineam: & de fructu eius non edit? 1. cori. 9. b

¶ Qui in ſacrario [d] operantur: quę de ſacrario ſunt edunt. 1. cori. 9. b

t ¶ Viduas. Videātur ānotata in verbo vidua. v ¶ Per ſingulas eccleſias. De iure etiā hūano ſingulis eccleſijs ſinguli pſbyteri dñt pēſſe: ita q vnus in duabus eccleſijs pſici non debet. prout eſt textus in c. Adhæc. in c. pterea in c. cū non ignores. in princ. & in c. de multa. cū ſimilibus. de pręben & in c. ſanctorū. & ibi glo. ponit hanc regulā. 70. diſ. Hæc regula fallit in ſex caſibus enumeratis per glo. 21. q. 1. in ſūma. Primus: qn̄ eccleſiæ tenues ſūt/ & propterea ſimul vniūtur. Tex. eſt in c. vnio. 10. q. 3. Secūdus: quando vna eccleſia datur in titulū/ & alia datur in commendā. Textꝰ eſt in c. qui plures. 21. q. 1. & in c. dudū. 2. de elec. Tertius eſt: qn̄ papa diſpenſat. quia ex cauſa poteſt diſpenſare: etiā vt plures dignitates/ perſonatus/ aut parociales eccleſię teneant. c. de multa. in fi. de pben. Quartus eſt: quando eccleſiæ ſeu beneficia eſſent ſimplicia/ & vnū per ſe non ſufficeret. quia cū epi diſpenſatione plura teneri poſſent. Ita Panor in c. cū iam dudū. in fi. col. de pben. Quintus eſt: propter raritatē hominū volētiū alicui eccleſiæ deſeruire. Tex. eſt in c. 1. in fi. & ibi glo. 21. q. 1. Et Sextus eſt: qn̄ vna eccleſia dependet ab altera. c. extirpandę. §. quia vero. de pręben. Pręmiſſi ſex caſus: in ſubſequētibus quatuor carminibus complectuntur. Eccleſias plures nullus de iure tenebit. Dependens/ tenuis/ rarus/ vel gratia Papæ/ Vtilitas vrgens/ & commendatio iuſta/ Plures eccleſias permittunt iſta teneri. Cætera q hic dici poſſent niſi prolixitati eſſet occurrendū: videantur per ſolennē repe. Panor. in d. c. Extirpandæ. §. quia vero. de pben. Notet tamē q incommoda ex eccleſiarum ſeu beneficiorum pluralitate in eadē perſona diſpenſatiue cōceſſa plerū q contingunt. inter cętera enim incōuenientia/ ſubſcripta ſequūtur. q videlicet interdū vnus qui vnicū quis modicū vix officiū implere ſufficeret/ plurimorū ſibi vendicat ſtipendia: quę multis literatis viris puritate ac teſtimonio bonę famę pollentibus qui mendicant/ poſſent abūde ſufficere/ ęqua diſtributione collata. Habentibus ipſa. parat vagandi materia. diuinus cultus minuitur. hoſpitalitas in ipſis beneficijs debita non ſeruatur. Et dū non ſunt ſui in vnaqua q regione rectores/ eccleſiarū detrahitur cōmodis & honori: q carentes defenſorum auxilio/ in iuribus ſuis & libertatibus multipliciter collabuntur. & ruinis patent ędificia nobilia: quę magnificentia extruxerat deceſſorū. Et quod amarius eſt dolendū/ animarum cura negligitur: & vitiorū ſentibus fomentum periculoſe pbetur. Ita dicit tex. in extrauagāti excecrabilis. de pręben. vbi ſubiungitur cōſtitutio qua ſupra memoratis incōmodis occurri poſſit. quam non tranſcribo: tum quia nota/ tum quia diffuſa eſt.

x ¶ Cum ieiunationibus. de ieiunio apoſtolorū dicetur infra in verbo Ieiunium.

y ¶ Aut edere ex furto. Videantur annotata in verbo furtum.

z ¶ Cum hoc non edebam. Cum quibus iure humano prohibeamur edere: annotatum eſt ſupra in verbo Cibus. s. vbi videatur.

a ¶ Falſę linguę ſunt. Et propterea alienum eſt a charitate/ edere panem fatui. quippe cum tunc conuiuia ex charitate veraciter prodeant/ cum in eis nulla abſentium vita mordetur/ nullus ex irriſione repræhenditur. dicit textus in c. Conuiuia cōmunia. 44 diſtinc.

b ¶ Qui edunt me: adhuc eſurient. Simile videtur quod dicitur in apocalypſi. Qui iuſtus eſt & iuſtificetur adhuc. De quo dicto eſt textus in c. quantūlibet. in fine. 47. diſtinc.

c ¶ Quis plantat vineam. &c. Facit bonus textus in c. cum ex officij. de præſcrip. vbi dicitur. Contra procurationem quæ ratione viſitationis debetur/ pręſcribi nequit: quia ſecūdum apoſtolum/ qui ſpiritualia ſeminat nō eſt magnum ſi metat carnalia. cum nemo cogatur ſuis ſtipendijs militare.

d ¶ Qui in ſacrario operantur. Lex enim dei præcepit. vt qui altario deſeruiunt/ paſcantur de ipſo. dicit textus iſti ſententiæ conformis/ in c. Ex his in fi. 12. queſti. 1. Et qui ad onus eligitur: repelli non debet a mercede. Vnde & clerici viuere debent de pīmonio Ieſu Chriſti cuius obſequio deputantur. dicit textus in c. cum ſecundum apoſtolum. in princ. de præben. Cętera videantur. ĩ. in verbo Euangeliū. 1.

e ¶ Edictū. Iure hūano edictū tripliciter sumi solet. Quādoq; pro lege gñali/seu pro pcepto regis vel alteri⁹ legē generalē cōdendi potestatē habētis. tex. ē in l. digna vox. in fi. C. de legi. Et ita sumi pōt in tribus subscriptis sententijs. Quādoq; sumitur pro citatione. Tex. est cū glo. in c. qm̄ freqnēter. §. in alijs. versi. Si vero post tēpus vt li. nō cōtes. & in l. Et post edictū. cū multis similibus. ff. de iudi. Et qñq; sumitur pro ordinatione seu constitutione rectorū seu magistratuū cuiuslibet cōmunitatis seu ciuitatis. Et ita sumitur in. §. ptorū quoq; edicta. insti. de iure na. gen. & ciui. Et istis duobus modis hoc loco non sumitur.

1. esdre. 5. c **Edictum.** ¶ Anno primo Cyri regis Babylonis/Cyr⁹ rex proposuit edictum [e]: vt domus dei ædificaretur.

luce. 2. a. ¶ Exijt edictum [f] a Cesare Augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hęc descriptio facta est a pręside Syrię Cyrino: & ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem.

heb. 11. c. ¶ Fide Moyses natus/occultatus est mensibus tribus a parentibus suis/eo q; vidissent elegantem infantem: & non timuerunt regis edictum.

geñ. 2. d. **Edificare & Edificatio** ¶ Aedificauit [g] dominus deus costā quam tulerat de Adam/in mulierem: & adduxit eam ad Adam.

geñ. 4. c. ¶ Aedificauit [h] Cain ciuitatem: vocauitq; nomen eius ex nomine filij sui Enoch.

iosue. 6. d ¶ Maledictus vir coram domino qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Hierico. In primogenito suo fundamenta illius iaciat: & in nouissimo liberorum ponat portas eius.

iob. 22. d. ¶ Si reuersus fueris ad omnipotentem/ædificaberis: & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo.

psal. 126. a ¶ Nisi dominus [i] ædificauerit domum: in vanū laborauerunt qui ædificant eam.

puer. 14. a ¶ Sapiens mulier ædificat domum suā: insipiens extructam quoq; manibus destruet.

eccl. 21. b. ¶ Qui ædificat [k] domum suam impendijs alienis: quasi qui colligit lapides suos in hyeme.

hiere. 1. b. ¶ Ecce constitui [l] te (ait dominus ad Hieremiam) hodie super gentes & super regna: vt euellas & destruas/& disperdas/& dissipes/& ædifices/et plantes.

hiere. 22. d ¶ Vę qui ædificat [m] domū suam in iniustitia: & cœnacula sua nō in iudicio. Amicum suum opprimet frustra: & mercedem eius nō reddet ei. Qui dicit/ædificabo mihi domū [m] latam & cœnacula spaciosa: qui aperit sibi fenestras/& facit laquearia cedrina/pingitq; synopide.

hiere. 29. b ¶ Aedificate domos & habitate: & plātate hortos/& comedite fructum eorum.

abaccuk 2. ¶ Vę qui ædificat ciuitatē in sāguinib⁹: & pręparat vrbē in iniquitate.

roma. 14. d ¶ Quę ædificationis sunt: inuicem custodiamus.

roma. 15. a ¶ Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat [mm] in bonum ad ædificationem.

f ¶ Exijt edictū a Cęsare Augusto. Archi. in c. magnū. 11. q. 1. dicit q; solutio tributi primo facta est sub Cæsare Augusto: a quo exijt edictum. &c.

g ¶ Aedificauit deus costā. De ratiōibus hui⁹ ædificatiōis de costa Adā in mulierē: videat diffusa annotatio. s. in verbo Adā. h.

h ¶ Aedificauit Cain ciuitatē. Videat quod annotatū. s. in verbo Ciuitas. in prima ānotatiōe. & ibi dictis addatur q; de iure cōmuni possūt homines de per se absq; principis auctoritate ædificare seu cōstruere ciuitatem. Bonus est tex. in l. opus nouū. in princ. ff. de ope. publi. & ita tenet Inno. in c. cum ab ecclesiarū. col. 1. de offi. ordi. Bar. ī l. Ex hoc iure. col. 3 ff. de iusti. & iure. in l 2. in fi. ff. de verbo. signifi. & ī l. fi. ff. de colleg. illi. Quod est verū: nisi ędificaret ciuitas ad æmulationē alterius ciuitatis. tunc enī nō liceret. tex. est in d. l. opus. & est glo. in verbo dñij. in l. per prouīcias. C. de ędif. priua. Vl nisi fieret ī loco limitropho. idest in limitibus imperij. quia tunc principis auctoritas requirit. Tex. est ī l. quicūq; castellorū. C. de fundis. limi. lib. 11.

i ¶ Nisi dñs ędificauerit domū. &c. Huic sententiæ facta est annotatio. s. in verbo dom⁹. q. vbi videat. k ¶ Qui ędificat domū suā īpedijs alienis. &c. Hęc sētētia declarata ē. s. ī ver. dom⁹. v. vbi videat. l ¶ Ecce cōstitui te. Circa hāc sentētiā videat tex. in c. Qui ecclesiasticis. §. Ecce. in pric. & versi. hinc etiā dñs. 36. distinc. vbi dicit. Sacrarū literarū oportet episcopū habere peritiā. hinc dñs prius posuit verba sua in ore pphetę: & postea cōstituit eū super gentes & regna/dicens ad Hieremiā. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gentes & regna. Et in c. solitæ. col. 2. de maio. & obe. vbi papa ad imperatorē scribens dicit. Potuisses prerogatiuā sacerdotij ex eo potius intelligere quod dictū est/nō a quolibet sed a deo/nō regi sed sacerdoti/nō de regis stirpe sed de sacerdotali prosapia descendēti. Ecce cōstitui te super gentes & regna: vt euellas & dissipes/ędifices & plātes. Hæc tex. Istud aūt/euellere scilicet & dissipare vitia/ędificare & plātare virtutes: incūbit psertim epīs & cæteris aiarū curā hñtibus. put est tex. in c. sit rector. & in c. fi. 43 distinc. & in c. qto. de his quæ fiunt a plā. sine cōsen. capi. & in c. 2. de offi. leg. lib. 6. cū similib⁹. m ¶ Aedificat in iustitia. Aedificare aūt in iustitia/idest de bonis suis iusteq̄sitis domos sūptuosas: hois est magnanimi. Tex est no. in l. 2. in fi. C. de pdi. & oibus reb⁹ naui. li. 11. Aedificare vero nō solū is qui nouū opus molitur intelligēdus est: verum is quoq; qui vult reficere. Ita dicit textus in l. 2. in fi. ff. de inferen. Quandoq; tamen vt in materia stricta reficere differt ab ędificare. prout est bonus tex. ī l. 3. §. reficere. ff. de iti. ac. q; priua. vbi dicitur. Reficere sic accipimus: ad pristinam formam/iter/& actum reducere. hoc est: ne quis dilatet/aut producat/aut deprimat/aut etiam exaggeret. Aliud est enim reficere: lōge aliud facere. Hæc textus.

mm ¶ Placeat in bonum. Placere aūt in malum non licet: dicente Apl'o. Si hominibus placerem: Christi seruus non essem. de quo dicetur in verbo Placere.

n ℭScientia inflat. &c. Et ideo imperfectũ scientiæ supplet perfectio charitatis. dicit tex. huic apostolicę sententiæ innitens in c. nisi cũ pridẽ. §. pro defectu. de verbo. signifi. o ℭ Cũ conuenitis vnusquisq̧ vestrũ. &c. Pro reuerentia dei & sacerdotũ constituit synodus: vt (quia solent crebro mensis ociosæ fabulæ interponi) omni sacerdotali conuiuio quo simul sacerdotes conueniũt/ lectio diuinarũ scripturarũ immisceatur. Per hoc enĩ & aĩæ ędificantur ad bonũ: & fabulæ non necessariæ phibent. Ita dicit tex. quo hęc sentẽtia potest elucidari/ in c. pro reuerentia. 44. distinc. & eandem declaratione & aliquãto diffusiorem sentit tex. in c. Quando aũt veniũt. eadem distinc. de quo dictũ est. s. i verbo Conuiuiũ. f.

ℭDei sumus adiutores: dei agricultura estis/ dei ædificatio estis. 1. cori. 3. b

ℭScientia [n] inflat: charitas vero ædificat. 1. cori. 8. a

ℭCum conuenitis [o] / vnusquisq̧ vestrum psalmum habet/ doctrinam habet/ apocalypsin habet/ linguam habet/ interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. 1. cori. 14 e

ℭScimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur: q̧ ędificationem ex deo habemus domum non manufactam/ sed æternam in cœlis. 2. cori. 5. a

ℭHęc absens scribo: vt non pręsens durius agam secundum potestatẽ quam dominus dedit mihi in ædificationem/ & non in destructionem. 2. cori. 13. c

ℭSi quę [p] ego destruxi/ iterũ hęc reędifico: pręuaricatorẽ me cõstituo. gala. 2. d.

ℭIn Christo Ihesu omnis ædificatio constructa crescit [q] in templum sanctũ in dño: in quo & vos coędificamini in tabernaculũ dei in spũ sãcto. ephe. 2. d.

ℭChristus dedit quosdam [r] quidẽ apostolos/ quosdam autem prophetas/ alios vero euangelistas/ alios autem pastores/ & doctores ad consummationem sanctorũ in opus ministerij/ in ædificationẽ corporis Christi. &c. Et latius supra in verbo doctor. ephe. 4. c.

ℭConsolamini inuicem: & ædificate alterutrum sicut & facitis. 1. thess. 5 b

ℭSicut rogaui te vt remaneres Ephesi (ait Paulꝰ ad Timotheum) cum irẽ in Macedoniam: vt denunciares quibusdam ne aliter docerent neq̧ intenderent fabulis & genealogijs interminatis/ quę quęstiones pręstãt magis q̃ ædificationem dei quę est in fide. 1. tio. 1. a.

Edituus. ℭLeuitę qui lõge [s] recesserunt a me in errore filiorum Israel (dicit dominus deus) & errauerũt a me post idola sua/ & portauerunt iniquitatem suã: erunt in sanctuario meo æditui [t]/ & ianitores portarum domus/ & ministri domus. eze. 44. c.

ℭDisperdam nomina æedituorũ cũ sacerdotibus (dicit dominus) & eos qui adorant super tecta militiam cœli. &c. sopho. 1. b

Educare. ℭQuos educaui [v] & enutriui: inimicus meus consumpsit eos. thren. 2. in fine.

ℭVos patres nolite ad iracudiã prouocare filios vestros: sed educate [x] ephe. 6. a.

p ℭ Si quæ ego. &c. Tex. est bene conformis in c. pœnitentes. iuncto princ. c. sequẽtis. de pœni. distic. 3. vbi dicit. Pœnitẽtes (si tñ estis pœnitẽtes & non potius irridentes) mutate vitã/ recõciliamini deo: & vos cũ catena pascetis. Qua (inquis) catena? (qua ligaueris in terra: erũt ligata i cœlo. Audis ligaturã: & deo putas facere impostură. pœnitẽtiam agis/ genua figis: & rides & subsannas patiẽtiã dei. si pœnitẽtiã agis/ pœnites: si nõ pœnites/ pœnitens non es. si ergo pœnites: cur facis quod male fecisti? Si fecisse pœniteat: noli peccare. si adhuc facis: certe non es pœnitens. Irrisor enim est/ nõ pœnitẽs: qui adhuc agit quod pœnitet/ nec videt deũ poscere subditꝰ/ sed subsannare superbꝰ. Hęc tex. Et idẽ pbat in c. inanis. in c. qui admissa 1. & 2. i c. lauamini. i c. baptizantur & in c. incassum. eadem distinc.
q ℭ Crescit in templũ. &c. Qui enĩ Christũ nouit/ nihil vltra q̃rat q2 hic est perfecta virtus & sapientia. & quicquid alibi q̃rit: hic perfecte inuenit. Qui inq̃ Christũ nouit: thesaurũ sapiẽtiæ & scientiæ inuenit. & ideo satis potest crescere. Ita dicit tex. in c. legimus. in fi. 37. distinc.
r ℭ Quosdã quidẽ apostolos. Tex. est quo huius sententię elicitur effectus/ in c. sicut. & in c. cũ ex iniũcto. de hęre. de quo dictũ est. s. in verbo doctor. o. s ℭ Longe recesserũt a me. Secus si nõ recessissent. tunc enĩ inter ęditu os seu ianitores nõ fuissent annũerandi. Est enim leuitarũ seu diaconorũ officiũ honorabile in ecclesia dei: vt ꝓpte cũ primũ post ꝑsbyteros locũ sortiatur. c. statuimus. in princ. de maio. & obedi. Et est bo. tex. i c. nõ oportet. 93. distic. vbi dicit. Nõ oportet diaconũ corã ꝑsbytero sedere: sed iussione ꝑsbyteri sedeat. Similiter aũt diaconus honorẽ habeat a sequẽtibus: idest a subdiaconibus & ab omnibus clericis. t ℭ Aeditui & ianitores. Dauid cũ ministeria domꝰ dñi ampliaret: ianitores istituit. Et hoc in nouo testamẽto ecclesia imitata habet ianitores suos: quos ostiarios appellamus. Ita dicit tex. 21. distic. in princ. in versi. postea vero. & in versi. hęc oia. Ostiarij aũt. s. ianitores/ in veteri testamẽto electi sunt ad custodiam templi: vt nõ ingrederet in illud immũdus in oi re. Dicti aũt sunt ostiarij: q ꝑsunt ostijs tẽpli. Ipsi enĩ tenẽtes clauẽ oia intus extraq̧ custodiũt: atq̧ inter bonos & malos hñtes iudicium/ fideles recipiũt/ & respuũt infideles. Ita dicit tex. in c. cleros. in fi. eadẽ. distinc. & idẽ pbat tex. in c. perlectis. versi. Ad ostiariũ. 25. dis. Et ideo ostiarius cũ ordinat/ posteaq̃ ab Archidiacono fuerit instructꝰ qualiter in domo dei debeat cõuersari: ad suggestionẽ Archidiaconi tradat ei epũs claues ecclesię/ de altario dicẽs ei. Sic age/ sic viue: q̃si redditurus deo rõnẽ p his rebꝰ q̃ his clauibꝰ recludũtur. Hæc tex. in c. Ostiarius. 23 distinc. Isti itaq̧ ianitores dicuntur etiã æditui: q2 ędes tuent. §. 1. insti. de tute. l. 1. §. 1. ff. eodẽ. Appellãtur etiã custodes ędiũ. tex. est in c. Qualis. i fi. 8 q. 1. v ℭ Educari. Iure hũano educare nõ dr/ q ea sola ꝑstat q̃ ad cibos & potꝰ sũt necessaria: nisi etiã cętera q̃ ad victũ necessaria sũt/ vt vestiariũ/ calciariũ/ & hitationẽ: exhibeat. tex. est i l. fi. ff. de ali. & ciba. lega.
x ℭ Educate illos. Sic ergo videt q̧ filij apud p̃rem sint educãdi. Quod verũ est in filijs triẽnio maioribs. Triẽnio et minores: apud m̃rem sũt educãdi. l. Nec filiũ. C. de pa. po. & notat. glo. i c. a. in verbo triẽniũ. de cõuer. infide. vbi ponit hoc distychon. Mr alit puerũ trimũ/ trimoq̧ minorẽ. Maiorẽ vero pascere: pr̃ is erit. Si tñ pr esset paup/ & mr diues: cogeret mater educare filios etiã maiores. l. 1. §. Mulier. ff. de libe. agnos. & ẽ bo. tex. in hac materia/ in Auctẽ. Si pater. C. diuor. fac. apud quẽ liberi morari vel educari debeant. vbi dicitur. Si pater cãm diuortij ꝑstiterit: apud ma

trē ad secūda vota nō veniētem liberi nutriātur pr̄is expēsis. Si vero ecōtra: tūc apud pr̄em/ m̄ris expēsis/ nisi pater minus idoneus sit. tūc em̄ apud matrē locupletem alentur. Nam & locupletes filij coguntur matrem egentē alere. Hęc textus: qui pcedit & locū habet qualitercūq₃ fiat diuortiū/ siue de iure siue de facto. Vnde si propter adulterium mariti/ matrimoniū separaṫ quoad thorū: filij debēt ali a patre/ siue apud matrē patris expēsis. & idem: si pater de facto relinqueret vxorē suā. Ita dicit Panor. post Inno. in d. c. 2. in fine. de conuer. infide. vbi tex. loquens de patre ad fidē cōuerso/ matre in Iudaismo remanēte/ dicit filiū apud patrē educandū. quod dictū doctores intelligūt nedū in patre cōuerso: sed etiā in matre conuersa. Apud eā matrē cōuersam/ patre in Iudaismo remanēte/ filius expēsis patris esset educādus. Quod si patre & matre Christicolis pater decedat: educatio pupillorum nulli magis q̄ matri eorum (si nō victricū eis induxerit) cōmittēda est. Quādo autē iter eā & cognatos & tutores sup hoc orta fuerit dubitatio: aditus pręses pruincię/ inspecta personarū q̄titate & cōiūctione/ perpendet vbi puer educari debeat/ et apud quē morari debeat ex singulorū affectione/ & qui magis ad suspicionē ex spe successionis pprior sit extimabit. Si n autem extimauerit apud quem educari debeat: is necessitatē habebit hoc facere qd pręses iusserit. Text⁹ est vbi ista pbanṫ in l. 1. & . 2. C. vbi pupil. edu. deb.

illos in disciplina [y] & correctione domini.

1. tio. 5. b. ℭVidua eligatur [z] non minus sexaginta annorū. &c. Vt. ₇. Eligere.

3. Re. 15. b **Effeminatus.** ℭAbstulit Asa rex Iuda effœminatos de terra: purgauitq₃ vniuersas sordes idolorum quę fecerant patres eius.

Iob. 36. b. ℭMorietur in tempestate anima simulatorum & callidorū: & vita eorū inter effœminatos.

puer. 18. b ℭPigrum deijcit timor: animę autem effœminatorum esurient.

Esaię. 2. a ℭDabo pueros principes eorum (dicit dominus) & effœminati dominabuntur eis.

puer. 11. b **Effugere.** ℭEffugiet iustus de angustia.

19. a ℭTestis falsus nō erit impunitus: & qui mēdacia loquiṫ/ non effugiet [a].

Eccēs 7. d ℭQui placet deo/ effugiet [b] mulierē: qui aūt peccator est/ capieṫ ab illa.

Sapię. 1. b ℭSpiritus sanctus disciplinę effugiet fictum: & auferet se a cogitationibus quę sunt sine intellectu/ & corripietur a superueniente iniquitate.

Eccl. 16. b ℭNon effugiet [c] in rapina peccator: & non retardabit sufferentiam misericordiam facientis.

Eccl. 20. d ℭQui placet magnatis effugiet iniquitatem.

Rom. 2. a ℭExistimas hoc o homo omnis qui iudicas [d] eos qui talia agūt/ & facis ea: quia tu effugies iudicium dei?

1. thes. 5. a ℭCum dixerint pax & securitas: tūc repentinus eis superueniet interitus sicut dolor in vtero habentis/ & non effugient.

Hebr. 2. a ℭQuomodo nos effugiemus: si tantam neglexerimus salutem?

Marc. 6. b **Eger.** ℭVngebant [e] apostoli oleo multos ægros: & sanabantur.

mar. vlt. d ℭSuper ægros [f] manus imponent: & bene habebunt.

Psal. 15. a. **Egere & Egens.** ℭDixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Psal. 33. b. ℭDiuites [g] eguerunt & esurierunt: inquirentes autem dominū non minuentur omni bono.

pue. 14. d. ℭQui calumniatur [h] egentem/ exprobrat factori eius: honorat autē eū qui miseretur pauperis.

puer. 22. c ℭQui calumniatur pauperem vt augeat diuitias suas: dabit ipsi ditiori & egebit.

Eccl. 10. c ℭMelior est qui operatur & abundat in omnibus: q̄ qui gloriatur & eget pane.

Eccl. 11. b ℭEst homo marcidus egens recuperatione plusq̄ deficiens virtute/ & abundans paupertate: & ocul⁹ dei respexit illū in bono/ & erexit eū ab

y ℭIn disciplina & correctione. Alioqui pater p nō facta filij educatione in disciplina & correctione/ nōnunq̄ puniṫ. Hely enim sacerdos ipse sanctus fuit. sed quia filios suos nō erudiuit in oī disciplina & correctiōe: supinus cecidit et mortuus est. Ita dicit tex. in c. legāt. in fi. 37. distinc. & habeṫ. 1. reg. 2. vt videbiṫ infra in verbo Hely.

z ℭVidua eligatur. Hęc sentētia annotabiṫ infra in verbo eligere.

a ℭNon effugiet. supple quin puniaṫ in hoc vel altero sc̄lo. quia quisquis esse aliqd genus mendacij qd peccatū nō sit putauerit: decipiet semetipsum turpiter/ cum honestū se deceptorē arbitretur aliorum. Ita dicit textus Augustini in c. primū est. in fine. 22. questi 2. Cętera in verbo mendaciū.

b ℭEffugiet mulierē. Et ideo legitur φ beatus Augustin⁹ nec cū sorore habitare cōsenserit: dicēs. quę cū sorore mea sunt: sorores meę nō sunt. Ita dicit tex. in c. legitur. 81. distin. Cętera in verbo mulier.

c ℭNon effugiet in rapina. Est enim permissum hoiem in rapina inuentum occidere: secundum tamen ea quę dicta sunt supra in verbo domus. in. 1. annotatione.

d ℭQui iudicas eos. &c. Qui alios iudicat male agentes: si male agat/ non effugiet iudiciū dei. Bene enim docendo/ & bene viuendo: populū instruit quomodo viuere debeat. Bene autē docendo/ & male viuendo: deū instruit quomodo debeat eū condemnare. Ita dicit textus Chrysostomi in c. multi sacerdotes. 40. dist.

e ℭVngebāt Apl̄i oleo. Hęc vnctio est vnctio visibilis & exterior: de qua Iacob⁹ apl̄s ait satis cōformiter ad hāc sniam. Infirmaṫ qs ex vobis: inducat p̄sbyteros eccl̄ię & orēt sup eū vngētes eū oleo in noie dn̄i: & or̄o fidei saluabit infirmū. De quo dicto apl̄i/ & hoc oleo infirmorum: est tex. in c. vnico. circa prin. de sacra vnc.

f ℭSuper ęgros manus imponēt. Videaṫ qd istis verbis annotatū est supra in verbo credere. b.

g ℭDiuites eguerūt. &c. Huic sententię facta est annotatio supra in verbo diues. vbi videaṫ.

h ℭQui calūniaṫ egentē: exprobrat factori eius. Text⁹ est satis cōformis isti snię in l. si qs ad declinādā. in fi. C. de epis. & cle. vbi facta cōstitutione de mō distribuēdi

legata pauperib⁹ relicta: dicit tex. In oīb⁹ hmōi casib⁹ cœlestes iracūdias sacrosanctarū rerū administratores expectet: si qualecūq; lucrū ex hmōi gubernationib⁹ sibi acquisierint/ vel si hoc cōmitti ab alio cōsenserint. Hęc textus.
i ℂ Mirati sunt. Locus erat admirationi: si industriā nō haberet ex qua facultates sibi obuētas posset cōquirere/ vel si eas subito cōquisisset. Quod si ex idustria haberet/ & paulatim ex egestate ad diuitias fuisset ꝑgressus: mirādū nō esset. ꝑut in notabili casu ꝓbat textus in l. si defunct⁹. C. arbi. tu. vbi dr̄. Pupillus: debitū qd a tutore petit alijs indicijs cōprobare debet. Nā ꝙ neq; ipse/ neq; vxor ei⁹ quicq̄ ante administrationē habuerit: nō idoneū hui⁹ continet indiciū. Nec pauperibus industria augmentū patrimonij qd laborib⁹ & multis casibus q̄ritur: interdictū est.
k ℂ Qui defraudat illum. &c. Hęc sentētia diffuse satis annotata est supra ī verbo defraudare. vbi videatur.
l ℂ Non egent qui sani sunt. Similis est sentētia apd Matthęū/ Matthęi. 9. b. Istarū autē sentētiarū effectus imprimis colligi pōt ex textu in c. multi. paulo post princi. 2. questi. 1. vbi dr̄. Nō possunt hoīes in hoc mūdo manētes/ nisi cū talibus scilicet malis viuere: nec eos pn̄t lucrifacere Christo/ si eoꝝ colloquiū conuiuiūq; vitauerit. Vnde dn̄s cū publicanis & peccatoribus comedens/ nō est (inquit) necessarius sanis medic⁹/ sed male habētibus. Scdo ex textu in c. ecclesia. in fine. de peni. distin. 1. vbi dicit. Peccator currat ad medicū: quia nō habēt opus sani medico/ sed male hn̄tes: vt curent & fiāt de ecclesia q̄ est corpus Christi. Tertio ex textu in c. adhuc ꝓfldi instāt. col. 2. de peni. distic. 3. vbi habito ꝓ cōstāti ꝙ Christ⁹ multos a varijs ac diuersis & repetitis lāguorib⁹ corporalib⁹ liberauit: subiūgit. Quomō corp⁹ qd vilius est & ab ipso dissimili⁹ sępe sanaret: & aīam digniorē & redēptā nō totiēs liberaret? Medicū se vocat: & nō sanis sed male habētib⁹ oportunū. sed qualis hic esset medicus: q malū iteratū nesciret curare? medicoꝝ em̄ est cēties curare: qui cęteris minor esset si alijs possibilia ignoraret. Hęc tex.
m ℂ Oēs peccauerūt & egēt. &c. Negāt ꝓinde veritatē seducti qui se absq; peccato audēt iactare. in multis em̄ offendim⁹ oēs: nec infans vni⁹ diei absq; peccato sup terrā esse pōt. Quapropter eliminādus est ab ecclesia q vnq̄ pœnitētib⁹ negat indulgētiā. nō em̄ inquirit qd Ap̄ls senserit q dixit. Nihil mihi cōsci⁹ sum/ sed nō in hoc iustificat⁹ sum: sentiens etiā iustis peccata solere cōtingere. Ita dicit text⁹ in c. adhuc ꝓfldi instāt. col. fi. de peni. distin. 3.
n ℂ Sicut egētes. &c. Circa hāc sententiā vidēdus est bon⁹ text⁹ in c. nimis. in prin. de exces. ꝓla. vbi dr̄. Religiosi viri abnegātes salubriter semetipsos elegerūt in pauꝑtate Christo pauperi ad placitū famulari/ tanq̄ nihil habētes & oīa possidētes. Hęc tex.
o ℂ Ego ꝑcipio tibi vt aperias. Sic ergo videt ꝙ eleemosyna sit de ꝑcepto. qd verū est in duob⁹ casib⁹. dare em̄ eleemosynā de supfluo: est in ꝑcepto. & similiter dare eleemosynā ei qui est in extrema necessitate. ꝑut est tex. in c. pasce 86. disti. Alias autē eleemosynā dare est de cōsilio: sicut & de quolibet meliori bono dant cōsilia. Ideo autē supflua de necessitate ꝑcepti/ sunt erogāda: quia licet istius sunt q̄tū ad ꝓprietatē/ tn̄ etiā alioꝝ sunt q̄tū ad vsum. ꝑut est bo. tex. in d. c. sicut. col. 2. vbi Archi. ita cōcludit. Pan. tn̄ in c. 1. col. 2. de emp. & vēdi. dicit ꝙ quis in clericis bn̄ficiatis eleemosyna sit de ꝑcepto/ qa ad exercēda charitatis opera/ bn̄ficia sūt instituta: tn̄ in laicis nō est de ꝑcepto nisi respectu necessitatis. i. nisi agat de eleemosyna dāda hoī in extrema necessitate cōstituto. Idē etiā Panor. in c. cū sit. in fi. de Iudęis. addit aliū casum in quo eleemosyna est de pręcepto scilicet in officiali hn̄te iurisdictionē q pl⁹ debito extorsit. qa ad illud paupib⁹ erogādū tenet: licet sit sec⁹ in aduocato. q licet bn̄faciat restituēdo: nō tn̄ tenet. Et ita etiā trāsit Inno. in c. quia plerīq;. in. 1. colū. circa mediū. de immu. eccle. Et eodē mō videret dicēdū ꝙ vbicūq; qs ꝓ restitutione faciēda tenet ad erogādū paupib⁹. (vt in casu c. cōsuluit. & silib⁹. de qb⁹ dicet in verbo restituere.) ꝙ tūc eleemosyna est de ꝑcepto.
p ℂ In die mala liberabit eū dn̄s. Eleemosyna em̄ a pc̄cō liberat/ & crimina eleemosynis redimunt. & medicamētū forti⁹ qd maxime operat in pœnitētia est eleemosyna. Sicut enim in pręceptis medicinę medicamentum herbas multas accipit/ vnam autem dominantissimam: sic in pœnitentia dominantior illa herba & potentior est & vniuersum ipsa efficit. Audi enim quid dicit scriptura. Date eleemosynam: & omnia munda sunt vobis. Hęc sunt verba textus in c. medicina. in fi. & in c. seq. de pœni. dist. 2.
q ℂ Et beatum faciat eum in terra. Pietas enim vtilis est ad omnia: promissionem habens vitę quę nunc est/ et futurę. dicit textus post Apostolum. 42. distin. in princip. in. §. ordinandus. versi. vnde & Apostolus.

humilitate ipsius/ & exaltauit caput eius/ & mirati [i] sunt in illo multi & honorauerunt deum.

ℂ Panis egētiū/ vita pauperis est: q defraudat [k] illū/ homo sanguinis est. Ecci. 34. d

ℂ Vbi non est mulier: ingemiscit egens. Ecci. 36. d

ℂ Non egēt (ait Christus ad scribas & Pharisęos) qui sani sūt medico: sed qui male habent. Lucę. 5. f

ℂ Omnes peccauerunt [m]: & egent gloria dei. Roma. 3. c

ℂ Sicut [n] egentes/ multos autem locupletantes: tanq̄ nihil [n] habentes/ & omnia possidentes. 2. Co. 6. b

ℂ Cum essem apud vos & egerem: nulli onerosus fui/ dicebat Paulus. 2. Co. 11. b

ℂ Circuierunt alij in melotis/ in pellibus caprinis/ egentes/ angustiati/ afflicti: quibus dignus non erat mundus. &c. Et infra Sanctus. Hebr. 11. g

ℂ Gratia magna erat in omnibus apostolis: neq; enim quisq̄ egens erat inter illos. actuū. 4. g

Egenus.

ℂ Non deerūt pauperes in terra habitationis tuę (ait dominus ad Moysem) idcirco ego pręcipio [o] tibi: vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi qui tecum versatur in terra. Deut. 15. b

ℂ Dominus suscitat de puluere egenū / & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus/ & solium glorię teneat. 1. Reg. 2. b

ℂ Erit egeno spes: iniquitas autem contrahet os suum. Iob. 5. c

ℂ Mane primo cōsurgit homicida/ interficit egenum et pauperem: per noctem vero erit quasi fur. Iob. 24. b

ℂ Omnes vias domini intelligere noluerunt impij: vt peruenire facerēt ad eum clamorem egeni/ & audiret vocem pauperum. Iob. 34. b

ℂ Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die [p] mala liberabit eum dominus. Dominus cōseruet eum/ et viuificet eum/ & beatum [q] Psal. 40. a

r ¶ Iustificate.i.bonam eoꝝ causam iustitia exigēte custodite. Alioqui si bona causa nō sit: ne sitis pauperi in mala causa misericordes. quia si parcitis sacello/idest paupertati: percutitis cor. & tanto nequiorē redditis: quanto vos sibi fauere videt. Ita probat textus qui Augustini est/in c.ne amisso.23.questi.4.
s ¶ Eripite. &c. An liceat eripere egenū & pauperē.i.hoiem auxilio destitutū de manu peccatoris.i.iudicis qui eum iniuste condēnauit: dictum est supra in verbo ducere. sup illud. Erue eos qui ducunt ad mortem. vbi videatur.

faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum ei⁹ versasti in infirmitate eius.

Psal.81.a. ¶ Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate [r].

Psal.81.a ¶ Eripite [s] pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.

psal.108.c ¶ Libera me domine quia egenus & pauper sum ego: & cor meum cō turbatum est intra me.

puer.22.d ¶ Non facias [t] violentiam pauperi/quia pauper est: neq; conteras egenum in porta/quia iudicabit dominus causam eius/& configet [v] eos qui confixerant animam eius.

Eccēs.5.b ¶ Si videris calumnias egenorum & violēta iudicia/ & subuerti iustitiā in prouincia/ non mireris super hoc negocio: quia excelso excelsior est alius/et super hos quoq; eminentiores sunt alij/& insuper vniuersę terre rex imperat seruienti.

Eccl.4.a. ¶ Non auertas [x] faciem tuam ab egeno.

Esa.25.b. ¶ Fact⁹ es domine fortitudo pauperi: fortitudo egeno in tribulatione sua/spes a turbine/vmbraculum ab æstu.

Esa.41.d ¶ Egeni & pauperes quęrunt aquas & nō sunt: lingua eorum siti aruit. Ego dominus exaudiam [y] eos: deus Israel non derelinquam eos.

58.b. ¶ Frange esurienti panē tuū: & egenos vagosq; induc in domū tuā. Et diffusius supra in verbo domus.

Hier.22.d ¶ Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum. &c.

Ezec.16.f ¶ Manum egeno & pauperi non porrigebant Sodoma & Gomorra/et eleuatę sunt/ & fecerunt abominationes coram me: & abstuli [z] eas sicut vidisti.

Ezec.22.g ¶ Populi terrę calumniabantur calumniam: & rapiebant violenter egenū/et pauperē affligebāt/& aduenā opprimebant calūnia absq; iudicio.

Soph.3.c. ¶ Derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & sperabunt [a] in nomine domini.

Ioā.12.a ¶ Quare [b] hoc vnguentū non vęnijt trecentis denarijs (ait Iudas) & datum est egenis? Dixit autem hoc/ non quia de egenis pertinebat ad eū: sed quia fur erat/& loculos habens ea que mittebantur portabat.

2.Co.8.b ¶ Scitis gratiā domini nostri Ihesu Christi: qui propter vos egenus factus est cum esset diues/ vt illius inopia vos diuites essetis.

puer.3.d. **Egestas.** ¶ Egestas [d] a domo impij: habitacula autem iustorum benedicentur.

puer.6.b ¶ Si impiger fueris/veniet vt fons messis tua: & egestas lōge fugiet a te.

puer.10.a ¶ Egestatē operata est man⁹ remissa: manus autē fortiū/diuitias parat.

10.b ¶ Pauor pauperum: egestas eorum.

puer.10.c ¶ Qui indocti sunt: in cordis egestate morientur.

t ¶ Ne facias violētiam pauperi quia paup̄ est. Hoc p̄ceptum a malis iudicib⁹ persępe solet infringi. Pauper em̄ dū nō habet quid offerat in iudicio: non solum audiri cōtēmnitur/sed etiā contra veritatē opprimitur. put dicit text⁹ in c. pauper. 11. questi.3.
v ¶ Configet eos q̄ cōfixerunt aīam ei⁹. Temerariū em̄ iudiciū plerūq; nihil nocet ei de quo temere iudicatur: ei autē qui temere iudicat/ipsa temeritas necesse est vt noceat. dicit textus in c. temerarium. 11. questi.3.
x ¶ Nō auertas. Ita em̄ & iopię eius cōsules: et ad ęterna poteris gaudia peruenire. dicit text⁹ in c.cum ex eo. circa me. pe peni. & remis.
y ¶ Exaudiam eos. Pauperes ob denegatā eis a diuitibus eleemosynā/nedū dominantium dn̄s deus noster exaudit: sed etiā dn̄s terren⁹. possunt em̄ pauperes vt diuites cogant ad impartiendam eis eleemosynā/iudicis officiū iplorare: et officio iudicis diuites cōpelli ad eā dandā. put est glo. quę cōmuniter tenetur in c. exigūt. in glo. 1. in fine. 1. questi. 7.
z ¶ Manum egeno et pauperi non porrigebant. &c. et abstuli eas. &c. Facit bonus tex. in c. reuertimini. paulo ante finē. 16. questi. 1. vbi dicitur. Si quādo fames & penuria & rerū omnium egestas opprimit mūdū: sciamus hoc ex ira dei descendere qui se in pauperibus si nō accipiāt eleemosynā/ fraudari loquit̄ sua possessione. Hęc tex.
a ¶ Sperabunt in noīe dn̄i. Id est sperabūt se eleemosynā cōsecuturos facta ab eis petitione in noīe dn̄i. vt em̄ dn̄i nomē oībus tremendū venerandūq; haberi debet: sic eleemosynę largitio ad petitionē factā in noīe dn̄i est oībus ętatibus/oībus officijs necessaria/& ab oībus deferēda. nō publicanus/nō miles excipit̄: nō agricola/vel vrban⁹. diues aut pauper/oēs in cōmuni admonent̄: vt cōferāt nō habēti. Misericordia nāq;/plenitudo virtutū est: & ideo oībus proposita/perfecte forma virtutis/ne vestimētis alimētisq; suis parcāt. Misericordię tn̄ istius p possibilitate cōditionis humanę mēsura seruet: vt nō sibi quisq; totū eripiat/sed qd habet cū paupere partiat̄. Pręmissa p̄bant̄ per tex. no. in c. in singulis. 86. distinc.
b ¶ Quare hoc vnguentum. Videatur annotatio infra in verbo Iudas.
c ¶ Egenus factus est. Quod egenus p nobis factus sit dn̄s & plasmator noster Ihesus Christus: est etiā textus clarus in c. nimis. in princi. in verbo pauperi domino. de excel. pręla. & in c. gloria epi. circa medium. 12. questi. 2.
d ¶ Egestas a domino in domo impij. Facit bonus textus in l. bona fides. circa princi. ff. depositi. vbi dicitur. Male meritus: publice/vt exemplo alijs ad deterrenda maleficia sit/egestate laborare debet.

e ¶ Rapiunt non sua & semper in egestate sunt. Iure humano/rapiens non sua/semper in egestate est. Vel quia nō habet nisi aliena q̄ rapuit. & sic nulla bona dicit̄ habere. cū bona nō intelligant̄: nisi deducto alieno. l. nihil aliud. l. bonoꝝ. l. subsignatū. §. s. ff. de verbo. signi. & l. c ū autē. cū similibus. ff. de lega. 2. Vel quia qui res alienas rapit velut improbus fur: tenet̄ ad quadruplū/ad triplū scilicet pro pœna/ & ad simplū pro restitutione rerū ablatarū. & sic statim bona sua si que habeat possunt exhauriri. put hec pbant̄. insti. de vi. bonoꝝ rap. in princi. & l. 8. ff. eodem.

¶Alij diuidunt propria & ditiores fiunt: alij rapiunt[e] non sua/ & sem- puer. 11. d
per in egestate sunt.
¶Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit puer. 13. c
arguenti/ glorificabitur.
¶Vbi verba sunt plurima: ibi frequenter egestas. 14. c.
¶Noli diligere somnum: ne te egestas[f] opprimat. 20. b
¶Omnis piger in egestate est. 21. a.
¶Qui diligit epulas/ in egestate erit: qui amat vinum & pinguia/ non di 21. c.
tabitur[g].
¶Pauxillum manus cōseres vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor eges- 24. in fine
stas tua/ & mendicitas quasi vir armatus. Et infra in verbo piger.
¶Qui operatur terram/ satiabitur panib⁹: qui autem sectatur[h] ocium/ 28. c.
replebitur egestate.
¶Vir q festinat ditari/ & alijs inuidet: ignorat q̄ egestas superueniet ei. 28. d
¶Tribue tātum victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar[i] ad ne- 30. b
gandum/ et dicam quis est dominus/ aut egestate cōpulsus furer/ & per-
iurem nomen dei mei.

Egyptus & Egyptius.

¶Ioseph ductus est in Aegyptum[k]: Gen. 39. a
emitq̄ eum Putiphar eunuchus Pharaonis / princeps exercitus sui / vir
Aegyptius/ de manu Hismaelitarum a quibus perductus erat.
¶Illicitum est[k] Aegyptijs comedere cum Hebreis: & prophanum pu- Gen. 43. g
tatur huiuscemodi conuiuium.
¶Detestantur Aegyptij omnes pastores ouium. Ge. 46. ii
¶Venient legati ex Aegypto: Aethiopia preueniet manus eius deo. Psal. 67. g
¶Onus Aegypti. Ecce dominus ascēdet super nubem leuem/ & ingre- Esa. 19. a.
dietur Aegyptū: & mouebuntur simulachra Aegypti a facie eius/ & cor
Aegypti tabescet in medio eius. Et cōcurrere faciam Aegyptios aduer-
sus Aegyptios/ & pugnabit vir contra fratrem suum/ & vir contra ami-
cum suum/ ciuitas aduersus ciuitatem/ regnū aduersus regnū/ & dirum-
petur spiritus Aegypti in visceribus eius / & cōcilium eius precipitabo.
Et interrogabūt[l] simulachra sua & diuinos suos & phythones & hario-
los. Et tradā Aegyptum in manu dominorum crudelium/ & rex fortis
dominabitur eorum: ait dominus deus exercituum.
¶Vbi nunc sunt sapiētes tui: o Pharao? Annūcient & indicēt tibi quid 19. b. c. d.
cogitauerit domin⁹ exercituum super Aegyptum. Stulti facti sunt prin
cipes Thaneos/ emarcuerūt principes Mempheos: deceperūt Aegyptū
angulum populorū eius. Domin⁹ miscuit in medio eius spiritum verti-
ginis. Et errare fecerūt Aegyptū in omni opere suo: sicut errat[m] ebrius
et vomens. Et non erit Aegypto opus quod faciat caput & caudam in-
curuantem & refrenantem. In die illa erit Aegyptus quasi mulieres: &
stupebunt & timebūt/ a facie commotionis manus domini exercituum/

f ¶Ne te egestas opprimat. Vigilātibus nempe subuenitur & nō dormientibus. dicit tex. vulgatus in l. pupillus. ff. q in frau. credi.

g ¶Nō ditabitur. Videātur que annotata sūt supra i verbo ditare.

h ¶Qui sectat̄ ocium: replebit̄ egestate. Facit tex. in c. 1. colū. 3. 13. questi. 2. vbi dr̄. Vos ociosi alieno cibo pasci gaudetis: videte ne in vobis vertatur illud. Vide quid faciat ociū & alien⁹ cib⁹.

i ¶Ne satiatus illiciar. Nimia em̄ bonorum terrenoꝝ felicitate: mala volūtas velut interior hostis roboratur. c. paratus. circa mediū. 23. questi. 1.

k ¶Emitq̄ eū Putiphar Eunuchus. Pro esse ctu istoꝝ verboꝝ est bonus tex. in c. sicut Eunuchus. in princi. 1. questi. 1. vbi dr̄. Sicut Eunuch⁹ fuit qui Ioseph comparauit: ita qui gratiā mercatur/ viuū semē nō habet siccis gēitalib⁹. Hec tex.

kk ¶Illicitū est. &c. Hec sententia annotata est supra in verbo cōuiuium. 2. vbi videatur.

l ¶Interrogabunt simulachra sua. &c. Circa hec verba vidēdus est bonus textus in c. sed & illud. §. est illud. 26. questi. 3. vbi dr̄. Est & illd opprobriū: Aegypti obseruare auguria/ requirere stellarū cursus/ & euētus ex his futuroꝝ rimari/ ceterisq̄ huiusmodi superstitionib⁹ implicare. Idolatrie nāq̄ mater est egyptus: ex qua certū est opprobria huiusmodi pullulare. que si susceperis/ et his te laqueis rursus illigaueris: tecū sine dubio opprobria egypti trahis. Hec text⁹. Hinc dicit tex. in c. non obseruetis. in prin 26. questi. 7. Nō obseruetis dies qui vocātur egyptiaci/ quos scilicet (vt ibidem dicit glosa) inuenerūt egyptij: volentes vt qui hijs diebus aliquid auspicaret̄/ malū haberet exitum/ sic superstitionē eoꝝ demōstrātes. Vnde vt ibi dicit Archi. Aegyptus interpretatur tenebrosa: quasi in tenebris erroris constituta. Est autē egyptus Lybie coniuncta. vt est tex. in §. illud. in auctē. de appel. et de prouincia seu diocesi Alexandrie. vt est textus in c. episcopi. 2. rñso. 6. questi. 2. Et habet Nilum fluuium amplissimum cuius aqua irrigandis terris propter pluuie penuriam deseruit. bo. est textus cum ibi no. in l. 1. C. de Nili agge. non rumpen. Suntq̄ mulieres egyptie fœcundissime: ita vt dicat textus in l. si pater. in fine. ff. de solu. fuisse mulierem ex egypto que quinq̄ simul peperit/ & eosdem habuit incolumes.

m ¶Sicut errat ebrius. De errore ebriorum dictum est supra in verbo ebrius. in prima annotatione.

quia ipse mouebit [n] super eam. Et erit terra Iuda/Aegypto in pauorē. Omnis qui illius fuerit recordatus: pauebit a facie consilij domini exercituum quod ipse cogitauit super eam. In die illa erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan: & iurantes per dominum exercituum. Ciuitas solis vocabitur vna In die illa erit altare domini in medio terrę Aegypti/& titul⁹ domini iuxta terminum eius: & erit in signū & in testimoniū domino exercituū in terra Aegypti. Clamabūt [n n] enim ad dominū a facie tribulātis/ & mittet eis saluatorem & ppugnatorem qui liberet eos: & cognoscetur dominus ab Aegypto. Et cognoscent Aegyptij dominum in die illa/& colent eum in ostijs & in muneribus: & vota vouebunt domino/& soluent [o].

Esa.19.d. ¶ Percutiet domin⁹ Aegyptum plaga/ & sanabit eam: & reuertetur ad dominū & placabitur eis/ & sanabit eos. In die illa erit via de Aegypto in Assyrios/& intrabit Assyrius in Aegyptū: & Aegypti⁹ in Assyrios/ & seruiēt Aegyptij Assur. In die illa erit Israel terti⁹ Aegyptio & Assyrio: benedictio in medio terrę cui benedixit dominus exercituum dicēs. Benedictus populus meus Aegypti/& opus manuū mearum Assyrius: hęreditas autem mea Israel.

Esa.30.a. ¶ Vę filij desertores dicit dñs: vt faceretis consiliū & non ex me/ & ordiremini telam & non per spiritum meum/ vt adderetis [p] peccatum super peccatum/qui ambulatis vt descēdatis in Aegyptum / et os meum non interrogastis: sperantes auxiliū in fortitudine Pharaonis/habētes fiduciam in vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem: & fiducia vmbrę Aegypti in ignominiam.

Esa.30.b. ¶ Aegyptus frustra & vane auxiliabitur. &c.

Hier.42.c. ¶ Hęc dicit dominus exercituum de⁹ Israel. Si posueritis faciem vestrā vt ingrediamini Aegyptum/et intraueritis vt ibi habitetis: gladi⁹ quem vos formidatis/ibi cōpręhendet vos in terra Aegypti/ & fames pro qua estis soliciti adhærebit vobis in Aegypto/et ibi moriemini. Omnesq; viri qui posuerunt faciem suam vt ingrediantur Aegyptū / & habitēt ibi: morientur gladio/et fame/et peste. Nullus de eis remanebit: nec effugiet a facie mali quod ego afferam super eos.

Ezech.29. b.c. ¶ Erit terra Aegypti in desertum/& in solitudinē / & sciēt quia ego dominus: pro eo q̄ [q] dixeris (O Pharao) flilius me⁹ est & ego feci eū. Idcirco ecce ego ad te & ad flumina tua/ daboq; terram Aegypti in solitudinem gladio dissipatam a turre Sienes vsq; ad terminos Aethiopię. Nō pertransibit eam pes hominis/neq; pes [r] iumenti gradietur in ea: & non

n ¶ Mouebit super eā. De dei sup ęgyptios cōmotione: textus in c. quid ergo. in princi. 23. q̄sti. 5. obiter loquit dicens. Aegyptios deus submersit in fluctibus. n n ¶ Clamabunt ad dñm a facie tribulātis. &c. Cognoscet dñs ab ęgypto. Hęc sentētia bene facit p eo q̄d dicit Hieronymus sup Naum pphetā. & habetur in c. quid ergo. circa prin. 23 questi. 5. Sodomitas scilicet Aegyptios & Israelitas tēporaliter a deo punitos ne iterum punirent. Sed tamē hoc generaliter non est intelligendū. alioqui cuiq; sceleroso optandū esset vt cœlesti fulmine percussus aut aq̄s submersus aut a serpētibus vulneratus p peccatis suis diuinit⁹ interiret/ vt ęternos cruciatus breuis & momentanea pœna terminaret. Intelligit ergo illud Hieronymi de his tm̄ qui inter ipsa flagella pœnitētiā egerūt. prout hęc sentētia loquitur. quā & si breuē & momētaneā/ tm̄ non respuit deus sicut & illud pphetę. Non iudicat deus bis in idipsum. de his tantū intelligi oportet quos p̄sentia supplicia commutāt super quos nō consurget duplex tribulatio. Qui autē inter flagella duriores & deteriores fiūt/ sicut Pharao qui flagellatus a dño durior factus est/ presentib⁹ ęterna cōnectunt: vt tēporale supplicium sit eis ęternę dānationis initiū. Ita dicit textus in c. sunt plures. §. auctoritas. de peni. dis. 3.

o ¶ Et soluēt. Alioqui id est nisi soluerent: lōge cōsultius fuisset nō vouisse. cum minus malū existat viam dñi non agnoscere: q̄ post agnitā retroire. dicit text⁹ in c. quidam. in fine. de apostatia.

p ¶ Vt adderetis peccatū sup peccatū. Hęc sententia intelligi pōt de ambulātibus in via ęgypti i. consulentibus diuinos & magos ęgyptiorum/ et sic requirētib⁹ cōsiliū et nō ex deo/ & ordientibus telam & nō per spiritū dei. tales enī addunt peccatum sup peccatū: & velut ęgri stulti & cęci si se nō correxerit/ ad ęternā perditionem tendūt. Psalmista dicēte. Omnes dij gētiū dęmonia sunt: qui p deceptos homines alios decipe quotide gestiunt/ vt perditionis suę alios faciant participes. Hęc nāq; vanitas magicarū artiū: ex traditione maloꝝ angeloꝝ/ in toto orbe terraꝝ plurimis sęculis valuit per quandā scientiā futuroꝝ. Hęc probant per textum Augustini in c. qui sine 26. questi. 3.

q ¶ Pro eo q̄ dixeris. &c. Pharao vt draco magnus & crudelis/ erat in multos domini flagellū: sed ob ei⁹ superbiam/ domini expertus est vltionem. vnde videatur bonus textus in c. si. 23. questi. 5. vbi dicitur. Illi per quos deus punit. in eo q̄ puniunt/ deo seruire dicuntur in eo autem q̄ ignorantes/ se esse ministros irę dei/ impia vanitate superbiunt/ nec mercedem suę seruitutis a deo (nisi temporalem) inueniunt/ pœnā vero suę superbię nō effugiūt. Vnde cum dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonosor. Quid dabo ei pro labore quo seruiuit mihi apud Tyrum statim subiunxit. Da/ hoc est datam sibi prouīcia Aegyptū & Aethiopiam. Cum autem in corde suo superbiens postea diceret/ Nonne hęc est Babylon quam ego condidi in robore regni mei. &c. statim immutauit deus rationabilem mentem eius/ & induit eum ferina bestialitate/ vt ab hominibus fugiēs cum bestijs fugeret. Hęc text⁹.

r ¶ Neq; pes iumenti gradietur in ea. Aegyptij: in eorum bonis propter ipsorum peccata persępe puniti sunt. Peccato enim Aegyptiorum/ possessiones eorum grandini traditę/ iumenta & primogenita eorum morte consumpta sunt: vt in illis punirent/ quorum facultate lętabātur. Ita dicit textus in c. ecclesia. versi. item peccato ęgyptiorum. iuncto versi. animalia vero ęgyptiorum. 1. questi. 4.

s ℭ Secessit in Aegyptū. Textus in c. aduersitas §. hoc etiam. versi. cū vero. 7. questi. 1. ex hoc dicto euangelico dicit. Cum platus specialiter qritur & per alios tuta esse potest ecclesię salus: fugiat exēplo Christi qui a facie Herodis fugit in ęgyptum. De quo dicetur in verbo fuga.

t ℭ Dereliquit. Etiam iure humano dominus seruum seu famulū ęgrotum derelinquere non debet: sed eum debet pascere tempore infirmitatis. prout est glosa communiter approbata in c. 1. in verbo ęgrotanti. de cleri. ęgro. immo etiam expensę pro curanda infirmitate famuli, sunt a domino faciendę si paruę sint. secus si magnę. Ita Bar. in l. si cum dotē. §. sin autē in sęuissimo. in fi. ff. solu. ma. & in l. legatis. ff. de ali. & ci. ba. lega. & idē dicit Alexan. de Imola. in l. de diuisione. §. impēdia. in. t. colū. ff. solu. ma. Immo nec licet dño a domo sua seruū etiam seruilis suę conditionis dum ęgrotat repellere: nisi iuxta formam a iure coucessā. alioqui punitur. prout de hoc habet tex. ęgregius in l. vnica. §. sed scimus. versi. talis seruus. C. de lati. liber. tollē. vbi dr. Talis seruus quē supple ęgritudine pclitātē a sua domo publice eiecerit dñs: neq eum procurans neq alij cōmendās cū esset ei libertas si nō ipse ad eius curā sufficeret in xenonē eū mittere vel quo poterat modo eum adiuuare libertate necessaria dño etiā nolente re ipsa donatus fiat illico ciuis Romanus nec adits in iura patronatus quondā dño refertur. Quē em̄ a sua domo suaq familia publice repulit neq ipse eū pcurans neq alij cōmendās, neq eū in venerabilē xenonē mittēs, neq cōsueta ei prębens salaria: maneat ab eo subst eiusq anima penitus segregatus tā in omni tempore vitę liberti, q̄ quū moriatur, nec nō postq̄ iam fuerit in fata sua concessus. Hęc textus. Cui cōformis est tex. in l. 2. ff. qui sine manu ad libe. pue. An autē tēpore infirmitatis debeatur famulo salariū: videtur textus q sic, in l. Cū hęres §. stichus si hęredi. ff. de statu libe. vbi tex. loquēs de seruo qui anno integro debebat seruire, dicit. Si quibusdā diebus aut valitudo aut alia iusta causa impedimento fuerit, quo minus seruiat: & hi anno imputādi sunt. seruire em̄ nobis intelligunt etiā hi quos curamus ęgros, qui cupientes seruire nobis propter aduersam valitudinem impediuntur. Hęc textus. Panor. tamen in c. 1. in fi. de cleri. ęgro. tenet contrarium. quia casus contingens in persona illius qui locabat operas suas: facit liberari conductorem a pręstatione mercedis. vt est bo textus in l. si cum vno. §. item cum quidam. ff. loca. vbi nauta qui recepit mercedem vt aliquos in naui sua eueheret: si casu periclitetur nauis, tenetur ad restitutionem mercedis. Et ita tenendo cum Panor. non obstat tex. in d. l. cū hęres. §. stichus. quia loquitur in seruo cui pro salario seruitij annui relicta erat libertas. Vnde fauore libertatis etiam dum ęgrotat intelligitur seruire. Alias autem id est vt debeatur aliud salarium: non intelligitur seruire. prout etiam tenent Io. an. Anto. de Butri. & Io. de Imola. in d. c. t. de cleri. ęgro. & idem sentit glo. in l. pe. in verbo casu. C. de condi. ob cau. & in l. 1. §. diuus. ff. de va. & extra. cogniti. & idem etiam tenet expsse Bar. in d. l. si vno. §. itē cū quidā. colum. fi. ff. loca. & in l. opere. ff. de vsu. lega. Sed contrariam opinionem q immo debeat salarium pro tempore infirmitatis: tenet Dominicus in c. 1. de cleri. non residen. in. 6. per illum tex. qui probat q licet distributiones quotidianę non debeant dari nisi actualiter seruientibus: tamen dari debent ęgrotis. Et hāc opi. tenet etiam Saly in l. licet. C. locati. Specul. in ti. de loca. §. postq̄. versi. quid si mercennarius. & glosa in l. arboribus. §. de illo. ff de vsufructu. Vnde pro resolutione dici potest q si famuli infirmitas breuis fuerit, salarium debetur: si longa, non debetur. Ita Io. an. in c. ad audientiam. de cle. non residenti. & ita etiam cum hac distinctione transeūt decisiones Tholosanę in questi. 360. De beneficiatis autem & pręsertim pręlatis etiam si sicut de iure, ita de consuetudine teneātur deseruire psonaliter: tñ siue ęgritudo eis superueniens temporaria sit, siue perpetua, tempore infirmitatis percipient redditus ecclesię. Sed ob perpetuam ęgritudinem datur eis coadiutor cui portio reddituum est assignanda. c. de rectoribus. c. ex parte. & c. fi. de clerico ęgro. Cętera quę hic dici possent: dicentur in verbo infirmus.

habitabitur quadraginta annis. Daboq terrā Aegypti desertam in medio terrarum desertarum: & ciuitates eius in medio vrbium subuersarū, et erūt desolatę quadraginta annis. Et dispergam Aegyptios in nationes: & ventilabo eos in terras. Quia hęc dicit dñs deus. Post finem quadraginta annorum cōgregabo Aegyptum de populis in quibus fuerāt dispersi, & reducā captiuitatē Aegypti: & collocabo eos in terra Phatures, in terra natiuitatis suę, in terra de qua sumpti sunt, & erunt ibi regnū humile inter cętera regna. Et erit humillima: et non eleuabitur vltra super nationes. Et imminuam eos ne imperent gentibus: neq erūt vltra domui Israel cōfidentia, docentes iniquitatem vt fugiant & sequātur eos: & scient quia ego dominus deus.

ℭ Dispergam Aegyptum in nationes (ait dominus) & ventilabo eos in terras: & scient quia ego dominus. Ezec. 30.

ℭ Angelus domini apparuit in somnis Ioseph: dicens. Surge, & accipe puerum et matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsq dum dicam tibi. Futurum est enim: vt Herodes quęrat puerum ad perdendū eum. Qui cōsurgens accepit puerum et matrem eius nocte: & secessit s in Aegyptum. Et erat ibi vsq ad obitū Herodis: vt adimpleretur quod dictū est a domino per prophetā dicētē. Ex Aegypto vocaui filiū meū. Mat. 2. c.

Egrotare & Egrotus.

ℭ Nūciatum est Ioseph q ægrotaret pater suus: qui assūptis duobus filijs Manasse & Ephraim ire perrexit. Et infra Ioseph. Gen. 48. a

ℭ Dereliquit t me dñs meus (ait puer Aegyptius Dauidi ipsum interroganti) quia ægrotare cœpi nudiustertius. &c. 1. Re. 30. d

ℭ Factum est vt Absalon filij Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar adamaret Ammon filius Dauid & deperiret in eā valde: ita vt propter amorem eius ægrotaret. &c. Vt supra Ammon. 2. Re. 13. a

ℭ Ægrotauit Ezechias vsq v ad mortem & orauit dominum. Exaudi- 2. Par. 32. f

v ℭ Vsq ad mortem. Dictio vsq stat hoc loco exclusiue. Non enim ex ea ęgritudine mortuus est Ezechias. vt videbitur infra in verbo Ezechias. Et ita etiam dictio vsq quādoq ponitur in iure humano. Eius enim natura est: vt nonnunq̄ stet inclusiue, & nonnunq̄ etiam exclusiue. prout notat Bar. in l. publicorum. §. ad crimen. in. 3. oppo. ff. de publi. iudi. & in l. patronus. §. 1. ff. de lega. 3.

x ¶ Cum vidisset. Videantur huic sententię annotata supra in verbo Abraam.
y ¶ Eijce derisorē.&c. Huic sentētię factę sunt annotationes supra in verbo contumelia & in verbo derisor.
z ¶ Cœpit eijcere vendentes & ementes. Quisnā sequatur effectus ex hac emētiū & vendentiū eiectione: videatur qd diffuse satis scriptū est supra in verbo dom⁹. 1. Vbi peculiares text⁹ de hac eiectione loquentes allegati sunt.
a ¶ Non neophytū. Hęc verba & cętera in hac sententia vberius declaranda declarabunt infra in verbo ep̄s.

uitq; eum/ & dedit ei signum: sed non iuxta beneficia quę acceperat retribuit/quia eleuatū est cor eius.&c. Vt infra Ezechias. vbi latius.

Nūeri. 2.a ¶ Dixit mihi Artaxerxes rex (ait Neemias) Quare vultus tu⁹ tristis est: cum te ægrotum non videam? Non est hoc frustra: sed malum nescio quod in corde tuo est.

ezec.34. a ¶ Quod infirmū fuit non consolidastis (ait dominus ad pastores Israel qui pascebant semetipsos) & quod ægrotum non sanastis &c. Vt infra in verbo pastor.

Gene.3. d **Eijcere.** ¶ Eiecit dominus Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim.&c. Vt supra Adam.

Gen. 21. b ¶ Cum [x] vidisset Sara filium Agar Aegyptię ludentem cum Isaac filio suo: dixit Abraā. Eijce ancillam hanc & filium eius: non enim erit heres filius ancillę cum filio meo Isaac.

puer.22. b ¶ Eijce [y] derisorē: & exibit cū eo iurgiū/ cessabūtq; causę & cōtumelię.

¶ Cętera quę hic scribi possent de eiectione demoniorum: videantur supra in verbo demonium. et infra in verbo fides.

Lucę.19. g ¶ Ingressus Ihesus in templum/cœpit [z] eijcere vendentes & ementes: dicens illis. Scriptum est quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam/speluncam latronum. Et supra in verbo Domus.

1.tio.3. a. **Elatus.** ¶ Oportet episcopum nō neophytum esse: ne in superbiā elatus [b]/ in iudicium incidat diaboli.

2.tio.3. a. ¶ In nouissimis dieb⁹ instabunt tēpora periculosa: & erūt hoīes seipsos amātes/cupidi/elati/superbi.&c. Vbi latius. Et infra in verbo Tēp⁹.

Nūe.20. d **Eleazar.** ¶ Tolle Aaron & filium ei⁹ cū eo (ait dominus ad Moysem) & duces eos in montem Hor. Cumq; nudaueris patrem veste sua/ indues [c] ea Eleazarum filium eius: & Aaron colligetur & morietur ibi. Fecit Moyses vt pręceperat dominus: & ascenderūt in montē Hor/coram omni multitudine. Cūq; Aaron spoliasset vestibus suis/ induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis supercilio: descenditq; cum Eleazaro.

2.Mac. 6. d.e.f.g. **Eleazarus.** ¶ Eleazarus vn⁹ de primioribus Scribarum/ vir ætate prouectus/& vultu decorus: aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille gloriosissimā [d] mortem/magis q̄ odibilē vitam complectens: voluntarie pręibat ad supplicium. Intuens autem

b ¶ Ne in sup̄biā elat⁹. Elatio in superbiā p̄pter adeptū nouū/ē gradū q̄plurimū odiosa: p̄sertim in hijs qui ex infimo statu ad superiorē euecti efferētes se ī sup̄biā/ eos qui eorū fuerūt fautores ac dn̄i cōtēnūt. put est bo. textus ponens notabilē casum i c. nullus. de cleri. nō ordi. vbi dicit. Si quis de seruis suis quē q̄ donauerit libertate/& ipsum in p̄sbyterū fecerit ordinari/ ille aūt postea in superbiam elatus/ dn̄o suo canōicas horas psallere noluerit: accusatus apud ep̄m qui ordinauit eum degradetur. Hęc textus. Qui autē p̄pter dignitatē/gradū vel gratiā superbus est/ nō abre dicit elatus: quandoquidē superbia ex elatione grad⁹/dignitatis aut gratię alicui factę suboritur. prout bene p̄batur in l. nullus. in fine. C. de Iudęis. vbi posita cōstitutione de Iudęis per Christicolas non offendendis subiūgit. Mouendū esse censemus ne Iudęi insolescāt/elatiq; sui securitate quicq̄ p̄cipites in Christianā reuerētiam vltionis admittant.

c ¶ Indues ea Eleazarū filiū eius. Iure humano filij sacerdotum q̄uis legitimi: i ecclesijs paternis ministrare/ vl' eas qualibet occasione obtinere nullaten⁹ possunt. et si obtinuerit: sunt ab eis sine dilatione remouendi. Tex. est in c. p̄ñtiū. & in c. conquerentē. rūcto c. ad extirpādas. de filijs p̄sby. Fallit primo: qñ aliqua persona media ministrasset. q̄a ecclesiam cui pater p̄fuit/ fili⁹ nō p̄hibet habere: si media ītercesserit p̄sona/ cui de dicta ecclesia fuerit p̄uisū. tex. est in c. ex trāsmissa. eodē ti. Scd̄o fallit in ecclesia cui pater de facto sed nō de iure (vt quia sine titulo) ministrauit. talē nāq; ecclesiam q̄uis ei pater imediate ministrauerit/ pōt filius habere. tex. est in c. cōstitut⁹. eodē titu. Tertio fallit in beneficio ecclesię cui pater etiā imediate p̄fuit. Licet em̄ fili⁹ ecclesiā patris post eū imediate tenere nō possit: tamē beneficiū in illa ecclesia poterit tenere/ etiā (qd̄ plus est) si pater illi ecclesię adhuc p̄esset. Vnde patre existēte ep̄o: fili⁹ su⁹ pōt esse in ecclesia cathedrali canonic⁹. Tex. est in c. ad hęc ex parte tua. eodē ti. Hoc verū: si fili⁹ sit legitim⁹. secus: si sit illegitimus. cū indecorū sit vt in altaris officio/ illegitim⁹ filius impudico patri ministret: in quo vnigenitus dei filius ęterno patri pro salute humani generis victimat. Ita dicit textus in c. cū decorē. eodē ti. Quarto fallit: vbi filius esset ab ap̄lica sede de tenenda paterna ecclesi a dispēsat⁹. Sec⁹ si ab alio q̄ a Papa emanasset dispēsatio. quia cū cōstitutio de filijs in ecclesijs paternis non promouendis sit conciliaris: inferior a Papa etiam si sit legatus de latere/ dispensare nō potest. Tex. est cū glo. in verbo nō obstante. in c. dilectus. eodē titu. cui glosę inq̄tū vult legatū etiā de latere dispēsare nō posse cōtra cōstitutionē cōciliarē/ est glosa cōformis in c. dilect⁹. in verbo cū se facultas. de p̄ben. & est bo. tex. & ibi notat Pauor. in. 2. colū. in c. dilecto. eodē ti. & gemī. in c. nemo deinceps. de elec. li 6.

d ¶ Gloriosissimā mortē. Merito quidē mors erat Eleazaro gloriosissima. siquidē boni de morte eis cōtingēte gaudere solent: quia mors sit eis carceris eductio/ hostis eiectio/ exilij terminatio. Ideo sancti cupiūt dissolui & esse cū Christo/ sicut Ap̄s. Vnde in psal. dr̄. Preciosa in cōspectu dn̄i mors sanctorū ei⁹. Ita Archi. in c. q̄ preposterū. 23. q̄. 1. in princ. Et

queādmodum oportet accedere patienter sustinens: destinauit non admittere [e] illicita propter vitę amorem. Hi autem qui stabāt iniqua [f] miseratione commoti/ propter antiquā viri amicitiam tollentes eū/secreto rogabant afferri carnes quibus vesci ei licebat/ vt simularetur māducasse/sicut rex imperauerat de sacrificij carnib⁹/ vt hoc facto a morte liberaretur: & propter [g] viri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis [h] ac senectutis suę eminentiam dignam/ & ingenitę nobilitatis [i] caniciē/atq; a puero [k] optimę cōuersationis act⁹/et secundum sanctę & a deo conditę legis constituta: respondit cito/dicēs premitti se velle in infernum. Non enim ætati nostrę dignū est (inquit) fingere vt multi adolescentiū arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum trāsisse ad vitā alienigenarum/& ipsi propter meam [l] simulationē/ et propter modicū corruptibilis vitę tempus decipiantur/& per hoc maculam atq; execrationem meę senectuti conquirā. Nā & si [m] in pręsenti tempore supplicijs hominū eripiar: sed manū omnipotētis nec viuus nec defunctus effugiā. Quamobrem fortiter vitam excedēdo/ senectute [n] quidem dignus apparebo: adolescentibus autem exemplū forte relinquam/si prompto animo ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis [o] legibus/honesta morte perfungar. His dictis confestim ad suppliciū trahebatur. Hi autem qui eum ducebāt & paulo ante fuerant mitiores: in iram conuersi sunt propter sermones ab eo dictos/quos illi per arrogātiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur: ingemuit & dixit. Domine qui habes sanctam scientiam: manifeste tu scis quia cum a morte possem liberari/duros corporis sustineo labores/secundū [p] animam vero/propter timorem tuum libēter hęc patior. Et iste quidē hoc modo vita decessit: non solum iuuenibus/sed et vniuersę gēti memoriā mortis suę ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

Elephas.

¶ Intrauit Antiochus in Aegyptum in multitudine graui/in currib⁹/& Elephātis [q]/& equitibus/& copiosa nauiū multitudine. 1. Mac. 1. c

¶ Erat numerus exercitus Antiochi regis cētum milia peditū/& viginti milia equitum: & Elephanti triginta duo/docti ad prælium. 1. mac. 6. d

facit bo. tex. in c. sane quod. circa medium. 14. questi. 1. vbi pbat diem mortis bonoꝝ haberi pro natalicio eorum.

e ¶ Non admittere illicita ꝓpter vitę amorē. Habebat ergo Eleazar⁹ charitatē & eā quidē magnā: cū dei amorē vitę ꝓprię ꝑponeret. Quādo eū martyres illa magna fecerūt mādata: magna vtiq; volūtate id est magna charitate fecerūt. de qua ait dn̄s. Maiorē charitatē nemo habet: ꝙ vt aīam suam ponat quis ꝓ amicis suis. Ita dicit text⁹ q Augustini est/in c. q vult facere. paulo post prin. de peni. distin. 2. Et cū ipsam mortē corporis nō solū nō refugeret/ sed etiā libēter exciperet Eleazar⁹: ambiēs a corporis sui vita magisq; a deo vita vitę suę discedere/ deūq; plusq; se dubio procul diligebat. Ita pbat textus in c. charitas est vt mihi videt in fi. de peni. distin. 2.

f ¶ Iniqua miseratiōe. Iniqua erat hęc miseratio: quia erat fautrix mali. Vnde si quis latronē filijs depcātib⁹ motus et lachrymis cōiugis ei⁹ inflexus absoluēdum putat/ nō pōt hęc dici iusta misericordia: cū inocētes tradat exitio/qui liberat mltoꝝ exitia cogitātem. et vbi teneri debet mia: ibi maxime teneri debeat forma iustitię. Ita dicit textus Ambrosij in c. est iniusta. 23. questi. 4.

g ¶ Propter viri amicitiā. Hęc amicitia falsa erat non vera amicitia. Quādoquidē vere amic⁹ nō nisi honesta ac licita suadet amico. put est bo. tex. in l. latę culpę. §. Amicos. in verbo honestis rationib⁹. ff. de verbo. signi.

h ¶ Aetatis ac senectutis. Recte quidē Eleazarus cēsuit esse habēdā ętatis ac senectutis suę rationē. senex enī pręceteris se a moꝝ & operū ꝑuersitate cōpescere: & ꝙto mors vicinior efficit tāto solicitior atq; timidior esse debet. dicit textus i c. tāta. paulo post mediū. 86. distinc.

i ¶ Ingenitę nobilitatis. Recte etiā ab Eleazaro suę nobilitatis habita est ratio. quādoquidem quod a nobili & egregia persona delinquitur: & grauius est & ab alijs facilius trahit in exemplū. put est bonus tex. i c. ꝑpiue. 11. questi. 3. & in c. qualiter & qn̄. 2. colū. de accusa.

k ¶ A puero optimę cōuersationis actus. Et ideo ꝑsumptionē reliquerat oībus bonos etiā futuros suę senectutis actus: vtpote cū ea trāsacta vita discim⁹ quid de subsequēti alicuius cōuersatione pręsumamus. dicit textus in c. mādata. in fi. de ꝑsump.

l ¶ Propter meā simulationē. Hęc simulatio perniciosa fuisset simulāti: vtpote cū alijs vitiosam simulātis existimationē/ ac reprobum exemplū adduxisset. quo casu simulatio vitiosa est & improbata. put est bon⁹ textus in c. qd interrogasti. 27. disti. De quo & ceteris simulationis materiā cōcernētib⁹ videant infra in verbo simulare. vbi propria sedes.

m ¶ Et si in pn̄ti tēpore. &c. Textus est idē sentiens/ neminē scilicet ꝓpter declinādā hoīm supplicia/ malo cōmittēdo debere assentire/ i c. ita ne. 32. q̄sti. 2. dū ibi dr̄. Cū pudicitia vt virtus animi comitē habeat fortitudinē potius quęlibet mala tolerare decernat ꝙ malo consentire. Et ꝓpius ad istā sententiā facit text⁹ in c. primū. in prin. 22. q̄sti. 2. vbi dr̄. Ad mēdaciū in doctrina religionis nulla cōditione quis debat adduci.

n ¶ Senectute dignus apparebo. Senectute ergo dignus nō est qui senectute nō agit digna: sed talis miser senex dicitur: quia senectutē suā virtutibus & operibus bonis deuonēdam/ vitijs cōmaculat et deturpat. Tex. est vbi ista probantur in c. tāta. circa me. 86. distinc.

o ¶ Sanctissimis legibus. Nedū diuinę leges sed etiam humanæ sanctæ dicūtur: vtpote cum omnis lex sit inuentio quędam & donum dei. dicit textus in l. 2. ff. de legibus. & diuinitus sint leges etiam ciuiles per ora principū promulgatę. dicit textus in c. fina. 16. questi. 3.

p ¶ Secundum animam. Pręcepta enim patientię non tam ostentatione corporis ꝙ pręparatione cordis sunt retinenda: seu sunt magis ad pręparationē cordis ꝙ ad opus quod in aperto fit. prout est no. tex. i c. nisi bella. in fi. iuncto princip. c. sequentis. 23. questi. 1.

q ¶ Elephantes. Elephantes & Cameli/ iumentorum operam pręstant: natura q; eorum/ fera est. Textus est in l. 2. in fine. ff. ad l. aquil.

r ¶ Cōfidebat. Et temere quidē ac irreligiose. Ita eñ alns suos reges ac principes ad dei nipotentis erigere debēt adiutoriū: vt neq̧ armis cōfidāt/ neq̧ suis militib9/ neq̧ bellor ducib9/ vł pprijs igenijs/ sed oēm spē ad solā referāt summę puidētiā trinitatis. pnt sentit bo. tex. in l. i. in pri. C. de vete. iu. enucle. s ¶ Ab elemētis hui9 mūdi. Circa hęc verba & totā hāc sētētiā videat tex. i c. qdā. versi. Hermogeniani 24. q̄sti. 3 vbi dr. Hermogeniani hęretici dicti sunt/ ab Hermogene quodā sic vocati: qui materiā nō natura ītroducēs deo nō naturę eā cōparauit matrē q̧ elementor: Ideā appellauit. quos Aplš improbat. Hęc tex. t ¶ Elemēta vero calore soluent. Elemēta de quib9 loquit hęc sētētia/ sūt quatuor: scilicet aer/ ignis/ aqua & terra. Aer calid9 & humid9. ignis: calidus & sicc9. aqua: frigida & humida. terra: frigida & sicca. Aer: respondet sanguini. ignis: colerę. aqua: flegmę seu pituitę. terra: melācolię. Ita dicit glosa in pœmio insti. §. igit. in verbo elemēta. Et sunt hęc elemēta in vsū a supbeata trinitate nobis cōcessa. l. i. circa pri. C. de ve. iu. enucle. v ¶ Fac eleemosynā. Cū hęc sentētia per verbū impatiuū loquat: videret dicēdū q̧ eleemosyna sit de pcepto. quod tñ nō est vsq̧quaq̧ verū: vt dictū est supra in verbo egens. in. i. annotatiōe. x ¶ Quātū potueris. &c. Simile est quod dicit Ambrosi9 super Lucā/ & habet in c. in singulis. in § 86. distī. Misericordię

1 mac. 11. a. ¶ Lysias mēte effrenatus: in multitudine peditum & in milibus equitū et in octoginta elephantis confidebat [r].

Colo. 2. d **Elementum.** ¶ Si mortui estis cum Christo ab elementis [s] hui9 mundi: quid adhuc tanq̄ viuentes mundo decernitis?

Hebr. 5. d ¶ Cum deberetis magistri esse propter tempus/ rursum indigetis vt vos doceamini quę sunt elementa exordij sermonum dei: & facti estis quib9 lacte opus sit non solido cibo.

2. Pet. 3. c. ¶ Adueniet dies dñi sicut fur: in quo cœli magno impetu trāsiēt/ elemēta [t] vero calore soluētur/ terra aūt & oia quę in ipsa sunt opera exurētur

Tob. 4. b **Eleemosyna.** ¶ Ex substantia tua fac [v] eleemosynā/ & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec a te auertatur facies dñi. Quomodo [x] potueris: ita esto misericors. Si multū tibi fuerit/ abundāter tribue: si exiguū tibi fuerit/ etiam exiguum libenter impartiri stude. Premium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam eleemosyna ab omni [y] peccato & a morte liberat/ & non patietur animam ire in tenebras.

Tob. 4. b ¶ Fiducia magna erit corā summo deo eleemosyna oībus faciētibus eā [z]

Tob. 12. b ¶ Bona est oratio [a] cum ieiunio/ & eleemosyna magis q̄ thesauros auri

ipsi9 p possibilitate cōditiōis hūanę mēsura seruet: vt nō sibi vnusquisq̧ totū eripiat/ sed qd habet cū paupere partiat. Hęc tex. Si tñ quis de sibi necessarijs aliquid substrahat vt in pauperes eroget: cōmendandus est. vt est bo. tex. in c. pulchra. in fine. eadē distinc. Hinc dicit textus in c. parsimonia. 41. distī. Bona opera q̄ supra vires in fratres paupere exerceentur/ scdm ecclesiasticas traditiones beatificamus. y ¶ Ab oi peccato & a morte liberat. Circa hęc verba bonus est tex. in c. mensa. in fi. de peni. dist. i. vbi dr. Eleemosyna a morte liberat. non vtiq̧ ab illa morte liberat quam semel Christi sanguis extinxit/ & a qua nos salutaris baptismi & redemptoris nostri gratia liberauit: sed ab ea quę per delicta postmodū serpit. Et i c. medicina. in prin. eadē distin. vbi dr. Medicina misericordię: tollit peccata magna. Si ergo pecuniā habes: redime peccatum tuū. Nō venalis est dñs: sed tuipse venalis es. Peccatis tuis venūdatus es: redime te operibus tuis/ redima te pecunia tua. Vilis est pecunia: sed preciosa est misericordia. z ¶ Omnibus faciētibus eā. Tametsi hęc verba vniuersalia sint: nō videt tñ q̧ comprehendant eos qui de iniuste acquisitis eleemosynā faciūt. quia nō est putāda eleemosyna: si pauperibus dispensetur qd ea illicitis rebus acquiritur. immo q hac intētione male accipit vt bene dispenset: grauat potiusq̧ iuuetur. Ita dicit textus in c. nō est putāda. in pri. i. questi. i. Qui pcedit: vbi rerū illicite acquisitarū de quibus fit eleemosyna/ nō habet dñiū faciēte eleemosynā/ vt quia furto aut rapina acquisiuit. vel si habet dñium/ tñ competit cōtra eū restitutio: vt quia acquisiuit per vsurā/ & sciunt personę a quibus substraxit & vsuras extorsit. Neutro eñ istor casuū potest de illicite acquisitis eleemosyna fieri. sunt eñ talia bona personis a quibus venerūt aut eorum heredibus restituēda. c. cōsuluit. de vsuris. c. nemo. 14. questi. 5. Hec dicit text9 Augustini in c. forte. eadē causa & q̄sti. Forte aliqs cogitat & dicit. Multi sunt Christiani diuites/ auari/ cupidi: nō habebo peccatū si suū illis abstulero/ & pauperibus dedero. vnde eñ illi nil boni agunt/ mercedem habere potero. Sed huiusmodi cogitatio a diaboli calliditate suggeritur. nam si totum tribuit pauperibus quod abstulerat: addit potius peccatum q̄ minuat. Et in c. denique. eadem causa & questi. dicit textus. Si non potest subuenire alteri nisi alter ledatur: commodius est neutrum iuuari q̄ grauari alterū. Et in c. neq̧ enim. eadem causa & questi. dicit textus Augustini. Neq̧ si agris inique ac perperam inuasis ita quisq̧ vtatur vt ex eorū fructibus largas eleemoynas faciat: rapinam iustificat. Hęc textus. Quod si rerum iniuste acquisitarū. i. modo turpi & inhonesto/ dominiū habeatur a faciente eleemosynam/ nec contra eum repetitio competat: fieri poterit eleemosyna de reb9 iiuste acq̄sitis. Vñ meretrices/ & hystriones/ de eor lucris eleemosynā facere pñt. Ita cōcludūt glo. Panor. & cōiter doctores in c. ea trāsmissa. de deci. & glo. in c. nō est putāda. i. q̄sti. i. & . 14. q̄sti. 5. in sūma. & pbat per textū in c. fi. in fi. eadē cā & q̄sti. Scdo hęc verba q̄uis vniuersalia nō cōprehēdūt eos q licet sint dñi rerū de q̄bus eleemosynā faciūt/ inspecto iure naturali: tamē nō sunt dñi inspecto iure positiuo/ vt sunt vxores. quę quia superstitibus earū maritis/ rerū dotaliū nō sunt dñę/ sed mariti ipsarū (vt est textus in l. doce ancillā. C. de rei vēdi.) nō possunt de reb9 dotalib9 eleemosynā facere/ saltē inuitis maritis. Ita Panor. in c. si quis. col. i. de fur. & i c. cōstitutis. col. i. de pcura. & Bar. in l. i. in fi. ff. rer amo. Maritis tñ nō cōtradicētib9 seu non prohibentibus/ possunt facere eleemosynā: cōformādo eā ad cōsciētiā maritor. i. faciēdo illā eleemosynā quā psumūt maritos velle/ & nō aliā. Ita Panor. in d. c. si qs. vbi etiā cōcludit q̧ si habeāt aliqua bona extra dotē: poterūt indistincte de eis eleemosynā facere. a ¶ Oratio cum ieiunio. Hęc duo/ oratio & ieiunium: sunt duę species satisfaciendi pro peccatis. Alia autem & tertia species est eleemosyna: vt sic iste ternarius contra nepharium ternarium diaboli opponatur/ de quo habetur. i. Io. 2. Omne quod est in mundo: aut cōcupiscentia carnis est/ aut concupiscentia oculor/ aut superbia vitę. Oratio: contra superbiam. Ieiunium: contra carnis concupiscentiam. Eleemosyna: contra concupiscētiā oculor. Et ad has tres species satisfactiōis reducunt oēs alię: sicut vigilię/ peregrinatiōes/ disciplinę. & etiā opa carnē affligētia reducūt ad ieiuniū. Oia opa misę reducūt ad eleemosynā: oia vero spūalia/ ad orōnē. p eleemosynā eñ: fit satisfactio de bonis exterioris substantię. per ieiuniū: de bonis corporis. per orationē: de bonis animę.

Et per hęc tria bene ordinatur homo. primo ordinatur ad deū: per orationē. ad pximū: per eleemosynā. & ad seipsum: per ieiuniū. Ista sunt verba Archi. quibus hęc sententia bene declaraƚ in c. q̄obrē. in princip. de peni. distin. 1. Aduertendū est tñ: quia eleemosyna habet vim satisfactionis completius q̄ oratio/ & oratio q̄ ieiuniū. Ideo dƚ. 1. ad Timo. 4. Corporalis exercitatio ad modicū vtilis: pietas autē ad oīa. Et ppterea eleemosyna magis indicitƚ/ vt vtilis medicina peccati: q̄ alia. Vñ Lucę. 11. Date eleemosynam: & oīa munda sunt vobis. Ita Archi. in c. non sufficit. in priu. de peni. distinc. 1. b ℭ A morte liberat. Videatur annotatio facta supra eodem. y.

recondere: quoniam eleemosyna a morte [b] liberat/ & ipsa est quę purgat peccata/ & facit inuenire vitam æternam.

ℭ Eleemosyna patris non erit in obliuione. Eccl. 3. b.

ℭ Ignem ardētē extinguit aqua/ & eleemosyna [c] resistit peccatis: & deus prospector est eius qui reddit gratiam. Eccl. 3. d.

ℭ Fili eleemosynam pauperis ne [d] defraudes: & oculos tuos ne trāsuertas a paupere. 4. a.

ℭ Exorare et facere eleemosynam ne despicias. 7. a.

ℭ Eleemosyna [e] viri quasi sacculus cum ipso/ & gratiam hominis quasi pupillam cōseruabit: et postea resurget/ & retribuet illis retributionem vnicuiq̧ in caput ipsorum/ & conuertet in inferiores partes terrę. 17. c.

ℭ Cōclude eleemosynā i corde pauperis: & hęc p te exorabit ab oī malo 29. b.

ℭ Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso. &c. vt supra. Super scutum potentis & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. 29. c.

ℭ Eleemosynas (diuitis sine macula) enarrabit oīs ecclesia sanctorū. Et supra dines. 31. b

ℭ Rex cōsilium meum placeat tibi (ait Daniel ad Nabuchodonosor) et peccata [f] tua eleemosynis redime/ & iniqtates tuas misericordijs pauperum: si forsitam ignoscat deus delictis tuis. Dan. 4. f.

ℭ Cum facis eleemosynam/ noli tuba canere ante te: sicut hypocritę faciunt in synagogis & in vicis vt honorificentur [g] ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynā/ nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua/ vt sit eleemosyna tua in abscōdito: & pater tuus qui videt in ascondito reddet tibi. Mat. 6. a.

ℭ Quod superest [h] date eleemosynā: & ecce omnia [h] mūda sunt vobis. Lucę. 11. f.

c ℭ Eleemosyna resistit peccatis. In eleemosyna vt vim resistēdi peccatis maiorē habeat/ cōsyderāda sunt nōnulla: fides scilicet/ causa/ locus/ tēpus/ modus/ necessitudo/ ętas/ & debilitas. Fides: vt prio fiat circa domesticos fidei. nā & si oībus debeƚ misericordia: iusto amplius. Causa: vt ei qui sine vlla culpa sua miser est/ īprimis succurraƚ. Tēpus: vt tēpore maioris afflictionis vberior et prōptior eleemosyna fiat q̄ alio tēpore. Locus: vt potius detur in carcere positis q̄ extra carcerem degētibus. Modus: vt nō simul vni opes effundantur/ sed dispēsenƚ in plures. Necessitudo: vt prius parētes pauperes q̄ exteros pascamus. Aetas: vt senibus plus largiamur qui iā sibi nequeūt victū q̄rere. Debilitas: vt infirmis et corpore debilibus simus in dādo pcliuiores q̄ alijs. Pręmissa pbātur in c. nō satis in c. dñs. in c. est pbanda & in. c. cōsyderanda 86. distinc.

d ℭ Ne defraudes. Defraudare diciƚ eleemosynā paupis: q eo casu quo paupi teneƚ succurrere nō succurrit/ vt in casu extremę necessitatis. Et de tali dƚ. Panis egentiū vita pauperis: q defraudat illū/ hō sanguinis est. put est tex. ex Salomone sumptus in c. imolās. 4. questi. 2. e ℭ Eleemosyna viri quasi sacculus cū ipso. Tria sunt eleemosynarū gña de qbus hęc sentētia satis intelligi pōt. Vna est eleemosyna corporalis: dare quicqd poteris. Altera spūalis: dimittere a quo lesus fueris. Tertia: delinquētes corrigere/ & errātes in viā reducere veritatis. Ita dicit tex. in c. tria sunt gña. 45. distin. vbi Archi. exponēdo illū tex. dicit illa tria gña sub duobus primis cōtineri. Sūt em̄ duę principales eleemosynę. Nā qdā sunt corporales: & istę sunt septē/ scilicet pascere esuriētē/ potare sitientē/ vestire nudū/ redimere captiuū/ sepelire mortuū/ recolligere hospitē/ visitare infirmū. Quędā vero sunt spūales: & istę etiā sunt septē/ docere ignorātē/ cōsulere dubitāti/ cōsolari tristē/ corrigere peccātē/ remittere offendenti/ portare onerosos & graues/ & p oībus orare. Sūt autē eleemosynę spūales simpliciter potiores corporalibus. Primo: qa id qd exhibeƚ/ nobilius est: scilicet donū spūale qd pēminet corporali. Scdo rōne eius cui subuenitƚ: quia spūs nobilior ē corpore. Tertio q̄tū ad ipsos actus quibus subuenitƚ pximo: quia spūales actus sunt nobiliores corporalibus. Cōparādo tñ has eleemosynas scdm aliquē particularē casum/ pōt cōtingere q corporalis eleemosyna pferaƚ spūali: vt melius est fame morietē pascere q̄ docere. Hęc Archi. in d. c. tria. Et idē Archi. in c. duę sunt. in prin. eadē disti. ponit aliā rōnē qua spūalis eleemosyna simpliciter reddiƚ dignior corporali: qa scilicet spūalis eleemosyna valet ad salutē sine corporali/ cū scilicet nō est idigēs qui recipiat corporalē/ vel cū ipse nō habet corporalē quā cōferat indigēti. Secus de corporali: q̄ nunq̄ valet ad salutē sine spūali. Vñ Apl's. Si distribuero oēs facultates meas in cibos pauperū/ charitatē aūt nō habeā: nihil sum. Et ppterea dās eleemosynā nō vt refrigeret viscera idigētis/ sed vt careat tedio paupis iterpellātis: & rē pdit & meritū/ & venialiter peccat exasperādo pauperē. c. vnū orariū. §. crimis. versi. alias ea demū. paulo an̄ finē. 25. distin. & notāt glo. & Archi. in d. c. duę sūt. ꝯ si det eleemosynā nō ppter tediū paupis sed pricipaliƚ ppter vanā gloriā: nō solū nō mereƚ/ sed etiā peccat. put est bo. tex. i c. odi & pieci 24. q̄sti. 1. & in c. vide quātū. & ibi glosa 1. q̄sti. 1. Et ita etiā dicit Panor. i c. 1. in glo. 2. de collu. tegēda. & Archi. in d. c. duę sūt. in glo. 1. 45. dist. f ℭ Pctā tua eleemosynis redime. Hęc verba habenƚ in c. q̄obrē. in pri. de peni. dist. 1. Et melius in c. medicina. eadē dist. de quo videaƚ. s̄ eodē. y. Istud aūt/ pctā scilicet eleemosynis redimere: cōcernit pserti diuites. c. nō coganƚ. & i fi. 41. dist. & maxie epos. non em̄ debet eps credere solā lectionē & orationē sibi sufficere vt remotus nihil studeat de manu fructificare: sed largam manū habeat/ necessitatē patiētibus succurrat/ alienā iopiā suā credat. qa si hoc nō habet: vacuū nomē epi tenet. Ita dicit tex. Gregorij i c. fratrē i pri. 46. dist. g ℭ Vt honorificenƚ ab hoibus. De eleemosyna q̄ daƚ ab aliqbus vt ab hoibus honorificenƚ/ & sic ppter vanā gloriā: dictū est s̄. eodē. c. i fi. vbi videaƚ. & ibi dictis addaƚ tex. ex Gregorio sumptus i c. cauēdū. de peni. dist. 3. vbi dƚ. Cauēdū nobis est/ vt si forte aliqd boni agimus/ i pñti sclo remūerationē accipiamus: ne forte dicaƚ nobis (put supple dƚ faciētibus eleemosynā vt honorificenƚ ab hoibus) receperūt mercedē suā. h ℭ Quod supest dare eleemosynā. &c. De hac snia est bo. tex. i c. medicamētū. i fi. de peni. disti. 1. de quo textu dictū est. s̄ in verbo egenus. in. 2. annotatione. vbi videaƚ. Sēsus aūt huius sententię est. Date in eleemosynā supflua q̄ habetis: & sic alijs retētis nullā immūditiā cōtrahetis. Ita istā sniam declarat Archi. in c. qui vult. de peni. distin. 3.

nullam immundiciam contrahetis. Ita istam sententiam declarat Archi. in c. qui vult. de peni. distinc. 3.

i ❡ Vendite quę possidetis. &c. Sic ergo de bonis ꝓprijs facięda est eleemosyna/ & nõ de alienis. de quo videaꝛ supra eodẽ. 2. & ibi dictis addaꝛ/ ꝙ ꝓpterea religiosus administrationẽ nõ habẽs qui nihil habet ꝓprij(c. nõ dicatis. 12. questi. 1. cum similibus.) eleemosynam facere non potest sine superioris assensu/ nisi forsan in necessitate/ ita ꝙ tute nõ posset haberi recursus ad superiorem: quia tũc posset. vt notat Panor. in c. 3. de furtis. vel nisi esset in studio/ vel peregrinatione de licẽtia Abbatis. tũc enĩ facere poterit eleemosynã moderatã. Ita tenet glo. in cle. 2. in verbo cõuertẽdũ. de vita & hone. cle. & Panor. in d. c. 3. de furtis.

Luc. 12. d ❡Vendite [i] quę possidetis: & date eleemosynam. &c.

Actu. 10. a ❡Cornelius centurio erat faciẽs [k] eleemosynas multas plebi: & deprecans deum semper. Et supra in verbo Cornelius.

Actu. 10. a ❡Orationes [l] tuę & eleemosynę tuę (ait angelus ad Corneliũ Cẽturionem) ascenderunt [m] in memoriam in conspectu dei.

Eleuare & Eleuatus.

Iob. 15. b. ❡Quid te eleuat cor tuum: et quasi magna cogitans/ attonitos habens oculos?

Psal. 36. g ❡Vidi impiũ [n] superexaltatũ/ & eleuatum sicut cedros libani: & trãsiui et ecce non erat/ & quęsiui eum & non est inuentus locus eius.

Pue. 14. d ❡Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum.

m ¶Qui emũt tãq̃ non possidẽtes. Iure humano/ qui emunt sunt tãq̃ nõ possidẽtes q̃uis possideãt: quãdo res vẽdita non traditur eis reali traditione/ sed venditor constituit se possidere nomine emptoris. quia in vim illius cõstituti transit in emptorẽ possessio sine alia apprẹhẽsione. Tex. est in l. quod meo. in princi. ff. de acqui. possef. quod est verũ: dũmodo cõstituẽs se possidere nomine alterius/ esset dñs. secus/ si esset tãtũ procurator gñalis vel tutor aut curator: quia mediante actu ficto & sic mediante constituto/ illi qui non sũt domini nõ possũt trãsferre possessionẽ. Ita Bar. in l. 1. in 6. col. & ibi do. Alex. colũna. 24. ff. de acqui. possef. & pro hoc est bo. tex. §. si colonus. ff. eodem.

n ¶Collyrio inunge oculos tuos vt videas. Collyrio inungimus oculos nostros vt videamus: cũ ad cognoscẽdã veri luminis claritatẽ/ intellectus nostri aciẽ medicamine operationis bonæ adiuuamus. Ita dicit tex. Gregorij in c. 1. §. Lippus. in fi. 49. distinc.

o ¶Malũ est/ malũ est: dicit oĩs emptor. Oĩs autẽ vẽditor dicit: bonũ est bonũ est. Emptor enĩ viliori cõparandi/ vẽditor vero cariori distrahendi votũ gerẽtes: adhũc cõtractũ accedũt. vixq; post multas cõtẽtiones/ vẽditore paulatĩ de eo quod petierat detrahẽte/ emptore aũt huic quod obtulerat addẽte: ad certũ cõsentiũt pciũ. quod emptor vilius existimãs gloriat/ nec ab re: quia propter pcij vilitatẽ/ detrahẽdæ ẽptionis nulla vẽdicari facultas dat. Tex. est vbi hęc oĩa pbant in l. si volũtate. C. de rescin. vendi.

p ¶Angustiabit peccatis. Sunt ergo Mercatores in q̃maximo cõmittendi peccati periculo constituti. De quo

dis. Et latius infra Tractare [q].

ecci.41.a. ¶Ne confundaris de corruptione emptionis [r] & negociatorum.

1.corin.6. in fine. ¶Empti [s] estis ꝑcio magno: glorificate & portate deū in corpore vr̃o.

1.cori.7.d ¶Precio empti estis: nolite fieri serui hominum.

apo.14.a. ¶Nemo poterat dicere canticum: nisi illa cētum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati/virgines enim sunt: hi sequuntur agnum quocūq; ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitię deo & agno/ & in ore eorum non est inuētum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum dei.

Emulari.

psal.36.a. ¶Noli ęmulari [t] in malignātibus: neq; zelaueris faciētes iniquitatem. Quoniā tanq̄ fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum cito decident.

36.b. ¶Noli æmulari [v] in eo qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias.

36.b. ¶Desine ab ira & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.

prou.3.d. ¶Ne æmuleris [x] hominem iniustum/nec imiteris vias eius: quia abominatio est domini omnis illusor/& cum simplicibus sermocinatio eius.

23.b. ¶Non æmuletur cor tuum peccatores / sed in timore dn̄i esto tota die: quia habebis spem in nouissimo/& pręstolatio tua non auferetur.

24.a. ¶Ne æmuleris viros malos/ nec desyderes esse [y] cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum/ & fraudes labia eorum loquuntur.

24.c. ¶Ne contendas cum pessimis/nec æmuleris impios: quoniam non habent futurorum spem mali/& lucerna impiorum extinguetur.

esa.11.d. ¶Ephraim nō æmulabit̃ Iudā / & Iudas nō pugnabit contra Ephrai: et volabunt in humeros Philistijm per mare / simul pręedabuntur filios orientis.

1.cori.10.e ¶An æmulamur dominum? nunquid fortiores illo sumus?

1.cori.prope finem. ¶Aemulamini [z] charismata meliora.

1.cori.13.a ¶Charitas non æmulatur [a]: nō agit perperā. &c. Vt supra charitas.

1.cori.14.a ¶Sectamini charitatē/æmulamini [b] spiritalia: magis aūt vt ꝓphetetis.

1.cori.14.g ¶Fratres/æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.

2.cori.11.a ¶Aemulor vos (inquit Paulus) dei æmulatione.

galat.4.c ¶Aemulāt̃ vos nō bene: sed excludere vos volūt/vt illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono semper: & non tantum cū pręsens sum apud vos.

videatur. J. in verbo Negociator. q ¶Infra Tractare. vbi annotabitur. r ¶De corruptione emptionis. Re empta corrupta existente/confunditur venditor iure humano: quia per actionē redhibitoriā conueniri potest vt preciū restituat/& rem suam accipiat. Tex. est in l. si ꝑdiū. C. de ędil. actionib⁹. Hęc aūt redhibitoria actio/ duplicē habet cōdēnationē: modo enim in simplū/modo in duplum cōdēnat̃ vēditor. Nam si neq; precium neq; accessionem soluat/neq; eum qui eo nomine obligatus erit liberet: dupli precij & accessiōis cōdēnari in iubetur. Si vero reddat precia/ & accessiōes / vel eum qui eo nomine obligatus est liberet: simpli iubētur cōdēnari. Ita dicit tex. in l. Redhibitoria. ff. de ędil. edic. s ¶Empti estis precio magno. Magnum emptionis nostræ precium fuit ipse dominus noster Ihesus Christus. Hic dicit tex. (vbi istud ꝓbatur) in cle. si dn̄m. versi. nos itaq;. i fine. de reliq. & vene. sanc. Vtinam ad Christi seruitiū sic fideles ardor inflammet: vt ꝓficiētibus meritorū cumulis apud eum qui se dedit pro eis in ꝓciū / tribuitq; se ipsis in pabulū/ tandē post huius vitæ decursū, eis se in ꝓmiū largiatur. t ¶Noli æmulari in malignantibus: idest/ noli exemplō imitationis assumere. Est enim q̄ perniciossimū male viuere: & semper prosperari, prout est text⁹ celebris in. c. paratꝰ. in fine. 23. q. 4. Pōt & aliter declarari: vt velit propheta non esse tristandū/cū videmus malos ditescere/ & sic indignis obuenire bona temporalia: q̃ eueniūt nōnūq̄ iusto dei iudicio / vt scilicet hic suam accipiāt de aliquibus bonis ab eis factis remūerationē. Istā declarationē sētit Archi. i c. q̄ magnū. 23 q. 4. & bonus tex. in c. qui dergo. i princ. de pœni. distinc. 3. v ¶Noli ęmulari in eo q̄ ꝓsperat̃ in via sua. Videat̃ ānotatio. 3. parma. a ¶Ne ęmuleris. Pro hac & præcedentibus ac sequentibus hui⁹ verbi sententijs: notetur glosella posita i c. scim⁹. in verbo æmulatiōe. 43. dis. q ponit quadruplicē hui⁹ verbi ęmulor/ significationē hoc carmine cōpręhēsā. Aemulor/ inflat̃/ amat: inuidet ac imitatur. y ¶Nec desyderes esse cum eis. Esse cum malis corporaliter/ nō vsq;quaq; prohibemur: sed prohibemur ne cum eis sumus spiritualiter .i. ne malęeorū voluntati cōsētiamus / sed potius q̄tum licet pro gradu cuiusq; dignitate salua corrigam⁹. Ita eī sociat̃ quis malis: si mali aliqnid cū eis cōmitit aut cōmittētib⁹ fauet. Si autem neutrum facit nullomodo sociatur. Hæc declaratio probat̃ per textum in c. t. cum. a. sequentibus. 23. q. 4. Boni ergo desyderare possunt esse cum malis corporaliter: licet non spiritualiter. Vnde dicit Grego. in c. Hæc aut̃. circa princ. eadem causa & questi. Qui malos non tolerat: ipse sibi per intolerantiā testis est quia bonus nō est. Abel enim esse renuit: quem Cain malicia non exercet. Hæc tex.

z ¶Aemulamini charismata meliora. Istud/ Aemulari scilicet charismata meliora: cōuenit hijs ꝓferti qui meliora æmulari deliberarunt. Tunc enim etsi bona agunt: tn̄ quia meliora agere statuerunt/ non sunt omnino immunes a culpa. prout est tex. Augustini in c. Qui bona agunt. in princ. 17. q. 1.

a ¶Non ęmulat̃. i. non inuidet/ dolendo de aliorum prosperitate/ vel de ipsorū aduersitate gaudendo. Quod an aliquādo cum charitate fieri possit: dicetur in verbo Inuidia.

b ¶Aemulamini spiritalia. Archi in c. Quam magnum. paulo post princ. 23 q. 4. dicit q; aliquis potest tristari de bono alterius: non quia alter bonum habet/ sed quia sibi deest. & hęc tristitia potest appellari zelus: & laudabilis est/ secūdū illud quod scribit ad Corinthios. Aemulamini spiritalia. Hęc Archi. de quo dicet. J. in verbo Inuidia.

¶Si æmulor supra sacrificiũ et obsequiũ fideí vestrę: gaudeo & cõgratulor oib⁹ vobis. Idipsũ autem & vos gaudete: & cõgratulamini mihi. philip.2.c

¶Ego quos amo: arguo & castigo. Aemulare [c] ergo 1 & pœnitentiam [d] age. apoca.3.d

Emulatio & Emulator.

¶De⁹: sãct⁹ & fortis æmulator est. iosuę.2.e.

¶Fortis [e] est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio, canti.8.c.

¶Nũc o filij ęmulatores estote legis (ait Matathias ad filios suos) & date animas vestras pro testamento patrũ/ & memento te operũ patrũ quę fecerũt i generatiõib⁹ suis: & accipietis gloriã magnã & nomẽ æternũ. 1.mac.2.f

¶Testimonium perhibeo illis ꝙ æmulationem quidem dei habent: sed non secundum scientiam. Ignorantes [f] enim dei iustitiam/& suã quęrẽtes statuere: iustitię dei non sunt subiecti. ro.10.a.

¶In die honeste ambulemus non in contentione [g] & æmulatione: sed induimini dominum Ihesum Christum. &c. roma.13.d

¶Si nesciero virtutem vocis (inquit Paul⁹) ero ei cui loquar [h] barbar⁹/ et qui loquitur mihi barbarus. Sic et vos quoniam æmulatores estis spirituum ad ædificationem ecclesię: quęrite vt abundetis. Et ideo qui loquitur lingua: oret vt interpretetur. &c. 1.cori.14c

¶Qui consolatur humiles: cõsolatus est nos deus in aduentu Titi. Nõ solum autem in aduentu eius: sed etiam in consolatione in qua consolatus est in vobis/ referens nobis vestrum desyderium/vestrum fletum/vestram æmulationem pro me/ita vt magis gauderem. 2.cori.7b

¶Timeo ne forte cum venero (inquit Paulus) non quales volo inueniã vos/ & ego inueniar a vobis qualem non vultis: ne forte contentiones/ æmulationes [k]/animositates/dissẽsiones/ detractiones/susurrationes/inflationes & seditiones sint inter vos. 2.cori.12g

¶Terribilis quędam expectatio iudicij: & ignis æmulatio quę consumptura est aduersarios. heb. 10.e.

¶Quis [l] est qui vobis noceat: si boni æmulatores fueritis? 1 pe.3. b.

Emundare.

¶Si mei [m] non fuerint dominati: tunc immaculat⁹ ero/& emundabor a delicto maximo. psal.18.d.

c ¶Aemulare ergo. i. imitare me. vt sicut quos amo/ arguo & castigo: ità quos amas/ arguas & castiges. Quãdõ enim castigatur qui diligitur: tunc circa eum pietas exercetur. dicit tex. in c. non osculatur in pric. 5. q. 5. & dictũ est. §. in verbo Castigare. d ¶Et pœnitentiam age. Qui enim castigatoris vult officiũ assumere: oportet in se corrigat/ quod in alijs corrigendũ existimat. c. multi sacerdotes. paulo post princ. 40. distinc. e ¶Fortis est. Huic sententiæ facta est annotatio supra in verbo dilectio. vbi videat. f ¶Ignorantes iustitiã dei: & suã quęrentes. &c. Ignorant iustitiã dei/ & suam q̃runt: qui bonum opus agunt/ vt inde laudentur ab hominibus. et sic non propter deũ principaliter/ sed propter humanã gloriam. Et tales ęmulationem dei habẽt: sed nõ secundũ scientiã/ vt hic. & est textus cõformis in c. vide q̃tũ. 1. q. 1. in cuius fine dicit ꝙ tali operi potius pœna q̃ pręmiũ debetur: & perfidiæ magis tormentũ est q̃ corona victorię. Illi vero iustitiã dei sciunt/ & suam non quęrũt: qui dei iustitiam oculis suis ꝓponũt & semper timentes & trementes in oĩ negocio formidant ne de iustitiæ tramite deuiantes cadant/ & vnde nõ iustificant̃ inde potius cõdẽnẽtur. Bonus est tex. in c. Omnis q iuste iudicat. in fine. 45. distinc.

g ¶Contentiõe & ęmulatione. De hijs q in cõtẽtione sunt & ęmulatione loquens tex. in c. fi. 90. dis. dicit. Perlatũ est ad apostolicã sedem/ aliquos vestrũ nocere fratribus velle/ et vt cadant decertare: & ob id cõtentiones & æmulationes fieri inter vos. quibus dissensionibus vos auertere/ & in his omnibus concordare/ & opẽ facere vicissim: mandamus. nam si hoc agere cito neglexeritis/ & vicissim reconciliari non studueritis: ab apostolica sede & toti⁹ ecclesiæ cõmunione vos pelli non dubitetis. Hæc tex. h ¶Bro barbarus. Si aliquos tamen etiam antistites & ministros ecclesię/ forte animaduertimus vel cũ barbarismis vel soloecismis deũ inuocare/ vel eadẽ verba quæ pronunciant non intelligere/ perturbateq̃ distinguere: non irrideamus. non quia ista minime corrigenda sunt: sed quia pie toleranda sunt ab eis qui didicerunt. Ita dicit textus Augustini in c. sedulo. circa. fi. 38. distinc. Et dicit idem Augustin⁹ in c. indignũ. eadẽ distinc. Indignũ valde existimo: vt verba cœlestis oraculi restringã sub regulis Donati. i ¶Quoniam æmulatores estis spirituũ. &c. Tex. est huic sententiæ bene conformis in c. 1. 38. distinc. vbi dicit. Ignorancia mater cunctorum errorũ/ maxime in sacerdotibus dei euitanda est: qui docendi officiũ in populo dei susceperunt. Sciant ergo sacras scripturas/ & canones: & omne opus eorũ in ꝓdicatione & doctrina consistat. atq̃ ędificent cunctos tam fidei scientia q̃ operum disciplina. Hæc tex. k ¶Aemulationes. Aemulationes. i. inuidię nedũ iprobãtur iure canonico (vt est tex. in c. fi. 90. distinc. de quo dictum est §. eodem g.) sed etiam iure ciuili. tex. est cum glo. in verbo æmulatione secreta. in l. 1. C. de appa. præfecti. anno. li. 12. l ¶Quis est qui vobis noceat. &c. idest si bene et secũdum dei præcepta vixeritis: non est cur timere debeatis ne quispiam vobis noceat. Si enim deus pro nobis: quis contra nos? Quandoquidẽ quẽ conscientia defendit: liber est inter accusationes. nec vllus ibi lingua eum implicare poterit: vbi eũ conscientia non accusat. dicit tex. in c. in cũctis. 11. q. 3. de quo dictũ est supra in verbo deus. super illud apostoli. Si deus pro nobis: quis contra nos? m ¶Si mei dñati non fuerint. An hæc sententia possit ab ecclesiasticis in suã aduersus parentes suos ecclesiastica ab eis bona non vt pauperes non sint sed vt ditiores fiant petentes/ excusationem assumi: quod si sic/ videatur bonus tex. in c. est probanda. in fi. 86. distic. vbi dicitur. Parentes qui a te ecclesiastico bona eis ecclesiæ dari volunt: pręmiũ q̃runt tuum/ vitæ tuę adimere cõtendũt fructum/ & accusant ꝙ eos diuites non feceris: cum te velint illi parẽtes ęternę vitę fraudare mercede. neq̃ enim propterea te deo dedicasti vt illos diuites facias: sed vt tibi vitam perpetuã fructu boni operis acquiras/ & ꝓcio miserationis peccata tua redimas. Hæc tex. Aliqui tñ hunc psalmographi versiculũ intelligunt: vt velit ꝙ si quis motus suos sic subijcere valebit/ vt nõ dominentur sui. Si quis declinare possit venialia peccata: facile de-

clinabit delicta maxima. s. peccata mortalia. quæ omnia veniunt appellatione peccati maximi quod est superbia: vtpote cum sit initiũ omnis peccati. Et ita intelligendo hanc sententiam videatur tex. in c. si enim. colũ. 6. de pœni. distinc. 2. vbi dicitur. Cũ diabolus viderit nos super fundamentũ Christi ędificasse fœnũ/ ligna/ stipulã. s. venialia peccata: tunc supponit incendium s. mortalia peccata. Aedificemus ergo aurum/ argentũ/ lapides preciosos s. declinemus seu declinare studeamus venialia peccata: & tentare nõ audebit supple de mortalibus. sciens quia si minima velimus vitare: volumus & vitare maiora. Hæc textus cum eius declaratione.

2. tio. 2. d. ℂSi quis se emundauerit ab istis: erit vas in honorem sanctificatum/ & vtile domino ad omne opus bonum paratum.

iacobi. 4 c ℂEmundate [n] manus peccatores: & purificate corda duplices animo. Miseri estote: et lugete/ et plorate. Risus vester in luctum conuertatur: et gaudium in mœrorem. &c.

nũe. 12. b. **Enigma.** ℂOre ad os loquor [o] Moysi (ait dominus ad Aarõ & Mariam). Palam & non per ænigmata & figuras/ deum videt. &c.

2. para. 9 a ℂRegina Saba cum audisset famam Salomonis: venit vt tentaret eum in ænigmatibus [p] in Hierusalem/ cũ magnis opibus/ & camelis qui portabant aromata et auri plurimum gemmasq; preciosas.

iob. 13. c. ℂAudite sermonem meum (ait Iob ad amicos) & ænigmata percipite auribus vestris.

prouẽ. 1. a. ℂAudiens sapiens/ sapiẽtior erit: & intelligẽs/ gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & interpretationẽ: verba sapiẽtum & ænigmata eorum.

1. cori. 13 d ℂVidemus [q] nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. &c.

geñ. 4. c. **Enoch.** ℂCognouit Cai vxorẽ suã: quę cõcepit et peperit Enoch. Et ædificauit [r] ciuitatẽ: vocauitq; nomẽ eius ex nomine filij sui Enoch. Porro Enoch genuit Irad: & Irad genuit Mamael.

geñ. 5. c. ℂVixit Iared centũ sexaginta [s] duobus annis: & genuit Enoch. Et vixit Iared postq̃ genuit Enoch/ octingentis [t] annis: & genuit filios & filias. &c.

geñ. 5. c. ℂEnoch vixit sexaginta quinq; annis: et genuit Mathusalem. Et ambulauit Enoch cum deo. Et vixit Enoch postq̃ genuit Mathusalẽ/ trecẽtis annis: & genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexaginta quinq; anni. Ambulauitq; cum deo. Et non apparuit: quia tulit eum deus.

eccl. 44 c. ℂEnoch placuit deo/ & trãslatus est in paradisũ: vt det gẽtib9 sapiẽtiã.

49. d. ℂNemo natus est in terra qualis Enoch: nã & ipse receptus est a terra.

heb. 11. a. ℂFide Enoch trãslatus est ne videret mortẽ: & non inueniebatur/ quia transtulit eum deus. Ante translationem enim testimonium habuit placuisse deo. Sine fide [v] autem: impossibile est placere deo.

iude. c. ℂProphetauit de his septim9 ab Adam/ Enoch: dicens. Ecce veniet dominus in sanctis milibus suis facere iudicium [x] cõtra omnes: & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis corũ quibus impie egerunt/ & de omnibus duris quę loquuti sunt contra deum peccatores impij. Hi sunt murmuratores querulosi secundum desyderia sua ambulãtes: & os eorum loquitur superbiam/ mirantes personas quęstus causa.

neemię 11 c **Episcopus & Episcopatus.** ℂEpiscopus [y] leuitarũ in Hie

n ℂEmundate manus. Emundat manus s. lauatur & mundus est: q post cõfessionis lauachrũ vitæ innocẽtiã custodit. lauat antẽ nec emundatur: qui cõmissa flere nõ desinit/ sed rursus flenda cõmittit. Ita probat tex. in c. lauamini. & in c. baptizantur. de pœni. distinc. 3.

o ℂOre ad os. Hinc dicit tex. in c. Moyses. in princ. 8. q. 1. Moyses amicus dei: cui facie ad faciẽ deus locutus est. Et in c. vt cognouerunt. §. opponitur. circa princ. de pœni. distic. 2. dicit tex. Quõ charitatẽ Moyses nõ habebat: cui de9 facie ad faciẽ loquebatur/ sicut homo solet loqui cum amico suo.

p ℂIn ęnigmatib9. Aenigma nihil aliud est: q̃ subtilis dubitatio vel obscura sentẽtia. Textus est cum glo. in verbo ęnigmata. i. l. si. C. de legibus. & in c. 1. circa mediũ. & ibi Archi. de reliq. & vene. sanc. li. 6.

q ℂVidemus nunc per speculum. Circa hãc sententiam videatur quod annotatũ est. §. in verbo deus. super illud Ioãnis. deũ nemo vidit vnq̃.

r ℂEt ędificauit. Ius cõsuetudinis post naturalẽ legẽ exordiũ habuit: ex quo hoies conuenientes in vnũ/ cœperũt simul habitare. qd ex eo tẽpore factũ esse creditur: ex quo Cain hanc ciuitatẽ ędificasse legit. Ita dicit tex. in c. si. paulo ante finẽ. 6. distinc.

s ℂSexaginta duobus annis: & genuit. &c. Lege papia cautũ fuerat vt masculus maior sexagenario: no cõtraheret cũ maiore vel etiã minore qui quagenaria. & hoc ideo quia qui ãnũ excessisset sexagesimũ/ procreandę soboli (cuius causa nuptię contrahũtur) operã dare non posse p̃sumebatur. Tex. est cũ glo. in l. sancimus. in princ. C. de nup. istud tñ ex Iared & Enoch ac alijs plerisq; q̃facillime poterat impugnari. t ℂOctingentis annis. Ab Adã vsq; Abraã nõgentis & amplius ãnis vixisse hoies legimus. Ita dicit tex. in c. si. 84. dis. Cætera dicẽtur in verbo viuere. v ℂSine fide. Videant ãnotata in verbo fides. x ℂIudiciũ. De extremo iudicio cuius meminit hęc sententia/ allegata sunt multa. §. in verbo dies q. quo recurratur. y ℂEpiscopus leuitarũ. Pro hac & sequentibus sententijs est aduertendũ: q episcopus vocabulũ inde dictũ est/ q ille qui efficitur episcopus superintẽ-

dat scilicet curam gerēs subditorū. Scopein enī græce: latine intendere dicitur. Episcopi enim græce: latine speculatores interpretantur. Nam speculator est præpositus in ecclesia: ideo dictus ꝙ speculetur & prospiciat populorū īfra positorū mores & vitā. Ita dicit tex. in c. Cleros. colū. 1. 21. distinc. Olim aūt apud gētiles / epī dicebantur: qui ꝑerāt pani & cęteris venalibus rebus q̄ ciuitatū populis quotidianū vsum victui iungūt. Ita dicit tex. in l. Munerū. §. Itē epī. ff. de mune. Hęc tamē cura: saltē respectu ꝓcij victualiū moderandi adhuc hodie de iure cōmuni epīs cōmissa est. prout est tex. Et ibi Panor. colū. fi. in fi. in c. 1. de emp. & vendi. & in l. 1. & ibi. Bal. C. de epis. audi olim etiam idē erat ꝓsbyter qui & episcop⁹. prout est tex. i c. olim. i princ 95 distinc. & illud ostenditur ex varijs diuini eloquij sententiis in c. legimus. col. 1. &. 2. 93. distinc. Quód aūt postea vnus electus est qui cęteris ꝓponeret / in schismatis remedium factū est: ne vnusquisq; ad se trahens ecclesiam Christi rūperet. Anteq̄ enim diaboli instinctu studia vel schismata in religione fierent / & diceret in populis ego sum Pauli / ego sum Apollo / ego aūt Cephę: cōmuni ꝓsbyterorū concilio ecclesiæ gubernabantur. Postq̄ autem vnusquisq; eos quos baptizauerat / suos esse putabat non Christi: in toto orbe decretū est vt vnus de ꝓsbyteris superponeretur / & schismatū semina tollerent. Ita dicit tex. in d. c. olim. in princ. 95. distinc. Sunt aūt epī / apostolorū loco subrogati: apostolis enim decedentibus / loco eorum surrexerunt epī. ita dicit tex. in c. in nono. circa medium. 21. distinc.

rusalem / Azi filius Baani / filius Azabię / filius Mathanię / filius Michę.

¶ Fiant dies eius pauci: & Episcopatum [z] eius accipiat alter. psal. 108. a

¶ Fidelis sermo [a]. Si quis epatū desyderat: bonū opus desyderat. Oportet eni epm irreprehensibilē [b] esse / vni⁹ vxoris [c] virū / sobriū [d] / ornatū [e] / 1. tio. 3. a.

z ¶ Episcopatum eius. Et sic epatus erat in veteri testamento. Limitatio tamen epatuū qua mediante vnusquisq; finibus suis content⁹ esse debet: est instituta a iure positiuo. prout est tex. in c. 1. in princ. 22. distinc.

a ¶ Episcopatū desyderat. &c. Tex. est huius dicti declaratiuus in c. Qui epatū. in princ. 8. q. 1. de quo textu videatur. §. in verbo Desyderare. Aliq̄to tamen arctius q̄ hæc sententia / videtur loqui lex ciuilis dicēs. Antistes tantū ab ambitu debet esse sepositus: vt q̄ratur cogendus / rogatus recedat / inuitatus effugiat / sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio: nisi fuerit ordinatus inuitus. Ita dicit tex. in. l. si quēq̄. C. de epis. & cleri. Et facit tex. in c. multi. in fine. 40. distinc. dū ibi dicit. Quicūq; desyderauerit primatū in terra: inueniet cōfusionē in cœlo: nec inter seruos Christi cōputabitur / quicūq; de primatu tractauerit. Vnde dici potest: ꝙ episcopatū non licet alicui desyderare principaliter vt ꝓsit. Ita loquūtur iura allegata. Sed bene licet ei desyderare vt prosit. Et sic loquitur hęc sentētia ista distinctio probatur per textū clarū in c. in scripturis 8. q. 1. & eādē ponit glo. in d. c. multi. in verbo desyderauerit. 40. distinc.

b ¶ Irreprehensibilē: idē dicit tex. apostolum citās in auctē. Quo. oper. epis. §. 1. in princ. colla. 1. & in c. vnū orariū. §. nunc aūt. versi. ac primū. 25. distinc. vbi tex. huius verbi declaratiuus dicit. Qualē oproteat eū esse qui in episcopū est ordinandus / diligēter inuestigemus: apostoli regulā secuti / quā in huiusmodi re Timotheo & Tito scripsit dicens. Oportet epm irreꝑhensibilē esse: idest nō obnoxiū reꝑhensioi. Hoc ad Timotheū. 3. Ad Titū aūt. 1. Oportet epm sine crimine esse. quod (vt ait Hieronymus ad Occeanum) idem est. Crimen aūt / hoc loco vocatur criminale peccatū seu criminalis infamia. Hæc tex. qui aperte sentit hanc sententiam in verbo irreꝑhensibilē. velle: vt is qui in epm eligitur / de nullo sit infamatus criminali delicto. & idem vult tex. in c. si. eadem distinc.

c ¶ Vnius vxoris virum. i. monogamū. Ita declarat tex. in c. 1. in princ. 26. distīc. Si enim bigamus fuisset aut trigamus idest duas habuisset aut plures vxores / etiāsi post baptismum suum vnicam habuisset: no posset episcopari / immo nec presbyterari. Tex. est in c. acutius. in c. deinde. in c. vnā tant. & in c. si. eadē distinc. & in c. 1. & per totū de bigamis. Istud tamē quod dicitur / promouēdum oportere esse vnius vxoris virum: intelligitur per negationē / sic. vnius vxoris virum / idest non plurium. non aūt per affirmationē: vt scilicet debeat fuisse vnius vxoris. facilius nāq; promouetur qui nūq̄ habuit vxorem: q̄ qui habuit. Istam declarationem ponit glo. in c. debitum. in verbo sacramētum. in fine. eodem ti. Bigamus aūt repellitur a promotione ad episcopatū & ordines sacros: non propter culpam / sed propter defectum sacramenti. quia scilicet vnitas ecclesię ex omnibus gentibus collecta: non potest in eo qui carnem suam in plures diuisit / significari. Ita sentit tex. in d. c. acutius. & glo. mag. in d. c. debitum. Non solum vero oportet promouēdum vni⁹ vxoris fuisse virum: sed etiam fuisse virum virginis. Tex. est in c. 3. & in d. c. debitum. iuncta glo. in verbo viduæ. eodē ti. & in. §. 1. versi. Et neq. in auctē. Quomodo oporteat episco. colla. 1. & in. §. 1. in auctē. de eccle. titu. colla. 9. Et sic videretur ꝙ qui virginē corrupit / si postea ducat eam in vxorem: ꝙ velut bigamus promoueri non possit. quod Hugo. & Hostien. fatebātur. Sed tamen verius est ꝙ immo talis nō efficitur bigamus / & promoueri potest: quia sequēs matrimonium / cōtractum ab ipso corruptore / purgat omnia. Ita tenet glosa no. in c. 1. in verbo contraxerunt. de cleri. coniuga. lib. 6. & Panor. in d. c. Debitum. Vnde quod dicitur promouendum non debere fuisse virum corruptæ sed virginis: intelligi debet de corrupta ab alio non a se. Ita Panor. vbi supra. Vlterius aduertendum est / ꝙ id quod hac sententia dicitur / de viro vnius vxoris / procedit & locum habet etiam si cum secūda contraxerit tātū de facto & nō de iure: vt quia vxore mortua / ꝓmotus ad aliquē ex sacris ordinib⁹ cōtraxit matrimoniū cū alia / & eā cognouit. quāuis ei tale mrimoniū nō valeat: tn̄ i ordine suscepto ministrare vel ad superiores aut epatū ascēdere no pōt (licet in veritate bigam⁹ nō existat) no ꝓpter sacramēti defectū / sed ꝓpter affectū intētiōis cū opere subsecuto. Ita dicit tex. in c. nuper. in fi. eodē titulo. Secus dicendum esset: si matrimonium non contraxisset de facto / sed aliā mulierem accepisset in concubinam. Tex. est in c. pe. eodem. ti. Solū enim inspicitur an quis diuiserit carnem suam in plures per matrimonium: & sic per actum rep̄sentatiuū vnitatis ecclesię cui se vult ascribere. Ita communiter doc. in d. c. debitum. Vbi etiam videatur quare ad inducendum bigamię vitium / plus ponderatur incontinentia mulieris q̄ viri. cum si mulier sit corrupta & vir eam ducat / bigamus efficitur: & tamen si vir ante vel post concubinam tenuisset & cognouisset / bigamus non esset. vt dictum est. §. & est tex. in c. fraternitatis. 34. distinc. Cetera quę hic dici possent: videantur. §. in verbo Diacones. d.

d ¶ Sobrium. Confusio est enim & ignominia / Iesū Christum crucifixum paupetem & esurientem fartis prædicare corporibus: & ieiuniorum doctrinam iubentes buccas tumenti aq; ora proferre. Vnde si episcopi in apostolorū loco sint: nō solum sermonem eorum imitentur / sed et eam conuersationem & abstinentiam. Ita dicit textus Hieronymi in c. ecclesię principes. 35. distinc.

e ¶ Ornatum. Per ornamenta episcopalia / virtutes debent intelligi quæ a domino eis repromittuntur: dum dicitur. Sacerdotes eius induantur salutari. Vnde in veteri testamento variis vestibus sacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet splendere vita pontificis / vt gradui cōferat decorē quē ab eo nō accepit. Ita dicit tex. declarans verbum hoc / ornatum. 40. distinc. in princ. Oportet tamen episcopum etiam ornatum esse exterioribus / habitu scilicet & incessu: vt dictum est. §. in verbo Aaron. fol. 1. pagina. 2. circa fi. Sed ibi dictis addatur constitutio conciliaris posita in c. parsimoniā. 41. distinc. vbi dicitur. Parsimoniam cum veste humili non reprobamus / sicut etiam ornatū pręter corporis diligentiam infucatum laudamus: dissolutos aūt & fractos vestibus & incessu non recipimus. Hęc textus.

f ¶ Prudentem. Prudentem epm oportet intelligi non solum literarū peritia: verūetiam secularium negociorū dispensatione. sacrarum enim literarum oportet epm habere peritiam. Vnde in veteri testamento inter cętera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore / in quo scribebatur manifestatio & veritas: quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. Hinc dominus prius posuit verba sua in ora prophetę: & postea constituit eum super gentes & regna / dicens ad Hieremiam. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te super gentes & regna. Hinc etiam saluator nr prius apostolos docuit: deinde eos ad prædicandum misit dicens. Estote prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbę. Sic etiam post resurrectionē prius illis sensum aperuit / & scripturas explanauit: & postea dixit eis. Euntes in mūdū vniuersum. &c. Hinc Petrus etiam cum rectoribus ecclesiæ scriberet / ait. Parati esse debetis reddere rationē omni poscenti vos satisfactionē de ea fide & spe q̄ in vobis est. Hinc etiam Paulus scribens ad Timotheū / ait. Attende lectioni & exhortationi & doctrinę. Ex quibus omnibus liquido colligitur: ꝙ non sufficit prælatis morum honestas / nisi addatur & scientia doctrinæ. Vnde sacerdotes ingressuri templum tabernaculi / prius lauabantur in labio ęneo quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. Hinc etiam in cantico canticorū / oculi per quos prælati ecclesiæ intelligūtur / assimilanť colūbis quæ resident iuxta fluēta plenissima. Tex. est de præmissis omnibus. 36. distinc. in princ. & in c. qui ecclesiasticis. §. Ecce ꝙ sacrarū. eadē distinc. Literarū etiam secularium peritiā possunt episcopi desyderare: vt errores gentiliū legendo detestentur / & vtilia quę in eis inueniunt ad vsū sacrę eruditionis deuoti vertant. Vnde beatus Gregorius quēdā episcopū non reprehendit / quia literas seculares didicerat; sed quia cōtra episcopale officiū pro lectione euangelica gramaticā populo exponebat. Ita dicit tex. i c. turbat. §. fi. 37. dis. Et idē pbať i c. legim⁹. i §. sed ecōtra. in c. legim⁹. 2. in c. si qs artē. & in c. Qui de mēsa. eadē dis. De peritia etiā literarū in epis reqsita: ē tex. vulgat⁹ / & ibi per docto. i c. cū in cūctis. i pric. de elec. & i §. 1. i auctē. Quo. opor. epis. colla. t. Quod aūt etiā secularium negociorū oporteat ēpos hēre peritiā: ex eo mōstratr / ꝙ debent prelati subditis nō solū spiritualia / sed etiā carnalia subsidia ministrare. exemplo Christi: qui turbas sequētes nō solū verbo docebat / sed etiā virtute sanabat / & corporalibus alimētis reficiebat. Vt ergo prelati hęc plene perficere possint / secularium negociorū oportet eos habere solertiā: vt eorū cautela & ecclesię seruetur indēnes / & cuiq necessaria pro suo modo ministrētur. Vnde quidā in episcopū elect⁹ / a beato Gregorio pro sua simplicitate repellitur: ne eius occasione res ecclesię dilapidarētur. inquiens ꝙ talis in regiminis arce debet constitui: qui nō solum de salute aīarū / verūetiā de extrinseca vtilitate & cautela sciat esse sollicit⁹. Ita dicit tex. 39. dis. per totā. & ad eūdē effectum facit tex. in c. qui episcopus. in verbo suis negocijs cauēs. 23. dis. & in c. fratrem. in princ. 86. distinc.

prudentem[f] / pudicum[g] / hospitalem[h] / doctorem[i] / non vinolentum[k] / non percussorem[l] sed modestum / non litigiosum[m] / non cupidum[n] /

g ¶ Pudicū. Pudicus debet esse sacerdos. i. episcopus: vt et moribus & verbis pudorē indesinenter exhibeat. Vnde in canticis canticorū / genę sponsę. i. predicatores turturi comparantur. Ita dicit textus. 43. distinc. in prin. Cętera q̄ hic dici possent: videatur supra in verbo castitas. in verbo cōcubina. & in verbo diacones.

h ¶ Hospitalē. Hospitalē sacerdotē esse oportet: ne sit de numero eorū quibus in iudicio dicetur. Hospes fui: et non suscepistis me. Qui enim apostolū secutus fuerit: alios ad hospitalitatem debet inuitare. Ordinandus itaq sacerdos / primū ad memoriā reuocet quomodo Abraā et Loth per hospitalitatis opera deo placere / & angelos hospitio meruerunt recipere: quomodo angeli Sodomis hospitalitatis domum ingressi / Loth cum familia liberauerunt / quomodo clausas domos cū hospitibus ignis ingressus perdiderit. Ita dicit tex. 42. distinc. in prin. & versi. Ordinandus.

i ¶ Doctorem. Id est gratiā docendi debet habere: quia (vt Hieronymus ait) innocentis absq sermone conuersatio q̄tum exemplo prodest / tantum silentio nocet. nam latratu canum / & baculo pastorū / lupi sunt arcendi. In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem: ne aut tacenda proferat / aut dicenda taceat. Vnde Gregorius 15 cap. sui pastoralis ait. Sit rector discret⁹ in silentio / vtilis & caut⁹ in verbo: ne aut tacēda proferat / aut proferenda reticescat. Nā sicut incauta locutio in errorem protrahit: ita indiscretū silentiū eos qui erudiri poterant / in errore derelinquit. Ita dicit textus in §. debet etiā gratiā. & in c. 1. in prin. 42. distinc.

k ¶ Non vinolentum. Istud: ex auctoritate veteris testamenti introductum est. Ministri enim tēpli prohibētur vinum & siceram bibere: ne ebrietate grauentur corda eorum / vt sensus eorum vigeat semper et tenuis sit / vel quia venter mero æstuās facile despumat in libidines. Quod autē vinolētus esse prohibetur: non semel sed frequenter vino repletus debet intelligi. Ita dicit tex. 35. distinc. in pri. & idē sentit tex. in c. vinolētū. eadem distinc. Cum autē vinolētus esse prohibetur: gulæ intē perantiā nequaq̄ habere permittitur. Neq enim ebrietas prohibeť et voracitas permittitur. Ita dicit tex. 44. distinc. in prin.

l ¶ Non percussorē. Non enim oportet episcopū ita esse irascibilē & perturbati sensus / vt percutiat qui debet esse patiens: sed sequatur eum qui dorsum posuit ad flagella / qui cum percuteretur nō repercutiebat / cum malediceretur nō maledicebat / cū pateretur nō cōminabatur. dicit text⁹. 45. distinc. in prin. & in c. episcopum. in fi. Cauere nanq debent episcopi: ne dum incaute subdita percutiūt mēbra / ipsi quoq debitā sibi subditorū reuerētiā substrahāt. Iuxta illud quod quidā sapiēs dicit. Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio nec increpationem recipit nec salutem. c. Cum Beatus. paulo post princip. 45. distinc. & facit tex. in c. 1. et. 2. de cleri. percusso. Pręmissa procedunt: vbi episcopi percuterent vt timerentur magis q̄ correctionis gratia. Nonnunq̄ enim pro facienda correctione permittitur episcopis vt percutiant. c. in archiepiscopatu. de rap. c. 2. de calū. c. Illi qui cum similibus 5. q. 5. Non tamē percutiēt ipsi: sed alij iussionibus eorū obtēperātes. c. Non liceat. in princi. 89. distic. Sint autē illi alij iussionibus episcoporū percutiētes: clerici & non laici. c. vniuersitatis. vbi bo. tex. de sen. excō. Percussor etiam ille dici potest: qui sermone inutili conscientiā percutit infirmorū. Tex est in c. fi. in princi. 45. distinc.

m ¶ Non litigiosū. Nihil est enim impudētius arrogātia multorū: qui garrulitatē auctoritatē putāt / & parati ad lites in subiectos tumide intonāt. quod ex arrogantia superbię prouenire manifestū est. Vnde Gregorius scribit in moralib⁹ lib. 23. parte quinta. c. 12. Hoc habet propriū doctrina arrogantiū: vt humiliter nesciāt inferre q̄ docēt / & recta q̄ sapiunt etiā recte ministrare nō possint. in verbis enim eorū proditur / ꝙ cū docēt quasi i quodā sibi videtur sūmitatis culmine residere: eosq quos docēt / vt lōge infra se positos velut in imo respiciūt / quibus non consulēdo loqui sed via dn̄ando dignātur. Ecce quare litigiosi ꝓhibenť in ēpos ordinari. Est & alia causa hui⁹ ꝓhibitiōis. Litigiosi namq: vel adulatiōibus alios pricipū sibi conciliāt: vel fratrib⁹ suis detrahēdo infamię notā ingerūt / vel inter fratres discordiā seminādo / seditionē nūq̄ facere cessant. quę oīa in ꝓlatis dānabilia esse probātur. Ita dicit tex. hęc verba nō litigiosū declarās / 46. dis. i princ. & c. t. i pric. & in §. Ecce. Videnť etiā hęc verba aliter exponi posse: vt scz eos in ēpos ꝓmoueri ꝓhibeāt q litib⁹ sūt agitādis assueti / & in ꝓcessib⁹ (vt sic dixerī) ita nutriti / vt verisimile sit eos nō per alios sed per seipsos / ꝓcessus (si quos habeāt) prosecuturos / & ea ratione ecclesias & dioceses suas deserturos Hoc ei etiā lex ciuilis (tametsi ecclesiasticarū rerū occasiōe ꝓcessus suborirētur) ēpis specialiter inhibuit. put est tex. apertus i §. Et illud. versi. Si vero nō Metropolita. in auctē. Quo opor. epis. colla. t. Cętera q̄ hic dici possēt & allegari: dicētur in verbo. Litigiosus.

n ¶ Nō cupidū. Cupidi / ab apostolo ordinari ꝓhibētur: q2 tales facile a iusto damnarēt. Vn-

de in canonibus apoſtolorū legitur. Eṗs aut pſ̄byter aut diacon⁹ vſuras a debitorib⁹ exigens: aut deſinat/ aut certe deponatur. Hinc etiā dicit Gregori⁹. Bonorū auctori inhęrere aliter nō valem⁹: niſi cupiditatē a nobis q̄ oīm malorū radix eſt/ abſcidam⁹. Ita dicit tex. hęc verba declarās. 47. diſ. ī fi. pric. & in c. 1. & in c. bonorū. ī pric. eadē diſ. Cętera q̄ dici poſſēt de cupidis ſeu vſurarijs clericis: dicētur infra ī verbo fœn⁹. vel ī verbo vſura. o ℭ Suę domui bene prępoſitū. ideſt ſi in laicali habitu vxorem habuit aut filios: a vitijs ad virtutum ſtudia & verbo & exemplo prouocet. vt quod poſtea pręcepturus eſt populis: prius exigat a domeſticis. Vnde ſtatim ſubiungit/ filios habētem ſubditos cū omni caſtitate / & nō in accuſatione luxuriæ. Hoīm eī taliū cohabitator: frontem habet alios redarguēdi. Iure ergo q̄ domui ſuæ neſcit p̄eſſe: in epiſcopū ordinari prohibetur. quia qui ī re minima de qua ſibi familiarior debet cura ineſſe/ fidelis non eſt: quō in ecclesia dei vbi tot ſunt & alieni/ ſolicitā diligentiā exhibebit? Ita hęc verba declarantur per tex. in c. ſicut. §. Neceſſe. in princ. & verſi. iure ergo. 47. diſtinc. & dictū eſt ſupra in verbo Diacones.

ſed ſuę domui ° bene prępoſitum/ filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Si quis autē domui ſuę bene pręeſſe neſcit: quomodo eccleſiæ dei diligentiā habebit? Non ᵖ neophytum: ne in ſuperbiam elatus/ in iudiciū incidat diaboli. Oportet autē et illum/ teſtimoniū habere bonū ab his ᵠ qui foris ſunt: vt non in opprobriū incidat & in laqueū diaboli.

ℭ Oportet epiſcopum ſine ʳ crimine eſſe ſicut dei diſpenſatorem ˢ: non ſuperbum ᵗ/ non iracundum ᵛ / non vinolentum ˣ/ non percuſſorem ʸ/ nō turpis ᶻ lucri cupidum/ ſed hoſpitalem ᵃ/ benignum ᵇ/ ſobrium ᶜ/ iuſtum ᵈ/ ſanctum/ continentem/ amplectentem ᵉ eum qui ſecūdum doctrinam eſt fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortari ᶠ in doctrina ſana/ & Tit. 1. b.

p ℭ Non neophytū. Tex. eſt horū verborū declaratiu⁹. 48. diſtinc. in pric. de quo textu dictū eſt. ś. in verbo diabol⁹. k. Neophyti aūt hodie appellātur/ propoſitū ſacrę religionis nouiter aſſumentes. Vnde beatus Gregori⁹ ſcribit Siagrio eṗo. Sicut Neophytus dicebatur qui in initio ſanctę fidei erat eruditione plantatus: ſic modo neophytus habendus eſt qui repente in religionis habitu plantatus/ ad ambiendos ſacros ordines irrepſerit. Ita dicit tex. in c. 1. in fi. iuncto. c. ſeq. in pric. 48. diſtinc. q ℭ Ab his qui foris ſunt. & non ſolū ſupple ab his qui intus ſunt. Chriſmate enim vngi debet eṗs / nō tam in corpore q̄ in corde: vt & interius nitorē conſcientię q̄tū ad deū/ & exterius habeat odorē famę quo ad proximū. De nitore cōſcientię dicit apoſtolus. Gloria noſtra hęc eſt: teſtimoniū cōſcientię noſtrę. Nā oīs gloria filię regis ab intus. De odore famę idē apoſtolus ait. Chriſti bon⁹ odor ſumus in omni loco: & alijs ſumus odor vitę in vitā/ alijs odor mortis in mortem. Debet enim eṗs bonū habere teſtimoniū/ & ab his qui ſunt intus/ & ab his q̄ ſūt foris: vt cortina cortinā trahat/ & qui audit dicat/ Veni. Hęc ſūt verba tex. ī c. vnico. col. 1. de ſa. vnc. Per hāc aūt apoſtolicā ſentētiā per textū. d. c. vnici/ ſatis declaratā/ dicit tex. in c. licet ergo. in pric. 8. q. 1. Requirit̄ in ordinando ſacerdote etiam populi p̄ñtia: vt ſciant omnes & certi ſint q̄ qui p̄ſtantior eſt ex omni populo/ qui ſanctior/ qui doctior/ qui in omni virtute eminentior/ ille eligit̄ ad ſacerdotiū. & hoc atteſtante populo: ne qua poſtmodū retractatio cuiq̄ ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt aūt quod apoſtol⁹ pręcipit ī ordinatione ſacerdotis dicens. Oportet aūt illū & teſtimoniū habere bonū ab his qui foris ſunt. Hęc tex. Qui tamen non eſt intelligendus vt velit eṗm nedū a clero ſed etiam a populo eſſe eligēdū: ſed ſolū q̄ eṗs eligi debet qui bonā apud populū habeat vitę & cōuerſationis exiſtimationē. et propterea dū tractatur de eo eligendo/ populum eſſe requirendum: ſed in ipſo electionis actu nequaq̄ requiri ſeu intereſſe debere. alioqui electio per ſęcularis poteſtatis abuſum diceret̄ celebrata: & ipſo iure redderet̄ nulla. & q̄ electioni de ſe taliter factę cōſētiret: electionis cōmodo careret/ & ineligibilis fieret/ nec abſq̄ diſpenſatione ad aliquā valeret eligi dignitatē. electores ab officijs & beneficijs eccleſiaſticis ſuſpenderētur/ eligendi tunc poteſtate priuati. Tex. eſt hęc omnia probans in c. Quiſquis. de elec. r ℭ Sine crimine eſſe. Videant̄ quę huic ſententię annotata ſunt. ś. in verbo Crimē. o. & in verbo diacones. c. &. ś. eodem. b. s ℭ Sicut dei diſpēſatorē. Videat̄ quod ānotatū eſt. ś. in verbo. diſpēſator. in. 1. ānotatiōe. Et ibi dictis addat̄ q̄ in multis caſib⁹ eṗs eſt diſpēſator. i. relaxator diſpoſitionis inductę a iure cōmuni. de quib⁹ notāt Panor. & alij in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudi. & de eis late habet̄ in celebri tractatu de bñficio. ī. 4. parte. in. 7. q. vbi cōgerunt̄. 171. caſus in q̄bus permittit̄ eṗis diſpēſare. Vlterius circa hęc verba q̄bus cōſtat eṗm vocari dei diſpēſatorē: notet̄ q̄ etiā vocat̄ ſuperintēdēs. Tex. eſt ī c. cleros. 21. diſ. & ī c. Qui eṗatū. 8. q. 1. Itē vocat̄ aries. Tex. eſt ī c. piſcatoris. circa me. 7. q. 1. Vocat̄ etiā & alijs noībus: de quib⁹ videat̄ per Archi. ī c. fi. de re. iudi. lib. 6. t ℭ Nō ſuperbū. Videat̄ quod ānotatū ſupra eodē. m. in princ. quia huic verbo ſatis applicari poteſt. v ℭ Nō iracūdū. Diſcordātes eīi clericos eṗs vel ratiōe vel poteſtate ad cōcordiā trahere debet. Vnde nequaq̄ litigādi ſeu iraſcēdi facilitate alios ad diſſidiū debet prouocare. Ita dicit tex. 90. diſtinc. in princ. & c. 1. x ℭ Non vinolētū. Videatur quod annotatū eſt. ś. eodē. k. y ℭ Non percuſſorē. Videat̄ annotatio facta ſupra eodē. l. & ibi dictis addat̄ tex. in c. duę ſunt. in fi. 45. diſtinc. vbi dicit̄. Percuſſores qui ab eṗali officio remouent̄/ nō quilibet corporaliter flagellantes/ ſed p̄termiſſa māſuetudine ad verbera ſemper parati intelligendi ſunt: qui per flagella non vitia corrigere ſed timeri appetunt. quibus Petrus ſcripſit. Ne ſitis velut dominantes in clero: ſed forma facti gregis ex animo. Hęc tex.

z ℭ Nō turpis lucri cupidū. Hinc dicit tex. in c. non liceat. 1. rñ. 86. diſtinc. Prohibetur eṗs/ turpis lucri gratia eſſe cupidus: ne aliquo in honeſto negocio victū vel cętera ſibi neceſſaria q̄rat. quod generaliter etiam de omnibus diuino cultui mācipatis/ ideſt clericis vel monachis intelligere oportet. Hęc tex. Cętera quę dici poſſunt: videantur ſupra in verbo Diacones. z. a ℭ Hoſpitalem. recurratur ſupra eodem. h.

b ℭ Benignū. i. manſuetum. Non tamen ſic ſit manſuetus: vt perdat diſtrictū iura regiminis. Cunctis enim rectoribus vtraq̄ ſummopere ſunt tenēda: vt nec in diſciplinę vigore benignitatē manſuetudinis/ nec rurſus in māſuetudine diſtrictionē deſerāt diſciplinę: quatenus nec a compaſſione pietatis obdureſcant cū cōtumacē corrigunt/ nec diſciplinę vigorē molliāt cū infirmorū animos conſolantur. Ita dicit textus in c. ſunt nonnulli. in prin. 45. diſtinc. c ℭ Sobrium. Recurratur ſupra eodē. d. d ℭ Iuſtū/ ſāctū/ continētē. Videantur annotationes factę ſupra eodē. c. &. g. e ℭ Amplectentē eū qui ſecundū doctrinā eſt/ fidelē ſermonē. Hinc dicit textus in c. Qui eṗs. 23. diſ. Qui eṗs ordināṅd⁹ eſt/ examinet̄ ſi in eccleſiaſticis dogmatib⁹ exercitatus eſt: & ante oīa ſi fidei documēta verbis ſimplicibus aſſerat/ ideſt patrē et filiū & ſpiritūſāctū vnū deū eſſe confirmet. totāq̄ trinitatis vnitatē deitatē coeſſentialē & cōſubſtātialē & coęternā & coomnipotētē prędicās: ſi ſingulas quaſq̄ in trinitate perſonas plenū deum & totas tres perſonas vnum deū/ ſi incarnationem diuinā nō in patre neq̄ in ſpiritu ſancto factam/ ſed in filio tātū credat. &c. Hęc tex. qui alia pleraq̄ ab epiſcopis credēda cōplectitur: q̄ videri poſſunt. f ℭ Vt potēs ſit exhortari. Videatur quod annotatum eſt ſupra eodem. i. Et addatur q̄ vltra enumerata ab apoſtolo in hac & ſuperiori ſentētia/ iure humano debent duo adeſſe. Primū eſt ætatis maturitas/ vt ſcilicet annū compleuerit trige-

cos qui contradicunt arguere.

actuū.1.d ℭScriptum est in libro psalmorum. Fiat commoratio eorum deserta/et non sit qui habitet in ea: & episcopatum [g] eius accipiat alter.

actuū.20e ℭAttēdite vobis [h]: et vniuerso [i] gregi in quo vos spiritussanct⁹ posuit episcopos: regere ecclesiam dei quam acquisiuit sanguine suo. &c.

1.pe.2.i fi. ℭEratis sicut oues errātes: sed cōuersi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.

Epistola.

2.reg.11.c ℭScripsit Dauid epistolam ad Ioab/misitq; per manum Vrię: scribēs in epistola. Ponite Vriam ex aduerso belli vbi fortissimū est pręliū: & derelinquite eū/vt percussus intereat. Et supra Dauid.

2.corī.3.a ℭNunquid egemus (ait Paulus) sicut quidam/commendatitijs [l] epistolis ad vos aut ex vobis? Epistola nostra [m] vos estis/ scripta in cordibus nostris/quę scitur et legitur ab omnibus hominib⁹/manifestati: quoniā epistola estis Christi ministrata a nobis/& scripta non atramēto sed spiritu dei viui/non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus.

2.corī.7b ℭSi contristaui vos (ait Paulus) in epistola [n]: non me pœnitet. Et si pœniteret videns ꝙ epistola illa & si ad horam vos contristauit / nunc gaudeo: non quia cōtristati estis/sed quia cōtristati [o] estis ad pœnitentiā. Et vberius supra in verbo Contristari.

2.corī.10c ℭNon existimer tanq̄ terrere vos per epistolas quoniam quidā epistolę (inquiūt) graues sunt et fortes [p]/ pręsētia autē corporis infirma/ & sermo cōtēptibilis. Hoc cogitet qui eiusmodi est: quia quales sumus verbo per epistolas absentes/tales et pręsentes facto.

a ¶Ois sapiẽtia a dño deo est. Et ideo si doctus & eruditus in lege dñi põt alios erudire: nõ debet suę assignare prudentię ingenioq̃ quod possidet/ sed gratias agat primũ dño qui cuncta largitur/ deinde sacerdotibus eius ac ministris a quib9 doctus est. Si em̃ non egerit gratias/ sed scientiã vendicauerit sibi: in penuria maledicet. Ita dicit textus in c. reuertimini. in fi. 16. questi. 1. b ¶Ante æuum. i. ante omne seculũ. Aeuũ em̃ proprie pro seculo ponitur. prout est textus in l. 2. §. sed cum prospexim9. in fi. C. de vete. iu. enuncle. & in auctẽ. nullõ creden. agri. in princi. colla. 4. c ¶Vacate & videte. &c. Videtur dici posse hoc dicto nos cõmoneri vacandum esse vt recte nos diuino famulatui mãcipare possim9/ vacandum scilicet a varijs animi perturbationib9. quia si eas inualescere sinamus: dei famulatũ prępedient/ & dñabunt nostri/ ac deducent ad peccatũ maximũ. put est no. tex. Hieronymi in c. nunq̃. in princi. de conse. distin. 5. Vacandũ itaq̃ a terrenis solicitudinib9: quia nemo militans deo implicat se secularib9 negocijs. dicit tex. post Apostolũ. in c. 1. in fi. ne cle. vel mona. & expedit seruos dei esse quietos. c. 1. in fi. de sindico. d ¶Et exaltabit te. Exaltat proculdubio hoiem atq̃ glorificat sapiẽtia. put est bonus tex. in c. pe. de magis. & dictũ est supra in verbo doct9. e ¶In pditione ipio℞ erit laudatio. An hęc de impio℞ perditione laudatio viciosa sit: dicet in verbo inuidia. f ¶Cõtritionẽ pcedit supbia. Videat ãnotatio. §. i verbo cõtritio. g ¶Qui exaltat os suũ. &c. Hinc Dauid q exaltãs os suũ dixerat/ Ego dixi in abũdantia mea nõ mouebor ĩ ęternũ: eã sibi exaltationẽ seu iactãtiã obsuisse cõfitet dicẽs. Auertisti faciẽ tuã a me: & fact9 sũ cõturbat9. c. imitare. in fi. 6. q̃sti. 1. h ¶Anteq̃ cõterat exaltat cor hois. &c. Dispergit em̃ dñs supbos mẽte cordis sui. Qui nãq̃ sine humilitate virtutes congregat: quasi in ventum puluerem portat. & vnde aliquid ferri cernitur: inde deterius cæcatur. dicit glosa post Grego. in cle. 1. in glo. fina. de reli. do. Cętera videantur in verbo humilitas.

i ¶Continens est iustitię. Videatur annotatio in verbo iustitia.

lo & non flectetur: et continebit illum & non cōfundetur. Et exaltabit illum apud proximos suos: & in medio ecclesię aperiet os eius. &c.

eccl.21.d. ¶Fatuus in risu [k] exaltat vocem suā: vir autē sapiens vix tacite ridebit.

43.d. ¶Benedicentes dominum exaltate illum q̄tum potestis: maior est enim omni laude Exaltantes eum replemini virtute. Ne laboretis: non enim comprehendetis [l]. &c.

esaie 2.c. ¶Exaltabitur dominus solus in die illa: quia dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum. &c. Vt supra dies.

10.d. ¶Nunquid gloriabitur [m] securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga cō tra eleuantem se: & exaltabitur baculus qui vtiq; lignum est.

14.d. ¶In cœlum cōscendam (ait Lucifer) supra astra dei exaltabo [n] solium meum/ sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis/ ascendam super altitudinem nubium: & similis ero altissimo.

40.a. ¶Omnis vallis exaltabitur/ & omnis mōs et collis humiliabitur: & erūt praua in directa/ & aspera in vias planas. &c.

58.a. ¶Clama [o] ne cesses/ quasi tuba exalta vocem tuam: & annuncia populo meo scelera eorum/ & domui Iacob peccata eorum. &c.

Luce.1.e. ¶Deposuit (deus) potentes de sede: & exaltauit humiles.

14.c. ¶Omnis qui se exaltat/ humiliabitur: & qui se humiliat/ exaltabitur. Et infra humiliare.

Ioan.3.b. ¶Sicut Moyses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis: vt oīs qui credit [p] in ipso nō pereat/ sed habeat vitam æternā.

8.d. ¶Cum exaltaueritis filiū hominis: tunc cognoscetis quia ego sum (ait Ihesus) & a meipso facio nihil/ sed sicut docuit me pater [q] hęc loquor.

philip.2.b ¶Deus exaltauit Christum/ & donauit illi nomen quod est super omne nomē: vt in nomine Ihesu omne genu flectatur/ cœlestium/ terrestrium/ et infernorum. &c. Et latius infra in verbo Ihesus.

iacobi.4.e ¶Humiliamini in conspectu domini: & exaltabit [r] vos.

1.pe.5.b. ¶Humiliamini [s] sub potēti manu dei/ vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem solicitudinem vestram proijciētes in eum/ quoniam ipsi cura est de vobis.

k ¶Fatuus in risu. &c. Videatur annotatio in verbo Ridere. l ¶Non enim compħendetis. Tex. est similis sententiæ in c. 1. in princ. in verbo incompręhensibilis. &: ibi glo. de sū. tri. & fi. catho. m ¶Nūquid gloriabitur securis &c. Circa hāc sententiā aduertatur ad id quod dn̄s ait per prophetam. Virga furoris mei Assur: ipse aūt non cognouit. Assur erat virga furoris dn̄i: quia per eū innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit. ipse vero non cognouit: quia in superbiā elatus/ victoriam quā assecutus fuerat/ non diuinę potentię/ sed suis viribus attribuit. Vnde cōtra eius superbiā dn̄s loquitur dicēs. Nunquid gloriabitur serra contra eū qui secat i ea? Aut nūquid exaltabitur securis cōtra eum q cędit in ea? Quib⁹ similitudinib⁹ satis perspicue ostenditur/ q sicut serra & securis nec secare nec cędere ligna possunt nisi ab alio regantur/ ac ideo cōtra regētem se superbire nō debēt: sic illi per quos deus punit absq; nutu diuinę dispositiōis nihil agere valent/ ac ideo contra regentē se superbire eis non licet. Ita dicit texta cui⁹ hęc verba sunt/ in c. si. paulo post princ. 23. q. 5. Et dicit tex. in c. inferior. 21. distinc. Non pōt quisq̄ qui minoris auctoritatis est/ eum qui maioris potestatis est iudicijs suis adijcere/ aut proprijs diffinitionibus subiugare. Vnde propheta ait. Nūquid gloriabitur securis contra eū qui secat in ea: aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eā? Hęc tex. Quando q̄ tn̄ securis gloriat contra eū qui secat in ea: q̄a nōnūq̄ subditi ad accusationē admittūtur platorum. e. ex parte. de accusa. q2 sicut laudabile discretūq; est/ reuerentiam & honorē exhibere prioribus: ita rectitudinis & dei timoris est/ si qua in eis sunt quę indigent correctione/ nulla dissimulatione postponere. ne totum (quod absit) corpus morbus inuadat: si languor non fuerit curatus in capite. Ita dicit textus in c. Sicut. in princ. 2. q. 7. n ¶Exaltabo solium meum. Ius humanū eos qui instar Luciferi gloriātes extollunt/ luciferianos appellat. put est bo. tex in c. quidā versi. luciferiani. 24. q. 3. de quo dicetur in verbo Lucifer. o ¶Clama ne cesses. &c. Videat huius sentētię ānotatio. s. in verbo Clamare. p ¶Omnis qui credit in ipso: nō pereat/ sed habeat vitā ęternā. Similis est sententia ex euangelio sumpta in c. bñdictus. in fine. de pœni. distinc. 4. vbi dicitur Dn̄s ait in euangelio. Qui credit in me: habet vitam ęternā. qui vero non credit: iam iudicatus est. q ¶Sicut docuit me pater: hęc loquor. Pro elucidatione istorū verborū videtur esse bonus textus in c. fi. de conse. distinc. 5. vbi dicit. Dicere & loqui/ in trinitate nō secūdū consuetudinem nostrā qua & nos sermocinamur & loquimur/ accipiendū est: sed iuxta formā incorporaliū naturarū sine naturaliū/ & maxime trinitatis quę volūtatē suā ingerit in corda credentiū/ & eorū cordibus ingerit qui eā digni sūt audire. Liquidū ergo est/ dicere patrē & audire filiū/ vel ecōtra filiū loquentē & audire prēm/ significare eiusdē naturę esse patrem & filiū. Et eodē modo de spiritu sancto (ne quis illū a patris & filij volūtate & societate discerneret) scriptū est. Non enim a semetipso loquitur: sed sicut audit/ & loquit. Cui simile est quod de seipso saluator ait. Sicut audio: & iudico. Et alibi. Non potest a se filius facere quicq̄: nisi quod viderit patrem facientem. Hæc tex. r ¶Et exaltabit vos. Quod si ecōtra exaltaueritis vos in cōspectu dn̄i: ipse humiliabit vos. quia scriptum est. Incuruabitur homo/ & humiliabit vir: & oculi sublimiū deprimētur. Tex. est sumptus ex Esaia in c. væ qui dicitis. 11. q. 3. s ¶Humiliamini sub potenti manu dei. &c. Tex. in c. nulli. in princ. 4. q. 1. Hanc sententię innitēs dicit. Nulli dubiū est quia boni a malis semper persequūtur & tribulātur: propter quod nos oportet humiliari sub potenti manu dei/ vt liberet nos in tēpore tribulationis. Hæc tex. Est enim humilitas/ certa in diabolū & fautorum suorum idest malorū persecutiones & astutias protectio. Vnde legitur diabolum ad sanctum Macharium dixisse. Ieiunas interdū: & ego nullo vnq̄ cibo reficior. Tu sępe vigilas: me nūq̄ sopor opprimit. humilitas tua sola me vincit. ita dicit glo. in cle. 1. in verbo Humilitatis. de relig. domi.

t ¶ Pauper sum ego. &c. Videtur hæc sententia in eos accõmodari posse: qui tametsi pauperibus nati parentibus/ & in manuum operib⁹ victũ q̃rentes/ sũma ambiunt honorũ seu dignitatum culmina/ nec vias sinistras pro eis indipiscẽdis experiri pertimescunt. Vnde fit vt vbi ad ea quę ambiebãt peruenerint/ humilientur int⁹: & contuebentur verme conscientię eos per singula momenta corrodente/ & multiplices scrupulos quibꝰ omnis eis pax (quæ nõ est cum impijs) subtrahitur / ingerẽte. De quibus loquit tex. in c. narui. versi. alius pensare. 13. distinc. vbi dicit. Alius pensare pondus ecclesiastici honoris negligẽs; ad locum regiminis p̃miis ascẽdit. sed q2 omne quod hic eminet plus mœrorib⁹ afficit q̃ honoribus gaudet: dũ cor pl⁹ tribulatiõe p̃mit/ ad memoriam culpæ reuocat. doletq; se ad laborẽ cum culpa peruenisse: et q̃ sit iniquum quod admiserit ex ipsa fractus difficultate cognoscit. Rcũ se igit eũ impensis p̃mijs agnoscens/ vult adeptę dignitatis locũ deserere: sed timet ne grauius delictum sit/ suscepti gregis custodiã reliquisse. Vult suscepti gregis curã gerere: s3 formidat ne deterior culpa sit regimina pastoralis gregis dimittere q̃ empta possidere. Per honoris ergo ambitũ / ligatũ culpa hincinde se cõspicit esse Hæc tex.

Exaltatus ꝛ Exaltatio.

¶ Pauper ꝛ sum ego & in laborib⁹ a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus. psal. 87. c

¶ Tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos. 96. b.

¶ Iuuenes et virgines senes cũ iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. 148. b.

¶ Exaltatio oculorum est dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatũ. prou. 21. a

¶ In exaltatione iustorum multa gloria est: regnantibus [v] impijs ruinę hominum. 28. b.

¶ Quasi cedrus exaltata sum in libano (ait sapientia) & quasi cypressus in monte Siõ. Quasi palma exaltata sunt in Cades: & quasi plãtatio rosę in Hierico. Quasi oliua speciosa in campis: & quasi Platanus exaltata sum iuxta aquam/ in plateis. &c. eccl. 24. b

¶ Glorietur [x] frater humilis in exaltatione sua: diues autem in humilitate sua/ quoniam sicut flos fœni transibit. iacobi. 1. b

Examinare ꝛ Examinatus.

¶ De eloquijs examinatis videatur supra in verbo Eloquium. 2. reg. 22. c

¶ Elegit sibi viros (Esdras sacerdos) principes magnos de patrib⁹ eorũ secundum nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare [y] negocium. &c. 3. esdrę. 9 b

¶ Probasti cor meum & visitasti nocte: igne [z] me examinasti/ & non est inuenta in me iniquitas. psal. 16. a

v ¶ Regnãtibus impijs ruinę hominũ. Vt ruina fiat hominũ/ & de eorum criminibus seuera punitio: deus impios ei principes præficit & sublimat. quia pro meritis subditorum disponitur a deo vita rectorum. dicit tex. in c. 1. & in c. si hęreticus §. Item quod dicitur. 2. q. 7.

x ¶ Glorietur frater humilis. Non in se sed in deo: cum omne donum optimum desursũ sit descendens a patre luminũ. Hinc scriptũ est. Qui gloriat: in dño glorietur. nõ eni qui se ipsũ cõmendat ille probatus est: sed quem de⁹ cõmẽdat. Hãc declaratiõnẽ sentit Archi. in c. aducim⁹. in verbo gloriet. 16. q. 1.

y ¶ Examinare negociũ. Iure hũano in aliqb⁹ negocijs debet examinatio p̃mitti. Pr\[i\]o ei fit examinatio in p̃motiõe ep̃s. q2 debet ei⁹ psona diligẽter examinari: & p̃serti de his q̃ fidẽ cõcernũt catholicã & ei⁹ articulos. put est tex. diffusus in c. qui ep̃s. 23. dis. Secũdo fit examinatio in negocio promotionis clericorũ ad ordines. quãdo eni ep̃s ordinationẽ facere disponit: omnes qui ad sacrum ministeriũ accedere voluerint/ feria. 4. ante ipsam ordinationẽ vocãdi sunt ad ciuitatẽ vna cũ presbyteris qui eos repñtare debent. Et tunc episcopus a latere suo eligere debet sacerdotes & alios prudẽtes viros gnaros diuinę legis/ exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus/ qui ordinãdorũ vitã/ genus/ patriam/ ętatẽ / institutionẽ/ locũ vbi educati sunt/ si sint bene literati/ si instructi in lege dei ante omnia diligenter inuestigent/ si fidem catholicã firmiter teneant/ & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi aũt quibus hęc examinationis cura committitur/ cauere debent/ ne aut fauoris gratia/ aut cuiuscũq; muneris cupiditate illecti/ a vero deuient: vt indignũ & minus idoneũ ad sacros gradus suscipiendos ep̃i manibus applicent. Quod si aliter fecerint: & ille qui indigne accesserit ab altari remouebitur/ & illi qui donũ sancti spiritus vendere conati sunt/ coram deo iam cõdẽnati ecclesiastica dignitate carebũt. Igitur per tres cõtinuos dies diligenter examineutur: & sic sabbato qui p̃bati sunt/ ep̃o reprę̃sententur. Ita dicit tex. cui⁹ hęc verba sunt/ in c. Quando episcopus. 24. distinc: qui tex. in eo quod loquitur de sacerdotibus eligendis ab ep̃o/ pro facienda ordinandorum examinatione/ procedit episcopo volente. Si enim nolit episcopus sacerdotes eligere/ non tenetur: dummodo archidiaconus ecclesię pręsens sit & sufficiens ac literatus pro examinatione facienda: quia de iure cõmuni ad Archidiaconũ spectat officiũ examinãdi. prout est tex. & ibi notabiliter Hostieñ. in. 2. col. in c. Adhęc. § l quadã. de offi. Archi. Et notat Pauoe l c. dudũ 2. l 2. col. de elect. Tertio fit examinatio in negocio cõfirmatiõis electiõis de aliquo factę. Nõ ei ad confirmationẽ procedi debet: nisi prius parsonę electi & eligentium examinatione facta. c. postq̃. de elec. & c. si. eod ti. li. 6. quod procedit etiã in cõfirmatione electionis factę de aliquo in imperatorẽ: quia adhuc tunc necessaria est pręãbula examinatio. prout est casus in clemẽ. Ne Romani. §. Nos itaq;. de iureiu. Quarto fit examinatio l negocio promotionis ad doctoratũ. De iure ei cõi nullus debet ad doctoratũ promoueri: nisi prius a septẽ doctoribus examinat⁹ fuerit. Tex. est & ibi Bartho. in l. si quis. & in l. magisteos. C. de professo. & medi. li. 10. & notãt Panor. & preceptor meus Decius in c. proposuisti. de probati. Postremo aduertendum est circa id quod supra conclusũ est/ promoturos ad ordinem ecclesiasticũ examinari debere. Nã illud procedit etiã in monachis: qui q̃liũcũq; de abbatis eorũ permissione constet/ debent examinari. Prout notat Archidi. in c. si monachus. in prin. 16. q̃sti. 1. Hostieñ. i d. c. Adhoc. col. 2. in fi. de offi. Archid. Et facit tex. in c. pe. 77. distic. nisi forsã monasteriũ esset exẽptũ: quia tunc cõsensus et approbatio abbatis videret sufficere. Ita sẽtit Archi. in c. episcopum. circa mediũ. 9. q. 2. Hæc autem examinatio præsertim fieri debet in promouẽdis ad ordinẽ presbyteratus. Sanctius est eni (maxime in ordinatione sacerdotũ) paucos bonos q̃ multos malos habere ministros. Ita dicit tex. in c. si. in fi. de æta. & quali.

z ¶ Igne me examinasti. &c. Igne exa-

minati sunt & non est inuenta in eis iniquitas/ Sidrac Misael/ & Abdenago. qui missi in ignē fornacis ardentis/ deū non destiterunt confiteri. prout de hijs est tex. in c. imperatores. 11. q. 3. in c. qñ vult deus. 23. q. 4. & in c. quando vult deus. 23. q. 4. & in c. Nō inuenitur. ead\ē causa & questi. a ℭ Igne nos examinasti. Vt enim igne probat aurum sic homines iustos/ ignis probat tribulationis. Vt notabiliter sentit Archidia. multa de vtilitate tribolationis cōgerēs ex sacris līis in c. aduersitas. 7. q. 1. q ℭ Aialis hō nō percipit ea quę sunt spūs dei. Circā hāc sētentiam videatur tex. 1c. sicut in sacramentis. circa fi. de conse. distic. 4. vbi dicit. Si posset fieri vt singuli diligenter interrogarentur: tot diuersitates opinionū forsitan inuenirentur/ quot hoies numerarentur. aialis enim homo non percipit ea q̄ sunt spirit⁹ dei. Hęc tex.

psal. 65. b. ℭProbasti nos deus: igne nos [a] examinasti sicut examinatur argētum.

1. cori. 2. d ℭAnimalis [b] homo non percipit ea quę sunt spirit⁹ dei. Stultitia enim est illi: et non potest intelligere/ quia spiritualiter examinatur.

psal. 65. b. Exasperare & Exasperans.

ℭQui exasperant [c]: non exaltentur in semetipsis.

67. b. ℭDeus educit [d] vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant/ qui habitant in sepulchris.

77. a. ℭFilij qui nascentur et exurgēt/ enarrabunt filijs suis vt ponant in deo spem suam/ et non obliuiscantur operū dei/ et mandata eius exquirant: ne fiant sicut patres eorum/ generatio praua et exasperans.

eccl. 3. c. ℭQuam malę famę est qui derelinquit [e] patrem [f] & est maledict⁹ a deo qui exasperat matrem.

4. a. ℭAnimam esurientem ne despexeris: & nō exasperes [ee] pauperē in inopia sua.

eze. 2. b. ℭHęc dicit domin⁹ deus. Si forte filij Israel audiāt/ et si forte quiescāt: quoniā domus exasperans est/ sicut domus exasperatrix est. Tu ergo fili hominis ne timeas eos neq; sermones eorū metuas: qui icreduli & subuersores sunt tecum/ et cum scorpionib⁹ habitas. Verba eorū ne timeas/ et vultus eorum ne formides: quia domus [f] exasperans est.

eze. 2. d. ℭTu fili hominis [g] audi quęcūq; loquar ad te (ait dominus ad Ezechielem) & noli esse exasperans/ sicut domus exasperatrix est. &c.

iudith. 4 c Exaudire.

ℭScitote quoniam exaudiet [h] domin⁹ preces vestras: si manentes permanseritis in ieiunijs et orationibus/ in conspectu dñi.

psal. 9. g. ℭDesyderium pauperum exaudiuit dñs: pręparationem cordis eorum audiuit auris tua.

65. d. ℭIniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet [i] domin⁹. Propterea exaudiuit deus: & attendit voci deprecationis meę.

68. d. ℭIn mītitudine misericordię tuę dñe exaudi me: in veritate salutis tuę.

68. d. ℭExaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundū multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et ne auertas faciē tuam a puero tuo: quoniam tribulor/ velociter exaudi me.

68. g. ℭExaudiuit pauperes dominus: et vinctos suos non despexit.

85. b. ℭIn die tribulationis meę clamaui ad te domine: quia exaudisti me.

c ℭ Qui exasperant nō exaltentur in semetipsis. Moralis huius seotētię elucidatio vidaf esse hęc. Qui ex officio eis incūbente/ alios corripiunt & emendant: id faciant compatiendo/ nō autē semetipsos exaltādo/ & eos quos corripiūt cōtēnēdo. qñquidē vera iustitia cōpassionē habet: falsa vero dedignationē. Recte aōt his per pphetā dñs dicit. Vos cū austeritate imperabatis eis & cū potētia. cū austeritate enim & potentia iperant: qui subditos suos nō cū tranqllitate ratiocinādo corrigere/ sed aspere inflectere dominādo festinant. Hęc declaratio sic protensa probatur in c. vera iustitia. in prīc. 45. distic. iuncto c. 1. versi. recte autē. 45. distinc. d ℭ Deus educit in fortitudine. &c. Idest sicut de⁹ noster & dñs Jhesus Christus in fortitudine eduxit ab īferis & de lacu miserię & luto fecis antiquos patres dæmonum vinculis alligatos: ita ipsius fortitudine opus est vt hij qui exasperant & habitāt in sepulchris. i. resistunt iustitię donec morti siūt proximi/ ad verā vnq̄ ac meritoriam veniant conuersionem. Tales enim nisi speciali dei miseratione vocati via vnq̄ ad aliquā pœnitētię frugē perueniūt. prout est tex. vbi ista probantur in c. nullus expectet. de pœni. distinc. 7.
e ℭ Derelinquit patrē. De filiis dereliquētib⁹ patres: est bo. tex. in aoctē. si captiui. C. de sacro. eccle. vbi dicit. Si captiui alicuius/ liberi redēptionem eius neglexerint: non solū exhęredari possunt/ sed etiam lege denegatur eis successio. & si fuerint scripti: taotū in alijs valeat testamētū. Hęc tex. ee ℭ Exasperes pauperē. Qui pauperes etiam importune petētes exasperat: peccat venialiter tex. est in c. vnū orariū. §. alias ea demū. versi. & quis. 25. dis.
f ℭ Domus exasperans est. Pro elucidatiooe istorum verborum est bo. tex. in c. nisi cū pridem. §. propter maliciam. de renū. vbi dicit. Propter maliciam plebis cogitur interdū plat⁹ ab ipsius regimine declinare: cū plebs adeo durę ceruicis existat/ vt proficere neqat apud ipsum. sed propter eius duritiam quo magis satagit: eo magis iusto iudicio deficere permittstur/ dicente dño per prophetā. Linguā tuā adhęrere faciam palatu tuo: quia domus exasperans est. g ℭ Audi quęcūq; loquar ad te: & noli esse exasperans. Tex. est qui satis istis verbis astipulat/ in c. si quando. in princ. de rescrip. vbi dicit. Si quando aliqua tuę fraternitati dirigimus/ quę animū tuū exasperare videantur: turbari non debes. &c.
h ℭ Exaudiet. &c. Si perseueraueritis in orationibus. De exauditione orationum dictum est supra in verbo deprecari. vbi videatur. i ℭ Non exaudiet. Vt ergo exaudiat oratio: porrigenda est per bene dispositum contritum & pœnitentem. Nam cum is qui displicet/ ad intercedēdum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. c. iudicet. 3. q. 7. De⁹ tñ quandoq; peccatores & in corde iniquitatem aspicientes/ audit. vt dicet in annotatione penultimę sententię huius verbi.

k ¶ De tribulatione inuocaui dñm.&c. Videantur in notata. s. in verbo angustia. in prima annotatione.

l ¶ Auribus percipe. Loquitur more humano. Nec enim aures aut membra deo inesse putandũ est. Hinc fuerunt vetustis tẽporibus hæretici Antropomorphitæ dicti pro eo q simplicitate rustica deũ habere humana mẽbra quę in diuinis libris scripta sunt arbitrabant: ignorãtes vocem dñi qui ait. Spũs est deus/incorporeus est enim nec membris distinguitur/nec corporis mole censet. Ita dicit tex. (cuius hęc verba sunt) in c. Quidã.col.3. versi. Antropomorphitę.24.q.3.

¶ De tribulatione[k] inuocaui dominũ: & exaudiuit me ĩ latitudine dñs. psal.17.a
¶ Domine exaudi orationem meã/auribus[l] percipe obsecrationem meã 142.a.
in veritate tua: exaudi me in iustitia tua.
¶ Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus. 142.b.
¶ Inuocabunt[m] me & non exaudiam (ait sapientia) mane consurgent prou.1.d.
et non inuenient me: eo q exosam habuerint disciplinam/et timorem do-
mini non susceperint/nec aquieuerint consilio meo/ & detraxerint vni-
uersę correctioni meę.
¶ Longe est dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet. 15.d.
¶ Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse clamabit & 21.b.
non exaudietur.
¶ Maledicentis[n] tibi in amaritudine animę suę exaudietur deprecatio eccl.4.a.
illius: exaudiet autem eum qui fecit illum.
¶ Vnus orans[o] & vnus maledicens: cuius vocem exaudiet deus? 34.d.
¶ Non accipiet[p] dominus personam in pauperem: & deprecationem 35.c.
lesi exaudiet.
¶ Scimus q peccatores[q] deus non audit: sed si quis dei cultor est & vo- ioã.9.f.
luntatẽ eius facit/hunc exaudit.
¶ Tempore[r] accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. &c. 2.cori.6.a

Excelsus & Excelsior.

¶ Forsitan vestigia dei comprehẽdes: iob.11.b.
et vsq ad perfectum/omnipotẽtem reperies. Excelsior cœlo est: & quid
facies? profundior inferno: et vnde[a] cognosces?
¶ Nunquid deum docebit quispiam scientiam: qui excelsos iudicat? 21.e.
¶ Dominus excelsus/terribilis/rex magnus super omnem terram. psal.46.a

m ¶ Inuocabũt me &c. Hęc tota sentẽtia videt intelligẽda de tpe extremi seu/gñalis iudicij: aut saltem de tẽpore particularis iudicij quo aĩa hinc egressa statim equilibranda psentatur. Tũc enim qualis quisq inuenitur: talis vel suscipitur vel reprobat. c. qualis. 25. distinc. nec tunc põt aliquis efficaciter inuocare seu miam expetere vl alius pro eo: vtpote cum tunc iudicio locus sit nõ alicui misericordię. prout est bon⁹ text⁹ in c. in psenti. 13.q.2. de quo dictum est. s. in verbo diluuiũ. c. vbi videat. Ante aũt illud tempus gñalis aut particularis iudicij/ & sic ante mortẽ/ nemo innocãs ex corde vero & perfecto repulsam patitur/ dño dicẽte. Quacũq die conuersus fuerit peccator: vita viuet/ & nõ morietur. Vera enim cõfessio/ in vltimo tempore esse potest: quia dñs non solũ temporis sed etiam cordis inspector est. sicut latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso in hora vltimę cõfessiõis, ita dicit tex. in c. si p̃sbyter. 26. q 6. Periculosissimũ tamẽ est/ & interitui vicinũ: ad mortẽ protrahere pœnitẽtię remediũ. Quare nullus expectet: qñ peccare nõ põt. arbitrij querat libertatẽ/ vt delere possit cõmissa: nõ necessitatẽ. multos enĩ solet serotina pœnitentia decipere. Tex. est ita dicens/in c. si. in princ. in ncto versi. multos, in princ. & circa mediũ. de pœni. distinc. 7.

n ¶ Maledicẽtis tibi, &c. Videantur q in maledictionis materia annotabunt. s. in verbo Maledictio.

o ¶ Vnus orans & vnus destruens. An hęc sententia possit de eadẽ persona intelligi respectu hominis exterioris & interioris agente contraria/ orante scz exterius & facietenus/ destruente autem interius vtpote cũ interiora eius plena sint dolo & fallacia. Huius enĩ personę oratio: deo qui cordiũ scrutator est/ nec accepta esse & proinde nec exaudiri potest. cuncti enim liquido nouimus: quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur/ irati anim⁹ ad deteriora prouocatur. vt dictum est supra eodẽ. 1. & est tex. ibidẽ non allegatus/ citans Gregoriũ in pastorali. 49. distinc. in princ.

p ¶ Non accipiet dñs personam in pauperes. i. dñs iustitiã exhibebit pauperi nedũ contra pauperẽ qui eum lesit/ sed etiã contra potentẽ. Et ita etiã imperator se facturũ demonstrat dicens in l. vnica. in si. C. qñ imperator inter pupillos & viduas. Si pupilli vel viduę aliquę/ fortunę iniuria miserabiles iudiciũ nostrę serenitatis orauerit presertim cũ alicui⁹ potentiam perhorrescant: cogantur eorũ aduersarij ea amini. nostro sui copiam facere.

q ¶ Peccatores deus non audit. Huic dicit tex. in c. sacrosancta. in si. 1. q. 1. Quõ ad diuini mysterij consecrationẽ cœlestis spũs innocatus adueniet: si sacerdos & qui eũ adesse depcatur/ criminosis plenus actionibus reprobatur? Et in c. ipsi sacerdotes. eadẽ causa & qsti. dicit tex. Ipsi sacerdotes qto digniores fuerint: tãto facilius in necessitatibus pro quibus clamãt exaudiũtur. Dicit tamẽ Thomas q si peccator petit aliquid inqtũ peccator. i. secũdũ desyderiũ peccati: non auditur a deo ex misericordia. sed qñq exaudit ad vindictam: dum permittitur ampli⁹ ruere in peccata. Vnde secũdum Augustinũ deus qdam negat propicius: quę concedit iratus. Sed si peccatoris oratio procedit ex desyderio bonę naturę: deus exaudit nõ quasi ex iustitia/ quia talis nõ meret/ sed ex pura mia. Ita dicit glo. allegans Thomã in cle. si dñm. in verbo orationes. colũ. 1. de reliq. & vene. sanc. Potest & aliter intelligi hęc sententia: vt velit deũ nõ exaudire pces q fiunt p peccatoribus/ quis nõ a peccatoribus fiãt. Orationes enim factæ pro his qui boni sunt vel per pœnitentiam esse boni volunt/ exauditionis effectum sortiuntur: factę vero pro alijs qui mali sunt vel emẽdari respuũt/ vel qui non immutato corde putãt per orationẽ indulgentiã peccatorũ cõsequi/ tũc sine dubio illis nõ prosunt. Vnde dominus ad Hieremiã. Et tu (inquit) noli orare pro populo isto orare: quia nõ exaudiã te. Magis autẽ illis pro quibus fiunt orationes accumulatur pernicies/ si per eum qui deo displicet interpellent: cum vtiq alium bonũ huiusmodi officio valeant deputare. Ita dicit notabiliter Archi. 49. dist. in princip.

r ¶ Tẽpore accepto exaudiui te. Prę cęteris bonũ et acceptũ tẽpus pro effũdẽdis ad deum precib⁹/ & ipsarũ exauditionem est Quadragesimale tempus. de eo nãq prę alijs tẽporibus peculiariter legitur. Ecce nunc tẽpus acceptabile. prout est tex. iuncta superscriptione in c. Ecce. de peni. dist. i. c. t.

a ¶ Vnde cognosces. Est enim deus incõprehensibilis: cũ sine mensura sit. Vnde dicitur. Intra omnia non inclusus/ extra omnia nõ exclusus/ supra oĩa nõ elat⁹. Ergo noli cõprehendere: nec etiã tãgere. qz in lege dicitur. Bestia quę tetigerit mõtem: lapidabitur. Ita Hostien.

eccés.5.b. ℭSi videris calũnias egenorum/et violẽta iudicia/ et subuerti iustitiã in prouĩcia/nõ mireris super hoc negocio: quia excelso excelsior [t] est ali9/ et super hos quoq; eminentiores alij/et insuper vniuersę terrę rex impe= rat seruienti.

ecci.1.a. ℭFõs sapientię [v] verbũ dei in excelsis: & ingressus illi9 mãdata ęterna.

psal.79.a **Excitare.** ℭQui sedes super Cherubim: manifestare corã Ephraĩ/ Beniamin & Manasse. Excita potentiã tuã et veni: vt saluos facias nos.

ecci..22.a ℭQui narrat verbum non audienti: quasi qui excitat dormientem de graui somno.

ioã.2.d. ℭSoluite templum [x] hoc (ait Ihesus Iudęis) & in tribus dieb9 excitabo illud.

actuũ.12.a ℭAngelus percusso latere Petri excitauit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderũt cathenę de manibus ei9. Et latius infra in verbo Petr9.

proũ.21.b **Excogitare.** ℭExcogitat [y] iustus de domo impij: vt detrahat im= pios a malo.

sapię.14.a ℭAlius nauigare cogitãs/& per feros fluctus iter facere incipiẽs: ligno portante se/ fragilius lignum inuocat. Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit: & artifex sapientia frabricauit sua. &c.

ecci.17.d. ℭQuid nequius: q̃ quod excogitauit caro et sanguis? & hoc arguetur.

proũ.21.b **Excors.** ℭDoctrina [z] sua noscitur vir. Qui autẽ vanus et excors est: patebit contemptui.

21.a. ℭQui congregat [a] thesauros lingua mẽdacij: vanus et excors est & im= pingetur ad laqueos mortis.

ecci.6.c ℭQuam aspera est nimiũ sapientia indoctis hominibus: & non perma= nebit in illa excors.

nũeri.3.a **Excubare & Excubię.** ℭLoquutus est dominus ad Moysem dicens. Applica tribum Leui/et fac stare in conspectu Aaron sacerdo= tis: vt ministrent ei/vt excubent [b] & obseruent quicquid ad cultum per= tinet multitudinis coram tabernaculo testimonij/ & custodiant vasa ta= bernaculi seruientes in ministerio eius.

nũri.3.d. ℭPrinceps principum leuitarum Eleazar/filius Aaron sacerdotis: erit super excubitores custodię sanctuarij.

4.reg.11.b ℭDuę partes e vobis (inquit Ioiada Pontifex ad Centuriones et mili= tes) omnes egrediẽtes sabbato custodiãt excubias [c] domus domini cir= ca regem: et vallabitis eum/habentes arma in manibus vestris. &c.

psal.140.a **Excusare & Excusatio.** ℭNõ declines [d] (domine) cor meũ in verba malitię/ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominib9 operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

in c.1. in verbo Incomphẽsibilis. de sũ tri. & fi. catho. t ℭExcelso excelsior est alius. &c. s. Iudex superior corrigere potest & emendare iudicẽ inferiorem: & iudex supmus iudicem superiorem. Omnes aũt iudices inferiores/ superiores/ & supmos/ corrigit et emendabit verus & iustus iudex de9 noster: qui iudicat orbem terrę in ęquitate/ & populos suos in iustitia. Deus enim impune non patit iudicẽ alteri nocere. quia qui nocet: vt ait apostol9/ recipiet hoc quod nocuit. Pręmissa probantur in c. cum inferior. in princ. de maio. & obe. & in c. inferior sedes. in princ. 21. dis. iũcto c. secũdũ catholicam. ĩ pric. 11. q. 3. v ℭFons sapię verbum dei in excelsis. Textus est satis confor= mis in c. legimus. 2. in fi. 37. distinc. vbi verbũ dei in excelsis/ scientiæ & sapientię thesaurus appellatur. x ℭSoluite templũ hoc. &c. Videat ãnotatio. s. in verbo Tẽplũ. y ℭExcogitat iustus de domo impij. &c. Non solũ enim nos ip= sos/sed etiam proximos idest omnes naturę no= strę participes ad finem ęternæ salutis consequẽ= dę debem9 diligere. istud enim est quod complectitur pceptũ de dilectione proximi. prout est tex. in c. charitas est. versi. non illi tantũ. & versi. proinde. de pœni. distĩc. 2. De quo dictum est. s. in ver= bo Diligere. z ℭDoctrina sua noscit vir. Videat anno= tatio. s. in verbo Cognoscere. a. a ℭCõgregat thesauros ligua mẽdacij &c. Cõgregat thesauros ligua mẽdacij: q hystrio= nes sũt/ac ludis & iocula tionib9 q̃stũ faciũt. de q= bus & eorũ vanitate di= citur in c. donare. 86. dis. Donare res suas hystrionibus/ viciũ est immane/ non virtus: q̃q̃ de talibus sit frequens fama cũ lau= de. quia laudatur pecca= tor in desyderijs animæ suę: & iniqu9 benedicit. Et in c. Qui venatorib9. eadẽ distinc. dicit text9. Ipsam nequitiam publicãt spectaculis hominũ: qui dant hystrionibus. Congregant etiam the= sauros ligua mẽdacij/ mali negociatores: qui (vt dicit tex. vanitatẽ eorũ ostendens. in c. quid est aliud. 88. disti.) iustitiã dei minime cõsyderãtes/ per immoderatũ pecunię ãbitũ pl9 periurijs merces onerant q̃ pcijs. Negociatio nãq; non facit mercatorẽ malũ: sed iniquitas sua & mendaciũ suũ. Ita dicit tex. in c. qñ. circa mediũ. 88. distinc. b ℭExcubent/ obseruent & custodiant. &c. Ista in ecclesia dei incũbunt hodie officio custodis. prout est bon9 tex. in c. 1. de offi. custo. de quo textu dictũ est. s. in verbo Custodire. super illud Psal. Ecce non dormitabit neq; dormiet: qui custodit Israel. c ℭExcubias dom9 dñi. Excubias idest nocturnas vigilias. de quibus loquẽs textus in l. 1. in princ. ff. de offi. pfec. vigilum. dicit Apud vetustiores incendijs arcendis Triũuiri perant: qui ab eo q excubias agebãt/ nocturni dicebãtur. & in l. Qui excubias. ff. de re mili. dicit tex. Qui excubias palatij deseruerit; capite puniri iubet. d ℭNon declines cor meũ in verba malitię. &c. Hęc sententia a iure humano varijs effectibus accõmodatur. prout imprimis est tex. in c. pdicator. 16. q. 1. vbi dicit. Diffinimus nullatenus episcopũ turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccatis/ expetere aurũ vel argentum aut aliã speciem a

presbyteris vel clericis vel monachis q̄ sub ipso sūt. Et in c. Quāto. in princ. de cōsuetu. vbi dicit / simplices quosdā sacerdotes confirmationis sacramētū conferre ad excusandas excusationes in peccatis: solā consuetudinē ꝓtendentes. Et in c. cum tu. in princ. de vsu. vbi papa ad Archiepm̄ scribēs dicit. Cū tu manifestos vsurarios iuxta decretū nostrū quod nuper in cōcilio promulgatū est / cōmunione altaris & ecclesiastica ꝑceperis sepultura priuandos donec reddant quod tam praue receperant: quidam eorum ad excusandas excusationes in peccatis / impudenter affirmant illas dūtaxat esse vsuras restituendas quæ post interdictum nostrū receptę sunt. &c. Et in c. inter dilectos. in princ. de exces. prela. vbi ꝓmisso ꝙ aliquis. 11. denarios in ludo mutuauerat vt ei duodecim redderentur) subiūgit ꝙ talis ad palliandū tantę pręsumptionis excessū / proposuit ꝙ hoc fecerat iuxta consuetudinem Gallicorū clericorum: qua fere vniuersi clerici mutuāt sic frequēter & ludūt. Nos tñ qui ex officij nostri debito pestes hmōi extirpare proponimus / atq̄ ludos voluptuosos occasione quorum sub quadā curialitatis imagine ad dissolutionis materiam deuenitur / penitꝰ improbamꝰ: excusationem ꝑdictā quę per prauā consuetudinē (quę corruptela dicenda est) palliatur / friuolā reputantes / cū in illis magis plectibilis sit offensa per quos ad excusandas excusationes in peccatis delinquendi auctoritas vsurpatur. &c.

¶ Oportebat insipiētibꝰ & infelicibꝰ sine excusatione [e] quidē superuenire interitum exercitantibus tyrannidem: his autem tantum ostendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur. sapię. 16 a

¶ Homo [f] quidam fecit cœnam magnā / & vocauit multos: et misit seruum suum hora cœnę dicere inuitatis vt venirent / quia iam parata sunt oīa. Et cœperunt oēs simul excusare. &c. Vt supra in verbo Cœna. lucę. 14. d

¶ Si non venissem & loquutus fuissem eis (ait Ihesus) peccatum non haberent. Nunc autem excusationem [g] non habent de peccato suo. &c. ioā. 15. d.

¶ Non accessistis [h] ad tractabilem et accessibilem ignem / et turbinem / et caliginem / et procellam / et tubę sonum / et vocem verborū: quam qui audierunt / excusauerūt se ne eis fieret verbū. Non enim portabāt quod dicebatur / & si bestia tetigerit mōtē / lapidabit. Et ita terribile erat quod videbat Moyses dixit. Exterritꝰ sum & tremebundꝰ. Sed accessistis ad Sion mōtē et ad ciuitatē dei viuētis / Hierusalē cœlestē & multorū miliū angelorū frequētiā & ecclesiā primitiuorū qui cōscripti sunt in cœlis / & iudicē oīm deū / & spiritū iustorū perfectorū & testamēti noui mediatorem Ihesum / & sanguinis aspersionem melius loquentem q̄ Abel. heb. 12. e.

Execrari. Execratus & Execratio.

¶ Tota die [i] verba execrabantur / aduersum me: omnes cogitationes eorum in malum. psal. 55. b.

¶ De execratione [k] et mendacio annunciabuntur in consummatione / in 58. c.

Aduertatur autem pro ampliori huius sententiæ elucidatione ꝙ quatuor modis peccata solent excusari. Aūt enim quis dicit non feci. aut si feci: bene feci. aut si malefeci: nō multū male. aut si multū male: nō mala volūtate. Ita post Bernardū dicit Archi. i c. serpēs. paulo āte mediū. de pœni. distic. 1. e ¶ Excusatiōe. Excusatio: nihil aliud est q̄ alicuiꝰ iustę causę allegatio ꝑpter quā se excusās arctari nō debet. ita dicit glo in rubri. C. de excu. mune. li. 10. & est bo. tex. in l. 1. i pric. ff. de vaca. & excu. mūe. & de multiplici excusatiōe tractāt glo. i. d. Ru. de excu. mūe. vbi videat. f ¶ Hō qdā. &c. Hęc sētētia satis diffuse ānotata est. s. in verbo Cena videat. g ¶ Excusationē nō habēt de peccato suo. Circa hāc sētētiā videat textꝰ bene conformis in c. pe. in fi. iuncto. c. finali. 37. distinc. vbi dicit. Licet seruus nesciens voluntatem dñi sui & nō faciens / dicat vapulare paucis: non tamē hoc de omnibus intelligitur. Ait enim apostolus. Qui ignorat: ignorabitur. Quod de eo intelligendū est / qui noluit intelligere vt bene ageret. Vnde Augustinus ait in libro quęsti. Non omnis qui ignorat / immunis est a pœna. Ille enim ignorans excusari potest a pœna: qui quod disceret nō inuenit. Illis aute hoc ignosci non poterit: qui habentes a quo discerent / operam non dederūt. Hęc textus.

h ¶ Non accessistis. &c Solent huius sententię elucidatores dicere / hac sententia antiquę legis asperitatē & nouę legis mansuetudinē mōstrari. Vnde videatur textus idem mōstrans in c. hęc aūt. col. 2. 23. q. 4. vbi dicit. In lege veteris testamenti corporalis pœna statuta est: in lege vero euangelij omni peccanti per pœnitentiam promittitur venia. Vnde illa a terrore incœpit / dicens. Ego sum dñs deꝰ zelotes: visitans peccata patrū in filios vsq̄ in tertiam & quartam generationem. Hęc vero: a lenitate māsuetudinis & misericordię / ita inquiēs. Beati pauperes spiritu / beati mites: beati misericordes / qm̄ ipsi misericordiā cōsequētur. In illa dicebat. Qui fecerit hoc vel illud morte moriat. in ista dicit / gaudeo super vno peccatore pœnitentiā agente magis q̄ super nonaginta nouē iustis qui nō indigent pœnitētia. Itē. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad pœnitētiam. Et. Estote misericordes: sicut & pater vester cœlestis misericors est. Initium quoq̄ ꝑdicationis saluatoris nostri & ꝑconis eiusdē: ad pœnitentiam peccatores inuitauit. sic enim vterq̄ exorsus est dicens. Pœnitētiam agite: appropinquabit eni regnū cœlorum. Sic & in actibus apostolorū / cū Iudęi cōpuncti de scelere mortis Christi dicerent Petro / quid faciemus viri fratres: legit Petrū respōdisse. Pœnitētiā agite: & baptizet vnusquisq̄ vestrum. Et (vt vniuersaliter dicat) in lege populus ille rudis seruili timore pœnarū cogebat: vnde & legē in pędagogū accepit. In euāgelio aūt populꝰ gratię liber & adultꝰ filiali amore / hęreditatis certitudine ad cultū diuinę seruitutis inuitatur. Vnde cū quidā legem quasi coercentē ꝑdicarent esse tenēdā simul cū gratia: ait apostolus. Non accepistis spm̄ seruitutis iterū in timore: sed accepistis spm̄ adoptiōis filiorū / in quo clamamꝰ Abba pater. Hęc tex. i ¶ Tota die verba mea execrabātur. Aduersus me cogitatiōes eorū in malū. Hęc sententia videt intelligēda de Christo: cuiꝰ verba Iudęi execrabātur. & aduersus eū erant tota die cogitatiōes eorū: & propterea inexcusabiles sunt a peccato. q2 licet potestatē nō haberent in Christū nisi eo dāte / vt apparet ex verbis suis ad Pilatū dictis / nō haberes potestatē aduersū me vllā nisi tibi datū esset desuper: tñ nō dederat eis malā volūtatē / sed eam tota die aduersus ipsū habebāt. Ita Archi in c. fi. in pric. 23. q. 3.

k ¶ Et de execratione & mēdacio annūciabunt in cōsūmatiōe in ira cōsūmationis & nō erūt. Idest Iudæi de execrabili iproperio quo de Christo dixerūt / dęmoniū habet & in pricipe dęmoniorū eijcit dęmonia. c. nōne bñdicimus: in pric. de ꝓsūp. & . 21. dis. in princ. Et de mēdacio quo negauerūt eū a deo missū / & doctrinā suā esse a deo / & cotra eū multa falsa testimonia cōmētati sūt. c. 1. in fi. in verbo blasphemiā Christi. & i c. cū sit. i verbo blasphemus Christi. de Iudęis. accusabūtur in nouissimo die / accusabūtur in die vltiōis vltimę. Qualis eni quisq̄ hinc egredit / cū qbꝰ peccatis seu criminibꝰ aliquis occūbit: talis. i. cū illis peccatis i iudicio apparebit / vel repsentabit. c. qua

lis i prīc.25.dis. Et nō erūt.i.ab illis eorū peccatis(quę/vt nemo nō nouit/mortalia seu criminalia fuerūt)nō potrāūt purgari illo trāsitorio igne quo minima peccata purgantur/sed ęterna illos flāma sine vllo remedio cruciabit. c.vnū orariū.§.Alias ea demū.versi.quicūq; eul.25.dis. l ℭExecratio peccatorib⁹ sapientia. Et idcirco cū aliquis in his q̄ palā sunt peccatis inuolut⁹ permanet & inquinat⁹:non oportet ei aliquid de vera sapiētia.i.de secretioribus & remotis diuinę sciētię proloqui/sed magis protestari & conuenire illum vt peccare desinat/ & actus suos a vicijs emendet. Ita dicit textus Origenis.in c. in mandatis.versi. si vero.43.distinc. m ℭExecratio peccatori: cultura dei. Et ideo vere peccatores qui scilicet eorū vitā cognoscentes iniquā nō emendant sed ea malo gradiūtur in deteri⁹: culturam dei idest homines religiosi cultus p̄cipuos obseruatores/& odire solēt & persequi. Hinc Hieronymus ait. Qui secūdū carnem natus est persequebat spūalem.i. qui secundū carnem.in pric.23.q.4. n ℭAntiqui gigantes. Pro his quæ in huius sententię annotatiōe dici possent: videantur annotata in verbo Gigas. o ℭReuertere. Videant annotata in verbo Reuertere. p ℭNe audiat legem &c. Hinc dicit apostol⁹. Qui ignorat: ignorabit. quod de eo intelligendū est:qui noluit intelligere vt bene ageret. Ita dicit tex.satis conformiter ad istā sententiam in c. pe. in fi.37.distinc.& dictum ē.§.i verbo Excusare.g. q ℭExecrabilis iniquitas gentiū. Execrabilis iniquitas gētium est: siquidem omni homini qui ecclesię catholicę nō tenet vnitatē/neq; baptismus/neq; eleemosyna q̄tumcunq; copiosa/neq; mora pro Christi nomine suscepta proficere poterit ad salutē. Ita dicit tex. Augustini in c. firmissime. in fi. de hereticis.

ira consummationis/& non erunt.

ecci.1.c. ℭExecratio [l] peccatoribus sapientia.

1.d. ℭExecratio [m] peccatori: cultura dei.

13.c. ℭSicut abominatio est superbo hūilitas: sic et execratio diuitis pauper.

16.a. ℭNon exorauerunt pro peccatis suis antiqui [n] gigantes/ qui destructi sunt confidentes suę virtuti: et non pepercit peregrinationi illorum/sed percussit eos/ & execratus est eos prę superbia verbi illorum.

17.c. ℭReuertere [o] ad dominum/ & auertere ab iniustitia tua: & nimis odito execrationem/et cognosce iustitias et iudicia dei/ & sta in sorte propositionis et orationis altissimi dei.

prou.28.b **Execrabilis & Execramentum.** ℭQui declinat aures suas ne audiat [p] legem: oratio eius erit execrabilis.

ecci.10.b. ℭOdibilis coram deo & hominibus est superbia: & execrabilis [q] omnis iniquitas gentium.

15.c. ℭOmne [r] execramentum erroris odit dominus: & non erit amabile timentibus deum.

27. i fine. ℭIra [s] & furor vtraq; execrabilia sūt: & vir peccator cōtinēs erit illorū.

tho.2.c. **Exemplum.** ℭTētationem cęcitatis ideo permisit dominus euenire Tobię: vt posteris daretur exēplū [t] patiētię eius/ sicut et sancti Iob.

iob.17.a. ℭPosuit me quasi in prouerbium vulgi: & exēplum suum coram eis.

prou.24 d ℭPer agrum hominis pigri transiui/& per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticę/& operuerant superficiem eius spinę/ et maceria lapidum destructa erat. Quod cū vidissem/posui in corde meo: & exēplo [v] didici disciplinam.

ecci.19.a. ℭQui se iungit [x] fornicarijs: erit neq̄. Putredo et vermes hęreditabunt illum: & extolletur in exemplum maius/& tolletur de numero aia eius.

hie.48.f. ℭErit Moab in derisum: & in exemplum omnibus in circuitu suo.

zacha.13 c ℭHomo [y] agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meū ab adolescentia mea.&c.

r ℭOē execramentū erroris.&c.idest sicut omnē errorē execrat & odit dñs: ita timētes dñm/omnē errorē execrari debent & odire. Ad quod etiā obediū/ius humanum singulos cōmonet: & id quidē sub interminatione grauissimarū pœnarū. Credētes ei receptatores defensores & fautores hæreticorū / excōmunicationi decernit subiacere: firmiter statuēs vt postq̄ qs taliū fuerit excōmunicatiōe notat⁹/si satisfacere contempserit: infra annū ex tūc ipso iure sit fact⁹ infamis/nec ad publica officia seu cōsilia/nec ad eligendos aliquos ad hmōi/nec ad testimoniū ferendū admittatur. Sit etiā intestabilis/& nec testandi liberā habeat facultatē: nec ad hęreditatis successionē accedat. Null⁹ p̄terea ipsi super quocūq; negocio: sed ipse alijs respondere cogat. Quod si forte iudex extiterit: ei⁹ sentētia nullā obtineat firmitatē/nec causę aliq̄ ad ei⁹ audiētiā perferātur. Si fuerit aduocat⁹: nullaten⁹ ei⁹ patrociniū admittat. Si tabellio: instrumenta confecta per ipsū nullius sint momēti/sed cū auctore dānato dānētur. Et in similibus idē p̄cipim⁹ obseruari. Si vero clericus fuerit: ab ol officio & bñficio deponat: vt in quo maior est culpa/grauior exerceatur vindicta. Si qui aūt tales postq̄ ab ecclesia fuerint denotati/euitare cōtēpserint: excōmunicatiōis sētētia vsq; ad satisfactionē idoneā percellantur. Sane clerici nō exhibeāt hmōi pestilētib⁹ ecclesiastica sacramēta: nec eos Christianæ p̄sumant tradere sepulturę: nec oblationes aut eleemosynas eorū percipiāt. alioquin suo priuentur officio: ad quod nūq̄ restituant absq; indulto sedis apostolicę specialis. Similiter quoq; regulares: quib⁹ etiā hoc infligatur vt eorū priuilegia in illa dioecesi nō seruētur / in qua tales excessus p̄sumpserit perpetrare. Ita dicit tex. cui⁹ hęc verba sunt/in c. Excōmunicam⁹.§. Credētes.de hęreti. Cętera.J.hæretic⁹. s ℭIra & furor.&c. Videant annotata in verbo furor. & in verbo Ira. t ℭExemplū patientię. Nō ab re dicit cęcitatē Thobię p̄poni nobis in exemplū patiētiæ. Exemplū enim: nihil aliud est q̄ alicui⁹ facti vel dicti propositū cū certi auctoris noie. Ita dicit Archi. in c. de his. circa princ.23.q.2. v ℭExemplo didici disciplinā. Pernicies enī alicui ratione alicui⁹ facti vel omissionis cōtingēs/cęteris in exemplū cedit: vt taliter agere vel omittere caueāt. c. clericos. in fi. de coha. cle. & mulie. l. capitaliū. §. Famosos. ff de pœnis. cū similib⁹. x ℭQui se iūgit fornicarijs.&. Facit tex. in c. qsquis. in fi. 23.q.4. vbi dicit. Quō (inquit Parmenianus) incorruptus poteris permanere: qui corruptis sociaris? Hęc tex.
y ℭHomo agricola ego sum. Videatur annotatio.§. in verbo Agricola.

❡Si laui pedes vestros domin⁹ et magister (ait Ihesus discipulis) & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplū [z] enim dedi vobis: vt quēadmodum ego feci vobis/ ita et vos faciatis. ioā.13.b.

❡In omnibus persequutionib⁹ vestris de tribulationib⁹ quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei/ nos ipsi gloriemur: vt digni habeamini in regno dei pro quo et patimini. &c. 2.thes.1.b

❡In omnibus [a] teipsum prębe exemplum bonorum operum: in doctrina/ in integritate/ in grauitate. Tit.2.b.

❡Festinem⁹ ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. heb.4.c.

❡Exemplum [b] accipite fratres exit⁹ mali/ & longanimitatis/ et laboris/ et patientię/ prophetas qui loquuti sunt in nomine domini. iacobi.5.e

❡In hoc vocati estis: quia et Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum/ vt sequamini [c] vestigia eius. &c. 1.pe.2.d.

❡Sicut Sodoma et Gomorra & finitimę ciuitates: similimodo exfornicatę & abeuntes post carnem alteram facti sunt angeli qui non seruauerunt suum principatum/ exemplum ignis æterni pœnam sustinentes. Iudę.b.

Exenia.

❡Exenia [d] & dona excęcant oculos iudicū: & quasi mut⁹ in ore auertit correctiones eorum. eccl.20.d.

❡Accepit Ionathas aurum et argentum & vestem et alia exenia multa: & abijt ad regem Ptolomaidam/ &: inuenit gratiam in conspectu eius. 1.mac.11 d

Exequi.

❡Dixerunt serui regis Dauid ad eum. Omnia quęcunq; precęperit dominus rex noster libenter exequimur serui tui. 2.reg.11.c.

❡Leui & Beniamin non numerauit (Ioab) eo q̄ inuitus exequeretur [e] 1.par.21 a

b ℭ Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Circa hanc sententiam videatur tex. in c. Aliud. 11. q. 1. vbi dicitur. Aliud est/ debita iusta reposcere: aliud/ propria perfectionis amore contenere. Sed illicitorū veniā postulantem oportet etiam a multis licitis abstinere: dicente apostolo. Omnia mihi licent: sed non omnia expediūt. Hęc tex. qui est repetitus in c. aliud. de pœni. distinc. 1. c ℭ Omnia mihi licent: sed ego sub nullius redigar potestate. Gregorius hæc verba exponens inquit. Cum mens concepta desyderia sequitur: seruire rebus conuincitur/ quarum amore superatur. Ita dicit textus Gregorium referēs. 34. q. 1. in fi. princ.

ℭ Omnia [b] mihi licent (inquit Paulus) sed non omnia expediunt. Omnia [c] mihi licent: sed ego sub nullius redigar potestate. 1. ad co. 6. c.

ℭ Si gloriari oportet: non expedit quidem. Et infra gloriari. 2. cori. 12. a.

ℭ Obedite prępositis vestris: & subiacete eis. Ipsi enim peruigilāt/ quasi rationem [d] pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Ad heb. 13. c.

Expellere.

ℭ Qui expellit [e] mulierem bonā/ expellit bonū: qui autem tenet adulteram/ stultus est & insipiens. puer. 18. d.

ℭ Timor [f] domini expellit peccatum. Et latius infra timor. Eccl. 1. c.

ℭ Diues commotus confirmatur ab amicis suis: humilis autem cum ceciderit/ expelletur & a notis. Eccl. 13. d.

ℭ Miserere animę tuę placens deo: & contine/ & congrega cor tuum in sanctitate eius/ & tristitiā [g] longe expelle a te. Eccl. 30. d.

Experiri. Expertus & Experimentum.

ℭ Qui custodit pręceptum: non experietur quicq̄ mali. Eccēs. 8. a.

ℭ Qui ludibrijs et increpationibus non sunt correcti: dignum dei iudicium experti sunt. Sapię. 12. d.

ℭ Vir in multis [h] expertus cogitabit multa: & qui multa didicit enarrabit intellectum. Qui autem non est expertus: pauca recognoscit. Eccl. 34. d.

ℭ Ideo scripsi vobis (ait Paulus) vt cognoscam experimētum vestrum an in omnibus obedientes sitis. 2. cori. 2. c.

ℭ An experimentum [i] quęritis eius qui in me loquitur Christus? qui in vobis non infirmatur: sed potens est in vobis? &c. 2. cori. 13. a.

Expers.

ℭ Omnis [k] qui lactis est particeps: expers est sermonis iustitię. Paruulus enim est. &c. heb. 5. d.

Expirare.

ℭ Ihesus [l] emissa voce magna expirauit. Et velum templi scissum est in duo: a summo vsq; deorsum marci. 15. c.

ℭ Clamans voce magna Ihesus: ait. Pater: in manus tuas commendo spiritum meum. Et hęc dicens: expirauit. lucæ. 23. f.

ℭ Percussit [m] Herodē angelus domini/ eo q̄ non dedisset honorē deo: et consumptus a vermibus/ expirauit. actuū. 12. d.

Explorator.

ℭ Misit Iosue filius Nun de Sethim duos viros exploratores [n] in abscondito: et dixit eis. Ite: et considerate terram vrbemq; Hierico. &c. Iosue. 2. a.

ℭ Videns Dauid q̄ venisset Saul post se in desertum: misit exploratores: & didicit q̄ illuc venisset certissime. 1. reg. 26. e.

ℭ Fide Raab meretrix non perijt cum incredulis: excipiens exploratores cum pace. ad heb. 11. f.

Exprobrare & Exprobrans.

ℭ Dominus concluserat vuluam Annę: affligebat quoq; eam æmula eius/ & vehementer angebat/ 1. reg. 1. a.

d ℭ Rationē p animabus vestris reddituri. Facit tex. clarus in c. fi. de regula. & in c. irrefragabilis. in princ. de offi. ordina. e ℭ Qui expellit mulierem bonā &c. Iure humano mulierem q̄tūcunq; bonā pōt maritus expellere: nisi p matrimonij sufficiendis oneribus dotē soluat p̄ sertim expromissā. l. fi. C. ad. sena. velle. de quo dicendū est vt dictū est. s in verbo dos. g.

f ℭ Timor dñi expellit peccatum. Timor ei introducit charitatem: quæ vbi nutrita est roborataq; ac perfecta/ peccatū secū habitare non sinit. c. qui vult. §. fi. cū c. seq. de pœni. dis. 2.

g ℭ Tristitiā longa expelle a te. Tristitia sęculi mortem operatur & ppterea expellēda est: peccati autē tristitia salutem confert/ & propterea amplexanda est. vt dicetur. s. in verbo tristitia. vbi videatur.

h ℭ Vir in multis expert⁹ cogitabit multa. Experiētia enim dicitur esse rerū magistra. dicit tex. in c. q̄ sit. in princ. de elec. in. 6. in c. Anterior. 2. q. 6. & in c. 1. cum glo. de sen. excō. in cle. Hinc dicit Philosoph⁹ relatus per glo. in d. c. q̄ sit. i verbo magistra. Natura potentē/ ars facilē/ vsus promptū reddit artificem: cuilibet artificio præbet experientia nutrimentū. Et ideo dicit tex. in c. estote. iuxta. 1. q. 1. ab expertis requirendū esse consiliū. Et tex⁹ in auctē. Qui. mo. na. effi. legi. §. illud quoq;. colla. 6. & in auctē. de iudi. §. Quia vero. colla. 7. pbat multa ex rerū experimēto cognosci. Experiētia enī sūt cū doctrina cōiūcta vtilior est. p vt est bo. tex. in c. honoratus. circa mediū. 74. distin. i ℭ An experimētū quęritis. &c. Hęc verba Pauli ponūtur in c. si enim. col. fi. in princ. 18. q. 1. k ℭ Omnis qui lactis est particeps: expers est sermonis iustitię. id est in eo qui faciles auscultatoribus aures prębet: facile est viā iustitię p̄cludere. Adulatio enī aufert ab hoie iustitiā. Ita per istā sētētiā dicit Archi. i c. sūt nōnulli. circa pric. 45. dis. l ℭ Ihesus emissa voce. &c. Videas ānotatio in verbo Ihesus. m ℭ Percussit Herodē. &c. Annotabitur in verbo Herodes. n ℭ Misit exploratores. &c. Iure hūano si exploratores

secreta hostibus nūcient: proditores sunt/ & capitis pœna puniuntur. Tex. est in l. 1. §. exploratores. ff. de re milita ri. Et de exploratoribus loquitur textus apud canonistas sed obiter tātū in c. ieiunū. col. 1. versi. in quinto. 36. dist.
o ¶ Exprobraret ꝙ dñs conclusisset vuluā eius. Hac ratione nihil erat Annę exprobrandū. Siquidē ex eo quod alicui nolenti contingit: nullus vel laudi vel vituperio dari debet. Et ideo nec de virtute nec de vitijs parentum an laudandus aliquis aut culpandus est. Ita probat textus in c. Nūq̄. 56. dist hnc. Ex eo autem ꝙ alicui non nisi volenti & perniciose ac demeritorie volenti contingit/ prout est peccatū: potest exprobatio fieri c. deniq;. col. 1. 7. q. 1. c. si quis inquit. 1. q. 1.

intātum vt exprobraret [o] ꝙ dñs cōclusisset vuluā eius. Et. s. Anna.

Psal. 41. c. ¶ Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerūt mihi qui tribulāt me inimici mei.

Psal. 43. c. ¶ Tota die verecūdia mea contra me est: & confusio faciei meę cooperuit me. A voce exprobrātis et obloquentis a facie inimici et persequētis.

psal. 68. b. ¶ Zelus [p] domus tue comedit me et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

psal. 101. b. ¶ Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me/ aduersum me iurabant.

psal. 118. f. ¶ Respondebo [q] exprobrantibus mihi verbū: quia speraui in sermonibus tuis.

prouer. 14. d ¶ Qui [r] calūniatur egentem/ exprobrat factori eius/ honorat autē eum/ qui miseretur pauperis.

25. b. ¶ Causam tuam tracta cum amico tuo: & secretū extraneo ne reueles/ ne forte insultet tibi cum audierit/ & exprobrare [s] non cesset.

27. b. ¶ Stude sapiētiæ fili mi/ & lętifica cor meū vt possis exprobrāti respōdere sermonem.

Exprobratio & Exprobrabilis.

18. a. ¶ Occasiones [t] quęrit q vult recedere ab amico/ omni tempore erit exprobrabilis.

25. b. ¶ Gratia et amicitia liberant: quas [v] tibi serua ne exprobrabilis fias.

eccl. 23. a. ¶ Domine pater & dominator vitę meę ne derelinquas me in cogitatu et consilio eorum/ nec cadere sinas me cadere in illa exprobratione.

Expuere.

matth. 26. g ¶ Expuerunt [x] Iudęi in faciem (Ihesu) & colaphis eum ceciderunt.

Ioānis. 9. a. ¶ Expuit Ihesus in terram & fecit lutum ex sputo & liniuit lutū super oculos ceci et dixit ei. Vade/ & laua in natatoria silohe: quod interpretatur missus. Abijt ergo et lauit: & venit videns

Expugnare.

deute. 20. c. ¶ Siquando accesseris ad expugnādam ciuitatem/ offeres [y] ei primum pacē. Si receperit/ et aperuerit tibi portas cūctus populus q in ea est saluabitur/ et seruiet [z] tibi sub tributo. Sin autē fœdus inire noluerit et receperit contra te bellum/ oppugnabis eam. Cūq; tradiderit dominus deus tuus illam in manu tua: percuties omne quod in ea generis masculini est in ore gladij absq; mulieribus et infantib9/ iumētis & cęteris q̄ in ciuitate sunt. Omnem prędam [a] exercitui diuides: et comedes de spolijs hostium tuorum/ quæ dñs deus tuus dederit tibi.

deute. 20. d. ¶ Quādo obsederis ciuitatem multo tempore/ & munitionibus circū

p ¶ Zelus dom9 tuæ comedit me. Huic sententiæ facta est annotatio s. in verbo comedere.

q ¶ Respondebo exprobrantibus mihi verbū: quia speraui in sermonib9 tuis. Si quis igitur mihi tantillo qui diuinis eruditionibus vix prima (vt aiunt) admoui labra/ exprobrauerit verbū idest dixerit me non nisi temere hanc iurium cōnexionem moliri: respōdebo & id quidē perfricta fronte/ quia speraui/ dñe in sermonib9 tuis/ non in meis seruitijs non in operibus/ sed in bonitate tua spem meā reposui. Id omne/ id totum/ id vniuersū quod habeo cognoscens ex sola super boni dñi dei mei clementia et gratia elargitū: probe sciens ꝙ intelligenti largitorē deū & ei, quod habet ascribēti bñficia bñficijs cumulantur & riuulus doctrinę in fontem cędit. c. reuertimini in fi. 16. q. 7.

r ¶ Qui calūniantur &c. Huic sententiæ facta est annotatio quæ videri potest. s. in verbo Egens.

s ¶ Exprobrare nō cesset. Infidus est: qui peccatū sibi detectum nō erubescit exprobrare. & ideo grauissime punitur. prout est glosa in c. de forma. in verbo secreto. 22. q. 5. & dicetur in verbo secretum

t ¶ Occasiones quęrit .i. causas etiā iniustas. proprie enī occasio: est de non causa facere causā .i. est causa iniusta. Ita Archi. in c. 1. de iureiu. lib. 6.

v ¶ Quas tibi serua. Merito monemur vt gratias hominum & amicitias seruemus: concordia enī magnę res crescunt (ait Salustius) discordia vero maximę dilabunti: & vt dicetur. j. in verbo Pax. vbi enumerabūtur vtilitates pacis.

x ¶ Expuerunt Iudęi. &c. Pro huius et sequētis sententię annotatione: videantur quę eis annotata sunt in verbo Ihesus.

y ¶ Offeres ei primū faciem: Bellū enim debet esse necessitatis: vt liberet deus a necessitate/ & conseruet in pace. Nō enī pax quęritur vt bellum exerceatur: sed bellū geritur vt pax acquiratur. Esto ergo in bello pacificus: vt eos quos expugnas/ ad pacis vtilitatē vincendo perducas. Ita dicit tex. in c. Noli existimare. circa me. 23. q. 1.

z ¶ Seruiet tibi sub tributo. Videantur. annotata. j. in verbo Tributū.

a ¶ Omnem prædam exercitui diuides. De iure humano si quid in bello captū est/ in pda est .i. efficitur capientis: nec postliminio redit/ id est non reuertitur ad priorē dñm/ nisi forsan prior dñs acquisiuisset ex virtute suę occupationis. Vnde si a me in bello captus/ pace facta domū redierit/ deinde renouato bello ab alio capiatur: iure postliminij/ reuertetur ad me qui prio bello eum cœperam/ si modo nō conuenerit in pace vt captiui redderentur. Tex. est in l. si quid in bello. ff. de capti. quidum negat postliminiū: pcedit in rebus mobilibus. Expulsis enim hostibus ex agris quos cœperant/ dñia eorum agrorū ad priores dños redeūt: nec aut publicatur/ aut prędę loco cedūt. Tex. est in l. si captiu9. §. 1. ff. de captiuis: Cętera quę hic dici possent:

videantur. §. in verbo Bellum. m. b ℂ Non succides. Dicit tamen Io. An. quẽ Panor. sequitur in c. commisso. de deci. q̃ si in bello iusto quis destruat segetes vel vineas aut arbores: non grauatur conscientia sua / etiam respectu decimę quę debebatur ecclesiæ. quod verum crederẽ: vbi aliter cõmode bellari non potuisset. alias non crederem excusandũ eũ qui solo nocendi aĩo id ageret. Nocendi enim cupiditas / vlciscendi crudelitas / implacatus atq; implacabilis animus / dãnantur in bellis q̃tũcunq; iustis. Tex. est in c. quid culpatur. 23. q. 1. c ℂ Iudica domine nocentes. Expugna. &c. Appręhende arma. &c. Sic ergo videt vltrices manus posse in malos nos persequentes implorari. Iustum est enim vt qui diuina contẽnũt mandata / & inobedientes paternis existunt iussionibus / seuerioribus corrigant vindictis: quatenus cęteri talia committere timeant / & omnes gaudeant fraterna concordia / & cuncti sumant seueritatis atq; bonitatis exemplum. c. iustũ est. in princ. 23. q. 3. vnde & ab imperatoribus vniuersis auxiliũ ẽ postulãdum propter afflictionem pauperũ. c. ab imperatoribus § pri. eadẽ cã & q̃stiõe. Et propterea Maximianus epũs vagiensis auxiliũ petiit ab imperatore Christiano contra hostes ecclesiæ: non tam sui vlciscendi causa / q̃ tuendę ecclesię sibi creditę. Quod si pretermisisset: non eidem fuisset laudanda patientia / sed negligentia merito culpanda. Neq; enim apostolus Paulus vitę suę transitorię / sed ecclesię dei cõsuluit: quãdo cõtra illos qui eũ occidere conspirauerant / consiliũ eorũ vt tribuno eorum proderetur effecit. Vnde factũ est vt eũ ad locũ quo fuerat perducendus deduceret miles armatus: ne illorum pateret insidijs. Ita dicit tex. cuius hęc omnia sũt in c. Maximianus. eadẽ causa & q̃sti.

dederis / vt expugnes eam: nõ succides [b] arbores de quibus vesci potest / nec securibus per circuitum debes vastare regionem: quoniam lignũ est et non homo / nec potest bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera / sed agrestia / & in ceteros apta vsus: succide / et extrue machinas donec capias ciuitatem q̃ contra te dimicat.

ℂ Iudica [c] domine nocentes me: expugna impugnantes me. Appręhende arma et scutum: & exurge in adiutorium mihi. psal. 34. a.

ℂ Sępe expugnauerũt [d] me a iuuẽtute mea: dicat nunc Israel. Sępe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. psal. 128. a.

ℂ Pro iustitia [e] agonizare pro anima tua / & vsq; ad mortẽ certa per iustitia: & deus expugnabit [f] pro te inimicos tuos. eccl. 4. d.

Exterminare.

ℂ Multos [g] exterminauit vinum. eccl. 31. d.

ℂ Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parẽs / & deinceps exterminabitur: pro eo vt dicatis si dominus voluerit & si vixerimus / faciemus hoc aut illud. &c. Et infra vita. Iacobi. 4. d

Exterus.

ℂ Cũ sis [i] iustus / iuste omnia disponis: ipsum quoq; qui non debet puniri condẽnas / & exterum ęstimas a tua virtute. &c. sapię. 12. c.

Extinguere.

ℂ Nonne [k] lux impij extinguetur: nec splẽdebit flã ma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & lucerna quæ super eum est extinguetur. iob. 18. a.

ℂ Qui maledicit patri suo & matri: extinguetur lumen eius / in medijs tenebris. prouer. 20. c

ℂ Munus [l] absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignatio ne maximam. prouer. 21. b

ℂ Lucerna [m] impiorum extinguetur. prouer. 24. c

ℂ Cũ defecerint ligna / extinguetur ignis: & susurrone [n] substracto / iurgia conquiescunt. prouer. 26. c

d ℂ Sępe expugnauerũt. &c. idest. dicat nunc populus / timori dei et spirituali contẽplationi intentus. Sæpe bella mihi intẽtarũt spũs maligni a tẽpore cõuersiõis & inceptionis meę / sępe mihi ab ipsa mea inceptione bella mihi intentarunt: sed nequaq̃ prevaluerũt mihi. Licet enim diabolus qui nõ cessat circuire q̃rẽs quẽ deuoret / eos p̃sertim nitat expugnare quos ad deum conuersos videt. c. nulli. paulo post princ 3. q. 1. tamen si syncero corde recurrant ad deũ / non sinit dñs eos tentari supra id quod possũt / sed facit etiã cũ tentatione prouentum. Vnde Paulus apostolus post eius conuersionẽ p̃dicaturus ad Italiã veniens / naufragiũ pertulit (& sic tentatus est) sed tamen nauis cordis in maris fluctibus integra stetit: quia non succubuit tẽtationi. c. aduersitas. Paulo post princ. 7. q. 1. e ℂ Pro iustitia agonizare. &c. Videatur annotatio in verbo Iustitia. f ℂ Et deus expugnabit pro te inimicos tuos. Expugnat profecto deus pro nobis inimicos nostros. Et ei nõ hominũ viribus aut ingenio: sed deo opẽ adminiculũq; ferẽte / victoria dat. prout est no. tex. in c. si non ex fidei merito. in princ. 23. q. 4. & in l. t. C. de vete. Iu. enu & dicetur in verbo Victoria. g ℂ Multos exterminauit vinũ. Videat ãnotatio in verbo Vinum. h ℂ Exterminabitur. i. extra terminos suos ponet. Ita hoc verbũ declarant glo. & doctores in cle. t. §. porro. in verbo exterminare. de iureiu. Pro cęteris annotãdis in hac sentẽtia recurratur ad verbũ Vita. i ℂ Cũ iustus sis. &c. Hæc sententia duplicis videt intelligẽtię. Primo vt velit q̃ deus / q est totius iustitię superexcellens exemplar / plerosq; qui nedũ ols pœnę expertes futuri sed etiã remũerãdi putabãtur cõdẽnat et punit / ac exteros ęstimat a sua virtute. Et ita intelligẽdo / tex. est eiusdẽ sententiæ in c. Qualis. 25. distinc. vbi dicit. Forsitan q vos hoies laudatis deus reprehẽdet: & quę reprehẽditis / ipse laudabit. Et ad eundẽ effectũ est bonus tex. in c. multi in fi. & i c. seq. de pœni. dis. 2. de quo textu videatur. §. in verbo Aurum. o. Secundo intelligi potest hæc sententia prout et Lyra intelligit vt velit q̃ deus plerosq; iustos et qui puniri nõ debẽt / cõdẽnat, i. cõdẽnari. pmittit / & exstimat. i. extimari pmittit exteros a sua virtute. i. criminosos. & ita intelligendo / videndus est tex. c. 1. in pric. de re iudi. lib. 6. vbi pbat q̃ tales apud deũ pro cõdẽnatis nõ hñtur. & idẽ probat in c. Cui est illata in c. cepisti. in c. Temerariũ. in c. quid obest. in c. & si proconsul. cũ similibus. 11. q. 3. k ℂ Nõne lux ipij extinguet. &c. Quõ lux ipij diuino iudicio etiã in hoc sęculo nõnũq̃ extinguat: est bonus tex. in c. multi. in fi. iũcto c. seq. col. 1. & seq. de pœni. distinc. 2. de quo textu dictum est. §. in verbo Aurum. o. l. ℂ Munus absconditum. &c. Videatur ãnotatio huius sententię. §. in verbo donũ. m ℂ Lucerna impiorũ extinguet Videat ãnotatio. §. eodẽ. r. n ℂ Susurrone substracto &c. Simile est quod alibi dicit Salomon. Ejice derisorẽ: & exibit cũ eo iurgiũ / cessabũtq; causæ et contumeliæ. De

quo dicto est textus in c. in loco. in fi. 5. q. 4. de quo dictum est. §. in verbo Contumelia. l. o ¶ In aqua quæ omnia extinguit/ plus ignis valebat. De igne sacrificij legitur q per. 70. ános babylonicę captiuitatis sub aqua vi- xit. prout est tex. in c. sicut eunuchus versi. sic quoq. 1. q. t. p ¶ Igné ardenté. &c. Huic sententiæ facta est annotatio. §. in verbo Eleemosyna. vbi videat. q ¶ Anima calida. &c. Anima calida. idest Anima cupidi- tatis crimini obnoxia non extinguetur donec aliquid glutiat: quia totus mundus nec obolus videtur auaro. 14.

canti. 8. c. ¶ Aquę multæ non potuerũt extinguere charitaté: nec flumina obruẽt illam.

sapię. 16. c. ¶ Negátes domine te nosse (impij) per fortitudinem brachij tui flagel- lati sunt: nouis aquis & grandinibus & pluuijs persequutionem passi sunt/ & per ignem consumpti. Quod enim mirabile erat in aqua o quæ omnia extinguit: plus ignis valebat.

eccl. 3. d. ¶ Igné ardenté p extinguit aqua/ & eleemosyna resistit peccatis: & deus protector est eius qui reddit gratiam. &c.

19. b. ¶ Qui odit loquacitatem/ extinguit malitiam.

43. c. ¶ Anima q calida quasi ignis ardés nõ extinguetur donec aliquid glu- tiat: & homo q nequã in ore carnis suę nõ desinet donec incendat ignẽ.

23. c. ¶ Deuorabit montes & exuret desertum: & extinguet viride sicut ignẽ.

1. thessa. 5. d ¶ Spiritum r nolite extinguere.

psal. 74. a. **Extollere & Extollentia.** ¶ Dixi iniquis/ nolite inique age- re: & delinquẽtibus s/ nolite exaltare cornu. Nolite t extollere in altum cornu vestrum: nolite v loqui aduersus deum iniquitatem.

81. a. ¶ Ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt caput.

133. a. ¶ In noctibus x extollite manus vestras in sancta: & benedicite dño.

eccl. 6. a. ¶ Non y te extollas in cogitatione animę tuę velut taurus: ne forte eli- datur virtus tua per stultitiam/ & folia tua comedat/ & fructus tuos per- dat/ & relinquaris velut lignum aridum in eremo.

10. d. ¶ Noli z extollere te in faciendo opere tuo: & noli a cunctari in tempo re angustiæ.

11. a. ¶ In vestitu b ne glorieris vnq̃/ nec in die c honoris tui extollaris: quo- niam mirabilia opera altissimi solius/ et gloriosa et absconsa & inuisa opera illius.

q. 4. c. quid dicam. Vnde & illud. Semper auarus eget. Et illud. Diues ha- bere cupit q̃to plus om- nia sumit. prout est glo sa hęc dicta referens in c. sicut. in princ. (vbi de inexplebili auarorũ siti est bon9 tex.) 47. distinc. Et homo nequam in ore carnis suę i. gulosus qui ore suo corporis sui per- niciem exaggerat cũ abũ dantia ciborũ et morbos faciat et molestias ingerat & egritudines generet. c. nihil enim. de conse. dis. 5. & dictum est. §. in verbo Crapula. non desinet do nec incendat igné supple luxuriæ: q2 venter mero æstuans facile despumat in libidines. dicit textus Hieronymi in c. venter. 35. dist. r ¶ Spiritũ nolite extinguere. &c. Cir ca hęc verba videnď est bon9 textus in c. quęris: colũ. 2. de conse. distinc. 4. vbi dicit. Dicit aposto lus. Spiritum sanctũ no- lite extinguere. non quia ille extingui potest: sed q2 extinctores ei9 merito di- cuntur/ qui sic agũt vt ex tinctũ velint. Hæc textus s ¶ Nolite exalta- re cornu. &c. Videatur annotatio istis verbis fa- cta. §. in verbo delinquere. b. & ibi dictis addatur q aliter & secũdo possũt hæc verba intelligi vt velint si nos ma- los ac flagitiosos esse contingat/ vt saltem in malis ac flagitijs nostris nun gloriemur/ scientes humilem confessio nem in malis factis commendari/ superbam vero gloriationem etiam in bonis factis damnari. prout est bonus tex. in c. iniustũ. in fi. 11. q. 3. t ¶ Nolite extollere in altum cornu vestrũ. i. nolite efferre superbiam vestrã in deũ: scientes supple/ quia talis superbię seuerus est vindex dñs/ vtpote qui propter eã illum qué in gloria claritatis eleuauerat/ qué cęteris omnibus angelis prętulerat/ propulsauerit/ & ad ima descendere compulerit. c. principiũ. vbi diffusus textus de hac materia/ de pœni. distinc. 2. v ¶ Nolite loqui aduersus deũ iniquitaté. i. nolite ef- fundere impietatis sermoné in factore oim: alioqui supple nedũ apud deũ/ sed etiã apud homines grauissimis pœ- nis vos subdendos dubio procul expectetis. §. t. in auté. vt non luxu. cõtra naturã & c. 2. de male. & dictũ est. §. in verbo blasphemia. x ¶ In noctibus extollite manus vestras in sancta, Iacobus Faber vir & bonitate & literis sũme conspicuus refert in huius sentẽtię elucidatione q ex hebræo hęc verba in noctibus sunt adiungenda versui pręcedenti/ scilicet. Qui statis in domo dñi/ non aũt istis verbis extollite manus vestras in sancta: ne intel- ligamus manus in sancta esse in noctibus extollendas/ vt sic hac sentẽtia comprobetur antiquus ritus ecclesiæ insti tuẽtis non in noctibus sed orta iã luce sacerdotes manus suas ad sanctũ dñi eleuare hoc est ad sacramentum san- guinis & corporis eius quod est sanctũ sanctorũ. Et ita tenendo/ videndus est textus in c. nocte sancta de conse. di- stinc. 1. vbi pręmisso q in nocte natiuitatis dñi missa decãtari potest/ subiungit. Reliquis vero tẽporibus missarum celebrationes ante horã diei tertiã minime sunt celebrandę: quia & in eadé hora et dñs crucifixus est/ et super a- postolos spiritus sanctus legitur descendisse. Hæc tex. Tenẽdo aũt prout tenet et obseruat ecclesia hæc verba in no- ctibus referri ad illa/ extollite man9 vestras in sancta: monemur hac sententia vt non diebus tantum sed etiam no- ctibus in laudes dñi & orationes ad eum fũdẽdas erũpamus. Vnde pro ratione huius monitionis/ videatur quod annotatũ est §. in verbo Confiteri: super illud. media nocte surgebã ad confitendũ tibi. & in verbo in die. super il lud. septies in die laudé dixi tibi. y ¶ Non te extollas. &c. Pro annotatione huius sentẽtię videndę sunt an notationes. §. in verbo superbia. z ¶ Noli extollere te. &c. Istis verbis monemur ne iactãtiæ verbis effluam9. (put etiã admonemur per textũ in c. imitare Petrũ. 6. q. 1. de quo tex. dictũ est. §. in verbo delinquere. b. vbi videat. a ¶ Noli cũctari in tẽpore Angustiæ. id est. Tribulationis seu tẽtationis tẽpore noli a bono opere cessare/ pu- tãs te propter tribulationũ seu tentationũ sęuitias a dño derelictũ: sed memineris scriptũ esse. Cũ ipso sum in tri- bulatione. Ita Archi. Bernardum citans in c. inter hoc sciendum. de pœni. distinc. 1. b ¶ In vestitu ne gloric- ris vnq̃/ nec supple nimiũ deprimaris pręter scilicet honestã hoim tui stat9 & cõditiõis cõsuetudiné. quia q̃squis cõ temptis his cũ quibus viuit/ lautiora sibi vel austeriora induméta q̃rit: aut intẽperans sui aut superstitiosus est. di- cit tex. in c. fi. 41. dis. c ¶ In die honoris tui ne extollaris: sed (supple) potius humilieris: sciens q õne quod hic eminet plus mœroribus afficitur/ q̃ honoribus gaudet. c. nerui testiculorũ. paulo post. mediũ. 23. distinc.

¶Extollentiam oculorum meorum domine ne dederis mihi: & omne [d] desyderium auerte a me. Eccl.3.a.

¶Fornicatio mulieris in extollentia [e] oculorum: & in palpebris illius agnoscetur. Eccl.26.b.

¶Rectorem te [f] posuerunt/ noli extolli/esto in illis quasi vnus ex ipsis. &c. Et infra Rector. Eccl.32.a.

¶Importune noli extolli in sapientia tua. Eccl.32.a.

¶A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius stercus & vermis est. Hodie [g] extollitur/ & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam/ & cogitatio eius perijt. 1.Mach.29.

¶Ne magnitudo reuelationum extollat [h] me (inquit Paulus) datus est mihi stimulus carnis meę/ angelus [i] sathanę qui me collaphizet. &c. Et infra Paulus. 2.cori.12.b.

Extraneus. ¶Ne des [k] alienis honorem tuū/ & annos [k] tuos crudeli: ne forte impleātur extranei viribus tuis/ & labores [k] tui sint in domo aliena/ et gemas [k] in nouissimis quando consumpseris carnes tuas et corpus tuum. puerb.5.b.

¶Fili mi [l] si spoponderis pro amico tuo: defixisti apud extraneum manum tuam. Illaqueatus es verbis oris tui: & captus proprijs sermonibus. &c. Vt supra Amicus. puerb.6.a.

¶Affligetur [m] malo/ qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos/ securus erit. puerb.11.b.

¶Tolle vestimētum [n] eius qui fideiussor extitit alieni: & pro extraneis aufer [o] pignus ab eo. puerb.20.c.

¶Secretum extraneo ne reueles: ne forte insultet tibi cum audierit/ & exprobrare [p] non cesset. puerb.25.b.

¶Laudet [q] te alienus/ & non os tuum: extraneus/ et non labia tua. puerb.27.b

¶Tolle vestimentum [r] eius qui spopondit pro extraneo: & pro alienis aufer ei pignus. Eccés.6.a.

d ¶Omne desyderium supple prauū & cui dem' assensum. Desyderijs enim titillari/ sed eis non assentire peccati non gignit maculā. c. sed pensandū. §. distinc. e ¶In extollentia oculorū agnoscetur. quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. c. nec solo. 33. q. 5. f ¶Rectorem te posuerunt. &c. Videantur annotata in verbo Rectoe. g ¶Hodie extollitur: & cras non inuenietur. Videat bonus tex. huius sententię exemplificatiuus in c. si. versi. cū autē. 23. q. 5. vbi dicit. Cum in corde suo superbiens diceret Nabuchodonosor/ nonne hęc est Babylon quam ego condidi in robore regni mei/ statim immutauit deus rōnalē mentem eius/ & induit eū ferina bestialitate/ vt ab hominibus fugiens cum bestijs viueret.

h ¶Ne magnitudo reuelationū. &c. Textus est isti sententię bene cōformis in c. sunt plurimi. in princ. 6. q. 1. vbi dicit. Sunt plurimi qui vitā bonorū fortasse amplius q̄ debent laudāt: & nequa elatio de laude subrepat/ permittit omnipotens deus malos in obtrectationē & obiurgationē prorumpere. vt si qua culpa ab ore laudantiū in corde nascitur/ ab ore vituperātiū suffocetur. Hinc est q̄ doctor gentiū se in predicatione currere testatur inter infamiam & bonam famā. Hæc tex.

i ¶Angelus sathanę. Videat quod de hoc Angelo sathanę dictū est. s. in verbo Angelus in annotatione huius sentētiæ.

k ¶Ne des alienis honorē tuum. &c. ne des alienis. i. hęreticis seu ecclesię vnitatē non tenentibus qui dicūtur alieni. c. alienus est. in princ. 24. q. 1. honorē tuū. i. animā tuā/ fidei signaculo honoratā. ex quo enī quis hęreticis iungitur: omnem honorē suū perdit. c. ad abolēdā. in pric. &. c. excoīcamus. §. credētes de hære. et auctē. credētes. C. eodē. et ānos tuos crudeli. i. hæreticorū sectę quę crudelis et hostis dicit. d. c. alienus. in pric. 24. q. 1. ne forte ipleāt extranei virib9 tuis/ id est ne ipsi hęretici absorbeant omnes vires tuas. quia qui hęreticis iungitur/ hęreticus censendus est. d. §. Credentes. & ex consequēti nihil agere potest quod vires habeat alicuius meriti etiā si mortē pro Christi noīe susciperet. c. 3. in fi. de here. & labores tui sint in domo aliena. i. in conuenticulo hęreticorum/ vbi seminans labores tuos/ nihil fructus metere potes quod saltem meritoriū sit vitæ ęternę. d. c. 3. in fi. & gemas in nouissimis. &c. quia firmissime tene/ & nullatenus dubites (ait Augustinus) te & oēm hęreticū ęterni ignis incēdio participandū. c. firmissime. in princ. de hęreti.

l ¶Fili mi si spoponderis. Huius sententiæ annotatio facta est. s. in verbo Amicus. vbi videatur.

m ¶Affligetur malo. &c. Iure humano affligitur malo/ qui fidē facit idest qui fideiubet pro extraneo: quia loco debitoris principalis potest cōueniri/ & ad soluendū compelli. pręsente tamē vtroq; non permittitur intercessorem conueniri priusq̄ reus inuent9 est minus idoneus siue in toto siue in parte. Absente aūt reo præsens intercessor iure quidem cōuenitur. Ipso tamen desyderāte iudex diffiniet tempus intra quod deducat reū primo conueniendū in subsidiū ipso reseruando. nā transacto tēpore cōpellitur intercessor satisfacere cessis sibi ab creditore actionibus absq; distinctiōe contractus seu intercessionis. Ita dicit tex. cui9 hęc verba sūt in auctē. psente. C. de fideiusso. & in Auctētico de fideiusso. §. t. colla. 1. Affligitur inq̄ malo/ qui fideiubet pro alio: quia āteq̄ soluat nō potest habere recursum suū cōtra eū p quo fideiussit/ nisi diu steterit in obligatiōe/ aut dissipare bona sua incipiat/ vel ipse fideiussor sit cōdēnat9 vt soluat. c. fi. de fideiusso. notat in l. si pro ea. C. manda. & dictū est diffusius supra in verbo Amicus. ad quod recurrat.

n ¶Tolle vestimētū eius. &c. Iure humano non est debitori vel eius fideiussori auferendū vestimētū: si vnicū habeat. quia exigend9 nō est vsq; ad sacculū & perā: nisi forsan dolose & in fraudem creditorū bona alienasset. Bon9 est tex. cū glo. in verbo dabit. ibi. vel dic secūdo. ff. quę in frau. credi.

o ¶Aufer pignus ab eo. Iure etiā hūano persecutione pignoris omissa debitores vel fideiussores actiōe personali conuenire creditor vrgeri nō potest: hoc si debitor vel fideiussor possideat. alio vero possidēte inhibetur hypothecaria: donec personaliter actū sit cū reo & intercessore. & si nec ex hypothecis debitoris satisfiat: tunc demū intercessoris hypothecę q̄ sunt petantur. Ita dicit tex. cuius hæc verba sunt/ in l. persecutione. & in auctē. hoc si debitor. C. de pigno. Cætera quæ hic dici possent/ dicētur in verbo Pignus.

p ¶Exprobrare nō cesset. Istis verbis facta est annotatio supra in verbo. Exprobrare vbi videatur.

q ¶Laudet te alienus. &c. An de iure hūano laus in ore proprio sordescat/ vel pmissa sit: dicetur. J. in verbo Laudare.

r ¶Tolle vestimentū. &c. Videantur annotationes quæ

eccés.6.a. ℭEst & aliud malũ quod vidi sub sole: et quidẽ freq̃ues apud homĩes. Vir cui dedit deus diuitias et substantiã/et honorẽ/& nihil deest aię suæ ex oib⁹ q̃ desyderat: nec tribuit [s] ei potestatẽ deus vt comedat ex eo/ sed homo extraneus vorabit illud. Hoc: vanitas et miseria magna est.

eccl.8.d. ℭCoram extraneo [t] ne facias consilium: nescis enim quid pariet.

Extremus

puerb.14.b ℭRisus dolore [v] miscebitur: & extrema gaudij luct⁹ occupat.

eccl.1.b. ℭTimenti dominum bene erit in extremis [x]: & in die defunctionis suę benedicetur.

Esaię.42.d ℭCantate domino canticum nouum: laus eius ab extremis terræ.

esaię.62.d. ℭEcce dominus auditum fecit in extremis terræ.

Exul.

Nũeri.35.d. ℭSi interfector extra fines vrbiũ quæ exulibus deputatę sunt fuerit inuẽtus/& percussus ab eo q̃ vltor est sanguinis/absq̧ noxa [y] erit qui eum occiderit: debuerat enim profugus vsq̧ ad mortem pontificis in vrbe residere. Postq̃ antẽ ille obierit: homicida reuertet in terrã suã.

Nũeri.35.d. ℭExules [z] & profugi ante mortẽ põtificis nullomodo [a] in vrbes suas reuerti poterunt: ne polluatis terrã habitationis vestræ quæ insontium cruore maculatur. Nec [b] aliter expiari potest/nisi per eius sanguinẽ qui alterius sanguinem fuderit: atq̧ ita emũdabitur vestra possessio me cõmorante vobiscum. Ego enim sum dñs qui habito inter filios Israel.

Exultare & Exultatio.

1.regũ.2.a. ℭExultauit cor meum in domino: (ait Anna mater Samuelis) & exaltatum est cornu meũ in deo meo.

Tobię.3.d. ℭNon delectaris dñe in perditionibus nostris (ait Sara filia Raguelis) quia post tempestatem tranquillum facis/& post lachrymationem et fletum exultationem infundis.

Psal.2.b. ℭSeruite [c] domino in timore: & exultate ei cum tremore.

Psal.12.b. ℭQui tribulant me [d]/exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo: cãtabo domino qui bona tribuit mihi/& psallam nomini domini altissimi.

factę fuerunt simili sententię.s.eodẽ.n.&.o. s ℭNec tribuit ei potestatẽ deus: supple quia non vult. Sunt ei pleriq̧ auaritię gurgite sic immersi: vt tametsi habeant horrea redundantia ex hoc in illud/tamen etiam in vsum proprium eis vti non audeant. De quibus loquitur tex. in c. virũ catholicũ. in fi. 47. distinc. vbi dicit. Mens potentię auida/nec abstinere nouit a vetitis: nec gaudere concessis. t ℭCorã extraneo.&c. Iure hũano extraneus multipliciter accipitur. Quãdoq̧ enim accipitur pro oi eo qui nõ habet in potestate. l. vnica.§. Extraneũ. C.de rei. vxo. ac. Quidoq̧ p illo q̃ non est de superiori/ vel inferiori linea. l. vnica.§. 2. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. Quãdoq̧ accipit pro omni eo qui nõ habet dñiũ rei. l. vnica. cũ glo. in verbo extero. C. si seruus extero se mã. emen. Et quãdoq̧ accipitur pro hoie penit⁹ ignoto. prout est tex. in l. extraneũ. C. de hęre. insti. & oibus istis modis videtur sumi posse in hac sententia. v ℭRisus dolore miscebit. Huic sentẽtiæ facta est ãnotatio. s. in verbo dolor. vbi videatur. x ℭIn extremis. idest extra terminos vitę. Ita hęc verba declarat Hostieñ. in c. Raynuti⁹. i verbo i extremis. de testamen. y ℭAbsq̧ noxa erit q̃ eũ occiderit. Iure hũano/ qui bãnitũ seu exulẽ interficit auctoritate ppria: non est absq̧ noxa/ nec euadit homicidij pœnã. prout est bo. tex. in l. fi. C. de malefi. & mathe. per quẽ tex. ita tenẽt cõmuniter docto. in l. vt vi. ff. de iusti. & iure. vbi tamẽ dicũt valere statutum quod est in multis partibus Italiæ de bãnito impune occidendo. quo casu potest occidi etiã in foro conscientię: vt concludit Alex. de Imola/ dicẽs q̃ ista est cõis opinio in l. si plagij. i pric. ff. de ver. obliga. Et hoc verũ/ si occidatur zelo iustitię: secus/ si ad vindictam. Ita loquitur glo. in c. inter hęc. 33. questi. 5. quam ita declarat præceptor meus Decius in c. q̃ in ecclesiarũ. in. 8. col. in princ. de cõsti. Secũdo/ verũ est stãte tali statuto/ bãnitũ impune occidi posse: nisi occideret pditorie. Ita Angel. in addi. ad Bar. in l. fi. C. de dela. lib. 11. Ideo non posset occidi veneno: quia veneno occidere est pditorie occidere. Bal. in l. nemo. in fi. C. de sũ. tri. & fi. catho. Quod tamẽ dictũ est tale statutũ excusare in foro conscientię/ nõ videt tutũ: q2 q̃tũcũq̧ lex statutaria immo etiã lex cõis permittat vt aliquis ipune occidat/ non excusatur occidens auctoritate priuata. quia lex ciuilis in materia peccati non attendit: sed lex canonica q̃ istis permissionibus de occidendo factis a lege ciuili repugnat. prout est tex. cũ glo. in d. c. inter hęc. 33. q. 2. Nec videt distinctio dñi mei Decij/ iure probari saltẽ respectu fori conscientię: imo respectu illius fori p̃cise stãdũ est iuri canonico. put ẽ glo. quæ cõmuniter tenet in regula possessor. de regu. iuris in. 6. Præmissa procedunt etiam in casu hui⁹ sententię: qñ sc3 bãnit⁹ seu exul esset egressus loca sibi ad habitandũ præfixa/ & ad loca interdicta venisset. q2 adhuc auctoritate ppria nõ potest occidi: sed aliter punitur. prout habetur in l. relegati. ff. de pœnis. vbi dicit. Relegati siue in insulã deportati/ dñt locis interdictis abstinere. Et hoc iure vtimur vt relegat⁹ interdictis locis non excedat. alioqui in tẽpus quidẽ relegato/ perpetuũ exiliũ relegatiõis/ in insulã deportato pœna capitis irrogatur. & hęc ita siue quis non excesserit exilium intra tẽpus/ intra quod debuit/ siue etiã alias exilio nõ obtẽperauerit. nã cõtumacia eius cumulat pœnã/ & nemo põt cõmeatũ remeatũve dare exilij: nisi iperator ex aliqua causa. Hęc tex. & idẽ pbat in l. capitaliũ.§. in exulib⁹. ff. de pœnis. z ℭExules & profugi. Iure hũano tripliciter qs mittit in exiliũ. Aut ei certorũ locorũ ei iterdicitur/ aut omniũ p̃ter certũ locũ/ aut in insulã. i. in locũ ab hoib⁹ segregatũ relegat. Tex. est i l. exiliũ. ff. de iterdic. & relega. Dies aũt excedẽdi a p̃sidib⁹ dari põt & solet. Et ei moris est ita pnũciare. Illũ puicia illa insulisq̧ eis relego: excedereq̧ debebit intra illũ diẽ. Tex. est cuius hęc verba sunt/ in l. relegatorũ.§. his qui. ff. de iterdic. & relega. a ℭNullomõ intra vrbes suas. Videat ãnotatio. s. eodẽ. n. in fi. b ℭNec aliter expiari põt nisi per ei⁹ sanguinẽ. Facit tex. in l. 3. C. de episco. audiẽ. vbi dicit. Homicida quod fecit semper expectet. c ℭSeruite dño in timore. Reges seruiũt dño in timore & exultãt ei cũ tremore: qñ ea q̃ cõtra dñi iussa sũt/ religiosa seueritate phibẽt atq̧ plectuut. c. si ecclesia. in fi. 23. q. 4. d ℭQui tribulãt me/exultabũt si motus fuero. idest dęmones varijs me tẽtationũ aculeis affligentes/ plaudẽt & gaudebũt/ si

motus a via recta/ ei quā mihi persuadent assensum præbuero: cū semper quætere soleant quē deuorent/ & quos ex fidelibus perdant. c. nulli. 3. q. 1. e ℭ Lętatū est cor meū: & exnltauit lingua mea. Isidorus pront refert Albe. de rosate. in dictionario sno/ in verbo exultare. dicit ꝙ verbis proprie sumptis discrepant & secernnuntur inter se lætitia & exultatio: qnia lętitia est gaudiū/ latens intus: exultatio vero est lętitia magna quę extrinsecus patet. Quæ differentia satis (vt liquet) ex hac sententia comprobatur. f ℭ Exultauit vt gigas. &c. Videatur annotatio in verbo Gigas.

ℭ Lętatum [e] est cor meum & exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Psal. 15. c.

ℭ Exultauit [f] vt gigas ad currēdā viā: a summo cœlo egressio ei⁹. &c. Psal. 18. a.

ℭ Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Psal. 32. a.

ℭ In voce [g] exultationis et confessionis: sonus epulantis. Psal. 41. b.

ℭ Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Psal. 117. c.

ℭ Hęc est dies quam fecit dominus: exultemus et lętemur in ea. Psal. 117.

ℭ Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent. Euntes [h] ibant et flebant: mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Psal. 125. a.

ℭ Sacerdotes [i] eius induā salutari: & sancti eius exultatione exultabūt. Psal. 131. c.

ℭ Exultabunt sancti in gloria: lętabūtur in cubilibus suis. Exultationes [k] dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum. Psal. 149.

ℭ Nunc exultatis in superbijs vestris. Oīs exultatio [l] talis: maligna est. Iacobi. 4. d

Ezechias. ℭ Aegrotauit Ezechias vsq; [m] ad mortē. Et venit ad eū Esaias/ filius Amos/ propheta: dixitq; ei. Hęc dicit dominus deus. Pręcipe [n] domui tuę: morieris enim tu/ & non viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem: & orauit dominum/ dicens. Obsecro domine/ memēto [o] quæso quomodo ambulauerim corā te in veritate & in corde perfecto: & quod placitum est coram te fecerim. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno. Et anteq̄ egrederetur Esaias mediam partē atrij: factus est sermo domini ad eū/ dicēs. Reuertere: & dic Ezechiæ duci populi mei. Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam et lachrymam [p] tuam: & ecce sanaui te. Die tertio ascendes templum domini: & addam [q] diebus tuis quindecim annos. Sed et de manu regis Assyriorum liberabo te/ et ciuitatē hāc: & protegam vrbem istam propter & propter Dauid seruum meū. Dixitq; Esaias. Afferte massam ficorum. Quam cū attulissent et posuissent super vlcus eius: curatus est. Dixerat Ezechias ad Esaiam. Quod [r] erit signū/ quia dominus me sanabit/ & quia ascēsurus sum die tertia templū dn̄i? Cui ait Esaias. Hoc Esaię. 38. a.

g ℭ In voce exultationis. &c. Huic sententię facta est annotatio. §. in verbo epulans. vbi videatur.
h ℭ Euntes ibant & flebant. &c. In hac sentētia videtur de martyrib⁹ emissa prophetia: qui in fletu. i. in doloribus/ angustijs/ & varijs agonib⁹ miserunt semina sua. sed veniētes ad regnū indelebilis glorię venerūt cū exultatione portātes manipulos suos. i. opera eorū bona & victorias persecutionū. venerunt inq̄ cū exultatione: quia perpetuus eis honor & memoria exhibebit & cœlestibus & terrenis istis in locis. purpurata est enim vniuersa terra sanguine martyrū/ floret cœlū coronis martyrum/ ornatæ sūt ecclesię memorijs martyrū/ crebrescunt ciuitates memorijs martyrum. Ita Archi. in c. & si ad tēpus. 11. q. 3.
i ℭ Sacerdotes eius induā salutari. Videatur annotatio in verbo Sacerdos. k ℭ Exultatiōes dei in gutture eorū. Glo. in c. si quis. Diaconus. in verbo dicturi. 50. distinc. circa illū textū dicentem ꝙ illi quibus cū periculosa & falsa misericordia indulgere videmur/ cum ante tribunal Christi pro eorū peccatis dānādis aduenerint/ cōtra nos causā dicturi sunt. &c. q̄rit an voce tūc loquētur? quod nō videt: cū apostol⁹ dicat ꝙ tunc linguę cessabnnt. licet propheta cōtrariū innuat dicens. Exultationes dei in gutture eorū. tandē tn̄ glosa concludens dicit. ꝙ quicquid sit: tunc nullus aliū accusabit/ sed sola conscientia accusabit quēlibet. l ℭ Exultatio talis maligna est. etiā si de omnib⁹ alijs suis actib⁹ viciosis doleret. est enim falsus dolor & falsa pœnitētia/ reseruare quædam in q̄bus delectatio sumat. c. sunt plures. in princ. iuncta. glo. in verbo delectentur. de pœni. distinc. 3. m ℭ Vsq; ad mortē. Istis verbis facta est ānotatio. §. in verbo Aegrotare. o ℭ Pręcipe (alias/ dispone) domui tuę. &c. Quo modo domui nostrę idest cōscientię disponere debeamus: docemur ex celebri tex. Augustini in c. cōsyderet. col. 1. & 2. de pœni. distinc. 5. De quo textu dictū est. §. in verbo Ann⁹. super illud psalmistę. Recogitabo tibi oēs ānos meos in amaritudine animę meæ. Sed ibi dictis addatur ꝙ disponēdo domui nostræ/ animaduertere etiā oportet/ & animaduertendo deflere/ animā proximi quā deo fornicator eripuit/ vel ereptā in malo confirmauit/ etiā ꝙ exēplum extitit mali in operatione sui criminis cui magis profuisset si alijs fuisset causa conuersionis. gemat itaq; alio rū vitā in sua corruptā vel incorruptā nō cōseruatā: & cōmodū pximi/ quod dedisset exēplo boni. de tristitia doleat quā bonis peccādo intulit: & de lętitia quā eis nō adhibuit. & nō solū cogitet quid & qualiter fecerit. sed q̄ iniuste deū peccando offenderit. Ita dicit tex. in d. c. cōsyderet. col. 3. versi. Animaduertere. de pœni. distinc. 5.
o ℭ Memēto q̄so. &c. An nosipsos opera nostra bona pręnūciātes (vt Ezechias) possimus cōmēdare: dicetur in verbo laudare. super illud. Laudet te alienns. &c. Circa hęc tamen verba Ezechię notetur textus in c. Quia sancta. circa mediū. 63. distinc. vbi tex. Ezechiā cōmēdans dicit ꝙ Ezechias dissipauit excelsa & cōtriuit statuas/ & succidit lucos/ & fregit serpentē æneū quem fecit Moyses/ videlicet quia illū serpentē deus fieri iusserat ne serpentina morte popul⁹ interiret. ideo ipse populus colere & venerari eū ceperat: & idcirco destruxit iste/ quod iubēte deo fecerat ille. p ℭ Et lachrymā tuā & ecce sanaui te. Hinc dicit tex. in c. fleat. de pœni. distīc. 5. videat te Christus mœrentē/ & dicat tibi Beati tristes quia gaudebitis. q ℭ Addā diebus tuis quindecim ānos. Mutato ergo peccatore/ dei sentētia mutatur. Nouit ei mutare sentēriam: quando peccator nouit emendare delictū. Ita probat textus hoc factum in persona Ezechię citans in c. Quāobrē. iuncto c. nouit. de pœni. distinc. 1. Et idē probatur in c. si agamus. eadē distinc. & in c. incōmutabilis. 23. questi. 4. Et dictū est. §. in verbo de⁹. super illud. nō est deus vt homo/ vt mentiat: neq; vt filius hominis vt mutet. r ℭ Quod erit signū quia dn̄s me sanabit. Quid sit

signum & quõ differat a sacrificio & a sacramento: tex.est in c.sacrificiũ. & c.signũ.& ibi Archi.de cõse.distinc.4. & dicet.j.signũ. Nõ petijt aũt hoc loco Ezechias signũ rõne incredulitatis: sed vt miraculũ adiũctũ miraculo maiorem dei demonstrare potẽtiã.quia fuerat semper Ezechias tenacissimæ fidei & honoris ac cultus diuini sedulus obseruator.prout est bo.tex.in d.c.quia sancta.63.dist. s ❡ Facile est vmbrã crescere decẽ lineis. &c. Si hæc verba ex literario sensu ad Ethicũ reflectãtur : videtur dici posse istis verbis innui / facile esse peccato per decẽ gradus quibus ad ipsum per

erit signum a domino : ꝙ facturus sit dominus sermonẽ quẽ loquutus est. Vis vt ascendat vmbra decem lineis: aut vt reuertatur totidem gradib9? Et ait Ezechias. Facile [s] est vmbram crescere decẽ lineis: nec hoc volo vt fiat/ sed vt reuertatur retrorsum decẽ gradibus. Inuocauit itaqꝫ Esaias propheta dominum: & reduxit vmbram per lineas quibus iam descenderat in horologio Acham/ retrorsum decem gradibus.

4.regũ 20.c et Esaię.39. ❡In illo tẽpore misit Merodach Baladã filius Baladã/ rex Babyloniorũ/ literas et munera ad Ezechiã: audierat enim ꝙ ęgrotasset Ezechias. Lętatus est autem in aduentu eorum Ezechias: & ostendit eis domum aromatum/ et aurum/ et argentum/ et pigmenta varia/ vnguenta quoqꝫ/ et domum vasorum suorum / & omnia quę habere poterat in thesauris suis. Non fuit quod non monstrasset eis Ezechias in domo sua/ et in oĩ potestate sua. Venit autem Esaias propheta ad regem Ezechiã: dixitqꝫ ei. Quid dixerũt viri isti: aut vnde venerũt ad te? Cui ait Ezechias. De terra lõgiqua venerunt ad me de Babylone. At ille respondit. Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias. Omnia quęcũqꝫ sunt in domo mea viderunt: nihil est enim quod non monstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaqꝫ Esaias Ezechiæ. Audi sermonem domini. Ecce dies veniẽt/ et auferentur omnia quæ sunt in domo tua/ & quę condiderunt patres tui vsqꝫ in diem hanc in Babylonem: nõ remanebit quicq̃/ ait dominus. Sed et de filijs [v] tuis qui egredientur ex te quos generabis tollentur : & erũt eunuchi in palatio regis Babylonis. Dixit Ezechias ad Esaiã. Bonus [x] sermo dñi quẽ loquutus es. Sit tãtũ pax et veritas in diebus meis.

4.Re.20.d. ❡Reliqua sermonum Ezechię & omnis fortitudo eius/ & quomodo fecerit piscinam [y]/ & aquęductum [z]/ & introduxerit aquas in ciuitatẽ: nõne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regũ Iuda? Dormiuitqꝫ Ezechias cum patribus suis: et regnauit Manasses filius eius pro eo.

2.para.29. ❡Ezechias regnare [a] cœpit cum vigintiquinqꝫ esset annorum: & viginti nouem annis regnauit in Hierusalem. Nomen matris eius Abia filia zacharię. Fecitqꝫ quod erat placitum in conspectu domini: iuxta om

uenit / animam fœdari. sed totidem gradibus reuerti vmbrã. i. a peccato animã expiari esse difficile. Vmbra enim propter opacã eius tenebrositatẽ ponitur pro demonstratione obscurarũ rerũ. c.1.ibi.vmbra legis. de purifi.post par. Vnde nõ incongrue peccatũ signat. Decẽ vero lineis seu gradibus ad peccatũ inducimur. diabol9 nãqꝫ hoi suadens vt assentiat peccato se habet instar puellæ & adulteri puellã decipiẽtis. qui in primis blãdit & alloquit puellã : quod facit dæmon dum proponit hoi actũ malũ. Secũdo eã amplexatur: quod est cum diabolus ratiões inducit ad suggerendũ ꝙ bonũ est sic vl' sic facere. Tertio deosculat : quod est cum anima delectatur diaboli suggestionibus. Quarto cõmiscetur: quod fit cũ anima suggestioni diabolicę consentit. Quinto ex eius cõmixtione puella concipit : quod est cũ aĩa proponit & deliberat cõmittere peccatũ. Sexto puella parturit. quod est cũ aĩa conatur & laborat peccatũ cui consensit & quod adimplere proposuit in opus exteri9 deducere. Septimo parit/ qd est cũ opus ab extra perpetratur. & lactat puerum duob9 vberib9 cum aĩa cõtinuat peccatũ spe pœnitẽdi & cõparatiõe aliorũ q similia faciũt. Octauo roborat puer/ quod est dũ anima ex cõtinuatione peccati assumit assuefactionẽ peccandi. Nono ablactat puer: quod est dũ peccatũ defendit. Decimo ambulat puer & exterius egreditur: quod est dum de peccato iactãtia assumitur. Ita notabiliter dicit Archi. in c.sicut tribus de pœnitẽtia distinc.2. Hoc aũt peccatũ superioribus decẽ gradibus fomentatũ difficile euitur: reuertẽdo totidẽ gradibus. quia assuefactæ vitæ mutatio difficilis est. dicit textus iam sępe supra allegatus in auctẽ. de mona. in princ. colla.3. t ❡ Ostendit eis/ superbiendo. Vnde statim dñi per os ꝓphetę audiuit cõminationem futurę punitiõis/ quã nisi subita fuisset pœnitentia ductus/ incurrisset. prout de Nabuchodonosor rege de opulentijs suis superbiente legit in c.fi.23.q.5. de quo dicetur.j. Nabuchodonosor. v ❡ Sed & de filijs tuis. Filij ex patrũ delicto nõnũq̃ puniũtur temporaliter: sed nũq̃ puniũtur ęternaliter. prout late dictũ est.s̃.in verbo Anima, super illud propheticũ. Aĩa quę peccauerit: ipsa morietur. x ❡ Bonus sermo dñi. Interpretes horum verborũ dicũt Ezechiã peccati sui pœnituisse: & dñi sentẽtiã supra se & regnũ suũ acceptasse. Vnde non fuit pœna illata suis tẽporibus: sed protracta in alia tẽpora: & illa protractio fuit statim sibi dicta per Esaiã. Vnde subiũxit Ezechias. Sit tantũ pax & veritas in diebus meis. Et ita intelligendo hęc verba notet text9 (qui q̃uis de rege Dauid loquat: Ezechie tamẽ regi potest accõmodari) in c.ille rex tantus. versi. maturitas. de pœni. distic.3. vbi dicitur. Maturitas venię/ profundã regis fuisse declarauit pœnitẽtiã: quę tanti erroris offensam transcuperit.
b ¶Trade filiā. Iure hūano si filia patri suo eā nuptui tradere/ & dotē secūdū vires substātiæ suę pro eo ꝑstare volenti nō cōsenserit/ sed luxuriosā degere vitā elegerit: exhęredari pōt. Quod si vsq; ad.25. annorū ętatē peruenerit filia/ & parentes distulerit eam marito tradere seu copulare/ & forsitā eā cōtigerit in suū corpus peccare: hoc ad ingratitudinē filię nō imputabit/ q2 nō sua culpa sed parētū id cōmisisse cognoscit. Tex est cui⁹ hęc verba sunt/ in auctē. vt cū. de appel.cognos.§.si alicui ex ꝑdictis.colla.9.& notat per glo.& docto.in c. Quintauallis. de iureiuran. In hac etiā materia est bon⁹ tex.in l.qui liberos.ff.de ri.nup.vbi dicit. Qui liberos quos habēt in ꝑtāte/ iniuria ꝓhibuerint/ vxorē ducere vel nubere: ex cōstitutione diuorū Seueri & Antonini p ꝓconsules ꝑsidesq; ꝓuiciarū coguntur in matrimoniū collocare & dotare. ꝓhibere aut vidētur: & qui conditionē nō q̄rūt. Hęc tex.

c ¶Hoī sensato da illā. Pater filiā nōdū adultā volūtas cuius decerni nō pōt/ cui vult potest mr̄imonio tradere: adultā vero sine ei⁹ tacita vel expressa volūtate nō potest alicui etiā sensato nuptui tradere. Bon⁹ est tex. in c.1.de despon.impube.& notat Bal. i l.si pr̄. C. de spōsa. Hinc dicit tex. in c.1.§.fi.de despon.impu.li.6. Ex sponsalib⁹ q̄ parētes ꝓ filijs puberib⁹ vel ipuberibus maioribus septēnio plerūq; cōtrahūt/ ipsi filij si expresse cōsenserint vel tacite/ vt si præsentes fuerint nec cōtradixerint: obligant/ & ex eis orit iustitia publicę honestatis. Et est idē si filij tēpore spōsaliorū absentes & etiā ignorātes/ eadē spōsalia post sciēter ratificauerint tacite vel exꝑsse. Alias ex sponsalibus cōtractis a parentibus pro filijs/ nec ipsi filij obligātur nec publicę honestatis iustitia inde surgit. Hæc tex. Quod si pr̄ ꝓ filia minore septēnio spōsalia cōtraxerit/ ea etiā ꝑnte & exꝑsse cōsentiēte: tn̄ nisi maior septēnio in eadē volūtate ꝑseuerauerit/ & de ꝑseuerātia apparuerit per cohabitationē mutuā/ vel alio facto aut verbo/ talia sponsalia per lapsū tēporis minime cōualescūt. & cū sint nulla ratiōe defectus cōsensus: publicæ honestatis iustitiā nō inducunt. Ita ꝓbat tex. in d.c.1.in princ. de despō.impube.li.6.& in c. lr̄as. eodē titulo. in antiquis.

d ¶Nō cōcupiscit de⁹.&c. Tex. est huic sentētię satis cōformis in c. tales ad ministeriū.23.dis.vbi dicit. Tales ad ministeriū eligant clerici q̄ digne possint dn̄ica sacramēta tractare. Meli⁹ est enī dn̄i sacerdotiū paucos habere ministros q̄ possint digne opus dei exercere: q̄ multos inutiles q̄ onus graue ordinatori adducāt. Hæc tex. Et idē ꝓbat tex. in c. cū sit.in fi. de ętā.& qualita. vbi glo. in verbo malos. allegat multa dicta similia q̄ videri possunt.

e ¶Si multiplicent. Iure humano vtile est alicui multiplicari filios: vt excusetur a tutela vel cura. Si enī tres liberos superstites romę quis habeat/ vel in Italia quattuor/ vel in prouincijs quinq;: a suscipienda alterius tutela vel cura potest excusari. Tex. est insti. de excusa.tuto.in princ. Et idē vt excusetur ab alijs muneribus personalibus. nā ad habendā a talibus muneribus excusationē/ prodest liberorū numerus: saltē si sit quinari⁹.l.3.& l.fi. in princ. C. de his qui nu.libe.se.excu.li.10. Legitimos tn̄ oportet filios esse & viuos: qui enī antea decesserūt/ hijs nō cōnumerantur/ neq; rursus nocēt qui postea moriūtur. et similiter qui in vētre est/ etsi in multis casib⁹ habeat pro iam nato: tn̄ in hoc casu excusationis a muneribus personalibus nō ꝓdest patri. Nō solū aūt filij sed etiā filię. Numerū aūt liberorū supple determinatū esse oportet tūc cū alicui hęc mūera iniūgūt: nā si post iniūctionē seu creationē generant/ nō auxiliantur. Ita dicit tex. in l.2.§.legitimos.ff.de excusa.tuto. Quis aūt filiorū seu liberorum numerus excuset a muneribus patrimonialibus: tex. vident varij. nā tex. quē glo. ibi intelligit in munerib⁹ pr̄imonialib⁹ in l. si q̄s decurio. C. de decu.li.10. dicit. Si q̄s decurio pater sit 12. liberorū: honestissime mūeꝶ quietē donet. Tex. vero in l.semper.§.demōstrat.ff de iure immu. dicit. Etsi nō ab oībus muneribus dimittit patrē natorū nūerus: tn̄ quia 16. pueros te habere per libellū notificasti/ non est irrationabile vt cōcedam⁹ educationi filiorū/ & remitti tibi munera. Hęc tex. Breuiter veritas est q̄ ad excusationē munerū patrimonialiū sufficit nūerus.12.liberorū.vt in d.l. si quis decurio. nec obstat d.§.demonstrat quia ibi ita de facto cōtigerat q̄ is q̄ munerū remissionē postulabat/ habebat 16. liberos. Sed si min⁹ habuisset.s.12.tātū: fuisset etiā excusat⁹. Istā resolutionē sentit Bar. in d.l. si quis. & in d.l.semper. vbi per hoc īfert q̄ habens 12. liberos/ excusat a soluēdis collectis. Et idē tenet Ange. Areti. insti. de excu.tu. col.2. Numerus etiā liberorū/ seu filiorū multiplicatio/ ꝓdest quo ad hoc vt cōcurrēte diuturnitate tēporis matrimoniū in gradu ꝓhibito cōtractū reputet legitimū q̄tū ad legitimitatē filiorū: licet ex ignorātia iuris/ & sic ignorantia improbabili contractū sit. Tex. est no. in l. q̄ in ꝓuicia.§.1.ff.de ri.nup.p quē ita dicit

panor. in c. referente. in fi. Qui filij sint legitimi. Vltio pd: st liberorũ multiplicatio. quia si plures sũt de aliquo col legio: is prim⁹ scribi debet in ordine qui plures liberos habet/ & prim⁹ sentẽtiã dicere/ & p̃ ceteris honorari .l. spurij .§. fi. de decu. Et facit tex. & ibi notat Io. de platea in. l. in albo. C. eodẽ ti. libro. 6.

f ℭ Qui diligit filiũ/ assiduat illi, flagella. Circa hanc sententiam videantur textus allegati s̃. in verbo diligere super illud Salomonis. Quem diligit dominus corrigit.

g ℭ Qui docet filium suũ &c. Iure humano pater curare debet vt filius suus doceatur: & propterea ad lr̃arum gymnasia eum mittere/ & necessaria pro studio ministrare. Ita sentit tex. i l. Macedoniani. C. ad mace. vbi dicit. Macedoniani senatuscõsulti auctoritas petitionẽ eius pecunię non ipeditq; filiosfamilias studiorũ necessarios sumpt⁹ quos p̃ris pietas nõ recusaret credita est. Hęc tex. Vbi coĩter concludit ex mutuo facto filiofamilias studenti non tantũ tẽneri filiũ/ sed etiã p̃rem: q̃si pater ad illos. sũptus teneret. quod scd̃m Bal. ibi est verũ in duobus casibus. Primo qñ pater expresse nõ p̃hibuit filio ne studeret/ sed eo sciente & patiẽte fili⁹ erat ĩ scholis: qa tunc tenetur & studiũ suũ debet habere ratum. Sc̃do qñ filius incepisset studere patris volũtate: quia tunc pœnitere non põt/ saltẽ si vtiliter perseueret. & ad libros & necessaria ministrãda tenet. Secus si pater exp̃sse p̃hibuisset: quia põt velle vt fili⁹ alteri negociationi q̃ litterarię tradat. Hęc Bal. Veritas tñ est q̃ etiã si filius cõtra expressã patris voluntatẽ studeat: tamen si vtiliter reperiatur studuisse/ ad sumpt⁹ per eũ rationabiliter factos tenebit p̃r. qa scĩa filij lętificare debet p̃rem. Ita tenet glo. approbata in l. Sed & Iulian⁹. §. fi. i glo. ma. ff. ad mace. cum qua transit do. Alex. i l. q̃uis. in fi. ff. solu. ma. Cętera videãt s̃. eodẽ .puer. 29.

Ecci.30.a. ℭQui diligit [f] filium suũ/ assiduat illi flagella: vt lętetur in nouissimo suo/ & non palpet proximorum ostia.

Ecci.30.a. ℭQui docet [g] filium suum laudabitur in illo: & in medio domesticorũ in illo gloriabitur. Qui docet filium suum/ in cœlum mittit inimicum: et in medio amicorũ gloriabitur in illo. Mortuus [h] est pater ei⁹/ & quasi non est mortuus: similẽ enim reliquit sibi post se in vita sua. Vidit/ et lętatus est in illo/ in obitu suo non est cõtristatus/ nec confusus est coram inimicis: reliquit enim defensorem domus cõtra inimicos/ & amicis reddẽtem gratiam. Pro animabus filiorum colligabit viscera sua: & super omnem vocẽ turbabuntur viscera eius.

ecci.30. b. ℭEquus indomitus euadet durus: & filius remissus euadet pręceps.

Ecci.30.b. ℭLacta [i] filium tuum et pauentem te faciet: lude cum eo/ & cõtristabit te. Non corrideas illi/ ne condoleas: & in nouissimo obtupescent dẽtes tui. Non des illi potestatem in iuuentute: & ne despicias cogitatus illi⁹. Curua ceruicẽ eius in iuuentute/ & tunde latera eius dum infans est: ne forte induret et non credat tibi/ & erit tibi dolor animę.

ecci.30.c. ℭDoce filiũ tuũ & operare in illo: ne in turpitudinem illius offendas.

ecci.32.d. ℭA filijs tuis caue: & a domesticis tuis attende.

ecci.33 .c. ℭFilio [k] et mulieri/ fratri et amico/ non des potestatem super te in vita tua: & nõ dederis alij possessionem tuam ne forte pœniteat te/ & deprceris pro illis. Dum adhuc superes et aspiras: non immutabit te omnis caro. Melius est enim vt filij tui te rogent: q̃ te respicere in manus filiorum tuorum.

ecci.34.d. ℭQui [l] offert sacrificium ex substantia pauperis: quasi qui victimat filium in conspectu patris.

ecci.36.d. ℭOmnem masculum excipiet mulier: & est filia melior filio.

ecci.41. b. ℭFilij [m] abominationũ fiunt filij peccatorum: & qui conuersantur secus domos impiorum.

ecci.41.b. ℭFiliorum peccatorum peribit hęreditas: & cum semine illorum assiduitas opprobrij.

h ℭ Mortuus est pater & quasi non est mortuus. Reliquit enim sibi simile post se. Iure etiam humano defunctus pater si filius habeat superstites/ in eorũ persona viuere dr̃: quia pater & fili⁹ eadẽ persona censet̃. l. si quis duobus. C. de ipube. et alijs substi. imo eadẽ caro. c. contradicim⁹. §. hac auctoritate. 3. quęst. 3. notat glo. in c. super eo. 2. de testib⁹. & Fely. in c. 1. in. 2. colũ. de magis. ideo vox patris cẽsetur vox filij & ecõtra .§. Ei q insti. de iutili stipula. & si p̃r absẽs sit a ciuitate/ habeat tñ filios in ciuitate: cẽset̃ pręsens. Bar. ĩ l. cũ scim⁹. ĩ fi. per illũ tex. C. de agri. & cẽs. li. 11. & estim patris censetur filij. dicit glo in l. 2. C. qui ętate. li. x. De hác materia videatur diffusius per do. meũ Iasonẽ in l. pe. in. 2. no. C. de impu. &c. i ℭ Lacta filiũ tuũ. &c. Hac s̃nia videt̃ nimia patris in filiũ familiaritas rep̃hendi. Quã etiã familiaritatẽ circa p̃rem spũalẽ esse vitandã censet tex. in c. Nolite. 21. dis. vbi dr̃. Ita volumus filios circa spũalẽ p̃rem/ & discipulos erga magistrũ deuotos esse ac sobrios: vt nulla penit⁹ temeritate ad eorũ vitam vt non tñ dicamus diiudicandã/ sed nec saltẽ tenuiter repręhendendã prosiliant. Hinc dicit tex. in c. qñ. 86. dist. Quãdo necessitas disciplinę in moribus coercendis dicere vos dura cõpellit: si etiã ipi modũ vos excessisse sentitis/ non a vobis exigit vt vos a subditis veniã postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos/ dũ nimiũ seruat̃ humilitas: regendi frangatur auctoritas. k ℭ Filio & mulieri. &c. Iure hũano p̃r etiã si velit nõ põt filio suo in p̃tãte dare bona sua: nisi per testm̃ vel aliã vltimã voluntatẽ. l. donatiões quas parentes. C. de do. inter virũ & vxo. Nec mulieri. l. 1. & per totũ. ff. eodẽ Fr̃i aũt & amico dare põt si velit. Sed si sit donatio nimis profusa: succurritur filijs per q̃relã inofficiosę donatiõis l. 1. & 2. & quasi per totũ. C. de ĩoffi. dona. Quod si donatõis tp̃e/ p̃r filios nõ hẽbat: reuocat̃ donatio ipso iure per superuenientiã filiorũ/ nec ipsis postea mortuis recõualidat̃. l. si vnq̃. in verbo mãsurũ. C. de reuo. dona. per quã ita Bar. in l. Titia. §. iperator. colũ. fi. ff. de lega. 2. sequit̃ do me⁹ Iason in l. añ pe. in. 2. col. C. de isti. & sub. Si tñ filijs mortuis p̃r longo tp̃e superuixerit/ & aliomõ donationẽ nõ reuocauerit: cõfirmat̃ donatio quasi ex noua tacita voluntate p̃ris. Ita Bal. in l. 1. in vlti. col. C. de inoffi. dona. & do. me⁹ Iason in auctẽ Ex cã, col. pe. C. de libe. pręte. l ℭ Qui offert sacrificiũ &c. Hęc s̃nia ponit̃ in c. immolans. 14. q̃. 5. Pro eius aũt ampliori annotatione videatur quod dictũ est s̃. in verbo donũ. super illud sapientis. Dona iniquorũ nõn p̃bat altissimus.

m ℭ Filij abominationum. &c. Videatur annotatio duplex huic sententię facta. s̃. in verbo conuersari.

n ℭ De patre impio. &c. Circa hanc sententiã pōt videri tex. in c. Queritur. 2. quęsti. 7. vbi dicit. Querit pater de malo filio: queritur filius de duro patre. Seruamus honorificentiã patri q̃ debetur a filio: non ęquamꝰ filiũ patri in honore/ sed preponimꝰ filiũ patri in veritate. & sic tribuimꝰ honorẽ debitũ: vt nō perdat ęqtas meritũ. Hęc tex.

o ℭ Super filiam luxuriosam. De filia luxuriosa est bo. tex. in auctẽ. vt cum de appel. co. §. causas, versi. Si alicui ex prędictis. colla. 9. de quo tex. dictum est ʒ. eodem. Eccli. 7. Alia q̃ de muliere luxuriosa dici possent: dicent in verbo luxuriosus.

ℭ De patre [n] impio querũtur filij: qm̃ propter illũ sunt in opprobrio. Eccl. 41. b.
ℭ Filia patris abscõdita est: vigilia et solicitudo eius aufert somnum: Eccl. 42. b.
ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur/ & cum viro commorata odibilis fiat. Nequando polluatur in virginitate sua: & in paternis suis grauida inueniatur. Ne forte cum viro commorata trãsgrediatur: aut certe sterilis efficiatur.

ℭ Super filiam [o] luxuriosam confirma custodiam: nequãdo faciat te in opprobrium venire inimicis/ a detractione in ciuitate et obiectione plebis/ & confundat te in multitudine populi. Eccl. 42. c.

ℭ Audite cœli & auribus percipe terra: quoniã dominus loquutus est. Filios enutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Esaię. 1. a.

ℭ Paruulus natus est nobis: & filius datus est nobis. &c. Et infra in verbo Paruulus. Esaię. 9. a.

ℭ Dixit dominus ad Osee. Vade [p]/ sume tibi vxorem fornicationum/ & fac tibi filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra a dño. Et abijt/ et accepit Gomer filiam Debelaim: et concepit/ & peperit ei filiũ. Et dixit dominus ad eum. Voca nomen eius Iezrael. Quoniam adhuc modicum/ et visitabo sanguinẽ Iezrael super domum Hieu/ & quiescere faciam regnum domus Israel: & in illa die cõterã arcũ Israel in valle Iezrael. Et concepit adhuc: et peperit filiã. Et dixit ei. Voca nomẽ eius absq; misericordia: quia non addã vltra misereri domui Israel/ sed obliuione obliuiscar eorũ. Et domui Iuda miserebor/ et saluabo eos in dño deo suo: & non saluabo eos in arcu et gladio/ & in bello/ et in equis/ & in equitibus. Et ablactauit eam quę erat sine misericordia. Et cõcepit: et peperit filium. Et dixit ei. Voca nomẽ eius non populus meus: quia vos non populus meus/ & ego nō ero vester deus. Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris quę sine mensura est: et nō numerabitur. Et erit in loco vbi dicetur eis nō populus meus vos: dicetur eis filii dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda/ et filij Israel pariter/ & ponent sibimet caput vnum/ et ascendent de terra: quia magnus dies Iezrael. Osee. 1.

ℭ Filius [q] contumeliam facit patri: & filia consurget aduersus matrem suam. Vt supra in verbo contumelia. Et in verbo dormire. Micheę. 7. b

ℭ Magnificetur dominus super terminum Israel. Filius [r] honorat patrem: et seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum: vbi est honor meus? & si dominus ego sum: vbi est timor meus? dicit dñs exercituũ. Malach. 1. b

ℭ Pariet Maria filiũ (ait angelus ad Ioseph) & vocabis nomen eius Ihesum. Et infra Maria virgo. Math. 1. d.

ℭ (Baptizato Ihesu) ecce vox de cœlo dicẽs. Hic est filius meus dilectꝰ in quo mihi complacuit. Et infra Ihesus. Math. 3. d.

p ℭ Vade: sume tibi vxorem fornicationũ &c. Circa hanc sentẽtiã notandꝰ oio est bo. tex. in c. pe. & fi. 32. q̃sti. 1. vbi dicitur. Cũ in meretrice nulla spes fidei/ nulla sit certitudo pudicitię: videt ꝙ non sit in cõiugium ducẽda. Sed obijcitur Raab Hiericontina. q̃uis esset meretrix: tñ pncipi de tribu iuda ẽ copulata cõiugio. de qua Christus postea nasci dignatus est. Osee quoq; 12. pphetaꝝ primus/ ex pręcepto dñi choro ordei meretricem emit: quã sibi in cõiugio sociauit. Sed aliud est meretricem ducere/ vel adulteram retiere quam tua cõsuetudie castitate & pudicitia exornes: atq; alid aliquã eaꝝ hr̃e quã nullo pacto a luxu carnis suæ reuocare valeas. Hoc enĩ penitus ꝓhibetur: illud laudabiliter factum legit. Vnde Hiero. super Osee li. 1. Non est culpandus Osee propheta si meretricem quã duxit/ ad pudicitiam conuertit: sed potiꝰ laudãdꝰ est ꝙ ex mala bonam fecit. Non eni q bonus permanet polluitur si societur malo: sed qui malus est in bonũ cõuertitur/ si boni exempla sectet. Ex quo intelligimꝰ non prophetã perdidisse pudicitiam fornicarię copulatum: sed fornicariã sũpsisse pudicitiã quam antea non habebat. Hęc tex. Ex quo liquet satis/ fornicariam seu meretricem exemplo Osee prophetę duci posse i vxorẽ. de quo est no. decisio Alexandri tertij in c. inter opera. de sponsa. vbi dr. Inter opa charitatis nō minimũ est/ errantem ab erroris sui semita reuocare. Iō statuimus vt oibꝰ qui publicas mulieres de lupanari extraxerint et duxerint in vxores: quod agunt/ in remissionem proficiat peccatorum. Hęc tex. De iure aũt ciuili meretrices nō licet in vxores ducere: nisi post meretriciã vitã desertã/ & ipetratũ a principe rescriptũ quo eis matrimonio se copulare permittat. Quod vbi fecerint/ oi macula anterioris vitę penitꝰ direpta/ & q̃si suis natalibꝰ hmõi mulieribꝰ redditis/ neq; vocabulũ inhonestũ eis de cętero ihęrebit/ neq; differẽtiã aliquã hẽbunt cũ hijs q nihil vnq̃ simile peccauerit. Sed & liberi ex tali matrimonio pcreãdi/ sui & legitimi patri erunt: licet alios ex priore matrimonio legitimos habeat. & bona eiꝰ tã ab intestato q̃ ex testamẽto isti quoq; sine illo impedimẽto percipe pñt. Tex. ẽ hęc oia pbãs. in l. iperialis. §. pñti. C. de nuptijs.

q ℭ Filiꝰ cõtumeliã facit pri. Hijs verbis facta est ãnotatio q̃ videri pōt. ʒ. in verbis cõtumelia & dormire. Sed ibi dictis addat ꝙ quicqd dicãt glosę allegatę in d. ꝟbo dormire. tñ ẽt de iure canonico filiꝰ nō pōt agere cõtra prem/ nisi forsan i materia spũali. Istã cõclusionẽ ponit panor. i c. Nō ẽ devoto.

r ℭ Filiꝰ honorat prem. An filiꝰ etiã in magistratu & dignitate cõstitutꝰ/ honorẽ pri suis plebeio & ifimę cõditiõis hõi debeat ipendere/ an vero contra filiꝰ prem debeat honorare: dictũ est aliqd. ʒ. in verbo Dauid, 3. reg. 1. i vltia snia illiꝰ c. 1.

Math.5.a. ¶Beati pacifici [a]: quoniam filij dei vocabuntur.

Math.8.c. ¶Vulpes foueas habent (ait Ihesus) & volucres cœli nidos: filius [t] autē hominis non habet vbi caput suum reclinet.

Math.10.c. ¶Tradet frater fratrem in mortem/ & pater [v] filium: & insurgēt filij [x] in parentes/& morte eos afficient.

math.13.g. ¶Nōne hic (dixerūt Iudęi de Christo) est fabri [y] filius? Et. ā. Faber.

math.17.d. ¶Conuersantibus discipulis in Galilęa/dixit illis Ihesus. Filius hominis tradendus est in manibus hominum/et occidēt eum: & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

¶Quod filij liberi sint a tributo: habetur infra in verbo Tributum.

math.24.c. ¶Parebit [z] signū filij hois in cœlo. Et tūc plāgēt oēs trib⁹ terræ: & videbūt filiū hominis venientē in nubibus cœli cū virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cū tuba et voce magna: & cōgregabūt electos eius a quatuor ventis/ a summis cœlorū vsq; ad terminos eorum.

Marci.c. ¶Filius quidem hominis vadit (ait Ihesus discipulis suis) sicut scriptū est de eo. Vę [a] autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si natus non fuisset homo ille.

marci.15.d. ¶Videns Centurio qui ex aduerso stabat / quia sic clamans expirasset Ihesus: ait. Vere hic homo filius dei erat.

Lucę.10.d. ¶Filius hominis non venit homines [b] perdere/sed saluare.

Lucę.12.e. ¶Nemo scit quis sit filius nisi pater: & quis sit pater nisi fili⁹/& cui voluerit filius reuelare.

Lucę.16.b. ¶Vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet.

Ioannis.1.b ¶Filij huius [c] sęculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.

Ioānis.3.c. ¶In propria venit (Christus) & sui eū non receperunt. Quotquot autē receperūt eū: dedit [d] eis potestatē filios dei fieri/his q credūt in noie ei⁹.

Ioānis.3.b. ¶Nemo [e] ascendit in cœlum (ait Ihesus ad Nicodemū) nisi qui descendit de cœlo/fili⁹ hominis qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto/ita [f] exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui credit in ipso nō pereat/sed habeat vitā æternā. Sic eni de⁹ dilexit mūdū/ vt filiū suū vnigenitū daret: vt ois q credit in eū/non pereat/ sed habeat vitā æternā. Nō enim misit deus filiū suum in mūdū vt iudicet mūdū: sed vt saluetur mūdus per ipsum. Qui [g] credit in eum/non iudicatur:

a ¶Beati pacifici. &c. Videatur annotatio ā. in verbo beatus.

t ¶Filius hois. j. Christus: qui se filiū hois appellat ratiōe matris/in cui⁹ vtero carnē assūpsit hūanam. & sic ex suę hūilitatis abysso suā a patre q deus est denoiationem non capit: sed a mre q caro est. cum tamen a matre a terrenis hoibus denoīatio sumi non soleat: nisi fortasse ex fastu superbię/cū mater nobilis est nō pater/ vel mater ex insigniori & generosiori domo q pater. put dicunt Hostieñ. & Io. an. & ibi panor. in c. raynutius. de testamē.

v ¶Pat filiū. Iure hūano si pr tradat filiū, i mortē. j. filiū accuset de crimine p quo pœna mortis infligi soleat/ sit filio pœnę mortis remissio: ne videat pr ad supplicīū filium obtulisse. Tex. est valde singularis in l. milites agrū §. desertorē. ff. de remili. Et ita etiā p illum tex. notat Fely. in c. i [.2.col. de offi. & potu. dele.

x ¶Insurgēt filij in parētes. Insurgūt filij i parētes. 4. principalibus modis. Primo man⁹ eis inferendo. Scdo granē & inhonestā iniuriā eis ingerendo Tertio eos in criminalibus causis q non sunt aduersus pricipem vel rēp. accusādo. Et quarto vitę suorū parentum insidiari tētādo. Et istis oibus modis pñt eos parentes exheredare. Tex. est in §. Aliud quoq; capitulū. ōn. Causas vt cum de appel. rog. col. 9.

y ¶Fabri fili⁹. Christ⁹ verus dei filius/ dicebat fabri. j. Ioseph putatiu⁹ fili⁹/quia in matrimonio Ioseph natus erat/ ab ipso educatus/ & pro eius pře colter reputatus/ q ad filiationē putatiuā inducēdā sufficiūt l. si vicinis scientib⁹. C. de nup. l. quia semper de in ius vo. notat. in c. Michael. de fi. psby. in l. fi. §. fi. ff. de pba. in l. filiū diffinimus. ff. de hijs qui sui sunt vel alie. iu. in c. per tuas. de proba. & in l. Miles. §. defuncto. ff. de adul.

z ¶Parebit signū filij hois. &. c. Quia hęc sententia/ vt satis ex ea liquet/ de extremo seu finali iudicio loquitur: videāt multa quę de eo dicta sunt ā. in verbo dies. q.

a ¶Vę autem hoi illi. De hoc homine & eius omni vęę plenissimo exitu: dicetur. j. in verbo Iudas scariothis.

b ¶Non venit hoies perdere sed saluare. Ipse est enim qui dicit. Nolo mortē pctōris: sed vt magis conuertat & viuat. c. pe. 26. quęst. 6. cū multis sitib⁹ ā. allegatis in verbo cōuertere.

c ¶Filij huius sęculi &c. Tametsi filij huius sęculi. j. multi ex laicis hoibus sint prudentiores filijs lucis. j. clericis seu spūalibus viris: tñ nō est eis postq clericali sunt ascripti militię/ ante eos q din clerici extiterūt/cōmittendū pastorale regimē. quāuis eni inculpati quis sit meriti: ante tñ per distincta eccli ordinis se exercuisse debet officia. c. hoc ad nos, in fi. 60. distin. Miserū quippe est eū summū sacerdotē fieri: qui nullo gradu vnq obsecut⁹ fuerit sacerdoti. c. miserū. 61. distin. Milites nāq; suos probatos sibi q̄runt instituta fideliū. Vnde religiosus cultus longa obseruatiōe tradat vt luceat: & clericalib⁹ obseqnijs erudiend⁹ inseruiat/ vt ad venerandi gradus perductus summā/ quis sit fruct⁹ hūilitatis ostendat. c. nō negamus. eadē distin.

d ¶Dedit eis potestatē filios dei fieri. s. per regñationē baptismi q non datur nisi profitentib⁹ fidē Christi. s. per se si sint adulti/ vel per parentes suos si sint paruuli. Et iō siue paruuli siue iuuenes ad regñatiōis veniūt sacramentū: non fontē vitę prius adeunt q exorcismis & exufflatiōib⁹ clericorū spūs immūd⁹ ab eis abijciat. Ante baptismū enim catechizādi debet hominem pręuenire officiū: vt fidei prenīū catechumin⁹ accipiat rudimētum. Hinc Christ⁹/ pri⁹ cęci nati oculos luto ex sputo facto superlinuit/ & sic ad aquas siloe misit: q pri⁹ debet baptizād⁹ fide icarnatiōis Christi instrui/ & sic ad baptismū iā credulus admitti/ vt sciat cui⁹ grē i eo est particeps/ & cui iā debitor fiat deinceps. Tex. est cui⁹ hęc verba sunt/ in c. siue paruuli. & in c. seq. de cōse. dis. 4.

e ¶Nēo ascēdit. &c. Videat satis diffusa ānotatio istis verbis facta ā. in ṽbo ascēdere.

f ¶Ita exaltari oportet filiū hois. Hęc ṽba Christi ipm i cruce elenādū & ibi p hūani generis redēptiōe moriendum designabāt. de quo ē tex. i cle. i. paulo post prin. de sum. tri. & fi. catho.

g ¶Qui credit in eū non iudicatur. Tex. est vbi hęc verba ponuntur/ in. c. Benedict. in fi. de peni. dis. 4.

h ℂ Vnigeniti filij. Vnigenitus hoc loco sumitur pro filio quē nullus vnq̄ pręcessit nec sequut⁹ est. Aliqñ tamen vnigenitus sumitur tñ pro eo quē alius filius p̄cessit. pront est tex. in c. Nam & ego vnigenit⁹. de ver. signi.
i ℂ Non potest filius a se facere quicq̄. Tex, est circa hęc verba videndus in c. fi in fi. de conse. distin. 5. vbi dicit. Ne quis spiritū sanctū a patris & filij volūtate & societate discerneret/ scriptū est. Nō eni a semetipso loqtur: sed sicut audit & loquitur. Cui simile est qd de seipso saluator ait. Sicut audio: & iudico. Et alibi. Non pōt a se filius facere quicq̄: nisi qd viderit patrē facientem. Hęc tex. k ℂ Quęcunq̄. &c. Satis cōforme est qd habetur in c. Non est facile. in fi. 40. dist. vbi dr. Non sctōrum filij sunt q tenent loca sanctoīū: sed qui exercent opera eorū. c. Nō est facile. in fi. 40. distin. l ℂ Oīne iudiciū dedit filio. Hęc verba ponuntur in c. Charitas est aqua. paulo añ fi. de peni. dis. 2. vbi Archi. notabilr̄ declarās dicit q̄ iudiciū auctoritatis habebit tota trinitas: sed iudiciū mysterij hēbit sol⁹ filius sedens & apparēs in iudicio scdm hūanam naturā. Et istud iudiciū dedit pater filio: vt oēs honorificent filiū/ sicut honorificant patrē. quia cui persona filij propter incarnationē videbatur descendisse: voluit pater vt in ea hūanitate ī qua apparuit humilis/ iudicaret. vt nemo ipsum incarnatū cōtemneret: sed sicut patrē timeret/ cuius scīa infallibilis & iustitia immobilis perseuerat & iudiciū factum scdm hūanitatē/ faciet auctenticū per diuinitatē. Erit autē in iudicio examinatio/ approbatio/ & diffinitio Prim⁹ act⁹ s. examinationis ptiet ad oēs: qīp vnūquēq̄ examinabit sua cōscientia. Scds actus. s. approbationis pertinet ad perfectos de quib⁹ dr. Sedebitis super thronos iudicātes. 12. tribus israel. s. approbantes tanq̄ assessores examīationē factam. Tertius actus scilicet diffinitionis erit solius filij: quia ipse sniam pmulgabit. Pater ergo dedit filio oē iudiciū. s. diffinitiōis non examinationis vel approbatiōis. Hęc Archi. m ℂ Qui non honorificat filium/ non honorificat patrem. Non honorificare/ pōt hic sumi nō solū omissiue. s. pro nō impendere honorē latrię/ sed etiā positiue. s. pro facere aliquid vel dicere qd honoris filio debiti diminutionē cōcernat. Illud enim quod circa filium omittitur vel fit/ circa patrem omitti vel fieri dr: cū sint eiusdē essentię/ maiestatis/ ac diuinitatis participes. c. 1. de sū. tri. & fi. ca. Et istud iure hūano procedit etiā in filijs terrenis. Iniuria eni eis facta/ patrib⁹ eorū facta videtur: & iō nedū filijs sed etiā patrib⁹ cōpetit iniuriarū actio. l. 1. §. fi. ff. de iniurijs §. Patitur. in prin. insti. eodē ti. n ℂ Potestatē dedit filio iudiciū facere. Videat quod dictū est s̄ in. 2. pxima annotatiōe. o ℂ Procedent qui bona fecerint. &c. Tex. est hinc sumptus in c. 1. col. fi. de sū. tri. & fi. ca. p ℂ Seruus nō manet in domo in ęternū. s. peccator licet ingrediatur ecclīam/ tñ non manet in ea: quia eius pręcepta nō facit. Et ideo seruus dr & non filius. Non eni filius ecclīę dici meret qui dei/ ecclesię spōnsi pcepta cōtemerat. put est bo. tex. in c. Admonere. in prin. 33. qst. 2. vbi dr. Admonere te cū lachrymis & multo gemitu cordis curam⁹ fili Astulphe: sed nō filius debes dici q tā crudeliter homicidiū perpetrasti. &c.
q ℂ Filius manet in ęternū. Quicūq̄ filius dei appellat & vere ē/ manet in ęternū. Sunt ei quidā q filij dei pter susceptā vel tēporaliter grām dicūtur a nobis: nec sūt tñ filij dei de qb⁹ ait ait Ioānes. Ex nobis exierūt: sed nō erāt ex nobis. q̄ si fuissent ex nobis: mansissent vtiq̄ nobiscū. Nō (ait) ex nobis exierūt: sed quia nō manserunt nobiscū/ iā nō sunt ex nobis. Verū (ait) ex nobis exierāt: sed nō erāt ex nobis. hoc est & quando videbant ex nobis ꝫ nō erāt ex nobis & tanq̄ ei diceret. Vñ id oñdis: q̄ si fuissent ex nobis (inqt) pmāsissent vtiq̄ nobiscū. Ita dicit tex. in c. si ex bono col. 2. de peni. dis. 4. r ℂ Si filij Abrać estis: opa Abrać facite. Circa hanc sniam videndus oīo est tex. in c. Querit. versi. sic & Iudęi. 22. qst. 2. vbi dr. Iudęi cū eēnt filij Abrać carne: qa nō fuerūt filij imitatiōe/ nō deputāt īter filios Abrać/ sed dicūt filij diaboli cuis filij sūt nō nascēdo sed imitādo. Vñ a dño audire meruelr Si filij Abrać estis opa abrać facite. nūc aūt q̄ritis me interficere hoiem q veritatē locut⁹ sum vobis. Hoc abraā nō fecit. Vos ex patre diabolo estis: & desyderia pris vři facere vultis. Ecōtra gētiles cū scdm originē carnis ab Abraā essent alieni tñ imitatiōe fidei & iustitię successerūt in filios Abrać. Vñ ab aplo dr eisdē. Si Xpi ergo Abrać semē estis. Pręfert ergo imitatio opis/ origini carnis. Hęc tex. s ℂ Sed vt filios dispersos. &c. Text⁹ est hoīū verborū declaratiuus. in. c. fi ea

qui autem non credit iam iudicatus est/ quia non credit in nomine vnigeniti [h] filij dei.

ℂ Pater diligit filiū: & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium/ Ioan. 3. f. habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio/ nō videbit vitam/ sed ira dei manet super eum.

ℂ Ihesus dixit Iudęis. Amen amen dico vobis: non potest [i] filius a se fa Ioānis. 5. d. cere quicq̄/ nisi quod viderit patrem facientem. Quęcunq̄ [k] enim ille fecerit: hęc et filius similiter facit. Pater enim diligit filiū/ & omnia demōstrat ei quę ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera/ vt vos miremini. Sicut eni pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq̄ eni pater iudicat quēquā: sed omne [l] iudiciū dedit filio/ vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui [m] nō honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum.

ℂ Amen amen dico vobis (ait Ihesus) quia venit hora & nunc est quan Ioānis. 5. d. do mortui audiēt vocem filij dei: & qui audierint viuēt. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Et potestatem [n] dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc. Quia venit hora in qua omnes qui in monumētis sunt audient vocem filij dei: & procedent [o] qui bona fecerunt in resurrectionē vitę/ qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.

ℂ Seruus [p] non manet in domo in ęternum (ait Christus Iudęis) fili⁹ [q] Ioānis. 8. e. autē manet in ęternū. Si ergo vos filius liberauit: vere liberi eritis. Scio quia filij Abrać estis. Sed quęritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor: & vos quę vidistis apud patrem vestrum facitis. Responderūt et dixerunt ei. Pater noster Abraā est. Dixit eis Ihes⁹. Si filij [r] Abrać estis: opera Abrać facite. &c.

ℂ Cū esset Caiphas pōtifex anni illius/ prophetauit quia Ihesus mori Ioānis. 11. g turus erat pro gente: & non tātum pro gente/ sed [s] vt filios dei qui erāt dispersi congregaret in vnum.

ℂ Dum lucem habetis credite in lucē: vt filij lucis sitis. Et latius in Ioānis. 12. f. fra in verbo Lux.

bono.col.2. de peni.dist.4. vbi dr. Prescientia dei sunt filij dei: q nondū sunt nobis & sunt iā deo. De quibus Ioannes euangelista ait. Quia Ihesus erat moriturus pro gente/& non tm̄ pro gente sed etiā vt filios dei dispersos congregaret in vnū: qui vtiq credendo futuri erant per euāgelij predicationē/& tn̄ anteq̄ esset factū/iam filij dei erant. In memoria enī patris sui inconcussa stabilitate conscripti erant. Hec tex. t ¶ Glorificetur pater in filio. Iure etiā humano/pater ea filio glorificatur & nobilior efficitur, prout est bo. tex. in auten. consti. q̄ de dignita. versi. Generaliter autē. Et ibi glo. i verbo Nobiliores. colla.4. v ¶ Nisi filius pmissiōis. Circa hec verba videatur tex. in c. si ex bono. col.3. de peni. distin .4. vbi dicitur. Qui vere sunt filii dei: p̄sciti & predestinati sunt conformes imaginis filii dei. & scdm ppositū vocati sunt sancti: vt electi essent. nōenī perit filius promissionis: sed filius perditionis. x ¶ Secundum legem debet mori quia filiū dei se fecit. Ex istis verbis dicit glosa .13. distin. in sūma quosdā dicere aliquem posse esse perplexū iter duo mortalia. vt Iudei q crucifixerūt Christū/peccauerūt mortaliter et si nō occidissent/ similiter peccassent mortaliter: quia fecissent contra conscientiā/que dicebat eis contrariū. quia dictū fuerat eis. Quicūq fecerit se filiū dei: morte moriatur. Qui aūt facit contra consciam: edificat ad gehēnā. c. qm̄ oē. in pri. de prescrip. y ¶ Qui

Ioan.14.b. ¶ Quodcūq petieritis patrem in nomine meo (ait Ihesus) hoc faciam: vt glorificetur [t] pater in filio. Vbi latius.

Ioan.17.a. ¶ Ihesus subleuatis oculis in cœlum/dixit. Pater venit hora: clarifica filium tuum/vt filius tuus clarificet te. &c.

Ioānis.17.b ¶ Quos dedisti mihi pater (ait Christus) ego custodiui: & nemo ex eis perijt nisi [v] filius perditionis/vt scriptura impleatur.

Ioānis.19.b ¶ Nos legem habemus (dixerunt Iudei de Christo ad Pilatum) & secundum [x] legem debet mori: quia filium dei se fecit.

Ad rōa.8.c. ¶ Quicunq [y] spiritu dei aguntur: hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorū dei in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: q sumus filij dei. Si autem filij [z]/et heredes: heredes quidem dei/coheredes autem Christi/si tamē compatimur vt et glorificemur.

Ad rōa.8.c. ¶ Ipsi intra nos gemimus/ adoptionem [a] filiorum dei expectantes/ redemptionem corporis nostri.

Ad rōa.8.f. ¶ (Deus) proprio [b] filio suo nō pepercit/sed pro nobis omnibus tradidit illū: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

Ad rōa.9.b. ¶ Non omnes [c] qui ex circuncisione sunt Israel/ hi sunt Israelite: neq qui semen sunt Abrae/omnes filij sunt Abrae. Sed in Isaac vocabitur tibi semen/id est non qui filij carnis/hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis/æstimantur in semine.

2.adco.12.e ¶ Non [d] debent filij parentibus thesaurizare/sed parentes filijs.

spū dei aguntur hii sunt filii dei. j. Quicūq spū dei ad operandū mouentur: operantur vt filii. j. ex dilectiōe/& non vt serui. j. ex solo timore. Veris eni dei famulis plus ex dilectione/q̄ ex timore conuenit operari. & licet ab initio ex tiore suboriat charitas/q̄to tn̄ crescit charitas tāto minuit tior. et si crescat ad perfectū: foras mittit tiorē tex. est i c. sicut seta. in fi. de peni. dist.2 iuncto c. schismatici. paulo post prin. 23. q̄sti.6. z ¶ Si filii & heredes. Per hoc dictum apostoli/quidam dixerunt q intētio creditorū agentiū contra filiū tanq̄ contra heredem patris est fundata eo ipso q probāt ipsum esse filiū/absq eo q probēt illū imiscuisse se hereditati paterne. Et istorū opinionē refert paul a de castro/huius dicti mentionē faciens/in l. si cū dotē §. transgrediamur. ff. solu. ma. vbi tn̄ glosa in verbo extiterit. & ibi cōiter oēs docto. tenent cōtrariū: q. s. creditorū intentio cōtra filium nō est fundata: nisi probet q se inmiscuit hereditati pa̅ne. Et idē tenet glo. in l. ita tn̄. §. si pater. ff. ad trebel. in l. necessariis. ff. de acqui. here. & est bo. tex. in l. cū patris. ff. eodē. & in l.1. C. si minor se ab he. absti. Et est cōmunis opi. scdm Alex. de imo. i d. §. Trāsgrediamur. colū. pe. licet primam opi. teneat glosa .in auten. vt hi qui se perhib. habere obli. res mi. colla.6. Non obstat hoc dictū apli: quia procedit respectu spei. Qui el filius est/spem habet in successione paterna: ratione cuius spei & magne pbabilitatis ipsis/filius etiā viuēte pre dicitur quodāmodo dn̄s bonorū patris. Tex. est in l. i suis. ff. de libe. & posthu. & bo. tex. in l. licet. §. Paternos. ff. de vbo. sig. vbi dicit tex. Paternos libertos/ nr̄os libertos dicere possumus liberorum autē libertos/nō possumus nr̄os dicere. Et facit tex. in l.1. §. largius. ff. de succes. edic. vbi tex. q filii patri succedentes pene ad bona propria veniūt. Et ideo dicit glo. no. in c.2. in verbo rex. 24. questi.1. q filii comitum etiā viuente patre possunt appellari comites/& filii regū reges. Et notat panor. in c. tāta. in 2. col. Qui filii sint legi. a ¶ Adoptionem filiorū dei expectantes &c. j. expectātes vt simus filij dei scdm aiam & scdm corpus quantum ad gaudium anime & stolam imortalitatis in corpore. Ita hec verba declarat glosa in c. hanc societatē (vbi hec sententia Pauli ponitur) in verbo adoptionem. de peni. distin.4. b ¶ Qui proprio filio suo non pepercit. &c. Hinc dicit tex. in c. timorē. paulo post prin. de conse. distin 2. Cui aia habet fidem consyderat magnificentiam glorie ipsius & admiratur nimietatē humilitatis quomodo tantus ac talis obediens fuit patri vsq ad mortem pro vita nr̄a. et puto quia prouocari possit vsq ad affectum & dilectionē ipsius & dei patris qui vnico filio nō pepercit/sed pro nobis oībus tradidit illum. Hec tex. c ¶ Non omnes qui ex circuncisione. &c. Tex. est huic sententie bene cōformis in c. Querit. versi. sic & Iudei. 22. q̄sti.2. de quo textu dictū est s. eodem super illud Io.8. Si filij Abrae estis: opa Abrae facite. Et facit bo. tex in c. cito turpem. col. 1.2. questi.1. de quo tex. dicetur. J. in verbo giezi. vbi videatur. d ¶ Non debent filij thesaurizare parentibus. &c. Hec sententia procedit nedum in filiis & parentibus carnalibus in quibus ex quodam naturali instinctu & ordine istud peculiare est vt filij parentibus succedant & sic parētes pro filiis thesaurizent/non autem filiis succedant parentes. j. pro parentibus thesaurizent. l. scripto herede. §. fi. ff. Vnde liberi. l. Nam etsi parentibus. ff. de inoffi. testa. sed etiam procedit istud in filiis & parentibus spiritualibus prout est bo. tex. in c. predicator. paulo post prin. 16. questi.1. vbi dicitur. Diffinimus nullatenus epm̄ turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccata/expetere aurū vel argentū aut aliam speciem a p̄sbyteris vel clericis/vel monachis/qui sub ipsis sunt. Ait eni apostolus. Nō debent filij thesaurizare parentibus/sed parentes filiis. Hec tex. Et dicit tex. in c. Cum apostolus. circa me. de censi. Cum dicat apostolus non debent filij thesaurizare parentibus sed parentes filiis: multū longe a paterna pietate videtur/si prepositi subditis suis graues existant/quos

in cunctis necessitatib⁹ pastoris/debent more fouere. Hęc tex. e ℭ Omnes filij dei estis per fidem.&c. Facit bo. tex.in c. Ad hoc baptismus.de conse distin.4. vbi dicitur. Ad hoc baptismus valet vt baptizati Christo incorporent et membra ei⁹ habeantur/& consepeliantur: & oblati per sacramentū charitatēq; fideliū recōciliētur deo/ vt in eo viui/salui/liberati/redempti/illuminatiq; fiant. Hęc tex. f ℭ Vt adoptionem filiorū reciperemus.i. vt essem⁹ adoptiui filij dei seu heredes ac successores hereditatis suę/perinde ac si eius essemus filij naturales. adoptare ei aliquē i filiū: ē aliquē i filiū

ℭ Omnes [e] filij dei estis per fidem quę est in Christo Ihesu. Ad.gala.3.d

ℭ Vbi venit plenitudo temporis/ misit deus filium suum factū ex muliere/factum sub lege/ vt eos qui sub lege erāt redimeret: vt adoptionē [f] filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei: misit deus spiritū filij sui in corda vestra clamātē abba pater. Itaq; iam non est seruus/sed filius: q; si filius ē/& heres per deum. Ad gal.4.a.

ℭ Scriptum est/ quoniam Abraam duos filios habuit: vnum [h] de ancilla/& vnum de libera. Sed qui de ancilla/ secundū carnem natus est: qui autem de libera/per repromissionē. Quę sunt per allegoriā dicta. Hęc enim sunt duo testamenta. Vnū quidē in monte Sina in [i] seruitutē generans: quę est agar. Sina enim mons est in Arabia qui coniunctus est ei qui nunc est Hierusalem: & seruit cum filijs suis. Illa autem quę sursum est Hierusalē libera est: quę est mater nostra/sicut scriptum est. Letare sterilis quę non paris/erumpe et clama que non parturis: quia multi filij desertę/magis q̄ eius quę habet virum. Nos autem fratres/secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tūc is qui [k] secūdū carnem natus fuerat/persequebatur eum qui secundum spiritum: ita et nunc. Sed quid dicit scriptura? Eijce [l] ancillā et filium eius: non enim heres erit filius ancillę cum filio liberę. Itaq; fratres non sumus ancillę filij sed liberę: qua libertate Christus nos liberauit. ad gal.4.c.

ℭ De⁹ vos cōuiuificauit cū essetis mortui delictis & peccatis vr̄is in qb⁹ aliqn̄ ābulastis secūdū sęculū mūdi hui⁹ scdm principē potestatis aeris hui⁹ spūs qui non operatur in filios diffidētię. In quibus et nos aliquā do cōuersati sumus in desyderijs carnis nostrę/facientes voluntatē carnis et cogitationum: & eramus natura [m] filij irę sicut et ceteri. Ad ephe.2.a

ℭ Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hęc enim venit ira dei in filios diffidentię. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis [n] enim aliqn̄ tenebrę: nunc autē lux in domino. Vt filij lucis ambulate: fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia & veritate/ probātes quod sit beneplacitum deo. ad ephe.5.b

ℭ Filij obedite [o] parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. ad ephe.6.a

ℭ Patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate [p] illos in disciplina et correctione domini. ad ephe.6.a

recipere. Fit autem istud (humanitus loquendo) dupliciter: vel principis auctoritate/vel magistratus imperio. Pricipis auctoritate adoptamus eos qui sui iuris sūt. Quę species adoptionis dicit arrogatio: quia & is q adoptat/rogatur id est interrogatur an velit eum quē adoptatur⁹ sit iustum eē/ et is qui adoptatur interrogatur an id fieri patiatur. Imperio magistratus adoptamus eos qui i potestate parentis sunt: siue primum gradū liberorom obtineant/qualis est filius filia. siue inferiorem qualis est nepos neptis/pnepos pronepti̇s. Illud vero vtriusq; adoptiōis cōe est: q; hi qui generare nō possūt/quales sunt spadones/ adoptare pn̄t. tex. est pmissa probans in l.2.ff.de adop. & in.§.1.iuncto.§. Sed & illud.insti.eodē ti. g ℭ Si filius & heres Videatur quod dictum ē supra eodem super illud ad Ro.8.c. Si filij & heredes. h ℭ Vnū de Ancilla. Pro annotatiōe istorū verborum videat quod dictō est §. in verbo Abram.q. vbi satis diffuse discussū est an Abram prolē ex ancilla suscipiēs peccauerit. i ℭ Vnū in seruitutē generās.&c. Istis verbis & veteris testamēti seruitus/ & noui testamēti libertas demōstratur. in illo enim populus rudis seruili timore penarū cogebatur: vn̄ et legem im pedagogum accepit. In euangelio autem populus gratię liber & adultus filiali amore hereditatis certitudine ad cultum diuinę seruitutis inuitatur. tex. est quo satis hęc verba declarantur in c. hęc autem §. Ex his. paulo ante fi.23.questi.4. k ℭ Is qui scdm carnem. &c. Pro effectu istorum verborom est bo.tex.in c. tres personas in fi. cum c.seq.23.questi.4 vbi dicitur. Mali tolerandi sunt: nec corporali sed spūali vidictasūt puniēdi. Hinc Hieronym⁹ ait. Qui scdm carnē nat⁹ est/persequbatur spūalē: nūq̄ vero spiritualis carnalē p̄sequit/sed ignoscit ei quasi rustico fratri/ scit eū proficere posse per tēpus. & si qn̄ egyptię ancillę filiū viderit irascentē: recordabitur vnius patrisq; boues creauit & culices/& in magna domo nō solū esse vasa aurea & argentea sed ligneas & fictilia. Hęc tex. l ℭ Eijce ancillā & filiū eius. Videantur anootat. §. in verbo Abraam. Reliqua autē quę hic dici possent: dicentur in verbo heres. m ℭ Eramus natura filij irę. Circa hęc verba videat tex.in c. hanc societatē paolo post princi. de peni.disti.4. vbi dr̄. Apl̄s nō ait/ Videbamur esse: sed eramus natura filij irę. Oēs eni quicūq; in Christo renascunt/& qui eius sanguine a diabolo redimūtur: pri⁹ ex Adam pctōres nascūtur/& diabolicę seruituti obnoxij. & i c. firmissime tene. de cōse. dis.4. vbi dr̄. Firmissime tene & nullaten⁹ dubites/ oēm hoīem qui per cōcubitum viri & mulieris concipitur/cū originali pctō nasci/impietati subditum/mortiq; subiectū: & ob hoc naturaliter irę nasci filiū. de qua dicit Apl̄s. Eram⁹ ei natura filij irę: sicut & cęteri. A qua ira nullus liberabitur: nisi per fidē mediatoris hominis Ihesu Christi. Hęc tex. n ℭ Eratis aliqn̄ tenebrę. &c. Ea ratione qua dixit apl̄s Eramus natura filij irę: eadē ratione nunc dicit. Eratis aliqn̄ tenebrę. Ita sentit tex. vbi hęc verba ponūtur/in c. hanc societatē. de peni.distin.4. Vn̄ videatur annotatio §. proxima. o ℭ Filij obedite parentibus. Aduertendū est q; quędā sunt in quib⁹ filius oio parere debet patri/ vt in licitis & honestis. Quędā i qb⁹ parere nō debet/si tn̄ pareat excusat vt mitius puniat pter iussū pris: vt est i leuiorib⁹ delictis. Quędā vo sunt i qb⁹ nullomō parere debet/ nec si pareat excusat vt i delictis atrociorib⁹. Ita istā materiā resoluit glosa & allegat bona iura q per eā videri possūt. in l. liber hō. 2. ff. ad l. aql. p ℭ Educate illos i disciplina & correctiōe.

Videatur duplex annotatio istis verbis facta supra in verbo educare.x.&.y. q ℭ Filij obedite.&c. Recurrat ad scdam annotationē s̄.proximā. r ℭ Nolite ad indignationē prouocare filios.&c.ſ.Nimia in filios seueritate non vtamini:ne si cōtrariū feceritis/ filij vestri a vobis coarctati in vos delinquant/ & animo fracti per impatiētiam a vobis recedant. Sępe enim seueritas nimia non correctionē habet / sed desperationē & obdurationē. c.recedite.45.distin. Hinc dictum est. Noli esse iustus multum. c.non potest. paulo ante si.23.q̄sti.4.

Ad colos.3.d ℭFilij obedite [q] parentibus per omnia: hoc enim placitum est in dn̄o.

ad colos.3.d ℭPatres [r] nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant.

Ad thes.5. a ℭVos filij lucis estis & filij diei. Non sumus noctis neq̧ tenebrarum. non dormiamus vt cęteri: sed vigilemus et sobrij simus. Et supra dormire.

1. ad tio.2.d ℭAdam nō est seductus: mulier autem seducta in pręuaricatione fuit. Saluabitur [s] autem per filiorum generationem: si permāserit in fide et dilectione & sanctificatione cum sobrietate.

1. ad tio.3. a ℭOportet [t] episcopum non esse cupidū/ sed suę domui bene prępositū filios habentē subditos cū omni castitate. Et latius supra episcopus.

Ad heb. 1. ℭMultifarie/multisq̧ modis olim deus loquens patribus in prophetis nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio: quē constituit hęredē vniuersorū/per quē fecit et sęcula. Qui cū sit splendor [v] glorię & figura substantię eius/portansq̧ omnia verbo virtutis suę/purgationē peccatorū faciens/sedet ad dexterā maiestatis eius in excelsis: tanto melior angelis effectus/q̄to differētius prae illis nomen hęreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorū: filius meus es tu/ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in filium. Et cū iterum introducit primogenitū in orbem terrę: dicit. Et adorēt eū omnes angeli dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui [x] facit angelos suos spiritus: & ministros suos flammā ignis. Ad filium autē. Thronus tuus de⁹ in sęculū sęculi: virga aequitatis/virga regni tui. Dilexisti iustitiā/et odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo exultationis prę participib⁹ tuis. Et tu in principio domine terram fundasti: & opera manuū tuarum sunt coeli. Ipsi peribūt/tu autem permanebis: & omnes vt vestimētum veterascent. Et velut amictum mutabis eos/et mutabūtur: tu autē [y] idem ipse es/& anni tui non deficient.

ad heb. 6. a. ℭ(Aliqui) rursum [z] (sunt) crucifigētes filium dei: & ostentui habentes.

ad heb. 7. a ℭMelchisedech [a] qui interpretatur rex iustitiae/ deinde autē et rex Salē quod est rex pacis/sine patre/sine matre/sine genealogia/neq̧ initiū dierum/nec finem vitę habens/assimilatus autem filio dei: manet sacerdos in perpetuum.

ad heb.10.d ℭIrritam quis faciens legem Moysi/ sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: q̄to magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium [b] dei conculcauerit/& sanguinem [b] testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est/& spiritui gratię contumeliam fecerit?

k ¶ Omnis qui dimiserit vxorem. &c. Hec sentẽtia diffuse declarata est. s. in verbo dimittere. k. Tamẽ pro maiori ipsius elucidatione & presertim in illis verbis excepta causa fornicationis: notand9 est tex. Augustini in c. idolatria. versi. ea quo intelligitur. 24. q. 1. vbi dicitur. Propter illicitas concupiscentias/ non tantum que in stupris cũ alienis viris aut fœminis cõmittuntur: sed omnino propter quaslibet quæ animã corpore male vtentem a lege dei aberrare faciunt/ & perniciose turpiterq; corrũpi/ potest sine crimine & vir vxorẽ suã dimittere/ & vxor virum. quia exceptam dominus facit causam fornicationis: quam generalem & vniuersalem intelligere cogimur. Cum autem ait excepta causa fornicationis: non ait cuius ipsorum/ viri aut fœmine. non enim fornicantem tantum vxorem dimittere conceditur: sed quisquis eam quoq; vxorẽ dimittit a qua ipse cogitur fornicari / causa vtiq; fornicatiõis dimittat. Velut si aliquẽ cogat vxor sacrificare idolis: qui talem dimittit/ causa fornicationis eam dimittit. non tantum illius: sed etiã sue. illius/ quia fornicatur: suæ/ ne fornicetur. Hec tex. Ex quo liquet q nedum vxor propter fornicationẽ carnalem/ sed etiam propter spiritualem dimitti potest. propter illam tamen statim. s. sine alia reiteratione fornicationis/ potest dimitti: propter hanc vero/ non nisi perseueret. Vnde dicit tex. Augustini. in c. non solum. eadem causa & questi. non solũ mechatio est illius que carnem suam coinquinat: sed etiam que simulachrum facit/ mechatur. Quod si in his factis perseuerat/ & pœnitentiam non agit: recede ab illa/ & noli viuere cũ illa. Si autem: & tu particeps peccato illi9 eris. Hec tex. De hac tñ fornicatione spiritnali est melior tex. in c. q̃to. de diuor. de quo tex. videatur. s. in verbo Discedere 3. Et de ceteris que hic dici possent: videatur quod dictũ est. s. in verbo Coniũgere. super illud. Quod deus coniunxit: homo non separet.

l ¶ Oĩno auditur inter vos fornicatio. &c. Fornicatio sumitur in hac sententia large: non aũt proprie & stricte. Fornicatio enim licet videatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus qui fit extra vxorem legitimam: tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum vel meretricum vel concubinarum. Ita dicit textus in c. 2. versi. fornicatio. 35. q. 1. Proprie aũt fornicatio da qua hec sentẽtia loquitur/ vocatur incestus: qui tunc cõmittitur qñ suis consanguineis vel affinibus aliquis abutitur. d. c. 2. versi. incestus. 36. q. 1.

m ¶ Qui fornicatur: in corpus suum peccat. Hinc dicit textus in c. non solum. circa fi. 32 q. 7. Inter cætera septem vicia/ viciũ fornicationis maximum scelus est: quia per carnis immundiciam templum dei violatur. Et in c. in coniugio. 32. q. 1. dicit textus. In coniugio quis positus quecũq; peccata fecerit/ non propriam infuscant cõiugem: sed fornicatio vxorem coinquinat. Et in c. sed & illud. 26. q. 2. dicit tex. qui est Augustini. Qui fornicatur: in corpus suum peccat: non istud corpus solum quod templum dei effectum est/ sed illud de quo dicitur. Quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in omnem ecclesiam videt delinq̃re/ qui corpus suum commaculauerit: quia per vnũ membrum macula in omne corpus diffunditur. Hec textus.

1.co.7.a. ¶Propter fornicationem [n] vnusquisq; vxorem suam habeat. &c. Et infra in verbo Vxor.

ad.gala.5.d ¶Manifesta [o] sunt opera carnis: quę sunt fornicatio/immũditia/impudicitia/luxuria/et idolorum seruitus. Et latius supra Caro.

ad ephe.5.a ¶Fornicatio [p] & omnis immũditia/ aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo/aut stultiloquium/aut scurrilitas/ quę ad rem non pertinet/sed magis gratiarum actio.

ad ephe.5.b ¶Hoc scitote: intelligentes ꝙ omnis [q] fornicator aut immundus aut auarus quod est [r] idolorum seruitus / non habet hęreditatem in regno Christi et dei.

1.thessa.4.a ¶Hęc est voluntas dei/sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione / vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore/ nõ in passione desyderij sicut et gentes quę ignorãt deũ.

Ad heb.13.a ¶Honorabile connubiũ maneat in omnibus: & thorus immaculatus. Fornicatores [t] enim et adulteros iudicabit deus.

Apoca.14.b ¶Cecidit cecidit Babylõ ciuitas illa magna: quę a vino irę fornicationis suę potauit omnes gentes.

n ¶Propter fornicationẽ vnusquisq; suam vxorem habeat. Circa hæc verba & pro eorum declaratione videatur prio textus in c.nemo.versi.nulli.32.questi.4. vbi dicitur. Nulli licet scire mulierem præter vxorem. ideoq; coniugij datum est tibi ius: ne in laqueum incidas. Secũdo videatur textus in c.quicquid.versi.iam in ipsa.32.questi.2. vbi dicitur. In ipsa immoderata exactione debiti carnalis (quam eis nõ secundum imperium præcepit/ sed secundum veniam concessit apostolus: vt etiam præter causam procreandi/sibi commisceant) & si eos praui mores ad talem concubitum impellunt: nuptię tamen ab adulterio seu fornicatione defendunt. neq; illud propter nuptias admittitur/ sed propter nuptias ignoscitur. Debent ergo sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscẽdi/ fidem liberorum procreandorum causa / quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas: verũetiam infirmitatis inuicem excipiendę ad illicitos cõcubitus euitandos / mutuam quodã modo seruitutem. vt etiã si alteri eorum perpetua continentia placeat: nisi ex alterius consensu fieri non possit. Tertio videatur text9 in c.nerui. paulo ante finem.13. distinc. vbi dicitur. Paulus apostolus cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret: concessit minima idest exactionem debiti carnalis etiam explendæ libidinis gratia/ vt maiora declinaret/dicens. Propter fornicationem vnusquisq; suam vxorem habeat. Et quia tunc solum coniuges sine culpa in admixtione sunt/cum non pro explenda libidine sed pro suscipienda prole miscentur: vt hoc etiam quod concesserat sine culpa q̃uis minima non esse monstraret/illico adiunxit. Hoc aũt dico secundum indulgẽtiam/non secundum imperium. Hęc textus. Vltimo aduertatur ꝙ quia matrimonium concessum est saltem secundario ad euitandam fornicationem / idest omnem coitum extra vxorem / vt patet in hoc dicto Pauli & textibus supra allegatis: satis patet etiam simplicem fornicationem idest actum luxuriæ soluti cum soluta/esse prohibitum. Et ita etiam cõmuniter tenetur vt per Ioan.An.in regula.sine culpa.de regu.iuris lib.6.& per glo. in cle. ad nostrum.in verbo non est.de hære. vbi allegat multas diuini iuris sententias istud comprobantes. Et ita etiam tenet Sanctus Thomas (quem allegat prædicta glosa) in secunda secundæ. questi.54. arti.2. An autem de iure ciuili simplex fornicatio sit vel aliquando fuerit permissa/aut saltem tolerata: videatur quod late dictum est supra in verbo Concubina. Et notetur ꝙ dum apostolus dicit generaliter/vnusquisq; suam vxorem habeat: intelligitur loqui solum de illis qui vxores sine culpa habere possunt. & sic non concedit clericis in sacris constitutis: vxores habere. Ita Ar.in d.c. nerui.colũ.pe. Pro quo facit: quia verba generalia debent ad habiles tantum referri / non autem ad inhabiles. Textus est cum glosa in verbo vnusquisq;.in l.1.C.de sacro.eccle.& in l. vt gradatim.§.1.ff. de mune.& ho.

o ¶Manifesta sunt opera carnis: fornicatio/immunditia.&c. Circa hanc sententiam notetur textus in c.in eo.versi. Secundum opus.32.questi.4. vbi dicitur. Secundum opus carnis/immũditia nuncupatur: & eam comes luxuria sequitur. Quomodo enim in veteri lege de nefandis criminibus quæ in occulto fiunt/ quę nominare etiam turpissimum est/ ne etiam dicentis os & aures polluerentur/generaliter scriptura complexa est dicens. Verecundos vel verentes facite filios Israel ab omni immunditia: sic in hoc loco cęteras extraordinarias voluptates ipsarum quoq; opera nuptiarum si non verecũde & honeste quasi sub oculis dei fiant / & vt tantum liberis seruiatur/immunditiam & luxuriam nominauit. Hęc textus.

p ¶Nec nominetur in vobis. idest a talibus sic vos immunes & puros exhibeatis: vt nulla de vobis possit haberi sinistra suspitio. Non enim sanctos & veros dei cultores solum a malo: sed etiam ab omni specie mali conuenit abstinere. c.cum ab omni.in princip. de vita & hones.cleri. & præsertim eos qui ecclesiasticis insignes sunt dignitatibus. Oportet enim tales testimoniũ habere bonum ab his qui foris sũt. c.nisi cum pridem. col.1. de renũ.

q ¶Omnis fornicator non habet hęreditatem in regno Christi & dei. Cum hęc verba generalia sint: satis apparet illicitam esse etiam simplicem fornicationem. sed difficultas est an sit prohibita in decalogo: & dicẽdũ est ꝙ sic/ saltem interpretatiue/per illud præceptum. Non mechaberis. quia si furti nomine/bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienę (non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit: sed vtiq; aperte totum intelligere voluit quicquid illicite rerum proximi aufertur) profecto nomine mechię omnis illicitus concubitus/ atq; illorũ membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi. Ita dicit textus Augustini in c.meretrices.versi. fina.32.questi.4.& ita etiã concludit glo.in d.cle.ad nostrũ.§.sexo.in verbo nõ est.de hęre.

r ¶Quod est idolorum seruitus. Pro annotatione istorum verborum videatur quod dictum est supra in verbo Auaritia.i.

s ¶Et sciat vnusquisq; vas suum in sanctificatione possidere. Hinc dicit textus Ambrosij in c. vnusquisq;.in princ.23.q.4. Vnusquisq; simplicẽ sermonem proferat: & vas suum in sanctificatione possideat.

t ¶Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Adulteri tamen grauius delinquunt/q̃ fornicatores simplices. sunt enim in fornicatione gradus: ita ꝙ grauius peccat adulter q̃ fornicator/& grauius delinquit qui nec sua dimissa aliam ducit: eo ꝙ suam dimittens aliam cognoscit. grauius quoq; peccat qui vxorem suam habens ad coniugem proximi sui accedit: q̃ qui nõ habens vxorem thorum alterius violat/vel vxoratus ad solutam accedẽs. Sed hos omnes incestuosi transcendunt: quos vincunt contra naturam delinquentes. Ita dicit textus in c. Quemadmodum. versi. Sunt enim.32.questi.7.& dicit textus de fornicatione & adulterio loquens in c. nemo. cir-

ea medium. 32. questi. 4. Grauius est crimen vbi celebrati coniugij iura temerantur & vxoris pudor soluitur.

v ¶ Timidis. i. timore mundano peccata mortalia committentibus. Nullius enim superioris auctoritate sic debemus terreri: vt assentiamus alicui mortali peccato. c. si dñs. c. Iulianus. c. qui oipotentē. c. qui resistit. in fi. & c. imperatores. in princ. 11. q. 3. nec vllus corporis cruciatus sic timendus: vt pro eius effugio/ in deū nostrū mortifere delinquamus. c. ita ne. paulo post princ. 32. q. 5. c. lotharius. ibi. cū nec etiam occisores corporis sint timendi cōtra iustitiam hominem impellentes. 31. q. 2. & facit tex. in l. palam. versi. nō est ignoscendum. ff. de ri. nup.

x ¶ Incredulis. i. hereticis/ Iudeis/ Sarracenis/ Turcis/ & paganis/ & cæteris quibuscūq catholicę fidei nō credulis. Firmissime nāq tenendū est/ & nullatenus dubitandum/ oēm talē cū diabolo & angelis eius ęterni ignis incendio participandum: nisi ante finē vitæ/ catholicę fuerit incorporatus/ & redintegratus ecclesię. c. firmissime. i pric. de hęre.

y ¶ Execratis. i. post cōdonatā eis suorū peccaminū remissionē/ rursus ad ea (velut canis ad vomitum) redeuntibus. Tales enim & grauius peccāt/ & difficilius curant. vnde dicebat Paulus ad hebræos. 6. Impossibile est. idest valde difficile/ eos qui semel fūt illuminati/ gustauerunt etiam donū cœleste/ & participes facti fūt spiritussancti & gustauerunt nihilominus verbū dei bonū virtutesq futuri sęculi: rursū renouari ad pœnitētiā. De quo dicto Pauli est textus (tametsi in alia materia loquatur) in c. si eni. colū. 4. in versi. ad hebręos quoq de pœni. distinc. 2.

¶ Timidis [v]/ et incredulis [x]/ & execratis [y]/ et homicidis [z]/ et fornicatoribus [a]/ et veneficis [b]/ et idolatris [c]/ & omnibus [d] mēdacibus: pars illorū [e] erit in stagno/ ardenti ignei & sulphure/ quod est mors secunda. Apoca. 21. b

Fornicarius & Fornicaria.

¶ Ne des fornicarijs [f] animam tuam in vllo: ne [g] perdas te/ et hęreditatem tuam. Eccl. 9. b.

¶ Omnis mulier quę est fornicaria: quasi stercus in via conculcabitur. Eccl. 9. b.

¶ Qui se iūgit fornicarijs: erit nequam. Putredo et vermes hęreditabūt illū: & extolletur in exēplū maius/ & tolletur [h] de numero anima eius. Eccl. 16. a.

¶ Homini fornicario omnis [i] panis dulcis: & non fatigabitur trāsgrediens vsq ad finem. eccl. 23. b.

¶ Erubescite [k] a respectu mulieris fornicarię. Et supra Erubescere: vbi diffusius. Eccl. 41. d.

¶ Scripsi vobis i epistola: ne cōmisceamini [l] fornicarijs. Nō vtiq forni carijs huius mūdi/ aut auaris/ aut rapacib⁹/ aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Et diffusius supra in verbo Commisceri. 1. ad co. 5. c.

¶ Nolite errare: neq fornicarij regnū dei possidebūt. Et infra Regnum: vbi latius. 1. ad co. 6. c.

z ¶ Homicidis. Quā eni grauiter isti delinquant: ex grauissima quę eis imponi iubetur pœnitentia satis liquet. de qua est textus in c. si quis homicidiū. in c. si qua fœmina. & in c. si quis voluntate. cū similibus. 50. distinc. & in c. 2. de homici. & dicetur. in verbo Homicida. a ¶ Fornicatoribus. Sunt eni magni criminis apud deū: quia tollunt membra Christi/ & faciunt ea mēbra meretricis. c. in eo. in princ. 32. q. 4. b ¶ Veneficis. Isti enim grauissime delinquūt: & peiores sunt simplicibus homicidis. idest gladio occidentibus. Notat Ange. in l. 1. C. de male. & mathema. Qui eni veneno occidit: dicit proditorie occidere. dicit Baldus in l. nemo. in fi. C. de sū. tri. & fi. catho. & dicet. i. in verbo Venenū. c ¶ Idolatris. Quos etiā lex ciuilis propter eorū abominabile scelus destatur dicens. Absit a sęculo nostro infandis execrandisq simulachris honorem pristinum reddi. l. nemo. in princ. C. de paganis. d ¶ Omnibus mendacibus. Scriptū est eni. Perdes omnes qui loquūtur mendacium. c. in ipsarū. in fi 22. q. 2. &. Os quod mentit occidit animā. c. si quis ad te confugerit. eadem causa & questi.

e ¶ Pars illorum erit in stagno/ ardēti igne & sulphure. i. in pœna gehennę: & ea quidem perpetua/ quia semper plenus iniquitate/ semper sine charitate/ torquebitur sine fine. c. fi. in verbis finalibus. de pœni distinc. 7.

f ¶ Fornicarijs. i. lubricis & inhonestis mulieribus q oēs dicūtur fornicarię ratione fornicationis quę cū eis cōmittit/ & quę diuersa nō est/ siue mulier sit ancilla aut ingenua/ siue paupercula aut opulenta/ siue pulchra aut deformis. c. fi. 14. q. vlti. Dicit tñ Hugo/ q magis peccatur cū pulchra q cū deformi: quia magis voluptuose cognoscit pulchram. Sed tñ verius est q magis peccatur cū deformi: quia plura sunt quę suadēt cōmisceri pulchrę q deformi/ vt pulchritudo & libido. Ita dicit glo. in d. c. fi. in verbo fornicatione. 14. q. 6. g ¶ Ne perdas te & hęreditatē tuā. Fornicatio eni hoīem perdit/ & ab hęreditate dei ad dęmonis hęreditatē perducit: exēplo Salomonis qui immoderato vsu atq assiduitate mulierū ad hoc vsq perductus est/ vt tēplū idolis fabricaret: qui prius templū cōstruxerat deo/ assiduitate libidinis substractus idolis tēpla cōstruere nō timuit. c. Salomon. 33. q. 4. Preterea fornicatio nedū hoīs animā perdit: sed etiā corpus. Vnde fornicatio dicitur eneruatio: qz eneruat vires animę & corporis. prout est bonus tex. & ibi Archi. in c. fi. in princ. 2. q. 1. h ¶ Tolletur de numero anima eius. An sacerdos fornicarius tolli debeat de numero. i. deponi ab officio ecclesiastico: late disputat Panor. in c. atsi clerici. col. 12. & col. 13. de iudi. & tandē cōcludit q relinquitur arbitrio iudicis/ qui consyderatis circūstantijs/ scandalo inde resurgente/ & patrię consuetudine/ quandoq imponet pœnā depositiōis/ qnq suspensionis/ & qnq monitione precedente & quādoq sine. Et pro ista cōcusione facit/ quia in hoc casu iura varias pœnas imponūt. Vnde cēsetur data optio iudici imponere quam velit vt notat glosa in c. fraternitatis. 34. distinc. & in c. a crapula. de vita & honest. cle. de istis autē sacerdotibus fornicarijs dictum est satis diffuse. s. in verbo Concubina.

i ¶ Omnis panis dulcis. idest omnis mulier appetibilis siue pulchra sit siue deformis. an tamen grauius peccet cum deformi q cum pulchra: dictum est. s. eadem. f. k ¶ Erubescite a respectu mulieris fornicarię. Videatur annotatio. s. in verbo Erubescere. l ¶ Non cōmisceamini fornicarijs. Fornicarij pręsertim spirituales/ idest qui a catholica fide desciscūt & hęreticis dogmatibus inuigilant/ vitandi sunt etiam in cibis & potibus. prout in hac sententia sentit apostolus/ & beatus martyr Cyprianus in c. si quis. in princ. 1. q. 1. vbi dicitur. Si quis de ecclesia/ hæretica pręsumptione exierit: a semetipso dānatus est/ & cum huiusmodi (secundum apostolum) nec cibum quidem sumere debemus. Declaratur hoc in libro regū. vbi cum homo dei ad Hieroboam missus esset vt peccata sua exprobraret/ atq vltionem suam futuram prædiceret: panem apud illum edere & aquam bibere prohibitus est. quod cum non custodisset: diuina sententia inde rediens morsu Leonis perijt. Hæc tex. Cętera quę hic dici possent: videātur supra in verbo Cibus. s. & in verbo cōmisceri. x.

Forsitan & Forte.

Psal.80.c. ¶Si populus meus audiffet me/ Ifrael fi in viis meis ambulaffet: Pro nihilo forfitan [m] inimicos eorũ humiliaffem/ & fuper tribulantes eos misiffem manum meam.

Psal.123.a. ¶Nisi quia dñs erat in nobis dicat nunc ifrael/nifi quia dñs erat in nobis: Cum exurgerent homines in nos forte [m] viuos deglutiffent nos Cum irafceretur furor eorum in nos: forfitan aqua abforbuiffet nos. Torrentem pertranfiuit anima noftra: forfitan pertranfiffet anima noftra aquam intolerabilem.

Psal.118.b. ¶Dixi/forfitã tenebrę conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Hiere.5.a. ¶Indurauerunt facies fuas fupra petrã: & noluerunt reuerti. Ego autem dixi/forfitã [n] pauperes funt & ftulti: ignorantes viam domini/& iudicium dei fui.

1.co.7.a. ¶Nolite fraudare inuicẽ: nifi forte ex cõfenfu. &c. Et.j. fraudare.

1.thessa.3.b. ¶Ego amplius non fuftineo nifi ad cognofcendum fidem veftram: ne forte tentauerit vos is qui tẽtat/& inanis [o] fiat labor vefter.

Fortis & fortior.

Gene.32.f. ¶Si contra deum fortis fuifti: q̃to magis contra homines preualebis? Et infra in verbo Iacob diffufius.

1.regũ.2.a. ¶Non eft fanctus vt eft dominus/neq; enim eft alius extra te: & non eft fortis ficut deus nofter.

3.esdre.3.d ¶Vnus trium iuuenum qui cuftodiebant corpus regis (Darii) fcripfit. Forte [p] eft vinũ. Alius fcripfit. Fortior eft rex. Tertius fcripfit. Fortiores funt mulieres: fuper omnia autẽ vincit veritas. Et ibidem diffufe de vini/regis/mulierum/& veritatis fortitudine differitur. Et infra i verbis vinũ/rex/mulier/& veritas. Tota hyftoria ponit infra in verbo Rex.

puerb.16.c. ¶Melior [q] eft patiens/viro forti: & qui dominatur animo fuo/expugnatore vrbium.

puerb.21.c. ¶Ciuitatem fortium afcendit fapiens: deftruxitq; robur fiducia eius.

puerb.24.a ¶Vir fapiens [r] fortis eft/& vir doctus robuftus & validus: quia cum difpofitione initur bellum/& erit [s] falus vbi multa confilia funt.

puerb.31. ¶Mulierem fortem quis inueniet? Procul &c. Et infra mulier.

Sapię.6.a. ¶Melior eft fapientia q̃ vires: & vir prudens q̃ fortis.

Sapię.6.b. ¶Fortioribus fortior [t] inftat cruciatio.

Eccl.3.c. ¶Altiora te ne quęferis/& fortiora [v] te ne fcrutatus fueris: fed quę pręcepit tibi deus illa cogita femper/& in pluribus operibus eius ne fueris curiofus. Et fupra Curiofus.

Eccl.8.c. ¶Noli fœnerari [x] hoi fortiori te: q̃ fi fœneraueris/quafi perditũ habe.

Hiere.9.g. ¶Non glorietur fortis in fortitudine fua &c. Et infra Gloriari.

1.cori.1.d. ¶Quod ftultum eft/dei fapiẽtius eft hominibus: & quod infirmum eft dei/fortius eft hominibus.

1.ad co.1.d. ¶Infirma [y] mundi elegit deus vt confundat fortia.

Ad heb.11.f. ¶Sancti fortes facti funt in bello &c. Et diffufe fupra in verbo fides.

1.petri.5. ¶Refiftite diabolo fortes [z] in fide. Et fupra diabolus.

1.ioãnis.2.b ¶Scribo vobis iuuenes: quoniam fortes eftis & verbũ dei manet in vobis & viciftis malignum.

m ¶Forfitã/ forte. Iftę dictiones regulariter funt demonftratiuę dubitationis: frequenter tamen funt expreffiuę veritatis/vt in iftis fententijs/& in c. tuę. de procu in c. admonere. circa me. 33. q. 2. in c q̃obrem. de pœni. diftinc.1. & in c. ex parte. de celebra. miffa. in l. itẽ fi verberatum §.1. ff. de rei vendi. in l. fi duo. ff. de arbi. vbi glo. ponit tritũ illud adagiũ. Sub dubio forte refpondent fępe periti. & in l. mutus. ff. de procu. & in l.1. §. fi. cũ fimilibus. ff. de fer.

n ¶Forfitã pauperes funt. &c. j. Vulgares & imperiti nec habentes a quibus poffint fcire mandata dei. & propterea magis excufabiles fũt c. fi. vbi eft tex⁹ Aug. 37. diftinc.

o ¶Inanis fiat labor vefter. Nõ eni recte incipientibus/fed recte perfeuerãtibus p̃miũ debetur. c. fi ex bono. col. 3. & quafi per totum ca. de pœni. diftinc. 4.

p ¶Forte eft vinũ &c. Pro annotatione iftorũ dictorũ recurratur ad verba viuũ. rex. mulier. & veritas. im pręfentiarũ tñ notetur tex. cũ glo. in verbo Efdrã. in c. cõfuetudo. 8. dif. vbi dicit. Cõfuetudo fine veritate: vetuftas erroris eft. propter quod relicto errore fequamur veritatẽ: fcientes q̃ apud Efdrã veritas vincit. Hęc tex. vbi glo. dicit q̃ propofita dubitatione quęnam virtus effet maior vini/regis/ mulieris/ an veritatis? approbata ẽ & p̃electa veritatis fortitudo.

q ¶Melior ẽ patiens viro forti. De virtute patientię dicet. j. in verbo patientia. vbi videatur.

r ¶Vir fapiẽs fortis eft. &c. Huic fentẽtię facta eft ãnotatio. s. in verbo difpofitio.

s ¶Erit fal⁹ vbi multa cõfilia. Pro hoc dicto ẽ bon⁹ tex. in c. prudẽtiã §. 1. de officio delega. in c. duob⁹. in fi. 20. diftinc. & in l. fi. paulo ãte fi. C. de fideicõ. de quibus textib⁹ dictũ eft. s. in verbo Confiliũ. Prouer. 11.

t ¶Fortioribus fortior inftat cruciatio. Textus eft eiufdẽ fententię in c. pręcipue. 11. q. 3. de quo textu dictũ eft. s. in verbo Cruciatio.

v ¶Fortiora te ne fcrutatus fueris. Fortiora nobis fũt diuina iudicia: quorũ ppterea rationẽ curiofe nimis nõ debemus explorare / aiaduertẽtes in illud Pauli. O altitudo diuitiarũ glorię dei: q̃ ifcrutabilia fũt iudicia ei⁹/ & inueftigabiles vię eius. prout habetur diffufe per textum Auguftini in fępe allegato c. fi ex bono. col. 1. &. 2. de pœni. diftinc. 4.

x ¶Noli fœnerari. &c. Videatur annotata. s. in verbo Fœnerari.

y ¶Infirma mundi elegit deus. Textus eft hinc fumptus in c. pe. de pręben.

z ¶Refiftite fortes in fide. Videatur annotatio. s. in verbo Diabolus.

a ¶ Fortitudo mea & laus mea dñs. Vt deus fortitudo dicitur: ita etiã (tametsi non pari ratione) dæmones fortitudines vocantur. prout est bonus tex. Hieronymi in c. nõ solũ. 23. q. 5. vbi dicitur. non solũ homines ministri sunt & vltores iræ his qui malũ operant / vñ non sine causa gladiũ portant: sed etiã contrariæ fortitudines. i. dæmones / quæ appellantur & ira dei. Hæc tex. b ¶ Illius in me temporis fortitudo perseuerat. &c. Ba ætatũ tñ varietate / variari solet hominis fortitudo: vt diffuse dictũ est. s. in verbo ætas. super illud Iob. Iuata ætatem hominis robur eius.

Fortitudo. ¶ Fortitudo [a] mea et laus mea dominus: & factus est mihi in salutem. Exodi. 15. a.

¶ Dominus eduxit Israel de ægypto: cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Nume. 23. d.

¶ Hodie octogintaquinque annorum sum sic valẽs (ait Caleb ad Iosue) vt eo valebam tẽpore quãdo ad explorandũ missus sum. Illius [b] in me tẽporis fortitudo vsque hodie perseuerat: tã ad bellandũ q̃ ad gradiẽdũ. Io. 14. ca. c.

¶ De fortitudine Samsonis vide late in verbo Samson.

¶ Oculi domini contẽplantur vniuersam terram / & præbent fortitudinem his qui perfecto corde credunt in eum. 2. para. 16.

¶ Gaudium domini (inquit Esdras) est fortitudo nostra. Naemiæ. 8. c

¶ Si fortitudo [c] quæritur / robustissimus est deus. Iob. 9. ca. c.

¶ Apud deum est fortitudo et sapientia Iob. 12. b.

¶ Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus. Psal. 17. a.

¶ Domin⁹ fortitudo plebis suæ: & protector saluationũ Christi sui est. Psal. 27. c.

¶ Meum est consilium & æquitas (ait sapientia) mea est prudentia / mea est fortitudo. puerb. 8. b.

¶ Fortitudo simplicis via domini: & pauor his qui operantur malum. Pro. 10. d.

¶ Vbi non [cc] sunt boues / præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ sunt segetes ibi manifesta est fortitudo bouis. Pro. 14. a.

¶ Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impii conturbatio. puerb. 15. b

¶ Exultatio iuuenũ fortitudo eorũ: & dignitas senum canicies. puerb. 20. d

¶ Si desperaueris [e] in die angustiæ lapsus / minuetur fortitudo tua. puerb. 24 b

¶ Dicebam ego (inquit Ecclesiastes) meliorem esse sapiẽtiam / fortitudine &c. Et infra in verbo sapientia latius. Ecclés. 9. d.

¶ Ne sequaris [f] in fortitudine tua concupiscentiã cordis tui: & ne dixeris quomodo potui / aut quis me subiiciet propter facta mea? deus enim vindicans vindicabit. Eccl. 5. a.

¶ Timẽtis dominum beata est anima eius ad quem [g] respicit: & qui est fortitudo eius. Eccli. 3 . e.

¶ Væ filii [h] desertores dicit dominus: vt faceretis consiliũ & nõ ex me / Esaiæ. 30. a.

c ¶ Fortitudo quærit. Quænã fortitudo quæri seu expeti possit ab hominibus, tanq̃ iusti æquique conseruatrix: est bon⁹ textus Ambrosii in c. fortitudo. 23. q. 3. vbi dr. Fortitudo quæ bello tuetur a barbaris patriã / vel domi defendit infirmos / vel a latronibus socios: plena iustitiæ est. Et facit tex. in c. si quis fortitudinẽ. eadẽ cã & q̃sti. vbi dicit textus qui Hieronymi est. Si qs fortitudinẽ latronis vel pyratæ eneruat / & infirmos reddit (sua supple maiori fortitudine) pdest illa infirmitas. Debilitata eñ mẽbra quib⁹ pri⁹ nõ bene vtebant: a malo opere cessabũt. Hæc textus. cc ¶ Vbi non sũt boues. &c. Videt dici posse per boues intelligi fideles seu subditos doctrinis seu præceptis platorũ obedientes / & iugũ ipsorum æquanimiter ferentes. per præsepe vero significari platos. vt sit sensus. Si subditi superioribus nõ obediant: superiores eorum vacui sunt / idest eis inutiles. pro hac aũt declaratione est bonus tex. in c. plerũq. §. itẽ legitur. versi. boues quippe recalcitrãtes. 2. q. 7. iuncto c. nisi cũ pridẽ. §. propter maliciã de renũcia. in dicto eñi capitulo plerũq. versi. boues. bene pbat per boues / subditos itelligi. & per præsepe platos. tamẽtsi ibidẽ præsepis mentio non fiat: sed arcæ. in dicto autem c. nisi §. propter inutilem. probatur inutilẽ illis subditis eum esse prælatum cui⁹ iussionib⁹ & doctrinis / subditi non acquiescũt / sed potius obdurantur. Vbi vero sunt plurimæ segetes. i. vbi plurima in subditis apparẽt opera virtutũ: ibi manifesta est fortitudo bouis. i. ibi subditi demonstrant eue fortes ac diligentes in exequẽdis suorũ superiorũ præceptis. Qualia enim sunt aliquorũ opera: tales ipsi iudicãtur & presumuntur. c. ex studiis. de psump. d ¶ Dignitas senũ: est canicies. De hoc dicto est tex. in c. si. 84. distinc. de quo dictũ est. s. in verbo Canicies. k. e ¶ Si desperaueris. Quã sit perniciosa desperatio / & fortitudinis idest virtutis hoi exclusiua: videndũ est quod satis diffuse dictũ est. s. in verbo Desperatio. in. 1. &. 2. annotatione. f ¶ Ne sequaris concupiscentiã cordis tui. Simile est quod habetur Ecclesiastici. 18. Post concupiscentias tuas non eas. Cui dicto facta est annotatio (quæ hic non incõmode posset inseri) supra in verbo Concupiscentia. g ¶ Ad quẽ respicit. i. cuius mandata exequitur & facit: nõ tamen omnino ex timore seruili. talis eñi qui ex solo operaretur timore seruili / beatus dici non posset: quia (vt dicit Augustinus / cuius verba ponũtur in c. Qui ex timore. de. ver. significa.) qui ex timore facit præceptũ: aliter q̃ debeat facit / & ideo iam non facit. Hæc tex. h ¶ Væ filii desertores. &c. Hanc sententiã ad mysticum sensum reflectendo dici potest per istos filios desertores intelligi claustrales egredientes cœnobia sua / & ad sæculares aliquos in quibus confidunt cõfugientes. Quod enim tales ordiantur telam & non per spiritum dei / addantque peccatũ super peccatũ / & ambulent vt descendant in Aegyptũ / sperantes auxiliũ in fortitudine Pharaonis & in vmbra Aegypti / & propterea sit eis fortitudo Pharaonis in confusionem / & vmbra Aegypti in ignominiam: est bonus textus Inno. tertii in c. quo. de offi. ordi. iuncto c. fi. de regula. Imprimis eñi dicitur in d. c. q̃to. Ad audientiam nostram noueris peruenisse q monachi & alii regulares tuæ prouinciæ cum deberent potius in claustro iuxta regularia cõstituta diuinis obsequiis vigilare: de obedientiis & redditibus quorum curam gesserant pecunia congregata claustrum adhorrentes / per curias principum & potentum discurrere non verentur. Mandamus quatenus quoscunque tales inueneris / nisi ad commonitionem tuam resipuerint / vt proprium in manibus prælatorum suorum sine difficultate resignent / coerce-

tendum in vtilitatem domus ſecūdū abbatis conſiliū/ & regularē vitam obſeruent. Si prelati eorum poſt tuā commonitionē id exequi neglīgēter omiſerint: per ſuſpenſionē officij & beneficij appellatione remota compellas. In dicto autē c. fi. dicit tex. Gregorij noni. Ne religioſi vagandi occaſionē habētes/ ſalutis proprię detrimentū incurrant/ & ſanguis eorū de p̄latorū manibus requiratur: ſtatuimus vt prefidentes capitulis celebrandis ſecūdū ſtatutum concilij gn̄alis abbates ſeu priores fugitiuos ſuos requirant ſolicite annuatim. Qui ſi in monaſterijs ſuis recipi poſſunt ſecundū ordinē regularē: recipiantur ſalua ordinis diſciplina. Quod ſi hoc regularis ordo nō patitur: auctoritate noſtra prouideant abbates ſeu priores vt apud eadem monaſteria in locis cōpetētib⁹/ ſi abſq̧ graui ſcandalo fieri poterit/ alioquin in alijs religioſis domibus eiuſdem ordinis ad agendam ibi pœnitentiam talibus vitę neceſſaria miniſtrentur. Si vero hmōi fugitiuos inobediētes inuenerit/ eos excōmunicent: & tādiu faciant ab eccleſiarū prelatis excommunicatos publice nūciari/ donec ad mandatū ipſorū humiliter reuertant. Hæc textus.

et ordiremini telam & non per ſpiritum meum/ vt adderetis peccatū ſuper peccatum. Qui ambulatis vt deſcendatis in ægyptum/ & os meum non interrogaſtis: ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis/ habentes fiduciam in vmbra ægypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in cōfuſionem: & fiducia vmbrę ægypti in ignominiam.

Eſaię.30.d. ¶In ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra.

Eſaię.40.c. ¶Ecce dominus de⁹ in fortitudine veniet: & brachiū ei⁹ dominabitur.

Eſaię.40.g ¶Dominus deus dat laſſo virtutem: & his qui non ſunt/ fortitudinem et robur multiplicat.

Eſaię.30.g. ¶Deficient [i] pueri et laborabūt: & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem ſperāt in domino mutabūt fortitudinem: aſſumēt pennas ſicut aquilę/ current et non laborabunt/ ambulabunt & non deficient.

Hiere.9.g. ¶Non glorietur fortis in fortitudine ſua. &c. Vt ſupra fortis.

Eſaię.56.b. **Fortuna.** ¶Vos qui dereliquiſtis dominum: qui obliti eſtis montē ſanctum meum (dicit dominus) qui ponitis [k] fortunę menſam & libatis ſuper eā: numerabo vos in gladio. Et omnes in cęde corruetis: pro eo q̧ vocaui et non reſpondiſtis/ locutus ſum et non audiſtis/ & faciebatis malum in oculis meis/ & quę nolui elegiſtis.

Pſal.7.d. **Fouea.** ¶Lacū [l] aperuit et effodit eū: & incidit in foueā quā fecit.

Pſal.56.b. ¶Foderunt filij hominū ante faciem meam foueā: et inciderunt in eā.

p̄uerb.23.c. ¶Fouea profunda eſt meretrix. &c. Et infra meretrix.

p̄uerb.26.d ¶Qui fodit [m] foueam incidet in eam: & qui voluit lapidem reuertetur ad eum.

Eccl.27.d. ¶Qui foueam [m] fodit/ incidet in eā: & qui ſtatuit lapidē proximo ſuo/ offendet in eo/ & qui laqueum alij ponit peribit in illo.

Eſaię.24. ¶Formido et fouea & laqueus ſuper te qui habitator es terrę. &c. Et ſupra formido.

Math.8.c. ¶Vulpes foueas habent (dixit Iheſus) & volucres cœli nidos: filius [n] autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.

Math.15.b. ¶Cęc⁹ [o] ſi cęco ducatū p̄ſtet (ait Iheſus diſcipulis) ābo in foueā cadūt.

i ¶Deficient pueri et laborabunt. i. Qui huius ſcli vt pueri ac iuuenes dilectores ſūt/ i terrenis reb⁹ fortes erūt/ & i cœleſtibus debiles. Qui vero ſæculi blandimēta reſpuentes/ ſe totos obeundę dei volūtati cōmittūt: q̄ ſunt ei beneplacita cogitātes mutabunt fortitudinē. q̧ virtutū opera q̄ prius dū terrenis negocijs implicabantur cū labore complebant: ita cum omni dulcedine & abſq̧ vlla aut ſaltē modica difficultate faciēt. Hęc declaratio q̄ eſt de lyra/ p̄bat per tex. clarū in c. oēs ſęculi hui⁹ dilectores. in princ. 47. diſ. iuncto c. fi. in fi. 23. q. 6. i dicto enim c. oēs. clare p̄batur q̧ q̄to tēpore aliqui ſęculi dilectores ſunt: tanto ſunt debiles in ſupernis ac cœleſtibus. In dicto aūt c. fi. dicit q̧ etiā cū per timorē gehēnę continet ſe homo a peccato ſeu terrenis rebus/ fit conſuetudo iuſtitię: & incipit quod dūrū erat amari/ & cū delectatiōe operari. De quo c. fi. videri poteſt diffuſius. ſ. in verbo Dulcedo ſuper illud Pſalmiſtę. Paraſti in dulcedine tua pauperi deus.

k ¶Qui paraſtis fortunę menſam. Dici poteſt ſecūdū glo. ordi. hic/ eos ponere menſā fortunę & libare ſuper eā: qui nō diuio iudicio ac moderamine/ ſed fortunę varietate res hūanas putant agitari. cuius cōtrariū & catholica fides & ipſa lex humana atteſtantur. l. 1. in princ. & l. 2. in princ. C. de ve. iu. enu. Vnde dicit Bal. in l. fi. in princ. C. cōmunia. de lega. q̧ fortuna eſt iprecabilis ab hoib⁹: quia ſurda eſt & muta/ & ei⁹ dux eſt deus. & idē poſt Bal. dicit do. meus Philip. decius in c. licet cauſam. colū. ātepe. de p̄bationibus.

l ¶Lacū aperuit/ & effodit eū: & incidit in foueā quā fecit. Lacū aperit: qui admittit cogitationē peccati. Effodit lacū: qui in cogitatiōe peccati delectatur. Incidit in foueā quā fecit: qui cogitationi peccati conſentit/ & opere complet quod cogitauit. Hanc declarationē ſentit glo. ordinaria: pro qua eſt bonus tex. Auguſtini in c. ſed penſandum. 5. diſtinc.

m ¶Qui fodit foueā incidet in eam. Qui alterius ruinam molitur: in eā quā alteri parabat ruinę iacturam decidet. Hanc declarationem ſentit de lyra hic pro qua facit bonus. tex. in c. 1. 2. q. 3. vbi dicit. Si quis non probanda detulerit: intelligat ſe iacturā infamię ſuſtinere: vt dāno pudoris/ & eſtimatiōis diſpēdio diſcat ſibi alienę verecūdię impune inſidiari non licere. Et in c. qui non p̄bauerit. eadem cauſa & queſti. vbi dicitur. Qui non probauerit quod obiecerit: pœnā quā ipſe intulerit patiat. & inc. pe. verſ. inſcriptio. 4. q. 4. dicit tex. Inſcriptio ſemper fiat: vt talionē. i. ſimilem ruinam quam alteri parabat/ calūniator recipiat. Hęc tex. Cætera q̄ hic dici poſſent/ videantur. ſ. in verbo Calūniator. Poteſt etiam hęc ſententia intelligi in caſu. l. qui foueas. in princ. ff. ad l. aquiliam. vbi dicit textus. Qui foueas vrſorū ceruorūq̧ capiendorū cauſa faciūt/ ſi in itineribus fecerint/ in eiſq̧ aliquid deciderit/ factūq̧ deterius eſt: lege aquilia obligantur/ ideſt tenentur ad illati dāni reparationem. Et facit tex. idem ſentiens in l. ſi alius. §. pe. ff. quod vi aut clam.

n ¶Filius aūt hoīs non habet vbi caput ſuū reclinet. Chriſtus hoc loco ſe pauperem fuiſſe dum in terris ageret oſtendit: & ita etiā Chriſtū pauperem appellat textus Hieronymi in c. Gloria epi. in fine principij. 12. q. 2.

o ¶Cęcus ſi cęco ducatum p̄ſtet. Huic ſententiæ facta eſt annotatio. ſ. in verbo Cęcus. vbi videatur.

Fragmentum. ¶Tulerunt discipuli reliquias manducantium duodeci [p] cophinos fragmentorū plenos. Et infra Ihesus. Et simile habetur Marci.6.f.&.8.a. Similiter. Lucę.9.b.& Ioannis.6.b. Math.14.c.

Frater & Fraternitas. ¶Dixit Abraam ad Loth. Ne quęso sit iurgiū inter me et te/& inter pastores meos & pastores tuos: fratres [q] enim sumus. Gene.13.b.

¶Inuidebant Ioseph fratres sui: pater vero rē tacitus consyderabat. Et infra in verbo Ioseph/diffusius. Gene.37.c.

¶Non oderis fratrem tuum in corde tuo (ait dominus ad Moysen) sed publice [r] argue eum: ne habeas super illo peccatum. Leui.19.d.

¶Si vnus de fratribus tuis qui moratur inter portas ciuitatis tuę in terra quā dominus deus tuus daturus est tibi/ad paupertatē [s] venerit: non obdurabis cor tuum/nec contrahes manum/sed aperies eam pauperi/et dabis mutuum quo eum indigere prospexeris. Deute.15.b

¶Non fœnerabis [t] fratri tuo ad vsurā pecuniā.&c. Et.§.Fœnerari. Deute.23.c.

¶Quādo habitauerint [v] fratres simul/& vnus ex eis absq; [x] liberis mortuus fuerit: vxor [y] defuncti nō nubet alteri. Sed accipiet eā frater eius/ Deute.25.b

p ¶Duodecim cophinos fragmentorū. Fragmenta ciborū dicūtur ciborū reliquię: de quibus fragmentis loquitur tex.in cle.2. versi.penul.de censibus.de quo dicetur.§.in verbo Ihesus. q ¶Fratres eni sumus. Loth erat filius fratris Abrahā vt legit. Gen.12.b.& sic erat nepos Abraā:& tñ hac sentētia Abraā & Loth fratres dicūtur. Vnde aduertendū est q; proprie & stricte fratres dicunt qui vel eodē patre tm̄ nati sunt & isti vocātur cōsanguinei.§.1.insti.de legi.agna.succes. Vel eadē matre tm̄:& isti vocātur vterini.l.iuriscōsult9.§.cognaticīs.ff.de gradi Vel ab eisdē patre & matre: & isti vtriq; coniūcti appellant. auctē post fratres.in pric. C.de legi.hęre. Large aūt: quādoq; fratres dicūtur participatione eiusdē dignitatis. Vnde papa oēs episcopos appellat fratres.c.q̄ graui.de crimi. fal.c.pręterea. in pric. 51 distinc.& c. fratres.in princ. de pœni.dis.5. Quādoq; fratres dicuntur eiusdē religionis professiōe: qui scilicet vouerūt tria substātialia regulę/castitatē scilicet/obediētiā & paupertatē. bonus est tex.in c. causā q̄. & ibi notat Panor.de iudicijs. Inspecto tñ cōmuni vsu loquēdi solū illi religiosi vocātur fratres qui sūt mendicātes/ nō hn̄tes scilicet aliquid in communi: alij vero appellantur monachi. Ita Panor.& alij i d. c.cām. Quandoq; etiā dicūtur fratres qui de fratribus aut sororibus nati sunt. Et ita Loth poterat dici frater Abraā: quia ab eius fratre natus erat. Sicut etiā Iacobus dicebat frater dn̄i: quia de sorore matris suę natus erat. prout est tex. cum glo. in c. Iacobus. de cōsecra. distinc.1 Largissime vero oēs Christiani possūt dici fratres. p̄ut est no. tex. Chrysostomi in c. ad mensā. 11.q.3. Et facit tex. in c. ex merito. 6.q.1. in versi. sedens. r ¶Publice argue eū. Tex. est hinc sumptus in c. si. circa princ. 45. distinc. de quo textu videatur. §. in verbo Arguere.

s ¶Ad paupertatem venerit. Ad paupertatē ex diuitijs venire: infœlicissimū gen9 infortunij est. dicit glo. post Boetiū in c. est probanda. 86. distinc.

t ¶Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram. Hęc sententia diffuse satis elucidata est. §. in verbo Fœnerari. vbi videatur. v ¶Habitauerint fratres simul. Quando fratres post eorū patris decessū simul habitant/an per hoc videatur inter eos contracta societas bonorū/ita q; lucra & dāna sint cōmunia: bon9 est tex. probansq; non/etiā si patris hęreditatē indiuisam tenerent & possiderent. in l. ex parte. §. filius. ff. fami. hercis. vbi dicitur. Filius debita quæ post mortem patris contraxit/fratri suo pro parte hæreditaria reputare nō pōt/si nō in omnib9 socij essent/ex couētione: licet hęreditatē paternā communē haberent. Hæc tex. cū glo. in verbo socij. Et est bonus tex. in l. si inter fratres. in princ. ff. pro socio. vbi dicit. Si inter fratres parētū indiuisas hęreditates ideo retinuerint vt emolumentū vel dānū in his cōmune sentirēt: quod aliūde q̄sitū est/ in cōmune nō redigetur. Hęc tex. Si tamē fratres simul habitantes/ lucra hincinde ex eorū negociationibus prouenientia cōmunicarent: ex hac cōmunicatione lucrorū oritur quidā tacitus consensus societatis/ per quē societas inter eos videtur esse contracta. non tū oīm bonorū: sed tm̄ illius negociationis vel illarū negociationū quarū lucra cōmunicabāt. Ita dicit Bar. in l. titium & meuiū. §. altero. colū. si. ff. de admi. tuto. Bal. in l. si patruus. C. cōmunia vtriusq; iudi. in l. 1. C. qui test a. fa. pos. in c. 1. de bn̄fi. fra. in l. cum oportet. C. de bonis q̄ liberis. & in l. rei iudicatę. §. fi. ff. solu. ma. Et facit tex. in l. cū duobus. §. cū erant duo socij. ff. pro socio. vbi est expressū/cōmunicationē lucri ex negociatione argentarię prouenientis nō arguere societatē contractā esse in lucris prouenientibus aliunde. Facit etiā bonus tex. in simili in c. cū cōtingat. de deci. in c. dilect9. de capel. mona. in c. auditis. de p̄scrip. & in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actuq; priua. In quib9 textib9 est exp̄ssū solū in eo actu intelligi præscriptā esse iurisdictionē seu q̄sitā quasi possessionē cui9 quis habuit exercitiū adeo vt ex exercitio in vno non inducatur q̄sitio/quasi possessionis totam ipsius iurisdictionis vniuersalitatē cōtinētis. Ita igitur in proposito ex cōmunicatiōe lucri vni9 negociationis tm̄/solū illi9 inducta esse censet societas: non aūt vniuersorū bonorū. Et ita etiā per hæc fundamenta tenet Ludo. Ro. cū limitatione tñ notabili/de qua ibi per eū in cōsi. suis. cōsilio. 291. versi. Sed est successiue secūdo videndū. x ¶Vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit. Licet hæc verba absq; liberis/cum pluralis numeri sint/ inuere videantur fratrem decedere sine liberis etiam si decedat cum vno: tamē cōtrariū veri9 est etiam iure humano. Is enī sine liberis non moritur: qui vno superstite morit. Dicit textus in l. pater Seuerinā. §. ita fideicōmisso dato. ff. de condi. & demon. Et notatur in l. Ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad sena. trebelli.

y ¶Vxor defuncti non nubet alteri/sed accipiet eam frater eius. Iure humano vxor fratris dicitur esse affinis fratri in primo genere & in primo gradu affinitatis. Regula est enim q; persona addita personę per carnis copulam/ mutat genus attinentię sed non gradum. verbi gratia. Ego & frater meus sumus consanguinei in primo gradu consanguinitatis. Frater meus duxit vxorem: illa est persona addita personę per carnis copulā. Illa mutat genus attinētię. i. alio gn̄e attinētię attinet mihi q̄ frater me9: q2 ipse est mihi cōsanguine9 & illa est affinis. sed nō mutat gradū. q2 sicut frater est mihi in primo gradu/ sic & illa mediāte fratre meo est mihi affinis in p̄io gradu affinitatis. Et etiā in p̄io genere. quia semper persona addita personæ quæ est de consanguinitate/facit primum genus affinitatis. Vnde non solum vxor fratris mei est mihi affinis in primo genere affinitatis: sed etiam omnibus parentibus fratris mei. sed mihi est in primo gradu/ quia in primo gradu sum fratri meo: cæteris vero parentibus est in gradu remotiori toto scilicet quoto sunt fratri meo. Et propterea fratre meo defuncto nedum mihi nō

potest esse vxor: sed etiã nubere non põt alicui alteri qui sit de parentibus fratris mei defuncti vsq; ad quartũ gradũ. quia prohibitio matrimonij sicut ratione cõsanguinitatis extendit ad quartũ graduz: ita etiã extẽdit ad quartũ graduz ratione affinitatis. Premissa oĩa probant per textũ cũ glo. mag. in princ. in c. non debet. de consang. & affini. iure tñ ciuili (cui non statur in materia matrimoniali) frater est in secundo gradu cõsanguinitatis / & ideo vxor eius esset in secũdo gradu affinitatis. l. iuriscõsultus. §. secũdo gradu. ff. de gradi. hanc etiã prohibitionẽ matrimonij ratione affinitatis declarat Ange. Areti. in §. affinitatis. insti. de nuptijs.

et suscitabit z semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium / nomine a illius appellabit / vt nõ deleatur nomen eius ex Israel. Sin autẽ noluerit accipere vxorem fratris sui que ei lege debetur: perget mulier ad portã ciuitatis / & interpellabit maiores natu / dicetq;. Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in Israel: nec me in cõiugem sumere. Statimq; eum accersiri faciẽt: & interrogabunt. Si responderit / nolo eam vxorẽ accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus / & tollet b calciamentũ de pede eius / spuetq; in faciẽ illius / et dicet. Sic fiet homini q nõ edificat domũ fratris sui. Et vocabit nomẽ illi9 in Israel domus discalciati.

Iob. 6. c. ¶ Fratres mei (ait Iob) preterierunt me: sicut torrens qui raptũ transit in conuallibus.

Iob. 19. b. ¶ Fratres meos longe fecit deus a me (inquit Iob) & noti mei quasi alieni recesserunt a me.

Iob. 30. d. ¶ Frater fui draconum (ait Iob) & socius struthionum.

Psal. 21. e. ¶ Narrabo deus nomẽ tuũ fratrib9 meis: in medio ecclesie laudabo te.

Psal. 48. b. ¶ Frater non redimit / redimet homo: non dabit c deo placationem suã et precium redẽptionis anime sue / & laborabit in æternum / & viuet adhuc in finem.

Psal. 68. b. ¶ Extraneus d fact9 sum fratribus meis: & peregrin9 filijs matris mee.

Psal. 132. a. ¶ Ecce e q̃ bonum et q̃ iocundum: habitare fratres in vnum.

puerb. 6. c. ¶ Eum detestatur dominus qui seminat f inter fratres discordias. Et infra Odire.

puerb. 17. c. ¶ Omni tẽpore diligit qui amic9 est: & frater in angustijs cõprobatur.

z ¶ Et suscitabit semẽ fratris sui. Circa hãc suscitationẽ seminis fratris defuncti: videndus est bon9 tex. i c. ff. de diuor. vbi dicit. quia dispar est rit9 in Limoneñ. ecclesia de nouo ad fidẽ catholicã conuersorũ / a nostro: pper infirmitatẽ gẽtis eius dẽ cõcedim9 vt matrimonijs cõtractis cum relictis fratrũ vtãtur / si eñ fratribus decedentibus sine p̃le vt semẽ defuncti iuxta legẽ Mosaicã suscitarẽt) cum talibus cõtraxerũt. ne tales sibi de cætero postq̃ ad fidẽ venerint / copulent prohibentes. Hec tex. De qua etiã suscitatione seminis est no. tex9 Augustini in c. olĩ. i pric. 8. q. 1. de quo tex. dicetur in. 2 proxima ãnotatiõe.

a ¶ Nomine illius appellabit. Filius ergo nat9 ex fratre suscitante semẽ fratris quis esset ipsius filius carnalis: tamen erat fratris defuncti filius legalis. Ita dicit glo. in d. c. olim.

b ¶ Tollet calciamentũ de pede eius / spuetq; in faciẽ illius. Circa hec verba & pro eliciẽdo ex eis effectũ: videndus est bonus tex. ex Augustino in libro cõtra Manicheos excerptus in c. olim 8. q. 1. vbi dicit. Olim iussus est frater præmortui fratris vxorẽ ducere: vt non sibi sed illi suscitaret sobolẽ eiusq; nomine vocaret quod inde nasceretur. Quod si recusaret: discalciatus vno pede / cõspui solebat in faciẽ. Nunc etiã euãgelij quisq; predicator ita debet in ecclesia laborare: vt defuncto fratri i. Christo suscitet semen qui pro nobis mortuus est / & quod suscitatum fuerit eius nomẽ accipiat. At vero qui electus ab ecclesia ministeriũ euãgelizandi & baptizandi renuerit / ab ecclesia ipsa digne meritoq; cõtẽnitur. qui enim & sibi prodest & ecclesie: bene intelligitur vtroq; pede calciatus. Vnde illud. Quã specio si pedes euangelizantiũ bona. Qui vero lucrandorũ curã refugit aliorũ: discalciati illius non figuratũ significauit / sed in se impletũ portauit opprobriũ. Hec tex.

c ¶ Nõ dabit deo placationẽ suã. Hieronymi est sententia / in presenti seculo siue orationibus siue cõsilijs inuicẽ nos posse adiuuari. Cũ aũt ante tribunal Christi venerimus / nec Iob / nec Daniel / nec Noe rogare posse pro quoq̃ / sed vnũquẽq; portare onus suũ. Verũ hec sententia da impœnitẽtibus accipienda est: de quibus hoc loco ppheta dicit. Nõ dabit deo placationẽ suam / nec p̃ciũ sedẽptionis anime sue: sed laborabit in æternũ & viuet adhuc in finẽ. Ita dicit tex in c. in presenti. 13. q. 2.

d ¶ Extraneus factus sum: fratrib9 meis. Iure hũano frater fit extrane9 fratri: qñ exheredatur a fratre etiã sine aliqua causa dũmõ nõ instituat heredẽ aliquã turpẽ personã / qz propter exheredationẽ ab eius successione repelleretur: sicut repelleret extrane9. Quod si exheredato fratre institueret frater turpẽ personã: succurretur fratri exheredato per q̃relã inofficiosi testamenti / si ipse erat frater vtriq; coniũctus / vel consanguineus tantũ. Secus si erat frater vterin9 tantũ: quia tũc nullo remedio sibi succurri posset. Textus est bene singularis vbi hæc oĩa probant / in l. fratres. C. de inoffi. testa. & facit tex. cũ glo. insti. de inoffi. testa. in si princ. Subsistente aũt aliqua iusta causa exheredationis / vt quia ipse in fratris mortẽ cõspirauit / vel contra fratrẽ criminalẽ proposuit accusationem / vel grauem fratri in bonis suis intulit iacturã: potest frater exhæredari / etiã turpi seu infami persona herede instituta. & sic fratri suo effici extraneus. glo. est & ibi cõmuniter docto. in d. l. fratres & facit tex. vbi istæ cause exheredationis exprimũtur. in §. ingratitudinẽ. in auctẽ. de nuptijs. colla. 4. Premissa procedũt qñ frater faceret testamẽtũ & fratrẽ exheredaret vel p̃teriret. Si vero non faceret testamẽtũ / sed intestatus decederet: tũc frater etiã si in fratrem cõmisisset vnam ex tribus causis ingratitudinis supra enumeratis / non efficeretur fratri extraneus / sed ei succederet perinde ac si in eũ nũq̃ ingratus extitisset. bonus est tex. in l. cognatis. ff. vnde cogna. nec ob. tex. in d. §. ingratitudinẽ quia ibi loquitur tex. de quodã iure nõ hereditario. Nec etiam obstat textus in l. eũ patronũ. ff. de iure pa. quia ibi textus loquitur in iure patronatus: quod facilius tollitur q̃ ius sanguinis. Et ita / q scilicet cause exhæredationis non repellant fratrem a successione fratris ab intestato decedẽtis: tenẽt Bar. Bal. Ange. & do. meus Iason in d. l. fratres & Paulus de Castro in l. fratris. C. eodem ti.

e ¶ Ecce q̃ bonum. &c. Textus in c. nulli. in fi. 3. questi. 1. posita hac Psalmiste sententia / pro eius elucidatione subiungit. Illi fratres non habitant in vnũ / qui fratrũ se solatio subtrahũt / aut quod deterius est / fratribus insidias aut laqos ponũt. Cetera q̃ hic dici possent de cõmuni vita fratrũ habitãtiũ i vnũ: videant. s. l verbo Coio. i.

f ¶ Seminãt inter fratres discordias. Tex. est / istorũ inter fratres discordias seminantiũ crimẽ ostendens / in c. abiit Iudas. 11. q. 3. de quo textu dictum est supra in verbo discordia. in annotatiõe huius sententie. Cetera autem que hic dici possent: videantur in verbo Concordia. y.

¶ Frater g qui adiuuatur a fratre/ quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbium. puerb.18.c.

¶ Vir amicabilis ad societatem: magis amicus erit q̃ frater. puerb.18.d.

¶ Melior est vicinus iuxta: q̃ frater procul. puerb.27.b

¶ (A virtute) vt recessit iustus in ira sua per iram h homicidij: fraternitas deperijt. Sapię.10.a.

¶ In tribus beneplacitū est spiritui meo / quę sunt probata corā deo et hominibus: concordia i fratrum/ et amor proximorum/ & vir et mulier sibi bene consentientes. Eccl.25.a.

¶ Exi k a facie honoris amicorum meorū hospes: necessitudine domus meę hospitio mihi factus es frater. Eccl.29.d.

¶ Qui effundit sanguinē/ & qui fraudē l facit mercēnario: fratres sunt. Eccl.34.d.

p ¶Quod habeo: hoc tibi do. Verba sunt Petri ad mendicū loquētis. Quibus satis innuit non eandem esse omnib⁹ eleemosyne faciende mēsurā datā: sed vnūquēq; habita facultatū suarum ratiōe obligari. & sic cū dispares sint hominū facultates/ dispariter ad eleemosynā impartiendam tenentur. prout etiam est bon⁹ tex. in c. in singulis. in fi. 86. distic. Et aduertendū est quia habere dupliciter accipitur. nā & eū habere dicimus qui rei domin⁹ est/ & eū qui dominus quidem nō est sed tenet. Ita dicit tex. in l. stipulatio ista.§. habere. ff. de verbo. obli. & in l. habere. ff. de verbo. signi. An aūt vtroq; modo possit in hac sententia sumi verbū habere/ et sic an non solū de ea re cuius quis dñium habet sed etiā de ea cuius habet detentationē/ possit eleemosynam facere: dictū est. s. in verbo Eleemosyna. vbi videatur.

q ¶Habitu mutato.&c. Quia viduitatis habitu mutato/ sedit thamar in biuio in habitu meretricio: non ab re socer eius eam suspicat⁹ est meretricē. Quandoquidē talis quisq; presumitur/ qualis is esse cuius fert habitū cōprobat. c. si iudex laicū.§. idē esse censem⁹ de sen. ex. in. 6. c. si vero col 2. & c. in audientia. eodē ti. in antiq. l. Si ea cū similibus C. de adul. Vnde dicit tex. in l. Itē apud labeonē.§. si quis virgines. ff. de iniu. Si quis virgines appellasset. i. carū pudicitiā blando sermone attentasset/ si tñ ācillari veste vestitas. minus peccare videtur: multominus si meretricia veste fœminę/ non matrumfamilias vestite fuissent. Si igitur nō maternali habitu fœmina fuerit/ & quis eā appellauerit. i. eius pudicitiā attentauerit/ iniuriarū non tenet. Hęc tex.

r ¶Habitu inuentus est Christus vt homo. videatur annotatio. i. in verbo Ihesus.

s ¶Anus sint in habitu sancto. Vt sic honeste & pudice credantur: alioqui eni si impudico se ornarēt habitu: impudicas eas facile qsq; crederet. Vt dictū est. s. eodē. q. hac aūt ratione hii qui mūdū deserentes vite se dedunt monastice/ mutant habitum vt sic habitus mutatio vite indicet mutationē. i. transitū de seculari vita ad cenobiticā seu religiosam. Hunc nāq; transitū demonstrat habitus susceptio: nō tñ inducit nisi concurrat pfessio tacita vel expressa. habetur aūt professio tacita si quis annis maior. 14. deferat habitū monachalē per annū in monasterio in quo habit⁹ nouiciorū & professorū non sunt distincti. Ita loquit c. ex parte de regula & c. 1. in princ. eodē ti. in. 6. & idē dicendū si habit⁹ essent distincti sed distinctione latenti/ vt quia habitus professorū benedicit non aūt habitus nouiciorū: quia per delationē talis habitus/ inducta censetur tacita professio. tex. est in Clemē. eos in princ. de regula: Secus esset dicendum vbi habitus pfessorū & nouiciorū distincti sunt distinctione apparenti vt in scissura vel colore: quia tūc si deferret per duos ānos nō ppterea censeret pfessus. bon⁹ est tex. in d. cle. eos. in fine. de regula. Et idē si habitus adeo esset indistinctus q alii etiā extra religionē vterent eo. Nā per delationē talis habitus/ non censeret professio inducta. tex. est. in c. 1. 2. rñ. de regu. in. 6. per delationē aūt habitus pfessor ficēsetur eo ipso/ absq; scilicet expectatione lapsus anni/ tacite professus dūmodo sit etatis legitime/ sciens & volūtarius/ & triduo perseueret. Non tñ ppter illam tacitā professionē obligatur in specie/ illi religioni cuius habitū detulit/ sed tantū obligat alicui religioni in genere tex. est vbi ista probant. in d. c. constitutionē versi. fina. de regula. in. 6. hoc verū in regionibus non mendicantiū. in religionibus eni mendicantiū non fit tacita vel expresa professio. i. annū. c. nō solū eodē ti. & li. Quod si fuerit facta/ quis valeat tñ non obligat religioni mēdicantiū etiā si expresse sit facta. obligat tamen alicui religioni in genere. tex. est in d. c. nō solū.

t ¶Si introierit.&c. Videatur annotatio. s. in verbo Conuentus. l.

v ¶Vt habitaret in caligine habitat quidē deus in caligine. i. in obscuritate qtū ad hoies terrenos: quia ab ipsis cōprehendi non potest/ aut intelligi vulgato. c. 1. in verbo Incōprehēsibilis de sū. tri. & fide catho.

x ¶Vt habitet deus cū hoibus. Habitat profecto deus cū hominibus super terrā. in sacramentali enim Christi cōmemoratione Ihesus Christus sub alia quidē forma in propria vero sub

ſtantia eſt nobiſcum. Aſcenſurus enī in cœlum dixit apoſtolis & eorū ſequacib us. Ecce ego vobiſcū ſū oib⁹ diebus vſq; ad cōſūmationē ſeculi. benigna ipſos promiſſione cōfortans ꝙ remanſ ret & eſſet cū eis etiā pñtia corporali. Ita dicit tex. in cle. ſi dominū. colū. 2. de reliq. & vene. ſancto.

y ¶ Qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiā. Nō ergo ſufficit vt ingrediamur tabernaculū dñi perennē ſcilicet beatitudinis requiē / abſtinere a malo: niſi etiā fiat quod bonū eſt. de quo ſatis diffuſe dictū eſt. ſ. in verbo Declinate. ſuper illud Pſal. declina a malo & fac bonū.

Pſal 14. ¶ Domine quis habitabit in tabernaculo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui [y] ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiā. Qui [z] loquitur veritatem in corde ſuo. Qui [a] non egit dolū in lingua ſua / nec [b] fecit proximo ſuo malum / & opprobrium [c] non accepit aduerſus proximos ſuos. Ad nihilum [d] deductus eſt in conſpectu eius malignus. Timentes [e] autem dominū glorificat. Qui [f] iurat proximo ſuo & non decipit. Qui [g] pecuniā ſuam non dedit ad vſurā & munera [h] ſuper innocentem non accepit. Qui facit hęc non commouebitur ineternum.

Pſal. 83. a. ¶ Beati qui habitant in domo tua domine / in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Pſal. 83. c. ¶ Elegi [i] abiect⁹ eſſe in domo dei mei magis ꝗ habitare [k] in tabernaculis peccatorum.

Pſal. 90. ¶ Qui [l] habitat in adiutorio altiſſimi in protectione dei cœli cōmorabitur. Dicet [m] domino ſuſceptor meus es tu: & refugium meū deus meus

z ¶ Qui loquit veritatē i corde ſuo. i. qui veritatē loquitur & veritatē ſe loqui exiſtimat vtpote cū ei ī corde ſuo conceperit. ſunt enī quidā veritatē dicētes / cum tñ ſe falſū dicere arbitrētur: quibus ad demeritū & excluſionem a tabernaculo dñi ipntatur. bon⁹ eſt tex. in c. homines. verſ. fac aliū. 22. q. 2. vbi dicit. Si interrogas hominē / pluit in illo loco ꝛ & dicit pluiſſe / & ad negociū ei⁹ ptinet vt dicat pluit / ſed putat nō pluiſſe: periur⁹ ē. a ¶ Qui nō egit dolū i ligua ſua. Agit dolū in lingua ſua nō oīs qui falſum dicit ſed is tm̄ in cuius mente eſt fallere ſeu aliter facere ꝗ promittat. reā enī linguā non facit niſi rea mens. ille aūt qui promittit falſū quod putat eſſe verū nec temere vel negligenter ſed cū magna diligentia videbatur ſibi deprehendiſſe verū: non agit dolū nec in dolo iurat vel mendaciter promittit. tex. eſt in c. 2. in fi. & in c. 3. paulo poſt mediū. 22. q. 2. illū vero qui dolū agit in lingua ſua certū eſt non ingreſſurū tabernaculū dñi. ſcriptū eſt enī. Perdes omnes qui loquūtur mendaciū. et. Os quod mentitur occidit animā d. c. 2. circa princ. & c. ſi quis ad te cōfugerit. eadē cauſa & q.

b ¶ Nec fecit proximo ſuo malū. iniuſte eū ledēdo. ſic enī proximū nō diligere cōuincitur. & ſic nec legē ad implere c. charitas. 1. §. pe. & fi. de pœni. diſ. 1. c ¶ Opprobriū nō accepit aduerſus proximos ſuos. ſ. qui non libenter vel temere, credidit criminatori proximorū. non ſolū ei ille reus eſt qui falſū de alio profert: ſed etiā is qui aurē cito criminibus pbet c. non ſolū. in princ. 11. q. 3. d ¶ Ad nihilū deductus eſt in conſpectu eius malignus. i. qui aliorū malignitatibus conſulendo vel conſentiendo aut etiā defendendo non adheſit / ſed eas potius corripuit & ad nihilū deducere curauit. Qui enī conſulēdo conſentiendo vel defendendo alteri⁹ fauet malicie: malus eſt & a dñi tabernaculo excludēdus. c. 1. de offi. dele. c. qui aliorū. 24. q. 3. c. ſicut dignū. Quia vero de homi. li. 6. & c. qui conſentit. 11. q. 3. e ¶ Timentes aūt dñm glorificat. Nedū enim malos corripere ſed etiā bonos pro loco & tēpore debemus glorificare. prout dicetur. ſ. in verbo Inuidia. f ¶ Qui iurat proximo ſuo & non decipit. Iurat proximo ſuo & decipit in cuius mente eſt non ſic ſe facturū vt promittit. ille aūt qui pmittit falſū quod putat eſſe verū / iurat pximo ſuo ſed nō decipit: nō ei talis in dolo iurat aut mēdaciter pmittit. licet enī apoſtolus aliter fecerit ꝗ pmiſerit Corinthijs in. 1. epla cū ait veniā ad vos: non tñ in dolo iurauit aut mēdaciter pmiſit. tex. eſt in c. 2. in fi. 22. q. 2. g ¶ Qui pecuniā ſuā nō dedit ad vſurā. Vſurę enī nedū facultates exhauriūt ſed etiā aīas deuorant c. 1. in princ. de vſu. in. 6. & diffuſe dicet. ſ. i verbo Vſura.

h ¶ Et munera ſuper innocentē no accepit. i. cauſā alicuius n deꝑſſit pro muneribus. vee enī ei qui quacūq; ratione ęquū iniquū vel iniquū ęquū dicit. c. ve qui dicitis. 11. q. 3. i ¶ Elegi abiectus eſſe in domo dei mei. Videatur ānotatio iſtis verbis facta. ſ. in verbo eligere. k ¶ Magiſꝗ habitare in tabernaculis peccatorū. Iure humano habitare quis dicit in loco ſiue habitet in ſuo ſiue in cōducto ſiue in gratuito. text⁹ eſt. in l. 1. §. habitare. ff. de his qui deie. vel effude. Aliqñ tñ quis dicit habitare iu loco vbi retinet familiā / licet ibi nō ſit pſens glo. eſt. in l. 1. §. 1. in verbo Maneat. & ibi Bar. ff. de libe. agnoſ. Facit text⁹ in c. is qui de ſepul. in. 6. Vnde dicit Bar. in l. 4. §. pretor. ff. de dan. infec. ꝙ qui tribus menſibus ruratur / nihilominus dicit habitare in ciuitate. Et adhoc eſt bona glo. in Clemē. cauſā in verbo Cōmuniter. de elec. Ideo dicit Bal. in l. ſi ad fi. ff. de ſta. ho. ꝙ ſi lego tibi domū quā habito nō videor legare domū ruralē quā raro inhabitabā. licet aūt quis dicat habitare ſiue in ſuo habitet ſiue in cōducto / ſiue in gratuito vt dictū eſt: tñ q peregrinat & diuertit in aliquo hoſpitio nō dicitur ibi habitare. bonus eſt tex. quē ibi ponderāt. Bar. & Bal. in d. l. 1. §. habitare. ff. de his q deie. vel effuder. Et facit glo. in l. & habet. §. 1. ff. de pca. quę dicit ꝙ hoſpes dicit poti⁹ haberi aut detineri ꝗ habere ſeu detinere domū. Vnde dicit Bal. in l. ea q. in fi. C quo & quan. iudex. ꝙ dom⁹ habitationis dicitur dom⁹ manſionis nō dom⁹ peregrinationis. pmiſſa oīa refert & ſequitur Fely. in c. qm̄. col. 1. de offi. ordina. l ¶ Qui habitat in adiutorio altiſſimi / in protectione dei cœli cōmorabit. i. cuius ſpes in deo eſt & non in ſuis viribus aut ingenio / commorabitur in protectione dei cœli: vt nec illecebra male blandientis voluptatis nec timore aduerſitatis frāgatur. Pro hac declaratiōe q̄ eſt gloſe interlinearis. eſt bon⁹ tex. in c. aduerſitas. 7. q. 1. iūcto tex. in auctē. de priui. do. here. militi. nō preſtā. in princ. col. 8. de quo c. aduerſitas dictū eſt in annotatione huius ſententię in verbo adiutorium de textu vero dicti principij in auctē. de prętle. do. &c. dictum eſt. ſ. in verbo deus pagi. vlti. x. m ¶ Dicet dño ſuſceptor me⁹ es & refugiū meū deus meus & ſperabo in eū. i. qui oimodā in deo ſpem cōſtituit agnoſcēs ſe in ei⁹ ptectione cōmoratū ne labe cōmaculetur ingratitudinis agnoſcet dei beneficiū aſſumetq; maiorē ſpem ois ſuę fiducię ſemper poſthac in dño conſtituende. hanc declarationē ſentiūt (licet ſub alio verborū cōtextu) gloſe interlinearis & ordinaria. pro qua declaratione facit bon⁹ tex. in l. 1. col. 1. C. de offi. prefec. preto. Aphri. vbi imperator habitis ſupplicibus deo gratiis de ſuſceptis ab eo cumulatiſſimis bñficiis vt adhuc ſuā in eo ſpem p futuris ſuis actibus conſtituere demoſtret dicit. Poſt tāta bñficia q̄ nobis de⁹ noſter diuinitus contulit / hoc de dñi dei noſtri mia poſtulam⁹ vt prouincias quas nobis reſtituere dignatus eſt firmas & illeſas cuſtodiat & faciat nos eas ſecundum volūtatē ſuā ac placitū gubernare / & vniuerſa Aphrica ſentiat oipotentis dei miam / cognoſcāt eius habitatores a qua duriſſima captiuitate & iugo barbarico liberati ſunt & ꝗta libertate ſub fœliciſſimo noſtro imperio degere meruerūt. hoc depcātes exoram⁹ pcib⁹ ſan

ſperabo in eum. Quoniam ipſe [n] liberabit me de laqueo venãtium/ & [o] a verbo aſpero. Scapulis [p] ſuis obũbrabit tibi / et ſub penis eius ſperabis. Scuto [q] circundabit te veritas eius/ non timebis [r] a timore nocturno. A ſagitta volante in die/a negocio perambulante in tenebris/ab incurſu et demonio meridiano. Cadent [s] a latere tuo mille & decẽ milia a dextris tuis/ad te autem non appropinquabit. Verũtamẽ [t] oculis tuis cõſyderabis/& retributionẽ peccatorũ videbis. Quoniã [v] tu es domine ſpes mea/ altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non [x] accedet ad te malum/& flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam [y] angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabũt te/ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ. Super [z] aſpidem et baſiliſcum ambulabis : et conculcabis leonem et draconem.

de & glorioſę ſemper virginis dei genitricis Marię: vt quicquid minꝰ eſt reip. noſtrę per nos vltimos ſeruos ſuos reſtituat in ſuo noie deus/ & dignos nos faciat ſeruitiũ eius adimplere. Hæc textus.

n ¶ Quoniã ipſe liberabit me de laqueo venãtiũ. i. Ideo ego ſperabo in deũ quia ipſe ſolus eſt qui me põt a venantiũ laqueo liberare. i. a laqis demonũ venantiũ animas hominũ/ querentiũq; ſemper aliquẽ quẽ deuorent. c. nulli. in princ. 3 q. 1. o ¶ Et a verbo aſpero. i. faciet ne propter alicuius aſperitatẽ ſermonis a ſuorum obſeruatione mandatorũ aliquatenꝰ deſciſcã/ hominũ cõuitia ſimul & illuſiones nihiliſaciens. hanc declarationẽ ſentit glo. or. pro qua eſt bonꝰ tex. in c. fi. in fi. 47. diſ. vbi dicit. Mouere nos nõ debent cõuitia perditorum quominusꝰ a via recta & certa regula nõ recedamus/ quã apoſtolꝰ inſtituit dicẽs. Si hominibus placerem: Chriſti ſeruus nõ eſſem. Hęc tex. p ¶ Scapulis ſuis obumbrabit tibi & ſub pẽnis eius ſperabis. i. tu q habitas in adiutorio altiſſimi/ nec ingratus aut imemor es beneficiorũ ſuſceptorũ/ protegeris ab eo vt in nullũ aut elationis aut indiſcretiõis viciũ incurras. Sicut enim corporeus ſol licet bonus ſit & valde neceſſarius: tamẽ feruor eius (ſi tẽperatus non fuerit) infirmo capiti / & ſplẽdor eius infirmis oculis nocet. ſic etiã ſol iuſtitię eſt. vnde & dicit. Noli nimiũ iuſtus eſſe. nõ quia iuſtitia bona nõ ſit. ſed quia dñs adhuc infirmi ſumꝰ/ oportet ipſam bona gratia temperari/ ne aut elationis aut indiſcretionis viciũ incurramus. Hanc declarationẽ ſentit Bernar. pro qua facit textus. in c. vnico col. pe. de ſacra vncti. iuncto c. pennata. in princ de pœni. diſ. 2. & c. nõ pot. §. pręcepta. 23. q. 4 in dictis enim c. vnico/ & pẽnata/ ſatis probatur per ſcapulas & pennas protectionem ſignificari. in d. autẽ c. nõ poteſt. aliquẽ nimis iuſtũ eſſe nõ debere: ita ſcilicet ꝙ reiecta ab eo omni miſericordia indiſcretiõis vitiũ ſubeat. q ¶ Scuto circũdabit te veritas eius. i. efficiet dominus vt terrenis & ſecularibus rebus tenuiter & modice impliceris/ ſupernis aũt copioſe & abundanter inuigiles. Si quidẽ ſcutũ in ſuperiori parte amplũ & latũ eſt/ in inferiori vero ſtrictius. Vñ ſcuto dñi circũdamur: qñ nos ad terrena modicos/ ad ſuperna copioſos exhibemus. Pro hac declaratione quę videtur eſſe ex mẽte Bernar. facit tex. in c. cui portio. in princ. 12. q. 1. & in c. te quidẽ. 11. q. 1. cum ſimilibus. vbi de hiis qui vere habitare debent in adiutorio altiſſimi/ quales ſũt ꝑlati & oẽs eccleſiaſtici c. clericus victũ. 12 q. 1 dicit. ꝙ ſi vere ſunt quod eſſe debent. i. ſperantes in dño prout eis ꝑ cęteris incũbit contemnẽt terrena/ magni aũt facient & diligenter curabunt celeſtia negocia. Secũdo & meliꝰ facit tex. in c. omnes huius ſeculi dilectores. circa me. 47. diſ. vbi dicit. Ex qualitate palmarũ deſignat proficiens vita iuſtorũ & ſic in dño ſperantiũ: quia nequaꝗ ſunt in terrenis deſyderiis fortes & in cœleſtibus debiles ſed longius atq; diſtantius ſtudioſos magis deo ſe exhibent ꝗ ſeculo. r ¶ Non timebis a timore nocturno a ſagitta volante in die a negocio perambulante in tenebris ab incurſu & demonio meridiano. i. te dominꝰ nedum ab occultis ſed etiam ab apertis demonum tentationibus eripiet. eſt nãq; timor nocturnus tentatio leuis & occulta. ſagitta volãs in die/ tentatio leuis & aperta. negociũ perambulans in tenebris tẽtatio grauis & latens. incurſus & demoniũ meridianũ tentatio grauis & manifeſta. hanc declarationẽ ſentit glo. interlinearis circa quã videat tex. in c. aduerſitas. §. hinc idẽ ait. verſ. Eſt ergo perſecutio. 7. q. 1. vbi dicit. Eſt perſecutio vel a leone in impetu. i. a diabolo aperte tentante/ vel a drachone in inſidiis. i. a diabolo latenter perſequẽte. Vñ oẽs clament. Deus in adiutoriũ meũ intende. & ſupple eripientur. s ¶ Cadent a latere tuo mille & decem millia a dextris tuis. ad te aũt non appropinquabit. Hæc ſententia. ſ. in verbo Dextre/ declarata eſt/ habita relatione ad deum. facta aũt relatione ad eũ qui habitat in adiutorio altiſſimi/ dici poteſt per latus hominis in dño ſperantis ſignificari id tempus quo adhuc qs imperfectus erat & non eſtuans in obſequio dñi. Per latus aũt id tempus quo perfectus eſt & feruens in dei ſeruitio. ſi quidẽ eos vehementius ſolet impugnare quos deo feruentiores eſſe cognoſcit. Hanc declarationẽ ſentit Ber. ſermone. 7. in hũc Pſal col. 3. in fi. pro qua declaratione eſt tex. apertus in d. c. nulli. paulo poſt princ. 3. q 1. t ¶ Verũtamẽ oculis tuis conſyderabis/ & retributionem peccatorũ videbis. Tu qui in adiutorio habitas altiſſimi/ cum ſederit filius in ſede maieſtatisꝰ ſue videbis peccatores iudicari/ & in illa viſiõe ipſe eos iudicabis c. vereor. vbi bonꝰ tex. Hieronymi. 8. queſti. 1. v ¶ Quoniã tu es dñe ſpes mea/ altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ. Verba ſunt hominis habitantis in adiutorio altiſſimi quibus gratitudinem ſuã oſtendit ingenue fatendo deum eſſe ſpem ſuam/ expectationẽ retributiõis ſuę/ deniq; in eo poſuiſſe refugiũ ſuum quod altiſſimum eſt quia nulla poteſt hominis cogitatione comprehendi. Vulgato c. 1. de ſũ. tri. & fi. catho. x ¶ Non accedet ad te malũ: & flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo. Tu qui habitas in adiutorio altiſſimi & propterea in protectione dei cœli commoraris non incides in malũ mortalis culpe aut flagellũ ſaltẽ tẽporalis pene/ niſi ad exercitiũ tuũ & tuarum virtutum augmentum. Pro hac declaratione quę eſt de mente Nicolai de lyra eſt bonꝰ tex. in c. ſi enꝰ. col. 2. de pœni. diſ. 2. iuncto c. nõ omnis. in fi. 5 q. 5. in dicto enim c. ſi enim. dicitur. ꝙ vbi Chriſtus adeſt & protegit peccati macula ſubintrare nõ valet in d. vero c. non omnis. in fi. ꝙ boni qui hac vita flagellantur ad eorũ exercitiũ tãtũ flagellãtur. y ¶ Quoniã angelis ſuis mãdauit de te vt cuſtodiant te in oĩbus viis tuis. In manibus portabũt te ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Pro bona huius ſententie elucidatione recurret ad ea quæ dicta ſunt. ſ. in verbo Angelus ſuper illud pſalmiſte. Qui facit angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignẽ vrentẽ. z ¶ Super aſpidem & baſiliſcũ ambulabis/ & cõculcabis leonem & draconem. Aſpis venenat occulte: Baſiliſcꝰ aperte. Leo in impetu nocet: draco in inſidiis. Vnde hac ſententia oſtenditur ꝙ in adiutorio habitans altiſſimi & proinde ſub eiꝰ protectione cõſtitutus / in hereticos & ſchiſmaticos modo palam modo occulte venena ſua & nocumẽta fundentes non incidet vt ab eis vincatur: ſed eos potius ſuperabit/ deuincet/ conculcabit. tex. eſt huic declarationi ſatis conformis. in c. a recta. circa mediũ. in c. hæc eſt fides. in fi. 24. q. 1. iuncto c. ego berengarius. de conſecra. diſ. 4. vbi probatur ex protectiõe procedere ꝙ quis aduerſus hę

reticos immobilis persistat/nulli sehęreticę prauitati cōmaculās: sed eos potius vincat & superet/atq; ad orthodoxam fidem reducat. a ℂ Quoniam in me sperauit.&c. Hic versus & cęteri subsequentes clari sunt b ℂ Non habitabit in medio domus meę q facit superbiā. Videaī ānotatio ī verbo supbia. c ℂ Quā bonum est & q̄ iocūdum.&c. Videatur ānotatio.ȷ̄.in verbo frater. d ℂ Nō habitabit sapiētia.&c. Vera sapientia.ſ. Christus qui est virtus & sapiētia dei patris.c.ſi iuxta.38.distin. in corpore peccatis coinquinato habitare non potest p gratiā. quia vbi in uos p peccati iannā ingressus est diabolus: protinus Christus recedit.c.ſi em̄.col.2.de peni.distin.2. sed habitat quādoq; per sacramentū etiā in malis: quia sumūt boni sumūt mali/ sorte tñ inęquali vitę vl̄ interitꝰ.c. Qui scelerate viuūt.c. Timorē.cum similibꝰ. de cōse.di.2. e ℂ Beatus qui habitat cū muliere sensata. An cū muliere etiā sēsata.ſ. prudēte & hōesta liceat clericis habitare: est bonꝰ textꝰ Hieronymi in c. hospitiolum tuū.32.disti. De quo & cęteris q in hac materia possent ipñtiaꝝ allegari/ dicetur.ȷ̄. Mulier. f ℂ Habitabit iuuenis cū virgine. Vaticinat Esaias de Christo q ī vtero virginali habitauit.cle.1.cū similibus de sū.triui.& fi.catho. g ℂ Verbū caro factū est. Videatur ānotatio.ȷ̄. Verbū. h ℂ Et habitauit in nobis.ſ.ī terra nobiscū cōuersatꝰ est.c. Exēplū.ī pri.12.q sti.1.&.c. scire.76. distin. i ℂ Hasta. Hasta sumiī hic p bellico instrumēto. Aliter tñ solet etiā accipi ī iure humano. hasta em̄ dicit subhastatio seu pclamatio ac solēnitas quę in rebꝰ fiscalibꝰ vēdēdis solet interponi. Tex. est ī l.ſi. in ſi.C.ſi aduer.fiscū re sti.postu.& in l.1.&.2. C.de iure fis.& iure hastę fisca.libro.10. k ℂ Hebraice. De līgua hebraica dictū ē aliquid.ȷ̄. in verbo grecꝰ. vbi videaī. l ℂ Nō coques hedū in lacte matris suę. Hedꝰ coquitur in lacte matris suę: quādo adulatoꝝ blanditijs peccator deliniī. iuxta illud psal. Laudaī peccator in desyderijs aię suę: & iniquꝰ benedicit. De hac declaratiua sententia. quā dat lyra/ est tex. apertus q videri potest in c. sunt nonnulli. 46. distinc. de quo tex. dictū est.ȷ̄. in ver. Adulatio.22. ll ℂ Officiū sacerdotum ad populum. Officium sacerdotis ad populum/ est p populo interpellare: & peccata populi comedere.ſ. suis precibꝰ ea delere atq; cōsumere. Tex. est in c. ipsi sacerdotes.1. questione.1. Cętera videantur infra in verbo sacerdos.

Quoniā [a] in me sperauit liberabo eū: protegā eū quoniā cognouit nomen meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione/eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Psal.100.b. ℂNon [b] habitabit in medio domus meæ: qui facit superbiam.

Psal.131.c. ℂElegit dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo quoniam elegi eam.

Psal.132. ℂQuam bonum est [c] & q̄ iocūdum: habitare fratres in vnum.

puerb.21.c. ℂMelius est habitare in terra deserta: q̄ cū muliere rixosa et iracunda.

Sapię.1. b. ℂNon habitabit [d] (sapientia) in corpore subdito peccatis.

Eccl.25. b. ℂBeatus [e] qui habitat cum muliere sensata.

Esaię.62. b ℂHabitabit [f] iuuenis cum virgine.

Iohelis.2. a ℂConturbentur omnes habitatores terræ.

Ioānis.1. b. ℂVerbum [g] caro factum est: & habitauit [h] in nobis.

2.ad co.5. a ℂScimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur.&c. Et supra domus.

1.timo.6.c. ℂDeus lucem habitat inaccessabilem.

puerb, 3. d. **Habitaculum.** ℂHabitacula iustorum benedicentur.

2.para.9.d **Hasta.** ℂFecit rex Salomon ducentas hastas [i] aureas.

Hebdomada. ℂDe festo hebdomadarū: habetur supra in verbo festum.

Ioānis.5.a. **Hebraice.** ℂErat in Hierusalem piscina probatica: quæ dicitur hebraice [k] Bethsaida.

Ioānis.19.c ℂLicostratos: Hebraice Gabata dicitur.

Ioan.19.c. ℂCaluariæ locus: hebraice Golgota dicitur.

Ioan.19. d. ℂErat superscripta (crux Christi) hebraice/græce et latine.

Exodi.23.c. et.34.d. **Hedus.** ℂNon coques [l] hœdum in lacte matris suæ.

Math.25.c. ℂStatuet deus oues a dextris: hœdos autem a sinistris.

Heli. ℂDe Heli sacerdote qui Annā Samuelis matrem/solo labiorum motu orantem ad dominum æstimauit temulētā: habetur.1. Regum.1.b. Et supra in verbo Anna.

1.regū.2. c. ℂSamuel erat minister in cōspectu domini ante faciē Heli sacerdotis.

1.regū.2. c. ℂFilij Heli/filij Belial: nesciētes dominum neq; officium [ll] sacerdotū ad populum. Sed quicunq; immolasset victimam/veniebat puer sacerdotis cum coquerentur carnes/& habebat fuscinulā tridentem in manu sua/& mittebat eā in lebētem vel in caldariam/aut in ollam siue in cacabū: & oē quod leuabat fuscinula/ tollebat sacerdos sibi. Sic faciebat vniuerso Israeli veniētium in Sylo. Etiam anteq̄ adolerent adipē/ veniebat puer sacerdotis: & dicebat immolanti. Da mihi carnes vt coquam sacerdoti. Non enim accipiam a te carnem coctam/sed crudam. Dicebatq; illi immolans. Incēdatur primū iuxta morē hodie adeps: et tolle tibi quantuluncūq; desyderat anima tua. Qui respondens aiebat

ei. Nequaq̄. Nunc enim dabis: alioquin tollam vi. Erat [m] ergo peccatum puerorum grande nimis coram domino: quia detrahebant homines sacrificio domini.

❡ Heli erat senex valde/ & audiuit omnia que faciebāt filij sui vniuerso Israeli / et quomodo dormiebant cū mulieribus q̄ obseruabāt ad ostiū tabernaculi: et dixit eis. Quare facitis res huiuscemōi quas ego audio res pessimas ab omni populo meo? Nolite filij mei. Non enim est bona fama quā ego audio: vt trāsgredi faciatis populum domini. Si peccauerit [n] vir in virum/ placari ei potest deus: si autem in deum peccauerit vir/ quis orabit pro eo? Et non audierūt [o] vocem patris sui: quia voluit dominus occidere eos. 1.regū.2.c.

❡ Venit vir dei ad Heli: & ait ad eum. Hæc dicit dominus. Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui cum esset in ægypto in domo Pharonis/ & elegi [p] eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem vt ascenderet ad altare meum/ et adoleret mihi incensum/ & portaret ephōt corā me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificijs filiorum Israel? Quare calce abiecistis victimam meā/ & munera mea quæ præcepi vt offerentur in templo: et magis honorasti filios tuos q̄ me vt comederetis primitias oīs sacrificij Israel populi mei? Propterea ait dominus deus Israel. Loquens loquutus sum vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsq̧ in sempiternum. Nunc [q] autē dicit dominus. Absit hoc a me. Sed quicunq̧ honorificauerit me glorificabo eum: qui autem contemnūt me erunt ignobiles. Ecce dies veniunt & precidam brachium tuū & brachiū domus patris tui: vt nō sit senex in domo tua. Et videbis emulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel: & nō erit senex in domo tua omnibus diebus. Verūtamē non auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed vt deficiāt oculi tui/ & tabefiat anima tua/ et pars magna domus tuę morietur cū ad virilem etatem venerit. Hoc autem erit tibi signum quod venturum est duobus filijs tuis Ofni et Phinees. In die vno morientur ambo/ 1.reg.2.f.g.

m ❡ Erat ergo peccatum puerorū grāde nimis. &c. Circa hanc sentētiam pro eliciēdo ex ea effectu est bo. tex. i c. de his vero. 50. distinc. vbi dicitur. Hi qui sacros ordines habentes deprehensi vel capti fuerint, publice in periurio/ furto/ atq̧ fornicatione/ & ceteris huiusmodi criminibus: secūdū canonū sacrorum instituta a proprio gradu decidant. quia scandalum est populo dei tales personas supra se positas habere: quas vltra modū vitiosas esse constat. Nempe inde retrahuntur homines a sacrificio dei/ sicut quondā Heli filijs peccantibus fecisse leguntur: & rebelles huic atq̧ cōtrarij existētes eorū prauis exēplis quotidie peiores fiunt Hęc tex. n ❡ Si peccauerit vir in virū/ placari ei pōt deus: si aūt in deum peccauerit/ qs orabit pro eo? Cū quis i virum peccat: placato viro facit sibi deū placabilē. Sed cū quis ī deū peccat: quis orabit pro eo? .i. per quē sibi deū faciet propitiū? Nō q̧ nulla sperāda sit venia hijs qui in diuino peccāt officio: sed quia maior est pœna & tardior venia hijs qui i reb9 deo sacratis offendunt/ q̄ si verbo vel facto leserint proximū. quia q̄to maior gloria: tanto maior offensa. Pro hac declaratiōe quę est glo. ordi. facit primo bo. tex. in c. vergētes. versi. Cū ei. de hęre. vbi dicit Lōge grauius est eternā q̄ tpalē ledere maiestatē. Secūdo facit text9 i l. raptores. in pri. C. de epis. & cle. vbi dicit. Raptores virginū vł diaconistarum/ vel viduarū q̄ deo fuerit dedicatę/ pessima criminū peccātes capitis supplicio plectendos esse decernim9: q̧ non solū ad iniuriā hoīm/ sed ad ipsius oīpotentis dei irreuerentiā cōmittit. Tertio facit text9 i c. Sicut. in fi. 17. q. 4. vbi dr̄. Sicut mai9 peccatū est quod in deo cōmititur q̄ quod in homine: sic grauius ē sacrilegiū agere q̄ fornicari. Multa alia iura possunt allegari: quę breuis/ breuitati studens prętereo.

o ❡ Non audierunt vocem patris sui: quia dominus voluit occidere eos. Non ideo filij Heli sibi inobedientes extiterunt: quia dominus id voluerit/ vt sic eos occideret: sed quia ipsi non audierunt/ seu inobedientes patri rursum suis criminibus fuerunt implicati: ideo dominus voluit eos occidere. Hęc videtur mens huius sententię: quam etiam Nicolaus lyra videtur sentire ita intelligendam. Et ad hoc facit: quia nemo nostrū peccat nisi volens. Nec est q̧ cuiq̄ nostram ascribere possimus erūnam: nisi nostrę voluntati. non enim quis tenetur ad culpā: nisi volūtate propria deflexerit. & sic nō ex dei vel aliena peccam9 volūtate: sed ex propria. Tex. est vbi p̄missa probantur in c. Non est q̧ cuiq̄. 15. quęst. 1. p ❡ Elegi eum michi in sacerdotem. Quia Heli summus sacerdos erat. c. licet Heli. in princi. de si. & per electionem domini fuit assumptus/ vt hic: notetur breuiter q̧ ex iure humano summus sacerdos .i. papa per electionem est assumendus. c. 1. 23. distic. & 79. distic. per totum. A quibus autem eligatur/ & quęnam in facienda ipsius electione seruari debeat solennitas: est textus clarus & diffusus (quem propterea non transcribo) in c. vbi periculum. de elec. li. 6. Non omitto tamen quod ibidem dicitur in vlti. colū. In omnibus scilicet ciuitatibus cæterisq̧ locis insignibus/ vbi primum de suummi sacerdotis seu pōtificis obitu certitudo claruerit/ a clero & pp'lo solēnib9 p eo exequijs celebratis singulis diebus donec de ipsius ecclesię prouisione indubitāter rumor ptulerit veritatē/ humiles p̄ces fundi debere ad dominū: vt ipse qui concordiam facit in sublimibus suis/ sic efficiat eligentium corda in eligendo concordia: q̧ prouisio celer/ concors/ & vtilis prout animarum salus exigit & totius orbis requirit vtilitas/ ex ipsorum vnanimitate sequatur. q ❡ Nunc autem absit hoc a me. Deus (tametsi in se incommutabilis) homine mutato sententiam mutat. Vt enim ait Hieronymus/ promittit deus prospera/ si pœnitentiam egerimus: q̧ si negligentia dissoluamur/ & illum pœnitebit sponsionis/ promissaq̧ mutabit. Cuius rei exemplum Samariam & Hierusalem habere possumus: quorū alij de iminentib9 supplicijs liberati sunt/ alij quę patribus promissa fuerant perdiderunt. ita dicit tex. cui9 hęc verba sunt in c. si agamus. versi. Rursus. de pœni. distinc. 1. & facit tex. in c. Nouit. & in c. q̄obrē. ead dis. cū similib9 allegatis s̄ in verbo deus. super illud Exodi. Deus non est vt homo vt mentiatur: neq̧ vt filius hominis vt mutetur. r ❡ In vno die ambo morientur iure humano quando duo in vno die moriuntur/ ita q̧ non constat vter prior & vter posterior decesserit: is prior decessisse presumitur/ qui

debilior erat/posterior vero qui fortior. ita dicit glo. in l. ex facto. §. pe. in verbo filium ei⁹. ff. ad trebel. Vnde dicit textus in l. q duos. §. fi. ff. de re. dub. Si Lucius Ticius cũ filio pubere quẽ solũ testamẽto scriptũ hęredem habebat/perierit: intelligitur superuixisse filius patri/ & filij hæreditas successoribus eius deffertur/ nisi contrariũ approbetur. Quod si ipubes cum patre filius perierit: creditur pater superuixisse/ nisi & hic cõtrariũ approbetur. Et in l. Cum pubere. cum l. seq. ff. eodem. dicit tex. Cum pubere filio mater naufragio perijt. cum explorari non possit vter prius extinctus sit: humanius est credere filiũ diutius vixisse. ꝙ si mulier cum filio impubere naufragio perierit: priorẽ filium necatũ esse intelligitur. Hęc tex.

& suscitabo mihi sacerdotem fidelem qui iuxta cor meum et animam meam faciet/ & ædficabo ei domum fidelem: & ambulabit corã Christo meo cunctis diebus. Futurum est autem vt quicunq remanserit in domo tua/veniat vt oretur pro eo/ & offerat nummum argenteũ et tortam panis/dicatq dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem vt comedam bucellam panis.

1. re. 3. c. d. ℭ Dixit dominus ad Samuel. Suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum super domum eius: incipiam et complebo. Predixi eni & quod iudicaturus essem domum eius ineternum/propter iniquitatem: eo ꝙ [s] nouerat indigne agere filios suos/ & nõ corripuerit eos. Idcirco iuraui domui Heli: ꝙ non [t] expietur iniquitas domus eius victimis et muneribus vsq ineternum. Dormiuit autem Samuel vsq mane: apeuitq [v] ostia domus domini. Et samuel timebat indicare visionẽ Heli. Vocauit ergo Heli Samuelem: et dixit. Samuel fili mi. Qui respõdens ait. Præsto sum. Et interrogauit eũ. Quis est sermo quem locutus est dñs ad te? Oro te ne celaueris me. Hec faciat tibi deus & hæc addat: si abscõderis a me sermonem ex omnibus quæ dicta sunt tibi. Indicauit ei itaq Samuel vniuersos sermones/ & non abscondit ab eo: et ille respondit. Dominus est: [x] quod bonum est in oculis suis faciat.

1. reg. 4. c. d ℭ Pugnauerũt Phylistijm: & cæsus est Israel/ & fugit vnusquisq in tabernaculũ suũ. Et facta est plaga magna nimis. Et ceciderũt [y] de Israel trigita milia peditũ: & arca dei capta est. Duo quoq [z] filij Heli mortui sunt: Ofni et Phinees. Currẽs autem vir de Beniamin ex acie/venit in Sylo in die illa: scissa veste & cõspersus puluere caput. Cũq ille venisset: Heli sedebat super sellam contra viam expectãs. Erat autẽ cor eius pauens pro arca domini. Vir autem ille postq̃ ingressus est nunciauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli sonitum clamoris dixitq. Quis est hic sonitus tumultus hui⁹? At ille festinauit/ & venit: & nunciauit Heli. Heli autem erat nonaginta et octo annorum & oculi eius caligauerãt/et videre non poterat: & dixit ad Heli. Ego sum qui veni de prælio: & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actũ est fili mi? Respondens autẽ ille qui nunciabat. Fugit (inquit Israel) corã Philistijm/ & ruina magna facta est in populo: insuper & duo [z] filij tui mortui sunt Ofni & Phinees/ & arca dei capta est. Cũq ille nominasset arcã dei/cecidit [z] de sella retrorsum iuxta ostiũ: & fractis ceruicib⁹ mortuus est. Senex enim erat vir et grandeuus: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis.

3. regũ. 17. a ℭ Dixit Helias Tesbites de habitatorib⁹ Galaath ad Achab. Viuit dominus deus Israel in cuius conspectu sto: si erit annis his ros et pluuia/ nisi iuxta oris mei verba. Et supra Achab.

3. regũ. 17. a ℭ Et factũ ẽ verbũ Dñi ad Heliã dicẽs. Recede hĩc et vade cõtra oriẽtẽ/ et abscõde in torrẽte Carith/ qui est cõtra Iordanẽ/ & ibi de torrẽte bi-

s ℭ Eo ꝙ nouerat indigne agere filios suos/ & nõ corripuerit eos Quod Heli sacerdos punitus fuerit quia filios suos indigne nouerat agere/ & eos tamen non corripuit: est etiam textus apertus i c. legant. in fine. 37. distic. & in c. licet Heli. in princip. de simo. & statim dicetur. t ℭ Non expietur victimis & muneribus domus eius vsq ineternũ. Dona qppe iniquorũ non probat altissimus/ nec inspicit in oblationibus eorum/ nec i multitudine sacrificiorum propiciabitur peccatis eorum. prout est tex. ex Salomõe sũptus i c. scriptũ ẽ. 4. q. 5. v ℭ Aperuitq ostia dom⁹ dñi. Aperire ostia dom⁹ dñi spectat ad ordinatũ ordine qui in ecclia dei appellatur ostiariatus/ & ordinatus vocatur ostiarius. Tex. est in c. Ostiarius. 23. distinc. & in c. p lectis. §. ad ostiariũ. 25. distic. x ℭ Domin⁹ ẽ. quod bonũ est in oculis suis faciat. Quia verbis istis satis apparet Heli audita domini commiatione pœnituisse: verisimile est dñm ęternam ei dãnationem remisisse/ tametsi temporariam non remiserit. prout etiã de Dauid legitur in c. si peccatum. de pœni. di. 1. Vñ tex. qui Hieronymi est i d. c. legãt. 37. di. appellat eũ sctm. y ℭ Ceciderũt de Israel triginta milia peditũ. Ppl's qui peccato filiorũ Heli i manibus hostiũ traditus est: significat subditos nonnunq̃ corporaliter flagellari/ vt iter ipsa flagella/ peccata prelatorũ feriantur. ita dicit textus in c. Ecclesia. §. Item populus. 1. q. 4. z ℭ Duo filij Heli mortui sunt. &c. Cecidit de sella retorsum. Circa hæc verba videndus est tex. in c. licet Heli (vbi huius historię colligitur effectus) de simo. Dicit enim ibidem textus licet Heli summus sacerdos in se bonus existeret: quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit/ & in se pariter & in ipsis animaduersionis diuinæ vindictã excepit: dum filijs eius in bello peremptis/ ipse de sella corruens fractis ceruicibus expirauit. Ad corrigendos igit subditorum excessus tanto diligentius debet prelatus assurgere: q̃to damnabilius eorum offensas desereret incorrectas. Hæc tex. De hac etiã Heli propter icorrectos filios punitione: est tex. ĩ allegat⁹ in d. c. legãt. in fi. 37. dis.

a ¶ Carnes mane similiter & vesperi. quib⁹ Heli vescebatur. vt de hoc est bo. tex. Augustini. in c. delicię. 41. distinc. qui ex hac carnium comestione per Heliam notabiliter infert: delicias quaslibet si absq; desyderio percipiantur, non officere: & viles cibos appetenter. i. gulose acceptos, impedire profectum abstinentiæ.
b ¶ Verūtn̄ mihi primū fac. &c. Nisi hæc vidua diuino tacta fuisset spiramie: huic Heliæ petitioni vix obtēperasset, nec ob id veram charitatis regulam fuisset prętergressa. si quidem vt prottito dicitur adagio: charitas ordinata incipit a seipso. l. pręses. C. de seruis. & aq. c. i sin gulis i fi. 86 distinc. Verū est tamē q vbi perfecta adest charitas (vt forte erat in hac vidua) necessitas aliena pprie præfertur. dicente Hieronymo i c. pulchra. in fi. eadē dist. Necessitates aliorū q̄tū possum⁹ iuuemus, & plus interdum q̄ possumus. Meli⁹ est enim causas pręstare pro misericordia & inuidiā ppeti q̄ prętendere inclemen tiam. & nos aliquando i inuidiam incidimus: q fregerim⁹ vasa mystica vt captiuos redimeremus. Hęc textus.
c ¶ Ex illa die hydria farinæ non defecit: nec lechitus olei est iminut⁹ Ex hoc satis ostenditur facientibus opa misericordiæ sic a deo succurri, vt nihil eis desit qd ad honestā vitę sustētationem ptineat. Etiā de forte dictū ē: beati⁹ esse dare q̄ accipere. De quo dicto est text⁹ in c. Cū Marthę. col. 1. de celebra. missa.
d ¶ Nunc ī isto cognoui quoniā vir dei es tu. Ex huius pueri mortui suscitatione satis concludenter inferre poterat hęc vidua Heliam esse virum dei seu a deo dilectum. vt enim dixit textus in c. Quęrendum. in fi. de pœni. distinc. 2. ad sanctos homines venit ad tempus spiritussanct⁹: vt etiam alijs per miraculorū signa quales sint intus, effulgeāt. Hęc tex. De hoc tamen, an. s. solis sanctis & a deo dilectis hominibus contingat miracula facere: reseruo diffusius dicendum. j. in verbo miraculū.
e ¶ Et interfecit eos ibi. &c. Circa hęc verba vidēdus est text⁹ in c. ea vindicta. versi. magni autē viri. 23. quęsti. 4. vbi dicitur. Magni & sancti viri quanq̄ optime scirēt mor

bes, coruisq; p̄cepi vt pascant te ibi. Abijt ergo: & fecit iuxta verbum dn̄i. Cūq; abisset: sedit in torrente Carith qui est contra Iordanem. Corui quoq; deferebāt ei panem et carnes [a] mane, similiter panē et carnes vesperi: & bibebat de torrēte.

¶ Post dies aliquantos siccatus est torrens: non enim pluerat super terrā. Factus est ergo sermo ad Heliam dicens. Surge, et vade in Sareptā Sidoniorum, & manebis ibi: precepi enim mulier viduę vt pascat te. Surrexit: et abijt in Sareptā Sidoniorum. Cūq; venisset ad portā ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligēs ligna: et vocauit eam, dixitq; ei. Da mihi paululum aquę in vase vt bibā. Cūq; illa pergeret vt afferret: clamauit post tergū eius, dicēs. Affer mihi obsecro & bucellā panis i manu tua. Quę respōdit. Viuit dn̄s de⁹ tu⁹: quia nō habeo panē, nisi quātū pugill⁹ capere potest farinę i hydria, et paululū olei i lechito. En colligo duo ligna vt ingrediar et faciā illud mihi & filio meo: vt comedam⁹ et moriamur. Ad quā Helias ait. Noli timere: sed vade & fac sicut dixisti. Verūtamē [b] mihi primū fac de ipa farinula subcinericiū panē paruulū, & affer ad me: tibi autē & filio tuo facies postea. Hęc autē dixit dn̄s deus Israel. Hydria farinę nō deficiet: nec lechitus olei minuetur vsq; in diem in qua dn̄s daturus est pluuiā super faciem terræ. Quę abijt: et fecit iuxta verbum Helię. Et comedit ipse & illa & domus eius: & ex illa [c] die hydria farinę nō defecit, & lechitus olei nō est imminutus, iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu Heliæ. 3. re. 17. b. c.

¶ Factū est post verba hęc. Aegrotauit fili⁹ mulieris matrisfamilias: & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Heliā. Quid mihi et tibi vir dei? ingressus es ad me vt remorarēt iniquitates meę, & interficeres filium meum? Et ait ad eā Helias. Da mihi filium tuum. Tulitq; eū de sinu eius, & portauit in cœnaculū vbi ipse manebat, & posuit super lectum suum: & clamauit ad dominum, & dixit. Domine deus meus: etiam ne viduā apud quā vtcunq; ego sustentor afflixisti vt interficeres filium eius? Et expandit se atq; mēsus est super puerum tribus vicibus: & clamauit ad dominum, & ait. Domine deus meus: reuertatur obsecro anima pueri eius in viscera eius. Et exaudiuit dominus vocem Helię. Et reuersa est anima pueri intra eum: & reuixit. Tulitq; Helias puerum & deposuit eum de cœnaculo in inferiorē domū: & tradidit matri suę, & ait illi. En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Heliā. Nūc [d] in isto cognoui quoniam vir dei es tu: & verbum domini in ore tuo verum est. 3. reg. 17. c. d

¶ De Helia misso ad Achab regem vt daretur ei pluuia: habetur. 3. regum. 18. et supra in verbo Achab.

¶ (Quadragētis & .50. sacerdotibus idoli Baal descensum cœlestis ignis pro vorando holocausto impetrare non valētibus) ad Heliæ preces cecidit ignis domini: & vorauit holocaustū, et ligna, & lapides, puluerem quoq; & aquam quę erat in aquę ductu lambens. Quod cū vidisset omnis populus, cecidit in faciem suā: et ait. Dominus ipse est deus: dominus ipse est deus. Dixitq; Helias ad eos. Apprehendite prophetas Baal: & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprę hendissent duxit eos Helias ad torrentem Cison: & interfecit [e] eos ibi. 3. reg. 18. f. in fine.

¶ Nunciauit Achab zezabel reginę, omnia quę fecerat Helias: & quomodo occidisset vniuersos prophetas Baal gladio. Misitq; zezabel nuncium ad Heliam di 3. regū. 19. a

tem istã quę animã dissoluit a corpore/formidandã non esset/scdm tñ eos animũ qui illã timerent/ nonnulli peccata morte punierũt quo viuẽtib⁹ vtilis met⁹ incuteret/ & illis qui morte puniebant nõ ipa mors noceret: sed peccatũ qd augeri posset si viuerẽt diminueret. Inde est ꝙ Helias morte multos affecit propria manu. Hæc tex. f ❡ Aiam tuã.i.vitã tuã corporeã. & ita etiã sumit in l.sancim⁹.C.de sacro.eccle. g ❡ Et surgẽs abijt.&c. Hinc dicit tex.in c.sciscitaris.7.quęsti.1. Nõ dicim⁹ ꝙ persecutorũ nõ fugiamus insidias/cũ ad tempus sequi sit: ꝓferti cũ eis pdere vltro nõ deberemus/ & multos pphetas & apl'os ipꝫ quoqꝫ dñm/ hmõi fugisse insecutores luce clarius constet.

cens. Hæc mihi faciant dij/et hoc addãt: nisi hac hora cras posuero animam[f] tuam sicut animam vnius ex illis. Timuit ergo Helias: & surgens[g] abijt quocũqꝫ eum ferebat voluntas. Venitqꝫ in Bersabee Iuda/ et dimisit ibi puerũ suum: & perrexit in desertum viã vnius diei. Cũqꝫ venisset & sederet subter vnã iuniperum: petiuit[h] animę suę vt moreretur/et ait. Sufficit mihi domine/ tolle animã meam: neqꝫ enim melior sum ꝙ̃ patres mei. Proiecitqꝫ se: & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eũ: & dixit illi. Surge et comede. Respexit: & ecce ad caput suum subcinericius panis & vas aquæ. Comedit ergo et bibit: & rursum obdormiuit. Reuersusqꝫ est angelus domini secundo: & tetigit illum/dixitqꝫ illi. Surge/comede: grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset comedit et bibit: & ambulauit[i] in fortitudine cibi illi⁹/ quadraginta diebus et quadraginta noctibus vsqꝫ ad montem dei Oreb.

3.re.19.b.c.d. ❡ Cum venisset illuc Helias: mansit in spelunca. Et ecce sermo domini ad eũ: dixitqꝫ illi. Quid hic agis Helia? At ille respõdit. Zelo[k] zelatus sum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt pactum domini/filij Israel. Altaria tua destruxerunt/ & prophetas tuos occiderũt gladio: & derelictus sum ego solus/et quęrunt animam meam vt auferant eam. Et ait ei. Egredere: & sta in monte coram domino. Et ecce dominus transit: & spiritus grandis et fortis subuertens montes/& cõterens petras ante dominum. Non in spiritu dominus: & post spiritũ commotio. Non in commotione dominus: & post commotionem ignis. Nõ in igne dominus: & post ignẽ sibillus auræ tenuis. Quod cũ audisset Helias/operuit vultũ suũ pallio: & egressus stetit in ostio speluncę. Et ecce vox ad eum dicens. Quid hic agis Helia? Et ille respondit. zelo zelat⁹ sum pro domino deo exercituũ: quia dereliquerũt pactũ tuũ filij Israel. Altaria tua destruxerũt/& pphetas tuos occiderũt gladio: et derelictus sum ego solus/ & quęrũt animam meam vt auferant eam. Et ait domin⁹ ad eum. Vade & reuertere in viã tuã per desertũ in Damascũ. Cũqꝫ perueneris illuc/vnges[m] Azahel regẽ sup Syriã/ & Hieu filiũ Namsi/vnges regem super Israel: Heliseum autẽ filiũ Saphat qui

h ❡ Petiuit aiæ suæ vt moreret. Aiæ nr̃æ petere vt moriat/lõge conducibilius ẽ ꝙ̃ persequẽtiũ molles effecti terroribus & pssuris/malo culpę cõsentiam⁹.c. ita ne.32.quęst.4. Pręstat ei a vita nr̃a: ꝙ̃ a vita vitę nr̃ę qui de⁹ ẽ(c.charitas ẽ vt mihi vr̃.in fi.de pœni. dist.2.)per mortale peccatũ separari.c.sacris.i fine.de his ꝙ̃ vi metusve cau. fiũt. i ❡ Et ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ vsqꝫ ad montem dei Oreb. Glo.in cle. Si dñs.col.2.i verbo mirabilia.de reliq.& vene. sanct. de eucharistiæ sacramẽto loquẽs/dicit ꝙ fulcit aiæ nr̃ę substãtiã: nosqꝫ i virtutib⁹ corroborat.qd figuratũ fuit: dũ ad Helię dormiẽtis caput posuit angel⁹ subcinericiũ panẽ. de quo cũ Helias edisset: ãbulauit i fortitudie ei⁹.40.dieb⁹ et.40.noctib⁹ vt hic habetur. k ❡ Zelo zelat⁹ sum p dñomeo exercituũ.&c. Et recte quidẽ. Quod enĩ in iiuriã fit dei nr̃i/neqꝫ ꝙ̃ est dissimulãdũ: licet ea ꝙ̃ in nos cõmittũtur/ patiẽter vl' tolerãda/ vl' potꝰ nõnũꝙ̃ dissimulanda sint c.inter ꝙrelas.c si is q.c.si illic. cũ sl'ib⁹.23.q̃st.4. Hic Petr⁹ ꝙ cũ alijs audierat/Beati eritis cũ maledixerit vobis homines/& dixerit oẽ malũ aduersus vos. gaudete in illa die & exultate: qm̃ merces vestra copiosa est in cœlis.contumelias sibi illatas cũ gaudio suscipiebat: peccata veroꝗ̃ in deũ cõmittebãtur/acerrime puniebat.dicit tex.in c.qd Christus circa mediũ.eadẽ cã & quęst.

l ❡ Nõ i spũ dñs.&c. Videt dici posse istis verbis innui/deũ neqꝫ cũ tumẽtib⁹ superbię fastu/neqꝫ cũ iracũdis/ neqꝫ cũ lubricis esse: sed cũ vere humilib⁹ q instar auręteuuis/sunt & internę & externæ quietis/omnisqꝫ honestatis dilectores. Recte ei supb⁹ per spiritũ.i.ventũ cõterentẽ petras & mõtes designat: quia superbia nedũ est origo oim crimiuũ/sed etiã est ruina oim virtutũ. Ab exordio nãqꝫ: aut mentẽ per peccatũ ꝓsternit/aut nouissime de virtutibus deijcit. vnde oim peccatorũ est maximũ: quia tã per virtutes ꝙ̃ per vicia humanã mẽtẽ exterminat. Ita dicit Archi.in c. Quis aliquãdo col.pe.de pœni.distic.1 Vel scdo superbia dici potest ventus cõterens petras & montes/quia est elatio viciosa qua inferiorẽ despiciẽs/superioribꝫ & parib⁹ satagit dñari. Ita Archi.in c. vnũ orarium §.Alias.col.2.25.distinc. Recte etiã per cõmotionẽ iracundus intelligitur.quia iracũdus cõmoueri solet & oportune & iportune/ nedũ.s.aduersus ipios/sꝫ & cõtra pios & scõs/quos ẽr cõmotione sua ad grauiora nõnũꝙ̃ peccata deducit. Textus est Ambrosij in c. Irã.in princip.11.quęst.3. Recte preterea per ignẽ lubricus seu lubricatus intelligitur: vrit enĩ luxuries hominẽ/ facitqꝫ vt ardeat/ nisi sibi diligẽter pręcauerit. ho.est tex.in c.vir cum propria.col.2.33.quæsti 4. Immo etiam per ignem potest omnis mala cupiditas intelligi.c.inter hęc hircũ.1.circa fi.de pœni.dist.3. Cũ his enĩ omnib⁹ deus esse non potest: quia cũ peccato neqꝫ deus stare: c.si enĩ.col.2.de pœni.dist.2. Postremo per sibilũ aurę tenuis/humiles nõ incõmode possunt intelligi: quia humiles non ad alta/sed ad infima/tenuia/ & vilia tendunt.c.si quis semel.versi.Exercitia.de pœni.distin.2. Cum talibus autem certum est deum esse: quia pręcęteris virtutibus deo humilitas est accepta/ quia humilitatem nos Christus humilis docuit.c.dominus noster.paulo post princip.93.distinc.

m ℭ Vnges Azahel regē. &c. vsq ad versi. Et erit quicūq. Circa hęc verba dei ad Heliā potest videri bon⁹ tex. in c. vnico §. Vñ in veteri de sa. vnc. Vbi dicit. In veteri testamēto nō solū vngebat sacerdos: sed etiā rex & propheta: sicut in libro regū dñs pręcepit Helię. Vade & reuertere in domū tuā per desertū in Damascū. Cūq perueneris &c. sed vbi Ihesus Nazareu⁹ (quē vnxit de⁹ spū sancto sicut habet in actibus apl'orū) vnctus est oleo pietatis pręcōsortibus suis / qui scdm apostolum est caput eccl'ię quę est corp⁹ ipsius pricipis vnctio a capite ad brachiū est translata / vt principes extunc nō vngantur in capite / sed in brachio siue humero vel in armo / in quibus pricipatus congrue designat / iuxta illd quod legitur. Factus est pricipatus sup humerū eius. Hęc tex.

est de Albenicula / vnges prophetā pro te. Et erit. Quicūq fugerit gladium Azahel / occidet eum Hieu: & quicūq fugerit gladium Hieu / interficiet eum Heliseus. Et derelinquam mihi in Israel septem milia virorum quorum genua non sunt incuruata ante Baal: & omne os quod non adorauerit eum / osculans manum.

ℭ Profectus inde Helias reperit Heliseum filium Saphat arantem in duodecim iugis boum: & ipse in duodecim iugis boum arātibus vnus erat. Cūq venisset Helias ad eum: misit pallium suū super eum. Qui statim [n] relictis bob⁹ cucurrit post Heliā: & ait. Osculor (oro te) patrē meum et matrē meā: & sic sequar te. Dixitq ei. Vade et reuertere: quod enim meum erat feci tibi. 3.regū.19. d

ℭ Reuersus Heliseus ab Helia / tulit par boū: & mactauit illud & in aratro boum coxit carnes & dedit populo / & comederunt. Consurgensq abiit & secutus est Heliam: et ministrabat ei. 3.regū.19. in fine.

ℭ De Helia Achab regē increpante / & Iezabel reginę miserabilem defunctionem pręd icente: habetur. 3. Regū. 21. & supra in verbo Achab.

Psal. 112. a. ¶ Quis sicut dn̄s deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo et in terra?
Psal. 114. b. ¶ Custodiens paruulos (dominus) humiliatus sum/& liberauit me.
Psal. 118. i. ¶ Priusq̄ humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuū custodiui.
Psal. 118. i. ¶ Bonū mihi dn̄e/ quia humiliasti [b] me vt discam iustificationes tuas.
Psal. 118. o. ¶ Humiliatus [c] sum vsq̄quaq;: domine viuifica me secūdū verbū tuū.
Psal. 130. a. ¶ Si non humiliter [d] sentiebam: sed exaltaui animam meā: Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.
Psal. 146. a ¶ Suscipiēs mansuetos (dn̄s) humilians autē peccatores vsq; ad terrā.
Prouer. 11. a. ¶ Vbi humilitas [e] est: ibi et sapientia.
Prouer. 12. d. ¶ Mœror [f] in corde viri humiliabit illū: & i sermone bono lętificabit.
Prouer. 15. in fi. ¶ Gloriam pręcedit humilitas.
Prouerb. 16. c ¶ Melius est humiliari cum mitibus: q̄ diuidere spolia cum superbis.
Prouerb. 18. b ¶ Anteq̄ glorificetur homo: humiliatur.
Prouerb. 25. a ¶ Melius est vt dicatur tibi ascēde huc: q̄ vt humilieris corā principe.
Prouerb. 29. d ¶ Superbum sequitur humilitas: & humilē [g] spiritu suscipiet gratia.
Eccl. 2. a. ¶ In humilitate [h] tua patientiā habe: quoniam in igne probatur aurū et argentum/homines vero receptibiles in camino humiliationis.
Eccl. 3. c. ¶ Quāto [i] magn⁹ es/humilia te in omnib⁹/ & corā [k] deo inuenies gra=

b ¶ Bonum michi q; humiliasti me: vt discā iustificationes tuas. Bū em̄ qui syncæra Christi doctrina vult ibui: oportet huilitatē amplexari/ dicente Augustino in libro de catechizādis rudibus. Sedulo monendi sūt scholastici vt hūilitatē iduti Christianā/ discāt nō cōtēnere quos cognouerit mo[rū] vitia magisq̄ verborū declinare. c. sedulo. in prin. 38. dist.
c ¶ Humiliat⁹ sū vsq̄quaq;. &c. Videat q̄ circa hanc sententiā dictū est supra eodē t.
d ¶ Si non humiliter. &c. i. sicut puero nondum grandiusculo perniciosū est amoueri a lacte matris: ita michi pernicies superueniat si non humiliter sensero, sed superbe exaltauero aiam meam. vt siccū hominibus hoc sęculo pro exaltatione mea flagellatus: altero sęculo cum dæmonibus non flageller. c. serpēs. de pe. di. 1.
e ¶ Vbi humilitas est: ibi sapiētia. Qui em̄ humilitatē habet (testāte Bernardo in libro de gradib⁹ humilitatis) verissima cognitiōe sibi vilescit. Sūt aūt tres gradus humilitatis. Prim⁹ subdere se maiori & nō pręferre se ęquali. Secūdus subdere se æquali & non pręferre se minori. Terti⁹ subdere se minori. Prima dr̄ sufficiēs & necessaria. Scda abundās. Tertia superabundens. Glo. est ita dicens in cle. i. in verbo humilitatis. de religio. domi. f ¶ Mœror in corde viri humiliabit illū: & i sermōe bono lętificabit. i. prius peccatorē mœror pœnitētiæ salubriter humiliet: & post p iudiciū sacerdotis datę reconciliationis sermo lætificet. Pro hac declaratione q̄ est glo. or. facit bo. tex. in c. Vide benignū. circa mediū. de pœni. di. 1. iuncto c. verbum. i prin. eadē di. In dicto em̄ c. vide benignū. pbatur mœrorē pœnitentiæ debere pcedere. in dicto aūt. c. verbū. sacerdotē eē iudicē. cuius sermo debet lætificare. g ¶ Humilē spiritu suscipiet gr̄a. Huic dicto satis astipulatur quod dicit Ambrosius. Humilitas est clauis q̄ aperit regnū cœloꝝ: & reserat mysteria scripturaꝝ. Quod dictum Ambrosij allegat glo. in cle. i. in verbo humilitatis. de reli. do. h ¶ In humilitate tua patientiā habe. Si em̄ impugnas/ teipm̄ dissoluis & fatigas: si aduersaris/ virtutē tuā destruis. Per patientiam vero coronas operaris. Ar. chi. in c. suggestum. paulo post me. 7. questi. 1. i ¶ Quanto magnus es: huīlia te i oībus. Hęc sententia duplicis esse potest intelligentiæ. Primo vt velit/ quanto quis magnus est peccator: tanto maiorem subire debet pœnitentiā. ita q; si in delictis omnibus/ magnus fuerit peccator: de ipis oībus humiliet se per pœnitētiam/ & bonorū operum exercitium. Venientibus em̄ ad se turbis Io. bap. non ait simpliciter facite pœnitentiā vel fructus pniē/ sed addidit dignos: vt pro qualitate pctōrum qualitas offerat bonorū operū. prout de hoc est bo. tex. in c. quis aliqn̄. col. fi. de pœni. di. 1. de quo textu dictū ē diffusi⁹. s. i verbo dignus. ff. Hinc dicit tex. i c. vide benignū. ea. di. Quisquis ille es qui tibi conscius es alicui⁹ erroris / & q̄ī tpe errasse te nosti: tāto nichilominus tpe humilia teipm̄ deo/ & satisfacito ei i cōfessione pœnitentiæ. Scdo quanto magnus es humiliate i oībus. i. quanto maioribus bonis / litteratura / cognitiōe/ aut alijs dotibus abundas: tanto te huiliorē exhibeas. Hic dicit tex. in c. cōtra morē. i fi. di. c. Decorari pallio nolum⁹/ moribus indecori: dū nichil in episcopali ceruice splēdidius fulgeat q̄ hūilitas. Vt tn̄ dicit Augustin⁹/ non exigit a platis tanta hūilitas: vt a subditis (in qb⁹ corripiēdis excesserūt.) veniā postulent. ne apd eos quos oportet eē subiectos/ dū nimiū seruat hūilitas: regendi frangat auctoritas. Ita dicit tex. in c. Quando necessitas. 86. di. k ¶ Coram deo inuenias gr̄am. Et sic dæmonis a te expelles ptātem: cum diabolus ibi sedem non figat vbi adest gr̄a dei. c. si em̄. col. a. de pœni-

tiam: quoniam magna potētia dei ſolius / & ab humilibus honoratur.
¶Preſbytero [l] humilia animā tuā : & magnato [m] humilia caput tuū. Ecci.4.a.
¶Humilia valde ſpiritū tuū : qm̄ vindicta carnis ipij / ignis et vermis. Ecci.7.b.
¶Eſt qui humiliat / & exaltat circunſpector deus. Ecci.7.b.
¶Sapiētia humiliati exaltabit caput illius : & in medio magnatorum conſedere illum faciet. Ecci.11.a.
¶Reliquit deus memoriam humilium ſenſu. Eccl.10.c.
¶Benefac humili : & ne dederis impio. Ecci.12.b.
¶De inimico humiliato: habetur Eccleſiaſtici.12.c. & infra inimic9.
¶Humiliare deo: & expecta manus eius. Ecci.13.b.
¶Attende: ne ſeductus in ſtultitia humilieris. Ecci.13.b.
¶Noli [n] eſſe humilis in ſapiētia tua : ne hūiliatus ī ſtultitia ſeducaris. Ecci.13.b.
¶Sicut abominatio eſt ſuperbo hūilitas: ſic execratio diuitis pauper. Ecci.13.c.
¶Diues commotus confirmatur ab amicis ſuis : humilis [o] cum ceciderit / expelletur et a notis. Ecci.13.d.
¶Diuiti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba / & iuſtificauerunt illum. Humilis deceptus eſt: inſuper et arguitur. Ecci.13.d.
¶Ante [p] lāguorem humilia te: & in tempore infirmitatis oſtende conuerſationem tuam. Ecci.18.c.
¶Eſt qui [q] nequiter humiliat ſe: & interiora eius plena ſunt dolo. Eſt iuſtus [r]: qui ſe nimium ſubmittit a multa humilitate. Ecci.19.d.
¶Eſt qui ab humilitate leuabit caput. Ecci.20.b.
¶Homo qui [s] ieiunat in peccatis / & iterū eadem faciens: quid proficit humiliando ſe? Orationem illius quis exaudiet? Ecci.34. in fine.
¶Oratio [t] humiliantis ſe / nubes penetrabit: & donec propinquet non conſolabitur / & non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. Ecci.35.d.
¶Excelſi ſtatura ſuccidentur: & ſublimes humiliabuntur. Eſaię.10.g
¶Arrogantiam fortium humiliabo: ait dominus. Eſaię.13.c.
¶Ego anteibo (dicit dominus) & glorioſos terrę humiliabo. Eſaię.45.a

diſ.2. Vnde legit diabolū ad ſanctū Machariū dixiſſe. Ieiunas interdū: & ego nullo vnq̄ cibo reficior. tu ſępe vigilas: me nūq̄ ſopor oppreſſit. hūilitas tua ſola me vincit. glo. ē hęc verba referens in d. cle. 1. in verbo humilitatis. de religi. domi. l ¶Preſbytero humilia animam tuā. Humilianda ē anima p̄ſbytero: nedū a priuatis ſed etiā ab ipſis regibus ſeu principibus. c. oēs principes. & c. ſolitę. vbi diffuſus tex. de maio. & obe. c. duo ſunt cum ſimilibus. eadē diſtin. Hinc dicit tex. in c. in ſcripturis. in prin. iuncto c. quis dubitet. in princi. eadez diſ. In ſcripturis narratꝰ Conſtātinū imperatorē dixiſſe. vere ſi proprijs oculis vidiſſez ſacerdotē dei: chlamydē meam expoliārē / & cooperirē eū ne ab aliquo videretur. Quis nāq; dubitat ſacerdotes Chriſti regū & pricipum oimq; fideliuz patres & magiſtros cenſeri? Hec tex. Vnde etiā dicit tex. ī c. ſi imperator. in prī eadem di. Si imperator catholicus ē: filiꝰ ē non p̄ſul eccleſię / qd ad religionē cōpetit / diſcere ei cōuenit: nō docere. habet priuilegia ſuę ptātis / q̄ adminiſtrandis legibus publicis / diuinitꝰ conſecutus eſt: ideo eius bñficijs non ingratꝰ contra diſpoſitionē cœleſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes eñ deus voluit q̄ eccleſiæ diſponēda ſūt pertinere: non ad ſęculi poteſtates. quas (ſi fideles ſint) eccleſiæ ſuæ ſacerdotibꝰ voluit eē ſubiectas. Hæc tex. Cætera q̄ hic dici poſſēt: dicēt in verbo p̄ſbyter. & ī verbo ſacerdos. m ¶Et magnato hūilia caput tuū. Scriptum eſt eñ. Omnis aia: poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. c. omnis anima. in princ. de cenſibus. n ¶Noli eſſe humilis in ſapientia tua. &c. Hac ſententia non improbatur in ſapientia noſtra / humilitatis obſeruatio eam enim non abijciendam immo exacte ſeruandam docent plerq; iuris diuini ſentētiæ / & tex. in c. Reuertimini. in fi. 16. q. 1. & ī c. 1. in prin. 46. di. cū ſimilibꝰ. Sed hortamur vt conſtantes & firmi / diuinis auctoritatibꝰ innitamur: ne ſi ab eis facile deflectamus / in ſtultitiam hęreticorum veniamus. prout etiā eſt bo. tex. in c. legimus. 1. ī verſi. ī daniele. 37. di. o ¶Hūilis cū ceciderit expellet & a notis. Humilis hoc loco ſumit p̄ perſona paupere. & ita etiam ſumit qñq; in iure humano: vt probaꝰ in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. prę ſi. dum ibi dr̄. Ne potentiores viri humiliores iniurijs afficiāt: ad religionē p̄ſidis prouinciæ ptinet. Quādoq; etiam humilis ſumit pro pſona vili & abiecta: vt eſt apertus tex. in l. humilem. verſi. humiles. C. de inceſtis nup. & ita ſumi pōt in l. ſi quis ex argentatijs. §. 1. verſi. quid eñ. ff. de eden. Et qñq; ſumitur pro eo qui nō eſt in aliqua dignitate conſtitutus. Tex. ē in l. 3. §. tutores qui repertoriū. verſi. ſed ſciendum. ff. de ſuſpec. tuto.
p ¶Ante languorem humilia te. &c. Iſti ſententię ſatis aſtipulatur tex. in c. vide benignū. circa mediū. de pœni. diſtin. 1. vbi dr̄. Nō expectes vt humiliet te Cuſarſaton. i. diabolus / cui humiliādæ & affligendę tradūtur animę / quę Chriſti humilitate contempta / in ſuperbiā ſe extollunt / & a te inuito neceſſitas extorqueat pœnitētiam: ſed ipſe pręueni ipſius tortoris duritiam. quia ſi teip̄m emendaueris / ſi te ip̄m corripueris: pius eſt dominus et miſericors qui vindictam temperet ab eo qui illam pœnitendo præuenit. Hęc tex.
q ¶Eſt qui nequiter humiliat ſe. De humilitate doloſitatis de qua loquitur hęc ſententia / notat aliqd Archi. in c. cū humilitatis. 22. q. 2. & dictum eſt ſupra eodem. t.
r ¶Eſt iuſtus qui ſe nimium ſubmittit. Iuſtus nimiū ſe ſubmittit: qñ ſubmittit ſe ſubditis ſuis. vt ē bo. tex. in c. Quando neceſſitas. 86. di. de quo tex. dictū ē ſupra eodez. ſuper illud Eccleſiaſtici. Quāto maior es: humilia te in omnibus. Aliter tñ intelligi pōt hęc ſnīa : vt loquatur de eo qui nedum habet ſufficientem humilitatē: ſed etiā abundantē vel ſuperabundantez. vt quia nedum non p̄fert ſe minoribus non ſubditis ſibi: ſed ēt eis ſe ſubijcit. qd eſt nimium. i. valde humiliari. prout dictū eſt ſupra eodem. ſuper illud Salomonis. Vbi eſt humilitas: ibi eſt ſapientia. s ¶Homo qui ieiunat in peccatis ſuis. &c. Hac ſententia edocemur ſic de reatibus noſtris eſſe pœnitendum: vt elaboremus ea iterum non committere. Alioqui ſi ſemper redeamus ad ea de q̄bus pœnituimus: parū vtilis eſt ſeu fructifera pnīa. prout etiaz de hoc eſt textus apertus in c. Ille pœnitentiā. cū ſeptem ſequētibus. de pœni. di. 3. vnde dicit tex. in c. inanis. in fi. eadem di. Eſto in pœnitentia fortiter confirmatus. vitam bonam quam accepiſti / tenere non deſinas. propoſitum bonę vitæ conſerua iugiter.
t ¶Oratio humiliantis ſe. &c. De effectu orōnis dictum eſt ſ. in verbo dep̄catio. m. & dicet ī verbo orō.

v ¶ Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Textus est hanc sententiā in prelatorum eruditionem accommodans in c. Qui se scit. 2. q. 6. de quo dictū est in verbo discere. m. x ¶ Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste. &c. Paruulus iste cuius meminit hęc sententia/ creditur esse sanctus Marcialis cuius hac die 7. iulij. 1519. festum agitur. glo. est. ita sentiens in c. vnico. in verbo propter historiā. de fa. vnc. Conformiter aūt ad istam sententiā est bo. tex. in c. si. in fi. 40. distin. vbi dr. Non qui maior fuerit in honore inter homies/ ille est iustior: sed q fuerit iustior/ illę maior

Esaię. 57. c ¶ Dominus in sancto habitans cum contrito et humili spiritu: vt viuificet spiritum humilium/ & viuicet cor contritorum.

Osee. 7. c. ¶ Humiliabitur superbia Israel.

¶ De humilitate Niniuitarum: habetur Ionę. 3. Et infra Ionas.

Math. 11 d. ¶ Discite [v] a me: quia mitis sum et humilis corde (ait Christus).

Math. 18. a ¶ Quicunq; [x] humiliauerit se (ait Ihesus) sicut paruulus iste: hic est maior in regno cœlorum.

Lucę. 1. e. ¶ Respexit [y] dominus humilitatem ancillę suę: ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes.

Lucę. 1. e. ¶ Deposuit dominus potentes de sede: & exaltauit humiles.

Lucę. 14. c. ¶ Omnis [z] qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur

Ad rōa. 12. d ¶ Non alta (simus) sentientes: sed humilibus consentientes.

ad phi. 2. a. ¶ Nihil per contentionem/ neq; per inanem gloriam (faciāt) sed in humilitate/ superiores [a] sibi inuicem arbitrantes: nō quę sua sunt singuli consyderantes/ sed et ea quę aliorum

ad phi. 2. a. ¶ Humiliauit [b] semetipsum (Christus Ihesus) factus obediens vsq; ad mortem/ mortem autem crucis. Et diffusius infra in verbo Ihesus.

ad phi. 4. c ¶ Scio [c] et humiliari: scio et abūdare. Et. [d]. Abūdare et Confortare.

1. petri. 5. b ¶ Omnes inuicem humilitatē [d] insinuate: quia deus [e] superbis resistit/ humilibus autem dat gratiam.

1. pe. 5. b. c. ¶ Humiliamini [f] sub potenti manu dei/ vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum/ quoniā ipsi cura est de vobis.

y ¶ Respexit dñs humilitatem ancillę suę &c. Hęc snīa de humilitate verbi parę virginis loquitur: de cuius etiam humilitate notabiliter loqr glo. in cle. 1. i verbo virginali. de sum. tri. & fi. ca. dicensq; de Maria virgine & non de alia voluit Christus icarnari: quia sicut ex superbissima natus est morbus/ sic p contrariū ex humilia inchoari debuit medicina Vñ verso noīe Euę/ ipsi virgini dictū ē Aue. Item quia sicut ad sūmā humilitatē dei filius voluit incarnari: sic sūme humilem eligere voluit in qua & a qua deberet humilitas inchoari. vñ ipsa in cantico suo dicit Respexit dñs humilitatē ancillæ suę. Hęc glo. z ¶ Qui se exaltat humiliabitur. &c. Hoc dictum allegat Hostiensis in c cum in ecclesijs. in princ. de ma. & obe. vbi sentit eos vere dici se exaltare: qui se superioribus suis exhibent inobedientes. cōtra quos allegat Adagiū quod dicit esse prouinciaiū. Sputum immissū in cœlum: in os expuentis reuertitur. a ¶ Superiores sibiinuicem arbitrātes Aug relatus hic per glo. ūr. vere hoc existimandū dicit: quia pōt esse in alio aliquid occultum quo superior sit/ etiā si bonū nostrū/ quo illo videmur esse superiores/ non sit occultū. Vñ dicebat idē Augustinus (cuius verba ponūt in c. si habes. circa me. 24. q 3.) Si tibi q; iuste id fiat dñs reuelauit: nequaq̄ iuuenilez ętatē tuā & honoris ecclesiastici rudimēta cōtēno. senex enī a iuuene/ & eps tot annorū a collega necdū anniculo paratus sum edoceri. quomō possum vel deo vel hominibus iustaz reddere rationem: si animas innocētes pro scelere alieno spirituali supplicio puniam et b ¶ Humiliauit semetipsum. &c. De hoc dicto est bo. tex. in c. timorē. de cōse. di. 2. de quo dicet: ī. eodē. c ¶ Scio & humiliari / scio & abūdare Circa hanc sententiā videndus est bo. tex. in c. Quod dicit. 41. di. de quo in huius sententię annotatione dictū est in verbo cōfortare. d ¶ Humilitatē insinuate. Modus vnus quo humilitas insinuatur/ colligi pōt ex tex. in c. Nisi cum pridem. paulo post princi. de renū. vbi dicitur. Si forsan humilitatis causa de culmine q̄ris pontificali descendere: eo ipo humilitatis videris erigere male verticem/ q; te nimis in resignādi proposito exhibes pertinacē. quia tunc in te veraz humilitatem custodies cū & per eā locū sublimē fugies/ & per obedirētiā non dimittes. Hęc tex. Alius modus insinuādę humilatis ponit p tex. in c. 2. de pœni. dí 1. vbi dicitur. Exercitia humilitatis sunt: si se vilioribus officijs subdat/ & mysterijs indignioribus tradat. Et alius in c. in memoriā. in prin. 19. di. vbi dr. Obseruāda ē cū māsuetudie hūilitas. Et idē sentit tex. in c. Recedite. paulo post prin. 43. di. e ¶ Deus superbis resistit/ humilibus aūt dat grām. Gregorius relatus per glo in cle. 1. in verbo humilitatis. in fi. de relig. domi. Qui sine humilitate virtutes congregat quasi in ventū puluerē portat: & vñ aliqd ferri cernitur/ inde deterius cęcatur. f ¶ Humiliamini sub potenti manu dei Facta est his verbis annotatio supra i verbo exaltare. sed ibi dictis addatur bo. tex. quo hęc snīa elucidari pōt/ in c. scripturis. in fi. 8. q. 1. vbi dr. Nec non purgatus adire quisq; mysteria sacra audeat/ nec quē superna gr̄a elegit/ sub hūilitatis specie superbe cōtradicat. Secūdo addatur q; sicut nos sub dei manu oportet humiliare: ita etiā oportet vt sub superioribus nřis humiliemur. c. Cum in ecclesijs. in fi. & c. his q. in prin. de maio. & obe. Non debent tñ subditi plusq̄ expediat erga superiores hūilitatem seruare. dicente Gregorio. Admonēdi sunt subditi ne plusq̄ expedit sint subiecti: ne cū studēt plusq̄ necesse est hominibus subijci/ cōpellātur eorū vitia venerari. c. Admonendi. vbi ponit hoc dictū Gregorij. 1. q. 7. Tertio addatur q; nisi malicia hominum multiplicata fuisset super terrā: sola humiliatio sub potenti manu dei sufficeret. dicēte eodē Gregorio. Cum culpa non exigit: omnes secūdm rationē hūiliatis ęquales sumus. de qua Gregorij snīa est tex. in c. constantino politana. in fi. 22. distin.

Dictionum ab H incipientium.

Finis.

Iacob. ℂTempus [a] pariendi Rebeccæ aduenerat: & ecce gemini [b] in vtero eius reperti ſunt. Qui prim9 egreſſus eſt/rufus erat et totus in morem pellis hiſpidus: vocatumq́ eſt nomen eius Eſau. Protinus alter egrediēs plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Iſaac: quādo nati ſunt paruuli. Quibus adultis/factus eſt Eſau vir gnarus venādi & homo agricola: Iacob autem vir ſimplex [c] habitabat in tabernaculis. Iſaac amabat Eſau/ eo ꝙ de venationibus illius veſceretur: & Rebecca diligebat Iacob. Gene.25.c.d.

ℂDe Iacob qui emit primogenita Eſau lentis edulio: habet̄ Genē.25. cap. & ſupra Eſau.

ℂDe Iacob qui patri Iſaac dixit ſe eſſe Eſau primogenitum/& a patre benedictionē habuit/& de odio Eſau in ipſum: habetur Gene.25.cap. d.e.et.f.& ſupra in verbo Eſau.

ℂEgreſſus Iacob de Berſabee pergebat Arā: vt iuxta patris conſiliū/ de filiabus Laban auunculi ſui vxorem acciperet. Cumq́ veniſſet ad quēdā locū/ & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum: tulit de lapidibus qui iacebāt/ & ſupponens capiti ſuo dormiuit in eodem loco. Viditq́ [d] in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram & cacumen illius tāgens cœlum/angelos quoq́ dei aſcendentes & deſcendētes per eam: & dominum innixum ſcalę/dicentē ſibi. Ego ſum dominus deus Abraā patris tui: & deus Iſaac. Terrā in qua dormis tibi dabo et ſemini tuo: eritq́ ſemen tuū quaſi puluis terræ. Dilataberis ad orientem & ad occidentem & ſeptentrionem et meridiē: & benedicentur in te & ſemine tuo cunctę tribus terrę. Et ero cuſtos tuus quocūq́ perrexeris/& reducam te in terrā hanc: nec dimittam niſi compleuero vniuerſa quę dixi. Cumq́ euigilaſſet Iacob de ſomno: ait. Vere dominus eſt in loco iſto: et ego neſciebam. Pauenſq́/ q̄ terribilis eſt (inquit) locus iſte: nō eſt hic aliud niſi domus dei et porta cœli. Surgēs ergo Iacob mane [e]/tulit lapidem quē ſuppoſuerat capiti ſuo/& erexit [f] in titulum: fundens oleū deſuper. Appellauitq́ nomē vrbis Bethel: quę prius Luſa vocabatur. Vouit [g] etiam votum: dicens. Si fuerit dominus mecum/& cuſtodierit me in via per quam ego ambulo / & dederit mihi panem ad veſcendū/ & veſtimētum ad induendū / reuerſuſq́ fuero proſpere ad domum patris mei: erit mihi dominus in deum/ & lapis iſte quē erexi in titulum Gene.25.b.c.d.

a ℂ Tempus pariendi Rebeccę aduenerat. De tempore pariendi dictum ē diffuſe ſupra in verbo Elizabeth. ſuper illud Lucę. Et impletū eſt Elizabeth tempus pariendi. b ℂ Gemini in vtero eius reperti ſūt. Quia vno partu poſſit mulier filios aut filias habere: tex. eſt in l. Antiqui. ff. ſi pars hęre. peta. de quo dictū ē ſ. in verbo Eſau. in annotatione iſtoꝝ verborum. Sed ibi dictis addatur in hac materia bo. tex. in l. ſed & ſi reſtituatur. §. fi. ff. de iudi. vbi dr̄. Si paterfamilias mortuus eſſet/relicto vno filio & vxore pręgnante: nō recte filius a debitoribus partē dimidiam crediti petere pōt/ ſupple ſtati q̄uis poſtea vnius filius nat9 ſit/quia poterāt plures naſci. Sed Sabin9 & Caſſius aiunt partē quartā dari debuiſſe: quia icertum eſſet an tres naſcerētur. Hęc tex. ex quo liquet ꝙ muliere pręgnāte relicta/ tres ab ea filij expectari debēt/ nō aūt plures. quia licet contingere poſſit vno partu/ ſeptem filios parere/ vt ꝓbatur i d. l. Antiqui. tamē illud eſt inſolitū/ & perq̄ rarū. proptereaq́ non expectādum. l. fiſtulas. §. fi. ff. de cōtra. emp.

c ℂ Vir ſimplex habitabat in tabernaculis. Quia ſimplices curis exterioribus ſpargi refugiunt: in conſcientiæ habitatione cōſiſtūt. habitat eñi i tabernaculis/ q ſe intra mentis ſecreta conſtringit: ne dum ad multa foris inhiat/ a ſe ipo cogitatione alienatus recedat. Pro hac declaratione quæ eſt glo. or. eſt bo. tex. in c. ſi cupis. 16. q. 1. iuncto c. placuit cōi. in fi. eadē cauſa. & q̄ſti. vbi de monachis (quos pręcęteris decet eſſe ſimplices. & probatur in d. c. ſi cupis.) dr̄ ꝙ ſolitarij ſedeant & taceant: & ſic in ſuarum mentiū tabernaculis habitēt quia mundo mortui ſunt/ deo aūt viuūt.

d ℂ Viditq́ i ſomnis ſcalam. &c. Angelos quoq́ aſcendentes & deſcendentes. &c. Iacob ꝑlatos ſeu ꝑdicatores ſignat: qui non ſolum caput eccleſię. ſ. Chriſtum contemplādo appetūt. ſed ad membra illius miſerendo deſcendūt. qd̄ angeli aſcendentes deſcendenteſq́ demonſtrant. Hinc Moyſes crebro tabernaculū intrat & exit. & qui intus ad contemplationem rapit̄/ foris infirmantiū negocijs vrgetur. intus arcana conſiderat: foris onera carnaliū portat. Pro hac declaratione q̄ eſt glo. or. eſt bo. tex. in c. 1. 88. diſti. vbi vt probetur ꝙ clerici de negocijs miſerabiliū perſonarū & eccleſiaꝝ poſſunt curam accipere: dr̄. Nonne Moyſes in ſæculo erat: cū crebro intraret tabernaculū & exiret? Qui intus contēplatione rapiebat̄: foris infirmantiū negocio vrgebat̄. Sed & Iacob aſcendentes & deſcendētes angelos vidit: quia rectores eccleſiaꝝ nō ſolū contēplando aſcendunt/ ſed deorſum quoq́ ad mēbra miſerendo deſcendūt. & dū ſacerdotes eorum ſctā imitātur. ſ. imitatione digna reddūt: & ſe cuſtodiunt/ & ſubditoꝝ onera portant. Hęc tex. Cętera dicant̄ vt ſ. i verbo angelus. in annotatione huius ſententię.

e ℂ Tulit lapidem quē ſuppoſuerat capiti ſuo. Aliqui dicūt Iacob tres capiti ſuo lapides ſuppoſuiſſe: ipſūq́ experrectū eos in vnum lapidem redactos comperiſſe. Et ꝓide pluratiuo numero prius dictum fuiſſe ꝙ Iacob tulit de lapidibus: hic aūt/ ꝙ tulit lapidē. hocq́ ſic eueniſſet in figuram trinitatis & vnitatis dei: trinitatis perſonaꝝ/ & vnitatis eſſentię. De qua trinitate & vnitate dictū ē ſupra in verbo deus. ſuper illud Exo. Dn̄s deus tuus: vnus eſt.

f ℂ Erexit i titulū & fudit oleū deſuper. Dicit Augu. ꝙ ex eo ꝙ erexit Iacob lapidē quē capiti ſuppoſuerat in titulum & ſuperfudit oleū/ nichil fecit idolatrię: qa nec tunc nec poſtea legit̄ frequētaſſe lapidem adorādo aut ei ſacrificādo. ſed ſignū fuit & ꝓphetia pertinēs ad vnctionem Chr̄i: de qua habet̄ i c. vnico. de ſacra vncti.

g ℂ Vouit etiā votū. &c. Quod votū emitti poſſit ſub conditione/ ꝙ q̄ illa non ſuperueniente deſinat obligatio voti: notat Abbas Panor. in c. ſcripturę.

de voto.& dicet.l.in verbo votū. h ¶ Consobrinam tuam. Iure hūano hi cōsobrini ꝓprie vocant: qui ex duabus sororibus progenerantur quasi consororini. Hij vero qui ex duobus fratribus generantur propria fratres patrueles vocantur. Si aūt ex duobus fratribus filię nascuntur: sorores patrueles appellant. At hi qui ex fratre nascunt & sorore: amitini proprie dicuntur. vñ Amitę tuę filij cōsobrinū te appellant: tu illos amitinos. ita dicit tex. in §. Quarto gradu. in ſ. isti. de gradi. cogna. vnde qa Iacob erat fili⁹ Amitę Rachael.i. sororis patris: Rachel recte vocatur hic cōsobrina/ Iacob aūt erat ei Amitinus quasi ex amita sua natus.

vocabitur domus dei/cūctorūq; quæ dederis mihi decimas offerā tibi.

Gene.29.b c.d.e.f.

¶ Venit Iacob ad puteum (quo grex Laban auunculi sui solebat adaquari) & ecce Rachel veniebat cum ouib⁹ patris sui: nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob/& sciret cōsobrinā [h] suam/ouesq; Laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur: & adaquato grege osculatus est eam. Et eleuata voce fleuit: & indicauit q fra ter esset [i] patris sui & filius Rebeccæ. At illa festinans nunciauit patri suo. Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suę/ occurrit obuiā ei: complexusq; eum/ & in oscula ruēs/duxit in domum suam. Audi tis autem causis itineris: respondit. Os meum es: et caro mea. Et postq̄ impleti sunt dies mensis vnius: dixit ei. Nū quia frater meus es/ gratis seruies mihi? dic quid mercedis accipias. Habebat vero duas filias: nomē maioris Lia/minor appellabatur Rachel. Sed Lia [k] lippis erat oculis. Rachel decora facie & venusto aspectu/quā diligens Iacob ait. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore: septem annis Respondit Labā. Melius est vt tibi eam dem/q̄ alteri viro: mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septē annis: & videbātur [l] illi pauci dies prę amoris magnitudine. Dixitq; ad Laban. Da mihi [m] vxorem meam: quia iam tempus impletum est vt ingrediar ad illā. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium/fecit [n] nuptias: et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum/ dans ancillam filię Celpham nomine. Ad quā [o] cum ex more Iacob fuisset ingressus: facto mane vidit Liā/ & dixit ad socerum suum. Quid est quod facere voluisti? nonne pro Rachel seruiui tibi? quare imposuisti mihi? Respondit Laban. Nō est [p] in loco nostro consuetudinis: vt minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum hui⁹ copulę: & hanc quoq; dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septē annis alijs. Acquieuit [q] placito: & hebdomada trāsacta/Rachel duxit vxorem/ cui pater seruam Balam tradiderat. Tādēq; potitus optatis nuptijs/amorē sequētis priori protulit: seruiēs apud eum septem annis alijs.

i ¶ Frater esset patris sui.i. nepos ex sorore: q̄ q̄nq; frater appellatur/ vt dictū ē s. in verbo frater i.1.āno. k ¶ Lia lippis erat oculis: Rachel aūt decora facie. De lippitudine Lię/ & pulchritudine Rachelis/ est bo. tex. in c. Nisi cū pridē. paulo ante finē. de renū. de quo statim dicetur. l ¶ Videbātur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Hęc amoris magnitudo appellat a iure hūano furor: diciturq; nichil esse eo vehementius. & ip̄s retineret philosophię eē perfecte monētis/ & insilięte aliq inhęrentē concupiscentiā refrenantis. tex. est in §. illd quoq;. versi. nonnim⁹. i Auctē. Qui. mo. na. effi. legi. colla.6. vbi glo. in verbo vehementi⁹/dicit amoris magnitudinē ideo furorē vocari: qa vt furios⁹ se nō sentit/ sic nec amorosus. Hinc dictū est. Non frater fratri parcet: cū furor ille venit. Igne⁹ ille furor nescit habere modum. Hinc etiā tex. in §. fi. insti. de succes. subla. quę fi. per bo. ven. vt ex sena. claudia. de muliere amore capta loquēs/ dicit eam amore bacchatā a baccho.s. vino. vt em (dicit ibi glo.) vino quis capitur: ita amore. vñ etiā illud ortū est adagiū. Habet sua tela cupido. & illud. Spicula figit amor. necnon illud. Amor trahit superos. de quibus adagijs est glo. in l. vnica. in verbo capta. C. de sena. claudia. m ¶ Da michi vxorem meam. &c. Iure humano pater filiam suā alicui in vxorē dare promittens exsoluit a sua promissione: si sibi dare volenti/ filia nolit consentire. Satis em̄ est qd faciat q̄ in se est: etiā si promissionem suam iuramento firmasset. glo. est no. l c. ex literis. 2. in verbo patris. in fi. de sponsa. in c. veniens. in verbo firmata. de eo qui cogno. consan. vxo. suæ. in c. 3. in verbo p̄fite. de matri. contrac. contra inter. eccle.

n ¶ Fecit nuptias.i. solēnitatem nuptiarum. Quę nuptiaꝝ solēnitas inter cętera cōplectitur: vt fiant dotalia instrumenta. & hoc omitti non debet in personis in dignitate constitutis. alias vnus nuptiarū effectus qui est vt filij antea nati efficiantur legitimi/ locum non haberet. Tex. est in §. hęc ergo casta. in Auctē. qui. mo na. effi. legi. colla. 6. & notat in §. fi. in verbo instrumētis. insti. de nup. Hodie tñ de iure canonico cui statur in materia matrimoniali sine dictis instrumentis non solū tenet matrimoniū: sed etiā in vim ip̄i⁹/ filij antea susceptī legitimantur. Tex. est vbi notat in c. tanta. Qui filij sunt legi.

o ¶ Ad quā cū ex more Iacob fuisset ingressus. Videt ideo q̄ iure humano Iacob Liā cognoscēdo/ nec adulteriū cōmisit nec incestum. Adulteriū nāq; & incestus sine dolo malo nō committunt. l. pe. in fi. ff. de adul. & c. in lectū. 34. q. vlti. vbi text⁹ de hoc casu/ qñ scȝ maritus sororē vxoris ignoranter cognoscit/ loquens dicit. In lectū mariti/ absēte vxore soror intrat vxoris: quā vxorē putās suā esse/ dormiuit cū ea. supra hoc visum est si ipse per securitatem verā. i. per iuramētū suū/ hoc ꝓbauerit q̄ iustius fecerit: pnīam quidē. s. aliqualē satisfactionē: q sibi propter speciē facti: & ad aius horrore indicta fuerit agat: & legitimum suū coniugiū habere pmittatur/ illa vero vindicta digna afficiat: & inęternū coniugio priuet. Hec tex. ex quo liquet incestū non eē cōmissum. Alias ei nō permitteret legitimuū habere coiugiū: licet a legitima cōinge bñ possit haberi. i. carnale debitū ab vxore non exigeret: licet ab eo exigi posset. Notat in c. discentionē. & ibi bo. tex. de eo q cog. cōsan. vxo. suę. & in c. qui dormierit. 33. q. 7. p ¶ Non est consuetudinis vt minores ante tradamus ad nuptias. Videat qd dictum est in verbo consuetudo. in. 1. anno. q ¶ Acquieuit placito. Per hūc sequentem consensum/ fuit initum inter Iacob & Liam matrimonium. prius autē matrimoniū non fuit: quia errabatur in persona. qui error excludit consensum: & sic impedit matrimonium/ qd sine consensu fieri non potest. vulgata. l.

℄Vidēs dominus ꝙ despiceret Liam: aperuit [r] vuluā eius, sorore ste- rili permanente. Quæ conceptum genuit filium: vocauitꝙ nomē eius Rubē, dicens. Vidit [s] dominus humilitatem meam: nunc amabit me vir meus. Rursumꝙ cōcepit, et peperit filium: et ait. Quoniā audiuit me dominus haberi contemptui: dedit etiam istum michi. Vocauitꝙ nomē eius Simeon. Concepitꝙ et genuit tertio alium filium: dixitꝙ. Nūc quoꝙ copulabitur mihi maritus meꝰ: eo ꝙ pepererī ei tres filios. Et idcirco appellauit nomen eius Leui. Quarto concepit, et peperit filium: et ait. Modo confitebor domino. Et ob hoc vocauit eū Iudam. Cessauitꝙ parere. Gene.29.c. g. in fine.

℄Cernēs Rachel ꝙ infœcunda [t] esset, inuidit sorori suę: et ait marito suo. Da mihi liberos: alioqui moriar. Cui iratus respondit Iacob. Nū pro deo ego sum: qui priuauit te fructu vētris tui? At illa. Habeo iquit famulam Balā: ingredere ad illam vt pariat super genua tua: et habeā ex illa filios. Deditꝙ illi Balam in coniugium. Quę ingresso ad se viro concepit et peperit filium. Dixitꝙ Rachel. Iudicauit mihi dominꝰ: et exaudiuit vocem meā dans [v] mihi filium. Et idcirco appellauit nomē eius Dan. Rursumꝙ Bala concipiens peperit alterum: pro quo ait Rachel. Comparauit me dominꝰ cū sorore mea: et inualui. Vocauitꝙ eum Neptalim. Gene.30.a.

℄Sentiens Lia ꝙ parere desisset: zelpham [a] ancillam suam marito tradidit. Quā post conceptum edente filium: dixit feliciter. Et idcirco vocauit nomē eius Gad. Peperit quoꝙ zelpha alterum. Dixitꝙ Lia. Hoc pro beatitudine mea: beatā quippe me dicēt omnes mulieres. Propter ea appellauit eum Aser. Gene.30.b.

℄Egressus Rubē tempore messis triticeę in agrum repperit mandragoras quas matri Lię detulit. Dixitꝙ Rachel. Da mihi partem de mādragoris filij tui. Illa respōdit. Parū ne tibi videtur ꝙ prę̄ripueris maritum mihi: nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Redeuntiꝙ ad vesperā Iacob de agro: egressa est in occursum eiꝰ Lia: et ait. Ad me inquit intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitꝙ cum ea nocte illa: & exaudiuit deus preces eiꝰ. Concepitꝙ et peperit filium quintum: et ait. Dedit deus mercedem mihi: quia dedi ancillam meā viro meo. Appellauitꝙ nomen eius ysachar. Rursum Lia concipiēs peperit sextum filium: & ait. Dotauit me deus dote bona. Et iam hac vice mecum erit maritus meꝰ: eo ꝙ genuerim ei sex filios. Et idcirco appellauit nomen eius zabulon. Post quē peperit filiam nomine Dynam [b]. Gene.30.d.

Nuptias. ff. de regu. iur. bo. est tex. ita sentiēs, & hanc Iacob et Liæ copulationē satis vbertim declarans in c. vnico §. sed obijcitur. 29. q̄sti. 1. vbi dicitur. Iacob nō consenserat in Liā: sed in Rachel. Septē siquidem annis pro Rachel seruierat. Cum ergo eo ignorāte, Lia esset sibi supposita: nō fuit coniugiū inter eos, si error personę cōsensum excludit. quia vt dictū est, non in eā consenserat: sed in Rachel. Sed respondetur. Cōsensus aliꝰ est pręcedens, alius subsequens. Pręcedit consensus: quādo ante carnalē copulā in indiuiduam vitę consuetudinem vterꝙ consētit. subsequitur: quādo post concubinalē siue fornicarium coitum consentiunt inidem. Iacob ergo et Liam non fecit cōiuges pręcedens consensus: sed subsequens. Nec tamen ex primo concubitu fornicari iudicantur: cum ille maritali affectu eā cognouerit, & illa vxorio affectu sibi debitū persoluerit: putās lege primogenitarū et paternis imperijs se sibi iure copulatā. Hæc tex. r ℄Aperuit vuluam Liæ: sorore sua sterili permanente. Pro effectu istorum verborū est bo. tex. in c. nisi cum pridem. col. fi. versi. nec putes. d renū. vbi dicit. licet illa vita cōtēplatiua sit magis secura: tñ ista vita actiua est magis fructifera. & licet illa sit magis suauis: hæc tamen magis est vtilis. cū in fœcunditate sobolis lippitudo Liæ, Rachelis pulchritudini sit pręlata. hęc tex. cui conformis est textus de Lia etiā et Rachele loquens in c. licet quibusdā. i fi. d regu. dū ibi dicit. Nullus absꝙ licentia romani pōtificis pręsumat oc casiōe quacūꝙ deserere pręsulatū. quoniā sicut maius bonū minori bono proponitur: ita cōmunis vtilitas, speciali vtilitati pręfertur. & i hoc casu recte pręponit doctrina silentio, solicitudo cōtemplationi, et labor quieti. Ad quod vtiꝙ designandum vnigenitꝰ dei filius Ihesus Christus nō de Rachele secūdū carnē natꝰ ē, sed de Lia. Hęc tex. De ista autē materia: an scʒ et quando fœcunditas Lię .i. vita actiua sit pulchritudini Rachelis .i. vitę cōtēplatiuę pręferēda: videat qd diffusius dictū est supra in verbo cōtēplari. s ℄Vidit dominus humilitatem nostrā &c. hijs et sequētibus verbis Lię cōstat eā summe gaudere de sua fœcūditate. Nec id quidē iniuria. Maximū enim ac pręcipuū munus fœminarū est cōcipere ac tueri conceptum. l. queritur §. si mulier pręgnās. ff. de ędi. edic. Ad hoc nāꝙ mulieres natura progenuit, vt partus ederent: vnde et maxima eis in hoc cupiditas cōstituta. tex. est ita dicēs in l. 1. C. de iudic. v. Iob.

t ℄Infecunda esset. An mulier infecunda sana sit, an vero morbosa: bonus est textus in l. queritur §. de sterili. ff. de ędi. edic. de quo dicetur in verbo sterilis.

v ℄Dans mihi filium. Hanc enim olim habuerunt potestatem mulieres: vt de licentia vel potestate ipsarum viri possent accedere ad ancillas suas: et filij ita nati potius dominę filij q̄ ancillæ vocabantur. text est cum glosa in capite Ismael. in fi. 56. distinctione.

a ℄zelpham marito tradidit. Hinc dicit Ambrosius. Obijciuntur Iacob quattuor vxores. c. obijciuntur. in princi. 32. questione quarta. Sed quia tunc illud erat diuina inspiratione concessum, crimē non erat. dicto c. obijciuntur & c. gaudemus. circa me. de diuor. b ℄Dynā. De hac Dyna notanter loquitur sextus in c. 1. in fi. de peni. dist. in c. 5. dicens. Cohibeat se a ludis & a spectaculis sęculi qui perfectā vult consequi

gratiā remissionis. Nam Dina Iacob filia si se cohibuisset/& inter suos remansisset: ab extraneo raptore corrupta non esset. Hęc tex. c ¶ Opprobriū meū. Pudor est enim fœminis (dicit Ambrosius) Nuptiarū premia non habere. c. Pudor est. in princi. 32. quęsti. 2. Vnde & in lege dicebatur. Maledicta sterilis quę nō reliquerit semē super terrā. c. Recurrat. §. His ita. 32. quęst. 4. vbi glo. in verbo maledicta: dicit. Maledicta hoc est ignominiosa & obscurę famę apud homines habita est. Et sic istud est maledictū opprobrii. d ¶ Ecce vir luctabatur cū Iacob. &cę. Iacob cum ad parentes ꝓprios redit/in via angelū inuenit/cū quo magnū certamē in luctamine habuit. Qui autē luctatur: aliquādo se superiorē/aliquādo inferiorē inuenit. Significat ergo angel⁹ deū: & Iacob qui cū eo cōtendit/contēplatiui viri animā exprimit: quę cū deū contemplari nititur: velut ī certamine/modo quasi superat: quia ītelligēdo & sentiendo de circūspectolumie aliquid gustat. modo vero succūbit: qa degustando iterū deficit Quasi ergo vincitur angelus: quando humano intellectu: itime apprehenditur de⁹. Sed notādū: ꝙ idem victus neruū tetigit & marcescere fecit. & extunc Iacob vno pede claudicauit: qa omnipotēs deus/cū per intellectū & desyderiū cognoscitur: voluptatem carnis arefacit. & q pri⁹ quasi duob⁹ pedibus nitētes cū videbamur quęrere/& sęculum tenere: post agnitionē suauitatis dei: vn⁹ in nobis pes san⁹ ꝑmanet: alter claudicat. quia debilitato amore sæculi solus amor dei cōualescit. Qui enī claudicat/tantum sano pede innititur. Sic cui desyderium terrenū arefactū est: in solo pede amoris dei tota virtute se sustinet/& in ipso stat: qa pedē amoris sæculi quē in terra ponebat/iā suspēsum portat. Pro hac mystica declaratiōe (quę Gregorii est) videndus e bo. tex. in. c. Oēs sæculi hui⁹. circa me. 47. disti. de quo dictū ē sup. in verbo florere: sup illud. Iustus vt palma florebit. & in c. In scripturis. circa me. 8. quęsti. 1. de quo dictū est ī verbo cōtēplari in. 1. āno.

Gene.30.d. ¶Recordatus quoqꝫ dominus Rachelis exaudiuit eam: & aperuit vuluam eius. Quę cōcepit & peperit filiū dicēs. Abstulit deus opprobriū [c] meū. Et vocauit nomē illi⁹ Ioseph: dicēs. Addat michi dn̄s filiū alterū.

¶De pacto facto/inter Laban & Iacob: eo tēpore quo patriā repedare voluit. Deqꝫ ipsius Iacob cum vxoribus abitione. ac de fœdere inter Iacob & Laban inito. Habetur Genesis. 30. &. 31. cap.

Ge.32. f. & g ¶Iacob abijt in itinere quod cœperat fueruntqꝫ ei obuiam angeli dei. Quos cum vidisset: ait. Castra dei sunt hęc. Et appellauit nomē loci illius Machanaim: id est castra.

¶De Iacob qui ad Esau munera misit. Deqꝫ reconciliatione ipsius cū fratre suo Esau. Habetur Gene. 32. & : 33. cap.

Ge.32. f. & g ¶Ecce [d] vir luctabatur cū Iacob vsqꝫ mane: qui cum videret/ꝙ eū superare non posset/tetigit neruū fœmoris eius/ & statim emarcuit. Dixitqꝫ ad eum. Dimitte me: iam enim ascendit aurora. Respondit. Nō dimittam [e] te: nisi benedixeris michi. Ait ergo. Quod nomen est tibi. Respondit Iacob. At ille. Nequaq̄ (inquit) Iacob appellabitur nomen tuū: sed israel. Quoniā si contra [f] deū fortis fuisti: quanto magis cōtra homines pręualebis. Interrogauit eū Iacob. Dic michi quo appellaris nomine? Respondit. Cur quęris nomen meū quod est mirabile? Et benedixit ei ī eodem loco. Vocauitqꝫ Iacob nomen loci illius Phanuel: dicens. Vidi dominū facie ad faciem: & salua facta est anima mea. Ortusqꝫ est ei stati sol postq̄ transgressus est Phanuel. Ipse vero [g] claudicabat pede. Quā ob causam non comedunt neruū filij Israel/qui emarcuit in fœmore Iacob/vsqꝫ ī pręsentem diem: eoqꝫ tetigerit neruum fœmoris eius & obstupuerit.

¶De Dina filia Iacob quæ fuit oppressa. & eius oppressio a fratribus suis vlta quos Iacob arguit. Habetur Genesis. 34.

¶De Iacob qui idola infodit sub therebithū. Habet̄ Gene. 35. ī prīci.

Gene. 35. a. ¶Venit Iacob Luzā quę est in terra Chanaā cognominato Bethel: ipse & omnis populus cū eo. Aedificauitqꝫ [h] ibi altare: & appellauit nomē loci domus dei. Ibi enim apparuit ei deus/cum fugeret fratrem suum.

Gene. 35. b. ¶Apparuit iterum deus Iacob/postq̄ reuersus est de Mesopotamia Syrie: & venit in Bethel. benedixitqꝫ ei: dicēs. Non vocaberis vltra Iacob: sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eū Israel. Dixitqꝫ ei: ego de⁹ omnipotēs. Cresce & multiplicare: gētes & populi nationū ex te erūt. Reges de lumbis tuis egredientur: terramqꝫ quā dedi Abrahā & Isaac dabo tibi/& semini tuo post te: & recessit ab eo. Ille vero [i] erexit titulū lapideū in loco quo locutus fuerat ei deus/libans super eum libamina: & effundens oleum. vocansqꝫ nomen loci illius Bethel.

Gene. 35. c. ¶Egressus inde Iacob venit verno tēpore ad terrā quę ducit Ephratā. In qua cum parturiret Rachel: ob difficultatē partus periclitari cœpit.

e ¶ Nō dimittā te nisi benedixeris michi. Sic etiā ipsi deū nō debemus dimittere. i. rectū viuendi tramitē deserere: si suę velim⁹ benedictionis (quę in perennis retributione vitę consistit) reddi participes. Incassū quippe bonū agitur: si ante vitę terminū deserat. quia & frustra velociter currit: q priusq̄ ad metas venerit/deficit. c. incassum. vbi est tex. Gregorii. de pœni. distic. 3. f ¶ Si cōtra deū fortis fuisti: q̄to magis cōtra hoīes ꝓualebis. i. si qs assidua precū pulsatione deū sibi ꝓpiciū reddiderit: inimicorū suorū poteriā facile superabit. Pro hac declaratiōe q̄ est de mēte glossę iterlinearis: vidēda ē glo. in cle. si dn̄m. in glo. ma. in fi. de reli. & venc. sctō. Vbi istud refert ī ꝑsona Theodosii iperatoris euenisse. vt dictū est. s. i ver. depcatio. in. 1. aut. 2. ānotatione. g ¶ Ipse vero claudicabat pede. Videat̄ quod dictū est in. 3. ꝓxi annotatiōe. h ¶ Aedificauitqꝫ ibi altare. Hodie etiā altaria possunt ibi erigi: vbi origo alicui⁹ habitationis/vel passionis fidelissima origine tradit. c. Placuit. in fi. de conse. distinc. 1. i ¶ Erexit titulum lapideū. In figurā altarium ecclesie: de quibus dicitur. Altaria si non fuerint lapidea: chrismatis vnctione non consecrētur: c. Altaria. de conse. distinc. 1. vbi glo. fi. Dicit hoc introductū: tum quia Christus petra dicitur: tū quia Iacob erexit lapidem in titulum.

k ¶ Erexit titulũ super sepulchrũ eius. Statuas sepulchro superimponere: vel monumẽto ornamẽta q̃ quis putauerit: superaddere non prohibetur. cũ in iure suo corũ quę minus prohibita sunt: vnicuiq; facultas libera non denegetur. tex. est ista probans in. l. statuas. C. de reli. & sump. func. l ¶ Dormiuit cũ Bala concubina patris sui. Hac ratione potuisset iure humano exhæredari. §. Aliud quoq; capitulum. versi. Causas. in auctenticis vt cum de appel. co. colla. 9. m ¶ Erant filii iacob. & ce. De filiis iacob notanter loquitur Augustinus dicẽs. Iuuenis bonos filios Iacob natos ex ancillis & bonos natos de liberis. Nichil obfuit natiuitas de vteris ancillarũ: quãdo in patre cognouerũt semen suũ: & consequẽter regnum cũ fratribus tenuerũt. Quomodo ergo in filiis Iacob nõ obfuit illis qui nati sunt de ancilla, quominus tenerẽt regnũ & terrã promissionis, quã cũ fratribus acceperunt: & non illis obfuerũt natales ancillarũ: sed prȩualuit semẽ parentũ. Sic quicũq; per malos baptizãtur: tanq̃ de ãcillas videtur nati. sed quia ex semine verbi dei nati sũt, quod seminatur in Iacob: simul hȩreditatẽ cũ fratrib⁹ possidebũt. Securus ergo sit qui cũ semine bono nascitur: tamẽ ne imiteris ancillã. si de ãcilla nasceris. i. ãcillã malã & superbientẽ ne imiteris. Vnde enĩ filij Iacob de ancillis nati possederũt terrã cũ fratribus. Ismael aut de Agar ancilla natus expulsus est ab hȩreditate. Vnde? nisi qa ille superb⁹ erat: illi hũiles. Hęc Augustin⁹ supra Ioan. & recitatur in. c. recurrat. col. 1. 32. q̃sti. 4. n ¶ In spelunca duplici. De hac duplici spelunca est textus Hieronymi in. c. Ebrõ. 13. quȩsti. 2. & ibi glo. declarat quanã ratione vocaret speluca duplex. de quib⁹ textu & glo. dictũ est. s. in verbo Abraã. Gene. 23. in fine. o ¶ Iacob dilexi: Esau autem odio habui. Videatur annotatio. s. in verbo Esau. p ¶ Adorauit fastigium virgȩ eius. Adorauit sceptrũ Ioseph, nõ in se & absolute, sed inq̃tũ erat signũ & figura potestatis Christi sicut & nos adoram⁹ imagines Christi nõ in se: sed propter Christũ quẽ repræsẽtat, c. perlatũ. & c. venerabiles. de cõse. dist. 3. q ¶ Relictis retib⁹ & patre: secuti sunt eũ. Hęc est perfecta cõuersio: vbi cũ cupiditate rerũ, carnalis quoq; rũpitur dilectio. Ita dicit hic glo. interlinearis. & de hoc est apertus textus Ambrosij in. c. Cui portio. in fi. 12. q̃sti. 1. r ¶ Pręter Iacobũ fratrẽ dñi. Hic Iacobus qui iustus dicebat: & secundũ carnẽ frater dñi nũcupatus est a Petro Iacobo & Ioãne apostolis. Primus archiepiscopus hierosolimitan⁹ est ordinatus. Ita dicit tex. in. c. fi. in pri. 66. distic. vbi glo. dicit eũ appellatũ fratrẽ dñi. vel quia filius fuit sororis matris domini. vel quia fuit ei prorsus similis in persona. vel quia mater eius fuit filia fratris Ioseph, qui putabatur pater dñi. De Iacobo etiam loquẽs tex. in. c. Iacobus. de cõsecra. dist. 1. dicit. Iacobus frater dñi secũdũ carnẽ cui primũ credita est hierosolimitana ecclia: & Basilius Cesariẽsis. epus cui⁹ charitas p totũ orbẽ refulsit: addiderũt nobis missȩ celebrationẽ. i. ordiẽm missȩ celebrãde.

Dxitq; ei obstetrix. noli timere: quia & hunc habebis filium. Egrediẽte autẽ anima pre dolore: & imminẽte iam morte vocauit nomen filij sui Beniamin idest filius dextræ. Mortua est ergo Rachel: & sepulta est in via quȩ ducit Ephratam: hęc est Bethleem. Erexitq;[k] Iacob titulum super sepulchrum eius.

¶ Iacob egressus inde fixit tabernaculũ trans turrẽ gregis. Cumq; habitaret in illa regione, abijt Ruben & dormiuit[l] cum Bala concubina patris sui: quod illum minime latuit. Gene. 35. d.

¶ Erant[m] filij Iacob duodecim filij Lię. primogenitus Ruben & Symeõ & Leui & Iudas & Isachar & zabulon. Filij Rachel: Ioseph & Beniamin. Filij Balȩ, ancillȩ Rachelis: Dan & Neptalim. Filij zelphȩ ancillȩ Lię: Gad & Aser. Hi sunt filij Iacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Gene. 35. d.

¶ De Iacob qui cum filijs venit in Aegyptum visurus filium suum Ioseph: a quo multis annis cum vniuersa eius familia fuit enutritus. Habetur Gene. 46. & 47. cap. & .i. Ioseph.

¶ De Iacob ęgrotante ad quẽ Ioseph filios adduxit: vt ipsius haberent benedictionem. Habetur gene. 48. & .i. in verbo Ioseph.

¶ Iacob moriturus benedixit filijs suis singulis, benedictionibus proprijs: & precepit eis dicens. Ego congregor ad populum meũ. Sepelite me cum patribus meis in speluca[n] duplici quę est i agro Ephrõ Ethei contra Mambre in terra Chanaã quã emit Abrahã cũ agro ab Ephrõ Ethei in possessionẽ sepulchri. Ibi sepeliuit eum & Sarã vxorem eius. Ibi sepultus est Isaac cum Rebeca coniuge sua. Ibi & Lia cõdita iacet. Finitisq; mandatis quibus filios instruebat: collegit pedes suos super lectulum, & obijt. appositusq; est ad populum suum. Gene. 49. d in fine.

¶ De sepultura Iacob. Habetur Gene. 50. in principio. & .i. Ioseph.

¶ Testamentũ suũ confirmauit dominus super caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus suis: & dedit illi hęreditatẽ: & diuisit illi partẽ in tribubus duodecim. Et conseruauit illi homines misericordię inuenientes gratiã in oculis omnis carnis. Eccl. 44. d. in fine.

¶ Iacob[o] dilexi (dixit dñs) Esau autẽ odio habui. Mala. 1. a.

¶ Fide Iacob moriens, singulos filiorũ Ioseph benedixit &[p] adorauit fastigium virgæ eius. ad hæbreos 11. cap. d.

Jacobus.

¶ Vidit Iesus duos fratres Iacobũ zebedęi & Ioannem fratrem eius in naui, cum zebedęo patre eorum: reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autẽ statim relictis[q] retibus & patre: secuti sunt eum. Mat. 4. d.

¶ Veni hierosolimã videre Petrum (dicebat Paulus) alium autem apostolorum vidi neminem pręter[r] Iacobum fratrem domini. ad gala. 1. d

¶ Herodes occidit Iacobũ fratrem Ioannis gladio. actu. 12. a.

s ¶Diuitiarū iactātia. Ois iactātia a sacrato ordīe aliena ē. Ita dicit tex. i c.1. i pri.21.q.4. imo etiā i oib9 ē pniciosa iactātia. Hic dicit notabilis tex. i c. Si qs pptet hoc.§. Nō est meū.versi. ꝙ si aliqd.1.q.2. si qui de fructibus suis eccl'ię: velut pro ipa expēsa sua/ cōtulerit: nō se pferāt inani iactantia illis/ quos nichil hñtes pascit & vestit eccl'ia. qa pfecto pfectior ē ille q se mūdi reb9 expoliat: aut qui cū nichil habuerit/ nec habere desiderat q̄ ille q ex multis q̄ possidet eccl'ię aliqd pstiterit: ac se de eo qd pstiterit/ forsitan iactat. Hęc tex. vbi Archi. in fi. allegat bonū dictū Gregorij in moralib9. In captiuitatē virt9: & pulchritudo in man9 redigit inimici: cū dece

Sapiē.5.b. **Iactantia.** ¶Diuitiarū [s] iactātia quid cōtulit nobis (dicēt ipij)

1.para.15.b &.c. **Ianitor.** ¶(Dauid cū ministeria domus domini ampliaret ianitores [t] & cantores [v] instituit) probatur.

2.para.23.d ¶Constituit [x] Ioiada pontifex ianitores in portis domus domini: vt non ingrederetur eam immundus in omni re.

Psalmo.77.c. **Ianua.** ¶Mandauit nubibus desuper: & ianuas cœli aperuit.

Ioan.20.f. ¶Venit Ihesus ianuis clausis ad discipulos. Et infra Ihesus.

Apo.3.d. ¶Ecce sto ad hostium & pulso. Si quis audierit vocem meam: & aperuerit [y] michi ianuā: intrabo ad illū: & cœnabo cum illo/ & ipse mecū.

2.macha.4.a.b.c. **Iason.** ¶Cum suscepisset regnū Anthiochus qui nobilis appellabatur: ambiebat Iason [z] frater Onię summū sacerdotium. adito [a] rege promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta: & ex redditibus alijs

s ¶ Extendēs Iesus manum tetigit eū: non quasi suo tactu sanare nō posset/ sed indicat se nō subiectū esse legi/ sed dn̄m legis qui nō timet contagium: hæc declaratio/ q est glo. ordi. pbatur. & inde effect⁹ colligit p textum in c. fi. §. his ita. 25. quęst. 1. vbi dicit. Sacrosancta Romana ecclesia ita canonib⁹ auctoritatem pstat vt seipsam non subijciat eis/ sed sicut Christus qui legē dedit ipsam legē carnaliter impleuit. Octauo die circūcisus quadragesimo die in tēplo cū hostijs psentatus vt in seipso eā sanctificaret. Postea vero: vt se dn̄m legis ostenderet: contra literam leprosum tangendo mūdauit. Apostolos quoꝙ contra literam sabbato sata pretergredientes/ spicasꝙ vellentes & confricantes manibus excusauit &c. Sic & summæ sedis pontifices canonibus: siue a se/ siue ab alijs sua authoritate conditis: reuerētiam exhibent/ & eis se humiliando ipos custodiunt/ vt alijs obseruandos exhibeant. nōnunꝗ vero: seu inhibendo/ seu decernendo/ seu aliter agendo: se decretorū dominos & cōditores ostendūt. Hæc textus.

t ¶ Vade ostende te sacerdoti. Hinc dicit Cyprianus. Dn̄s noster Iesus christus rex & iudex & deus noster/ vsꝙ ad passionis diem seruauit honorem pōtificibus & sacerdotibus: ꝗuis illi nec timorē dei/ nec agnitionem Christi seruassent. Nā cum leprosum mundasset: dixit illi. Vade & ostende te sacerdotib⁹/ & offer donum. Ita dicit tex. in c. dn̄s noster. in princi. 93. dis.

v ¶ Respondēs Centurio ait. Dn̄e non sum dignus &c. Circa hæc verba Centuriōis videri pōt tex. in c. Noli. in prin. 23. quęst. 1. dū ibi dicitur. Noli existimare neminem deo placere posse qui armis bellicis ministrat. In his erat sanctus ille Cēturio qui dn̄o dixit. Non sum dignus vt intres sub tectum meum. Secundo textus in. c. quotidie. De conse. dis. 2. de quo textu dictum est ŝ. in verbo. Aaron.

x ¶ Eijcient in tenebras exteriores/ ibi erit fletus & stridor dētium. de his verbis est bo. tex. Hieronymi in. c. Ecclesię principes. 35. dis.

y ¶ Fiat tibi & sanatus est puer. Operatorius est ergo sermo Christi: quod verum est nedū vt eius virtute aliter sint ea quæ erant: sed etiam vt ea sint/ quę prius non erant. c. Panis est in altari. de consecratio. distinct. 2.

z ¶ Tetigit manū eius/ & dimisit eam febris/ Luca referente: Christus prius p socru Petri rogatus est 19 eam

sanitati redderet. vt habet Lucę.4.g. De aliis etiā quos legit a mortuis resuscitasse & lepra mūdasse/vel illumi-nasse/vel eorū membra paralysi dissoluta consolidasse. Legitur q ipsorū sanitatem petitio ppriç vocis/vel amicorum pręcessit. Leprosus etiā ille/quem dñs descendens de monte mundauit: prius clamauit ad eum. Dñe si vis/potes me mundare: quē postea tangendo mundauit. Cæcus quoq dū clamaret ad eū. Miserere mei fili Dauid: Interrogauit eū Iesus. Quid vis vt faciā tibi? qui ait. Raboni/vt videā. Tres quoq mortuos aliorum orationib9 reddidit vitę.

¶Vespere facto obtulerunt Ihesu multos dæmonia habentes/& eiiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curauit: vt adimpleretur q dictum est per Esaiam prophetā: dicētem. Ipse infirmitates [a] nostras accepit & ægrotationes nostras portauit. Matth.8.b.

¶Vidēs Ihesus turbas multas circū se: iussit discipulos ire trans fretū. Et accedens vnus scriba: ait illi. Magister sequar te quocūq ieris. Et dicit [b] ei Ihesus. Vulpes foueas habēt: & volucres cœli nidos: filius autem hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Alius autem de discipulis suis ait illi. Domine permitte me primum ire & sepelire patrē meū. Ihesus autem ait illi. Sequere me & dimitte [c] mortuos sepelire mortuos suos. Matth.8.c. & Lucę.9.g

¶Ascendente Ihesu in nauiculam: secuti sunt eum discipuli eius. & ecce motus magnus factus est in mari/ita vt nauicula operiretur fluctibus. Ipse [d] vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius: & suscitauerūt eū: dicētes. Domine salua nos: perimus. Et dicit eis Ihesus. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgēs imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt: dicentes. Qualis est hic: quia venti & mare obediunt ei? Matth.8.c. & Mar.4.d & Lucę.8.d

¶Cum venisset Ihesus trans fretum in regionem Gerasenorum: occurrerunt ei duo habētes dæmonia/de monumētis exeuntes/ sæui nimis: ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt: dicētes. Quid [e] nobis & tibi Ihesu fili dei? Venisti huc ante [f] tēpus torquere nos. Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum pascens. Dæmones autem rogabant eum dicentes. Si eiicis nos hinc/mitte [g] nos in gregē porcorum. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes [h]/abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abiit totus grex/per pręceps in mare: & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt & veniētes in ciuitatē/nunciauerunt hæc omnia: & de his qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exiit obuiā Ihesu: & viso eo rogabant eum vt transiret a finibus eorum. Matth.8.d in fine. & Mar.5.a.& Lucæ.8.d.

¶Ascendens Ihesus in nauiculam transfretauit/& venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns [i] autem Ihesus fidem illorum: dixit paralytico. Confide fili: Matth.9.a & Mar.2.a b.& Lu.5.d

Quibus nimirū exēplis euidentissime dat intelligi: q ille quē culpæ macula inficit/ nisi confessione oris proprii/vel ecclesię intercessione: sanari non poterit. Tex. est de præmissis in c. Voluissent.§. deniq. versi. Christ9 quoq. de pœni. distinct.1.

a ¶Ipse infirmitates nostras accepit/& ęgrotationes nostras portauit. Hæc verba prophetæ (prout per euangelistam citantur) volunt redēptorem nostrū infirmitates nostras accepisse/& ægrotationes nostras portasse/non vt eas sibi haberet: sed vt ab eis nos eximeret & priuaret. Et ita intelligit hæc verba glo. interlinearis. Possunt tamen & aliter intelligi nō habita relatiōe ad effectum: de quo loquitur euangelista: vt velint/q Christus in propria persona assumpsit defectus humanos/seu pœnalitates carnis nostræ: puta frigus/famē/sitim/& similes pœnalitates carnis. Vnde (vt dicit Augustinus) si ipse in cruce mortuus non fuisset: ad vltimū senio defecisset. Fuit autem hoc congruum/q defectus nostros assumeret: propter iustitiam satisfactionis: quā pro nobis faciendā assumpserat: vt pro nobis perfecte satisfaceret p pœnalitates carnis nostræ. Itē propter fidē incarnationis/sine his enī pœnalitatib9 humana natura hoib9 nota nō fuisset. Itē propter exemplū patientiæ nobis pbendum ad tolerādas pœnalitates carnis humanæ. Præmissa ponunt per glo. Io. an. in cle.1. in verbo passibile. de sum. tri. & fi. catho. b ¶Dicit ei Iesus. Vulpes foueas habēt &c. Videat annotatio in verbo fouea. c ¶Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Videat annotatio §. in verbo dimittere. d ¶Ipse vero dormiebat & accesserunt ad eū. Dormit dñs vt roget/& rogantibus subueniat. Semper enī vult domin9 rogari. Ita dicit glo. interlinearis. pro qua est bo. tex. in c. obtine-ri.23. quęst.4. vbi dicit. Ea quę sancti viri orādo efficiunt/ita pdestinata sunt vt pcibus obtineant. Nam ipsa perennis regni prędestinatio/ita est ab omnipotēti deo disposita: vt ad hoc electi ex labore perueniant/quaten9 postulando mereant accipere/qd eis oīpotens deus ante secula disposuit donare. Hæc tex. Pro hac etiā declaratione est bo. tex. in c. Voluissent.§. deniq. versi. Christus. de pœni distinct.1. de quo text. dictū est §. eodē. in 4. proxi. annotatiōe. t. e ¶Quid nobis & tibi Iesu fili dei. Nō nouerūt dæmones exacta ac firma cognitione/Christū filium dei esse: si enī cognouissent: nunq dñm gloriæ crucifixissent. Credebant autē aliquādo illū dei filiū esse/ videntes signa. Iterū propter nimiā infirmitatem quam videbant in eo non credebant. Ita dicit glo. or. hic & idem dicit glo. in c. si quid. ver.1. in verbo dæmonū.37. dis. vbi citat hoc dictum euangelicum. f ¶Ante tēpus torquere nos. Sciebant enī q Christi iudicio torturam seu pœnā erant accepturi perpetuam. c.1. ibi illi cum diabolo pœnam perpetuam. de sum. tri. & fi. ca. g ¶Mitte nos in gregem porcorū. Hinc facile colligitur dæmones sua potestate hominib9 nocere nō posse: cum nec pecorib9 possint. Ita dicit hic glo. or. pro qua est bo. textus. in c. nec mirum. colū.2. versi. Nec ideo quisq debet credere.26. quæstione quinta. h ¶Illi exeuntes abierunt in porcos. Neminem de omnibus his dæmonibus (de quib9 meminit Lucas sub nomine legionis) reliquit Christus: ostendens/q si etiam peccata sint mille/oportet de oībus pœnitere. c. sunt plures. i. prin. vbi hæc historia ad hūc effectū deducit. de pœni. dis. 3. i ¶Vidēs Iesus fidē illorū (supple offerētiū) Animaduertat ergo qtū apud deū valeat fides ppria: cū apud ipm tm valuerit fides aliena/ vt & int9 & extra ho-

minem sanaret. Circa hoc dictũ(qd est glo. or.)noteť tex. in c.illud pscrutari.in fi. de cõsecra.dis.4.dũ ibi dr. Satis pie recteq; crediť prodesse paruulo baptisato fides eoꝶ a quibus offertur: vt hoc ecclesiæ cõmendat auctoritas: vt ex eo quisq; sentiat quid sibi prosit fides sua/quãdo in aliorum quoq; bñficio cõmoda sit. Hæc tex.

k ℭ Remittunť tibi peccata tua. Nota modũ curandi: prius eñ dimittit peccata/ tollẽs causam morbi: postea curat corpus. hinc medicis pręcipitur/ vt cũ eos ad ĩfirmos vocari contigerit: ipsos añ omnia moneant & inducant/ vt medicos ad

remittuntur [k] tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerũt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Ihesus cogitationes eorum: dixit. Vtquid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittũtur tibi peccata tua: an dicere surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge [l] tolle lectum tuum: & vade in domum tuam. Et surrexit & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt & glorificauerunt deum/qui dedit potestatem talem hominibus.

Matth.9.b. et mar.2.b c & Lucę.5.E ℭ Cum transiret inde Ihesus: vidit hominem sedentem in teloneo Matthęum [m] nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgens sequutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo. ecce multi [n] publicani & peccatores venientes discumbebant cum Ihesu: & discipulis eius. Et videntes Pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Ihesus audiens ait. Nõ est opus [o] medico valentibus: sed male habẽtibus. Euntes autem discite: quid est misericordiam volo/& non sacrificium. Non enim veni vocare iustos/sed peccatores.

Matth.9.b. et mar.2.c d. & lucę.5.fg ℭ Accesserũt ad Ihesum discipuli Ioãnis dicentes. Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Ihesus. Nunquid [p] possunt filij sponsi lugere q̃diu cũ illis est sponsus? venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. Nemo [q] autem immittit commissuram panni rudis in vestimẽtum vetus. Tollit enim plenitudinem eius a vestimẽto/& peior scissura fit. Neq; mittunt vinum nouum in vtres veteres: Alioquin rumpuntur vtres: & vinum effunditur: & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt/& ambo conseruantur.

Matth.9.c. & Mar.5.c. & Lucę.8.fg ℭ Hæc Ihesu loquente ad eos. ecce princeps vnus accessit: & adorabat cũ: dicẽs. Domine filia mea modo defuncta est: sed veni & impone manum tuam super eam/& viuet. Et surgens Ihesus sequebatur eum: & discipuli eius. Et ecce [r] mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis: accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius salua ero. At Ihesus conuersus/& videns eam: dixit. Confide filia. Fides tua saluam te fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Ihesus in domum principis: & vidisset [s] tibicines & turbam tumultuãtem: dicebat. Recedite. Non est enim mortua puella/sed dormit. Et deridebant

uocent aĩarum: vt postq̃ fuerit infirmo de spũali salute puisum/ad corporalis medicinæ remediũ salubrius procedatur. Et hoc quidem huic causam dedit edicto/q; quidam in ægritudinis lecto iacentes/cũ eis a medicis suaderetur vt de animarum salute disponant/ in desperationis articulũ incidunt/vnde facilius mortis periculũ icurrerũt Ita dicit tex. in c. Cum infirmitas.de pœni. & remis.

l ℭ Surge tolle lectum tuũ/ & vade in domum tuam. His verbis ostenditur. quænã vero pœnitẽti qui remissiõis obtinuit gratiam: faciẽda sint. Surgere enim(dicit glo.or.)est aĩam a carnalib9 desiderijs abstrahere. Lectũ tollere/ẽ carnẽ a terrenis desiderijs ad voluntatẽ spiritus attollere. Domũ ire/est ad paradisum redire: vel ad internũ sui custodiũ ne iterum peccet. q aũt hęc oĩa sint a vero pœnitẽte post cõsecutũ suoꝶ pctõrũ remissionẽ faciẽda: ẽ amplus & clarus textus August. in c. Consideret §. in his oĩbus. vsq; ad calcẽ.c.de pœni dist.5.

m ℭ Matthęũ nomine. Recurratur ad verbum Matthæus.

n ℭ Multi publicani & peccatores discũbebant cum Iesu. Christi exẽplo nonnunq̃ peccatorib9 possumus corpore sociari/dũ modo corde disiũgamur .i. peccatis eoꝶ non assentiamus: sed pro virili nostra. & prout nobis incumbit: eos arguamus/ & non superbe aut insultanter arguamus. c.A malis.23.quęst.4.&.c.quisquis.&.c. forte.cum similibus.eadẽ causa & quęst. Vnde dicit tex.in.c.Multi.paulo post prin.2.quæst.1. Nõ possunt hoĩes in hoc mundo manentes/nisi cũ malis viuere: nec eos possunt lucrifacere Christo/ si eorum colloquium conuiuiũq; vitauerint. Vnde dñs cum peccatoribus & publicanis comedẽs. Non est(inquit) necessarius sanis medicus/ sed male habentib9. Non enim veni vocare iustos/sed peccatores ad pœnitentiã. Hæc tex.

o ℭ Non est opus valentib9 medico&c. Videatur annotatio ꝫ.proxima.

p ℭ Nunqd possunt &c. Allegorice. Cũ reuertitur ad nos dñs & cogitat vt benefaciat nobis/ oĩs tristitia vertitur in gaudiũ: & fames pristina sermonis dñi/ præsentia doctrinarum eius & cęlestis panis saturitate cõpensatur. Tunc aũt ieiunamus/seu indicẽdus est ieiunij luct9: cũ auferť a nobis sponsus/& non meremur eius habere p̃sentiam. Pro hac declaratiõe/quæ est satis de mente. glo. or. est tex. expressus i.c. Ieiuniũ quarti. paulo ante finẽ.76.dis. de quo dictũ est in verbo ieiuniũ.

q ℭ Nemo autẽ immittit cõmissurã pãni rudis &c. Hac sententia innuiť veterẽ viuẽdi consuetudinẽ/ nõ esse subito seuerioib9 cõtinentiæ p̃ceptis onerandã: ne p supuenientẽ austeritatẽ/ nedũ seueriora p̃cepta nõ seruenť/sed etiã vetus: quę recte seruabať cõsuetudo/deserat. Vñ videať tex. in. c. Comessationes. circa me. 44. dis. vbi probať q etiã mala vetus obseruatio nõ est subito p asperitatẽ euellẽda.

r ℭ Ecce mulier q̃ sanguinis fluxũ patiebatur. Videať qd huic historię annotatũ est ꝫ. in verbo. Fides. vbi allegat9 est bo. tex. Aug. i. c. si. 5 distin.

s ℭ Cũ vidisset tibicines & turbã tumultuãtẽ dicebat recedite. Hoc dicto p̃monemur q vt recte deo viuam9: & a vitijs surgamus ad virtutes/animi passiones & turbę curaꝶ debẽt a nobis euelli. c. Nũq̃. circa pri. de cõsecra. dist. 5. &

c.1.§.in his oĩbus. in prin. de pœ. dis.5. dicit aũt Lucas ꝙ eiecta turba fuerũt adhibiti Petrus & Iacob9 & Ioã nes & pater & mater puellæ: quia blasphemis & irrisoribus nõ sunt reuelãda mysteria/ sed fidelibus qui honorent. Ita dicit glo. or. pro qua est tex. Origenis. in.c. in mãdatis. 43. dis. t ℂ Eiecta turba/ intrauit & tenuit manũ eius: & dixit. Puella surge: & surrexit. Filiã Archisynagogi (turbis eiectis) dñs suscitauit: nõ tamẽ (vt dictũ est .s. annotatione pxima) nisi p̃sentibus patre & matre puellæ/ Petro quoq; Iacobo & Ioanne: vitæ reddita est.

eum. Et cum eiecta esset turba: intrauit t/ & tenuit manũ eius: & dixit. Puella surge: & surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam.

ℂTranseunte inde Ihesu secuti sunt eũ duo cœci clamantes & dicẽtes. Miserere v nostri fili Dauid. Cum autẽ venisset domum accesserũt ad eum cœci: & dixit x eis Ihesus. Creditis quia hoc possum facere vobis? dicunt ei. Vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundũ fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorũ. Et cõminatus y est illis Ihesus dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa. Mat.9.c.d.

ℂEgressis cœcis (per Ihesum sanatis) ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habẽtem: Et eiecto z dæmonio locutus est mutus/ & miratæ sunt turbæ: dicentes. Nũq̃ apparuit sic in Israel. Pharisæi autem dicebant. In principe a dæmoniorum eijcit dæmones. Matth.9.d. Marcl.3.c. & Lu.11.b.

ℂCircuibat Ihesus omnes ciuitates & castella/ docẽs in synagogis eorum: & prædicans euangelium regni: & curans b omnem languorem & omnem infirmitatem. Vidẽs autem turbas/ misertus est eis: quia erãt vexati: & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dixit discipulis suis. Messis c quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suam. Matth.9.d. in fine. & Luc.10.a.

ℂConuocatis Ihesus duodecim discipulis suis: dedit eis potestatẽ spirituum immundorum: vt eijcerẽt eos/ & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Mat.10.a. & Mar.6.b & Lu.6.c.

ℂDuodecim discipulos suos (quorũ nomina ponũtur supra in verbo apostolus) misit Ihesus præcipiens eis: & dicens. In viam gentium ne abieritis: & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis/ sed potius ite ad oues que perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate dicẽtes: quia appropiquabit regnum cœlorũ. Infirmos curate: mortuos susci- Mat.10.a. b.c.d.

In quo moraliter instruimur vt secreta peccata (quę p mortem puellæ intelligunt) nõ nisi supplicationib9 ecclesiæ (quæ p patrẽ & matrem designant) & sacerdotũ ministerio (quæ per Petrũ Iacobũ & Ioãnem intelligunt) a dño existiment dimitti. tex. est ita dicẽs I.c. Quis aliquãdo. colũ. 1. de pœni. distinct. 1. Ideo aũt Ies9 domũ itrauit/ vt eã ido mo suscitaret: vt sic ostẽdat secreta peccata publicã pœnitẽtiã nõ exigere/ sed secreta posse pœnitentia deleri. hoc dictum est Rabani. p quo est tex. in. d.c. Quis aliquãdo. versi. Secreta nãq;. de pœni. dist. 1. & i.c. Si peccauerit. 2. quęst. 1. v ℂ Miserere nostri fili Dauid. Petitio p̃bat Christi miracula: vel (vt ait Chry.) ne aliqs æstimet eũ propter captãdã honoris magnificentiã insilire: qd ab eo omino alienũ fuit/ qa ipse humilis/ ad docẽdũ eos humilitatẽ venerat. c. Dñs noster. in prin. 93. distic. Vel. vt neminẽ i eo rogãdo & cõfitendo iniqtates suas de fide debere eẽ demõstraret. c. Voluissent§. in euangelio. de pœni. distinct. 1. x ℂ Dixit Iesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Qui cœcis poterat reddere visum (dicit Remigius) nõ ignorabat si crederent/ sed ideo interrogauit: vt fides eorũ quæ gestabat corde/ dũ confiterentur ore digna fieret ampliori mercede: scdm illud apostoli. Ore confessio fit ad salutẽ. De quo est tex. sæpe ĩ. allegatus. in.c. Vnico. de sacra vnct. Vel ideo de fide eos iterrogat (vt ait Chryso.) vt ostẽdat maiora eos oportere sentire. Prius eñ dixerãt eum filiũ Dauid: nunc vero dñm seu deum fatent. sicq; p obtinenda vera salute/ nedum Christi humanitatẽ/ sed etiã diuinitatem fateri oportet .c. Cũ Christus. de hære. y ℂ Cõminatus est illis Iesus. Dicit Grego. 19. mo. Quærendũ nobis est qd hoc velit ꝙ ipse oĩpotens/ cui hoc est velle qd posse: taceri virtutes suas voluit/ & tamẽ ab eis qui illuminati sunt quasi inuitus indicatur? Nisi ꝙ seruis suis sequentibus exẽplum dedit vt ipi quidẽ virtutes suas occultari desiderẽt. Et tamẽ vt alijs eorũ exemplo proficiant: prodant inuiti. Occultent ergo studio/ necessitate publicent: & eorũ occultatio/ sit custodia ppria: eorũ publicatio/ sit vtilitas aliena. Tex. est cũ hac Gregorij sententia idẽ sentiẽs I c. Quatuor. in fi. 12. quęst. 2. iuncto .c. Imitare Petrũ. 6. quæst. 1. In dicto eñ. c. Quatuor. dicit Ascriptam panperibus portionẽ: quãq; diuinis rationibus se dispẽsasse monstraturus quis esse videat: tamẽ iuxta hoc qd scriptum est. vt videãt opera vestra bona/ & glorificent patrẽ vestrũ qui in cœlis est. Oportet etiã præsenti testificatione prędicari. i. in aliquorũ pręsentia fieri: & ab eis cõmendari: & bonæ famæ p̃conijs non taceri. In dicto autẽ. c. Imitare Petrũ. ostendit neminẽ propriæ laudis appetitu/ debere se iactare. z ℂ Eiecto dæmonio locutus est mutus. Hinc dicit Aug. in. c. sunt Plures in prin. de pœni. distinct. 3 Sunt plures quos peccasse pœnitet: sed nõ oĩno reseruantes sibi quædã/ de quibus delectent: non aĩaduertentes dñm/ simul hoiem mutũ & surdum a dęmonio liberasse. Per hoc eñ docet nos nunq̃ nisi de oĩbus sanari. Hæc tex. a ℂ In principe dęmoniorũ eijcit dęmonia. De responsione Christi ad Phariseos hæc dicentes. habet Lucę. 11. b. & .s. in verbo. Dæmones. vbi factæ sunt annotationes. b ℂ Curãs oẽm languorem & oẽm infirmitatem. Circa curationes per Christum factas potest hoc loco notari textus in. c. Adhuc perfidi instant. de pœni. distinct. 3. vbi dicit Augustin9 cuius ẽ ille tex. Ideo Christ9 multos sanauit cœcos/ claudos/ & aridos: ne desperet de se peccator. Ideo autẽ non scribitur aliquem/ nisi semel sanatum: vt quisquis timeat iungi peccato/ non tamen desperet: sed potius frequentem expectet sanationem: si frequenter peccans frequenter pœniteat. Videmus enim quotidie sæpe febricitantes/ sæpe languidos/ sæpe passionibus captos/ sæpe liberari: vt appareat totiẽs opus miserentis/ quotiẽs cõfessio fit pœnitẽtis. Quõ enim corp9 (qd vili9 est & ab ipo dissimilius) sępe sanaret: & aĩam digniorẽ & redẽptã nõ toties liberaret? Hęc ibi. c ℂ Messis quidã multa: opari) aũt pauci. Rogate ergo &c. Messis multa

tate: leprosos mundate: dęmones eijcite. gratis [d] accepistis: gratis date. Nolite [e] possidere aurum/ neq; argentum: neq; pecuniam in zonis vestris. Non peram in via/ neq; duas tunicas/ neq; calciamenta/ neq; virgam. dignus est operarius cibo suo. In quancunq; [f] enim ciuitatem aut castellum intraueritis: interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete/ donec exeatis. Intrantes [g] autem in domum: salutate eam: dicentes. Pax huic domui. & si quidẽ fuerit domus illa digna/ veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna/ pax vestra reuertetur ad vos. Et quicũq; [h] non receperit vos: neq; audierit sermones vestros: excutites foras de domo/ vel ciuitate: excutite puluerẽ de pedibus vestris. Amen dico vobis: tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorreorũ in die iudicij q̃ illi ciuitate. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. Estote [i] ergo prudentes sicut serpentes: & simplices sicut colũbæ. Cauete autem ab hominibus: tradẽt enim vos in cõcilijs: & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad præsides & ad reges ducemini propter me in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo/ aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim estis vos qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet [k] autem frater fratrem in mortem/ & pater filium: & insurgent filij in parentes: & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meũ. Qui autẽ [l] perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Cum autem [m] persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam &c. Vbi multa alia de verbis Christi ad discipulos: quæ locis aptis inserũtur. Et de istis etiã habetur Mar.6.a.

Mat.10.abc ¶ Cũ consummasset Ihesus/ præcipiens duodecim discipulis suis: trãsiũt inde vt doceret/ & prædicaret in ciuitatibus eorum.

Mat.11.c. ¶ Ioãnes cũ audisset in vinculis opera Christi: mittẽs duos de discipulis suis: ait illi. Tu es qui vẽturus es: An aliũ expectam⁹? &c. Et. J. Ioã. ba.

Mat.12.a. ¶ Cœpit Ihesus exprobrare ciuitatibus in quibus sunt factæ plurimę virtutes eius: quia non egissent pœnitentiam. Vę tibi [n] Corrozaim: vę tibi Bethsaida: quia si i Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factę sunt in vobis: olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Veruntamẽ dico vobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij/ q̃ vobis. Et tu Capharnaum: nunquid vsq; in cœlum exaltaberis? Vsq; in infernum descẽdes. Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te: forte mansissent vsq; in hanc diem. Veruntamen dico vobis: quia terræ [o] Sodomorum remissius erit in die iudicij/ q̃ tibi.

(vt ait Hiero.) populorũ signat multitudinẽ: operarij pauci/ penuriã magistrorũ. put etiã est bo. tex. in c. In nouo. i fi. 21. dist. de quo textu dicet. Lucę. 10. a. d ¶ Gratis accepistis/ gratis date. Videat qd in hui⁹ annotatiõe snię dictũ est s. in verbo gratis. e ¶ Nolite possidere aurũ &c. dignus est em. &c. Aug. de cõcor. euãgelistarũ dicit/ q ideo postq̃ dñs dixerat: nolite possidere aurũ &c. cõtinuo subiecit. dign⁹ est eñ operarius cibo suo: vt se sine istis/ aplos mittere oñderet. non quia hũanę iustẽ rationi nõ essent necessaria: sed vt eis hæc deberi demõstraret qb⁹ euãgeliũ credẽtib⁹/ ãnũciarent. Nec Chrs dedit eis pceptum/ vt sine istis irẽt: sed solã dedit eis potestatem/ vt securi sine istis essent expectãtes alimoniã ab his qb⁹ euãgelizarent. Alioqui si pceptum dedisset Christus. Paulus fuisset effractor ipsius cũ nõ ab his qbus euãgelizabat sed manibus suis victũ sibi quæreret. Tex. ẽ vbi hęc habẽtur: (tametsi nõ sit text⁹ Aug. sed psperi) in c. Sacerdos cui cõmissa. 1. q. 2. f ¶ In quãcũq; ciuitatẽ aut castellum. &c. [illegible] snię facta ẽ annotatio s. in verbo dign⁹. g ¶ Intrãtes in domũ salutate eã. &c. Similis ẽ snia Lucę. 10. a. Cui facta est ãnotatio s. i verbo dom⁹. vbi videatur. h ¶ Quicũq; nõ receperit vos. &c. In loco aplorũ successerũt epi/ de quibus ppterea dr satis conformiter ad ea q̃ hic dicuntur de aplis. Qui eos recipit & verba eorũ/ deũ recipit: q aũt respuerit eos/ eũ a quo missi sunt & cuius legatiõe fũgũt spernit/ spernetur & ipse indubitanter a dño. tex. ẽ (vbi hæc verba ponũt) in c. In nouo. 21. dist. i ¶ Estote prudẽtes. &c. De istis verbis tex. est clar⁹. in c. Qui ecclasticis. §. Ecce versi. hinc etiã pri⁹. 36. dist. & in c. Si cupis. 16. q. 1. k ¶ Tradet autẽ frater fratrẽ. &c. Videant q̃ huic snię annotata sũt s. i verbo frat. l ¶ Qui ãt pseuerauerit. &c. De pseuerantia dicet i verbo pseuerare. m ¶ Cũ autẽ persequentur. &c. Circa hãc sniam videat tex. in c. Sicut alteri⁹. circa me. 7. q. 1. vbi dr. Si eps psecut⁹ fuerit in sua eccłia/ fugiendũ ẽ illi ad alterã ecclesiã/ eiq; ẽ sociãd⁹/ dicẽte dño. Si vos psecuti fuerĩt in vna ciuitate: fugite i aliã. Et in c. Aduersitas. versi. Vñ Augu. ait. 7. q. 1. vbi dr. Augu. ait. Fugiat mĩster Chri sicut Christus in Aegyptũ/ fugiat q specialiter q̃rit: dũ per alios est firma sal⁹ ecclię. Hic dñs ait discipulis. Si vos psecuti fuerit i vna citate/ fugite i aliã. &. 23. q. 3. in pri. vbi dr. Cũ discipulis suis ait Christ⁹. Si vos psecuti fuerit in vna ciuitate fugite in aliã: nõ arma armis sed fugã psequẽtib⁹ docuit opponi. Hoc tñ vltimũ dr allegãdo: iuadẽtib⁹ eni nõ semp fugã/ sed armorũ resistẽtiã possum⁹ obijcere. put dictũ ẽ s. in verbo fuga. o ¶ Terrę Sodomorũ remissi⁹ erit q̃ tibi. Hic dicit tex. i c. Nõne. i pri. 1. q. 1. Nõne Sodomitę ethnici erãt. i. gẽtiles/ pejores ergo Iudęi quib⁹ dñs dicit. Tolerabili⁹ erit Sodomis i die iudicij q̃ vobis. Et qb⁹ ppheta dixit. Iustificãtis Sodomã. i. cõpatiõe vra iusta facta ẽ. Hęc tex. vbi glo. (i verb. peiores) dicit. Iudęos Sodomitis iõ peiores: qa illi tm naturalẽ legẽ trãsgressi sũt: isti etiã scriptã/ illi pdicatores nõ habuerũt/ isti ẽt Ihesũ Chrm. Apd illos nulla miracula facta sũt: apd istos multa facta sũt. & pręterea isti crucifixerũt saltẽ crucifixioni suę causam dederũt. n ¶ Vę tibi Corrozain/ vę tibi Bethsaida: qa si in Tyro & Sydõe. &c. Circa hãc sniã notãd⁹ oino est bo. tex. Aug. i c. Nabuchodonosor. col. fi. i versi. de Tyrijs. alias ẽ i c. de Tyrijs. 23. q. 4. vbi dr de Tyrijs & Sydonijs. Quid aliud possum⁹ dicere/ q̃ nõ eẽ eis datũ desup vt crederẽt/ quos credituros fuisse ipa veritas docẽt/ si talia/ qualia apd nõ credẽtes facta sunt virtutũ signa vidissent. Quare autẽ hoc eis negatũ fuerit dicãt si possunt q calũniant: & ostendãt/ cur apud eos dominus mirabilia: qb⁹ profutura non erãt fecerit/ & apud eos quibus profutura erant non fecerit. Nos etenim si rationẽ facti/ profunditatẽ iudicij eius penetrare non possumus.

Manifestū Time tñ scimus & verū esse quod dixit/ & iustum esse quod fecit/ & non solū Tyrios & Sydonios / sed etiam Corrosain/ & Bethsaida potuisse conuerti & fideles ex infidelib⁹ fieri/ si hoc in eis voluisset dominus operari. Neq; enim vlli falsuȝ videri pōt/ quod veritas ait. Nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datū a pře meo. Hæc tex. p ℭ Licet sabbatis benefacere. Videantur quæ dicta sunt ˢ. in verbo dies. x. super illud Leuitici. 23. Omne opus seruile nō facietis in eo.

ℭDe Ihesu Phariseos increpante/ ꝙ discipulos eius spicas vellentes in sabbato repĥēdissent: habetur Matth. 12. a. Et. ˢ. i verbo discipulus. Mat. 12. a.

ℭCum transisset inde Ihesus/ venit in synagogam phariseorū. Et ecce homo manum habens aridam: & interrogabāt eum: dicentes. Si licet sabbatis curare/ vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & si ceciderit hæc sabbatis in foueam: nonne tenebit & leuabit eā/ Quāto magis melior est homo oue/ Itaq; licet [p] sabbatis benefacere. Tunc ait homini. Extēde [q] manū tuā: & extendit/ & restituta est sanitati sicut altera. Mat. 12. a. Marci. 3. a. Lucæ. 6. b.

ℭExeuntes autē Pharisei/ cōcíliū faciebāt aduersus Ihesum: quomodo perderent eū. Ihesus autē sciens/ recessit [r] inde: & secuti sunt eū multi: & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent: vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam/ dicentem. Ecce puer [s] meus quem elegi: dilectus meus/ in quo bene cōplacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum: & iudicium gentibus nūciabit. Non [t] contendet/ neq; clamabit/ neq; audiet aliquis in plateis vocē eius. harundinem quassantem non cōfringet: & lignum fumigans nō extinguet: donec eijciat ad victoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. Mat. 12. b.

ℭOblatus est Ihesu dæmonium habens cæcus & mut⁹/ & curauit [v] eū ita: vt loqueretur & videret. Et stupebāt omnes turbæ: & dicebāt. Nūquid hic est filius Dauid/ Pharisei autem audientes: dixerunt. Hic non eijcit dæmones: nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Ihesus autem sciens cogitationes illorum: dixit illis. Omne regnum [x] in se diuisum desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit. Et si Sathanas Sathanam eijcit aduersus se: diuisus est. quomodo ergo stabit regnum eius/ Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones/ filij [y] vestri in quo eijciunt/ Ideo ipsi [z] iudices vestri erunt. Si ego autē in spiritu dei eijcio dæmones: igitur peruenit in vos regnum dei. Aut quomodo potest quisq; intrare in domum fortis: & vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem/ Et tūc domum illius diripiat. Qui [a] non est mecum: contra me est. & qui non cōgregat mecum: spargit. Ideo dico vobis. Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem [b] blasphemiæ non remittetur. Et quicūq; dixerit verbum contra filium hominis: remittetur ei. qui autē [c] dixerit verbum contra spiritum sanctū: non remittetur ei neq; in hoc seculo/ neq; in futuro. Mat. 12. bcd. Mar. 3. c. d. Lucę. 11. bc.

Et apud Lucam multa habētur de verbis Christi ad Phariseos quæ locis aptis comperientur.

q ℭ Extēde manum tuā. Hic docemur (dicit glo. or.) ꝙ frustra ꝑ peccatis rogaturus manus ad deum expādit / q has ad pauperes ꝑ posse nō extendit. Pro hoc facit qd dicit Hiero. in c. Qui clemētiā. 86. disti. dū ibi dī. Qui clemētiā non habet nec indut⁹ ē viscera misericordię q̄nis spūalis sit/ nō adiplet legem Chři. r ℭ Recessit inde. Hinc odientes nos & persequentes fugere docemur. c. Aduersitas. §. hoc etiā. versi. Augustin⁹. 7. q. 1. s ℭ Ecce puer meus. Verba sunt ꝓphetę loquētis in psona dei patris. Ideo aūt puerū .i. seruū vocat eū/ qa humilis & seruus in terra apparuit. c. Domin⁹. 93. dist. t ℭ Non cōtēdet neq; clamabit &c. Quia cū maledicerel nō maledicebat: sed sicut ouis ad occisionē duct⁹ ē/ & non aperuit os suū. c. Si eni. col. 3. de pœni. dist. 2. v ℭ Curauit eū ita vt loqueretur & videret. Tria signa (dicit Hiel.) simul ī vno hoīe facta sunt. Cæcus videt/ mutus loquitur/ possessus a dęmōe liberatur: quod quidē tunc carnaliter factū est/ sed quotidie cōplet ī cōuersione credētiū / vt expulso dęmone primū fidei lumē aspiciāt. deinde ī laudes dei/ tacētia pri⁹ ora laxent. Pro hoc dicto bonus est tex. ſępe s. allegatu. . in. c. 1. §. in his oib⁹. de pœni. dist. 5. x ℭ Omne regnū in se diuisum. &c. Videat annotatio ī verbo diuisus. y ℭ Filij vestri in quo eijciunt/ Dicit Hieronym⁹ ꝙ p filios Iudęorū / vel exorcistas legis gentis illius ex more signat. & pro hoc ē tex. 21. distinct. paulo post prin. Vel apostolos ex eorū stirpe generatos/ ꝑut dicit tex. in c. Cū igitur. §. hac itaq; versi. Est aūt & alia causa. 35. q. 1. z ℭ Ipsi iudices vři erunt. Filij vestri exorcistæ/ iudices vestri erūt/ nō pťate sed cōparatione. Dū illi expulsionē dęmonū deo assignant/ voa principi dęmonio℞. Vel: filij vestri. .i. apľi iudices erunt/ qa sedebūt in duodecim solijs iudicantes duodecim tribus Israel. Circa hāc geminā expositionē (q̄ Hiero. est) videat qd apd canonistas notāter dicit Archi. in c. Vetcor. 8. q. 1. de quo dictū est ˢ. in verbo dies. q. a ℭ Qui nō est mecum contra me est: & qnō cōgregat mecū/ spargit. Circa hanc sententiam & ꝑ eius accōmodatiōe/ videat primo textus Hierony. ad pōtificē Romanū scribētis in c. Quonia vetus. in fi. 24. q. 1. vbi dicit Hiero. Quia ꝑ facinoribus meis ad eā solitunē cōmigraui/ quę Syriā confīnio barbarię fine determinat/ non possū sanctū dñi tot interiacentib⁹ spacijs a sāctimonia tua semper expetere. Ideoq; collegas tuos Ægyptios martyres & cōfessores sequor/ & sub onerarijs parua nauicula delitesco. Nō noui Vitalē/ Miletū respuo/ ignoro Paulū: quicunq; eē nō tecū colligit/ spargit hoc est/ qui Christi nō est/ Antichristi est. Secundo pro habēda simili sententia videat textus in l. Cœlicolarū. in fi. C. de Iudęis. vbi dī. Certū ē q; qd a fide Chřianorū discrepat/ legi Chřianę eē cōtrariū. b ℭ Spūs blasphemię nō remittet. Videatur quod istis verbis annotatum est supra in verbo blasphemia. c ℭ Quicunq; dixerit verbum contra spiritum sanctum. &c. Primo (dicit glo. ordi.) qui gratiam spiritus

(qua pœnitētiā inspiraē/& ad congregātionē rediē)non cognoscēs/impœnitēti corde pmāserit (cū hoc iam non sit hūanū sed diabolicum)irremissibile erit. Pro hoc dicto est bo.tex. in c.fi.i fi.de pœ.dist.7.dū ibi dī Sine fine torquebitur/qui nunq̄ virtute ditatur. Sēper enim sine charitate torquebitur sine fine.& in c.3.§.Alias.ver. Quicūq̧.25 distin.vbi de eo qui impœnitēs decedit dicitur. transitorio igne purgari non poterit/ sed æterna illū flamma sine vllo remedio cruciabit. Vnde dicit hic Hiero.q̄ per hanc Christi sentētiā reprobatur Origenes/ omnes veniā cōsecuturos post vniuersale iudiciū trāsactis tamen multis sæculis asserēs. Origenes eni tametsi vir alioqui & religionis & litterarū sacraꝝ cultor vigilantissimus/ tamen in aliquibus suis assertionibꝰ aberrauit, Pro quibꝰ Origenis falsis/aut saltē nō veris assertionibus/recurrēdū est ad Hieronymū/dicēte Gelasio papa in c. Sācta Rhomana.col.2.15. distin. Origenis nōnulla opuscula quæ vir beatus Hiero.nō repudiat/ legenda suscipimꝰ/reliqua autē oia cū auctore suo dicimꝰ esse renuēda. Hæc tex. d ¶ Et fratres. Fratres domini(dicit Hiero.)non filios Ioseph/sed cōsobrinos suos.i.filios matertetę domini/hoc est filios sororis Marię intelligamus. Pro hac declaratiōe est bo.tex.cū glo.in c. Iacobus frater domini.de cōse.di.1.de quo & cæteris quę hic dici possēt/ dictū est s. in verbo Iacobus. e ¶ Quę est mater mea/& fratres mei? His verbis non abnuit Christꝰ qui officia seu obseqa debita sint matri & parentibus exhibenda:sed ita exhibenda docet/vt quę spiritualia sunt/affectioni carnali præpo-

Mat.12.d.i fine. Marci.3.d. Lucę.8.c. ¶ Loquente Ihesu ad turbas: ecce mater eius & fratres [d] stabant foris/ quærētes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi:ait. Quæ est [e] mater mea/& qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos:dixit. Ecce mater mea/& fratres mei. Quicūq̧ enim fecerit volūtatem patris mei qui in cœlis est:ipse meus frater/soror/& mater est.

Mat.13.a. i principio. Marci.4.a Lucę.8.a. ¶ In illo die exiens Ihesus de domo sedebat secus mare. Et congregatę sunt ad eum turbæ multæ:ita vt in nauiculā ascendens/sederet:& omnis turba stabat in littore. Et locutus est eis multa in parabolis.

Mat.13.g. in fine. Marci.6.a. Lucæ.4.d. ¶ Cum consummasset Ihesus parabolas trāsijt inde:& veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum:ita vt mirarentur & dicerēt. vnde huic sapiētia hæc:& virtutes? Nōne [f] hic est fabri filius? nōne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus/& Ioseph/ & Simon & Iudas & sorores eius: nonne omnes apud nos sunt? vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Ihesus autem dixit eis. Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua:& nō fecit [g] ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

Mat.14.b. Marci.6.e. Lucę.9.b. ¶ Decollatus est Ioannes iussu Herodis/in carcere. Et accedentes discipuli eius:nunciauerunt Ihesu. Quod cū audisset Ihesus:secessit [h] inde in nauiculā/in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbæ secutę sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens/vidit turbam multā: & misertus est eis:& curauit languidos eorum.

Mat.14.bc Marci.6.e. Lucæ.9.b. Ioan.6.a. ¶ Vespere facto accesserunt [i] ad Ihesum discipuli eius:dicentes. Desertus est locus/& hora iam præterijt:dimitte turbas vt euntes in castella/ emant sibi escas. Ihesus autem dixit eis. Non habent necesse ire:date [k] illis vos mādūcare. Respōderunt. Nō habemus hic nisi quinq̧ panes/ & duos pisces. Qui ait eis. Afferte michi illos huc. Et cū iussisset [l] turbam discūbere super fœnum: acceptis quinq̧ panibus & duobus piscibus/aspiciēs in cœlum/benedixit:& fregit [ll]/& dedit discipulis suis pa-

namus. Hęc expositio est de mente glo.or.pro qua est tex.apertus.in c.est pbanda.in fi.86.dist.& in c.cui portio.in fi.12.q.1. f ¶ Nōne hic est fabri filius? Videatur annotatio in verbo Faber. g ¶ Nō fecit ibi virtutes multas propter incredulitatē illoꝝ. Hinc dicit textus in c. Paulianistæ. in fi.11 q.1. Sunt qui baptismū quidē accipiūt/virtutē vero non cōsequūtur/quā sine fide nullus consequi pōt. Vnde de dn̄o dicitur q̄ in patria sua nō poterat .i.nolebat(quia potentię suę non congruebat)facere signū pp̄ter incredulitatem eoꝝ. Hęc tex. qui est de multiplici signo intelligendus. non eñ Christus in patria sua fecit multa signa/fecit tamē aliqua/prout innuiē hac sn̄ia. Nō fecit multa ne ciues incredulos pœnis cōdēnaret. Fecit aliqua ne pœnitꝰ essēt excusabiles. Ita Archi.i d.c.Paulianistę. h ¶ Secessit inde. Nō fugit timore(dicit Hiero.) sed secessit parcens inimicis/ne homicidiū homicidio iūgeret: dans nobis exēplum vt idem agamꝰ. Eos enim (dicit tex.i c. q̄tę.in fi.de sen.excō.) deliquētibꝰ fauere iterp̄tamur qui cū possint/facinoribus desinūt obuiare. Vel(scdm eūdē Hiero.)secessit inde:dans exemplum temeritatis vltro se tradētiū vitādæ/qa nō oēs eadem constantia pseuerant i tormentis/qua se torquendos offerunt. put ēt est bo. tex.i c.Pōt aliquis.de pœ.dist.1. i ¶ Accesserūt ad Ihesum discipuli eius &c. Scdm narrationē Ioānis dn̄s prospectis turbis q̄siuit a Philippo/vñ illis escędari possēt. quō ergo veꝝ ē quod Matthęꝰ hic narrat/priꝰ dixisse dn̄o discipulos/vt dimitteret turbas quo possent alimēta emere de pximis locis. Aug.de cōcor.euāgelistarū dicit/q̄ post hęc verba a discipulis dn̄o dicta dn̄s īspexit multitudinē/& dixit Philippo. Quod Ioānes cōmemorat/qd a Matthęo & alijs p̄termissū fuit: put sępe euenit/q̄ ab vno euangelistaꝝ aliqd dī: qd ab alio p̄termittitur. Nec tn̄ pptera q̄sq̄ moueri debet. Hęc Aug. qui similē ponit euāgelistaꝝ concordiā.i c. Periculose.de pœ.dis.1. Et facit qd dī i iur.hūano: testes.s.nō eē sibi cōtrarios/nec miorē vim probatiōis habere ex eo q̄ vnus dicit plus/& alter minꝰ. vt notaē in c.Licet causam.de pba. K ¶ Date illis vos mādūcare. Prouocat ad dandū: vt illis se nō habere testātibus/notior sit magnitudo miraculi. Per hoc innuēs p̄latos quorū fama debet apd turbas inotescere: sua virtutū opera nōnūq̄ celebriora & manifestiora facere/p sui ppl̄i maiori ędificatiōe. put ēt de hoc ē celebris textꝰ in c. Quatuor. i fi.13.q.2. Vel ideo puocat ad dādū: vt inuat q̄ p eos sunt pascēda ieiuna corda & sic etiā p successores eoꝝ facit tex.i c. Sit rector.& i c.fi.cū simi.43.dis. l ¶ Cum iussisset turbā discumbere sup fœnū. Iubet turbā discūbere sup fœnū: vt sic carnē nr̄am/q̄ fœnū est & oīs gloria eiꝰ velut flos fœni/calcādā esse demōstret. Ita Hiero. & apd Canonistas do. Archi. i c. Vnūorariū.§. Alias ea demū.col.1.25.dis. & dictū ē s. in verbo fœnū.1.j.ꝫno. ll ¶ Fregit & dedit discipulis suis: discipuli aūt dederūt turbis. Pro istoꝝ elucidatiōe verboꝝ

est bo tex. in c. Qui ecclesiasticis. §. Ecce. versi. Vsficu de quinq panib9.36.distin. vbi dicitur. Cum de quinq pa
nibus/quinq milia hominũ vellet dominus reficere: prius paoes accipiens/fregit:&postea discipulis/& p eos
demũ turbis apposuit: quia sacramenta legis & prophetarũ pri9 differendo exposuit:& postea eorum scientiã
discipulis dedit:& per eos tandẽ illã fidelibus dispensauit. Hæc textus.
m ℭ Tulerũt reliquias duodeci cophinos fragmentorũ &c. Quod superest turbis/a discipulis tollitur: quia se
cretiora mysteria/quę a
rudibus capi nequeunt/
nõ sũt negligẽter haben
da:sed a duodecim aplis
qui per duodecim cophi
nos signantur:& ab eo-
rũ successoribus diligen
ter inquirenda. Cophi-
nis enim seruilia opera
agũtur: & deus infirma
mundi elegit/vt confun
dat fortia. Circa hãc de
clarationẽ q est Rabani
& glo.or.hic. Videndos
est tex. in c. In mãdatis.
& in c. fi. §. pariter. 43.
dist. iuncto. c. pe. de pbẽ.
In dictis enim capitib9.
In mãdatis & fi. §. piter.
pbat secreta mysteria/
nedũ nõ esse indignis pã
denda:sed nec etiam ea
intelligere non valenti
bus:sed apud ipsos quo
rũ incũberet officio disse
minare si dignos & in-
telligere valentes habe-
rent eẽ reseruãda. in di-
cto aũt c. pe. probat deũ
infirma/& ignobilia mũ
di elegisse.
n ℭ Statim. Quia
(vt ait Ioannes ca. 6.) q
miraculũ viderãt panũ/
venturi erãt/ vt eum re
gẽ facerẽt. Vnde absces
sit docens honores mundanos potius a nobis fugiendos esse/q̃ expetendos. prout etiã est tex. in l. si quęq. in fi.
C. de epis. & cle. & in c. Miramur. cum similib9. 61. disti.

nes. Discipuli autem dederunt turbis. Et mãducauerunt omnes/& sa-
turati sunt. Et tulerunt [m] reliquias duodecim cophinos fragmentorũ
plenos. Manducantium autem fuit numerus quinq milia virorum:
exceptis mulieribus & paruulis.

ℭ Statim [n] cõpulit Ihesus discipulos ascendere in nauiculam: & præ- Mat. 14. cd
cedere eũ trans fretũ donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascen- Marci. 6. g
dit [o] in montem solus orare. vespere autẽ facto solus erat ibi. Nauicula Lucę. 5. c.
autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ven- Ioan. 6. b.
tus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos/ambulans supra mare.
Et videntes eum supra mare ambulantem/turbati sunt dicentes: quia
phantasma est. Et præ timore [p] clamauerũt. Statiq Ihesus locutus est
eis dicens. Habete fiduciam ego sum nolite timere. Respondens autem
Petrus/dixit. domine: si tu es/iube me venire ad te super aquas. At ipse
ait. veni. Et descendens Petrus de nauicula ambulabat [q] super aquam
vt veniret ad Ihesum. Videns vero [r] ventũ validum timuit. Et cum cœ-
pisset mergi clamauit/dicens: domine saluũ me fac. Et continuo Ihe-
sus extendens manũ appræhẽdit eũ: & ait illi: modicæ fidei quare du-
bitasti? Et cũ ascẽdisset [s] in nauiculã cessauit ventus. Qui autẽ in naui-
cula erant venerunt & adorauerunt eum/dicentes. Vere filius dei es.

ℭ Cum transfretassent venerũt in terram Genesareth. Et cum cogno- Mat. 14. d. in fine.
uissent eum viri loci illius miserunt in vniuersam regionem illam/& Marci. 6. g.
obtulerunt ei omnes male habentes: & rogabant eum vt vel fimbriam
vestimenti eius tangerent. Et quicunq [t] tetigerunt salui facti sunt.

o ℭ Ascendit in montẽ solus orare. Docet solitudinẽ pro oratione fundenda esse quęrendã: vt sic facili9
intra cubiculũ mentis oretur. De quo est glo. in cle. si dñm. de reli. & vene. sancto. in glo. magna/col. 2. & dice-
tur in verbo Orare.

p ℭ Et prę(timore clamauerũt: statimq Ihesus locutus est eis &c. Nauis ecclesiæ nõnõq sic pnersorũ insulti-
bus affligitur: vt discipulorũ exẽplo/necesse sit ad dñm prę(timore defectionis & lapsus ipi9 ecclię clamare. Vñ
tex. in extrauag. discipulorũ. sub ti. de cele. missarũ innitens simili clamori discipulorũ. de quo habet §. 8. ca.
dicit. Discipulorũ Chri gesta nos instruũt: vt in pelago huius mundi procella surgẽte/ad dignũ confugiũ re-
currere debeamus: Illi quidẽ cõmotione maris adeo grandi facta/vt fluctus in nauiculam quã Ihesũ sequẽtes
intrauerant/operirent: Christum dormientẽ vocib9 excitarũt supplicibus: & aduersus ingruentes tẽpestatis
impetus: ab eo salutis pręsidiũ postularunt. Cũ itaq catholicã ecclesiã/ q congregationẽ fideliũ cõprehendit:
videamus (pacis ęmuli zizaniorũq satores malitia pcurãte) discordiaꝝ flatib9 concitatã: earũq fluctus adeo
eleuatos q quasi operiãt ipam totam. Hæreticos insuper ecclesiã ipsam cernamus: & scismaticos impugnare
ferociter: ac vt in consutilẽ domini tunicã scindant multipliciter laborare. Cũ fratrib9 nostris/deliberatio-
ne pręhabita diligẽti: expediens imo necessarium potius ęstimamus: vt ad illũ/qui ad dexterã patris residet in
excelsis: qui caput ẽ congregationis eiusdẽ: cui potestas omnis tam in cœlo q in terra noscitur tradita: eiq ma
ria & venti obsecundãt: leuemus cũ manibus corda nostra: ipsumq deuotis pulsantes precibus/apud eũ sedu-
lis orationib9 insistam9: vt insurgentes præmissę fremitus tẽpestatis/q quasi vniuersorũ christicolarum regna
concutit: subditos cõtra dominos/violato fœdere erigit. Hęreticis & scismaticis ac rebellib9 ecclesię dei insur
gendi contra ipsam/eiusq iura vsurpandi: insania dãnabili ausum pandit: flatus cessare/ fluctusq pręnarratos/
quiescere sua faciat oĩpotenti virtute: cordaq hæreticorũ/scismaticorũ/aliorũq rebelliũ ad dei ecclesię vnita-
tẽ ac deuotionẽ/inclinet & habilitet. Vel forsan cũ præmissis pertinaciter intendant psistere/ipsorũ elidat su-
perbiã: eorũq obstinatam malitiã/sua virtute deterrere conterat & prosternat. Hęc tex. in cui9 fi. ponũt cer-
tę preces ad deũ p ecclesię naui pacanda fundendę. & viginti dies indulgentiarũ elargiũtur.

q ℭ Ambulabat super aquã. Ecce Ihesus super aquas ambulat. Ne ergo dubites Christum verũ corpus ha-
buisse/quia super aquas ambulabat. Hæc enim fuit Hæresis Appellitarũ: qui Christum hominem apparuisse
tantũ in fantasia dicebant. c. Quidam. versi. Appellitę. 24. q. 3.

r ℭ Videns vero ventum validũ timuit.
Quod Petrus timuit (dicit Hiero.) differentiam discipuli & magistri mõstrabat: sed alios discipulos mitiga-
bat. Si enim in duobus fratribus iessuris ad dexterã molestati sunt: multomagis hic molestati fuissent. Nondũ
eni erant spũ pleni. postea vero spiritnales effecti: vbiq Petro primatum concedunt. prout etiã est tex. in c. In
nouo. 21. dist.

s ℭ Cum ascendisset Ihesus in nauiculam cessauit ventus. Vt ascendente domino in na-
uiculam cessauit ventus: ita in quocũq corde dominus per gratiam adest: vniuersa bella quiescunt ĩ. sedãtur
sic scꝫ q nauiculæ cordis obesse non possunt. c. Si eni. col. 2. in prin. de pœni. dist. 2.

t ℭ Quicunq tetigerunt salui facti sunt. Nos (dicit Chrysostomus) non solum fimbriam/aut vesti-

mentum Christi habemus: sed etiã corpus eius/ vt comedamus. Si ergo qui fimbriã vestimenti eius tetigerũt/ tantam receperunt virtutẽ: multo magis/ qui totũ ipsum digne sumunt. Vñ dixit tex. in cle. Si dñm. col. 3. de reliq. & vene. sancto. Hic est cibus qui plene reficit/ vere nutrit/ summeq; impinguat/ non corpus sed cor: non carnẽ/ sed aiam: non ventrẽ/ sed mente. v ¶ Qui non respondit ei verbum. Differẽdo & nõ rñdẽdo/ patientiã mulieris & perseuerẽtiã nobis ostẽdit. Vñ ꝗtũcũq; ꝑcum nr̃arũ differatur exauditio: nõ desperare/ sed in ꝑcibus effundẽdis debem⁹ pergere. Inportuna enim mulier (dicit Hieronym⁹ de hac Chananea loquẽs in c. ĩportuna. in prin. de pœni. dist. 1.) tandẽ meruit audiri. & clauso cum seris hostio (media licz nocte) ab amico amicus panes tres accepit. Et deus ipẽ qui nullius intra se separi viribus põt/ publicani ꝑcib⁹ vincit vł supat. hęc tex. d. c. Importũa.

Mat.15.c. Marci.7.c. ¶ Egressus Ihes⁹ secessit ĩ partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier Chananea a finibus illis egressa/ clamauit: dicens ei. Miserere mei domine fili Dauid: filia mea male a dæmonio vexatur. Qui [v] non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum/ dicentes. dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autẽ respõdens ait. Non sum [x] missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. At illa venit/ & adorauit eũ: dicens. domine adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonũ sumere panem filiorum/ & mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Ihesus ait illi. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata [y] est filia eius ex illa hora.

Mat.15.i.fi. Marci.8.b. ¶ Cum transisset inde Ihesus venit secus mare Galileæ: & ascendẽs in montem sedebat ibi. Et accesserũt ad eum turbæ multæ habentes secũ mutos/ cœcos/ claudos/ debiles & alios multos: & proiecerunt [z] eos ad pedes eius/ & curauit eos: ita vt turbæ mirarẽtur/ vidẽtes mutos loquẽtes/ claudos ambulantes/ cœcos videntes: & magnificabant deũ Israel. Ihesus autẽ conuocatis [a] discipulis suis dixit. Misereor turbæ/ quia triduo iam perseuerant mecum & non habent quod manducent. Et dimittere [b] eos ieiunos nolo/ ne deficiãt in via. Et dicũt ei discipuli. Vnde ergo nobis in deserto panes tãtos/ vt saturemus turbam tantam? Et ait illis Ihesus. Quot habetis panes? At illi dixerunt: septem/ & paucos pisciculos. Et præcepit [c] turbę vt discumberent super terram. Et accipiens septem panes & pisces/ gratias agẽs fregit & dedit discipulis suis: & discipuli dederunt populo. & comederũt omnes & saturati sunt. Et quod [d] superfuit de fragmentis tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui mãducauerunt quatuor milia hominum extra paruulos & mulieres. Et dimissa turba/ ascẽdit ĩ nauiculã/ & venit ĩ fines Megedã.

Mat.16.bc. ¶ Venit Ihesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipu-

x ¶ Non sum miss⁹/ nisi ad oues ꝗ perierunt domus Israel. Huius dicti meminit tex. sed obiter tm̃. in c. Testes. §. Ecce. 2. q. 7. Hac aũt sñia/ non vult dñs dicere se solũ pro Iudęis/ nõ aũt ꝓ gentibus esse missũ: qñquidẽ pro oĩbus liberãdis venit. cle. 1. de sũ. trini. & fi. catho. sed q; primũ ad Israel missus est: vt illis non recipiẽtibus euangeliũ fieret ad gentes transmigratio. Pro hac declaratione quę est Hiero. est bo. tex. i c. Cũ igit. §. Hac itaq;. versic. deide. 35. q. 1. vbi ꝑmisso q; Christus apostolos elegit d plebe Iudaica: quorũ prędicatione/ de eadẽ plebe multi ad deũ conuersi/ originẽ ecclesiæ ꝑstiterunt. Subiũgit: deinde in cęcitate suæ pfidiæ (Iudaica plebe relicta) ad gentes/ quę tam fide ꝗ cognatione carnis/ a Chro erant alienę: prædicatio euãgelica trãslata est: & quasi consanguineę copulam Christus aspernatus: de aliena cognatione sibi vxorẽ elegit: adimplens illud quod ꝑ prophetã Osee prędixerat: in pctis vestris dimisi matrẽ vestram/ quasi adulterã & repudiatam. Hęc textus.

y ¶ Et sanata est filia eius ex illa hora. Hinc instruimur de ritu cathezizandi & baptizandi paruulos. Hęc enim mulier non ait. Salua filiam meã/ aut adiuua eam: sed miserere mei/ & adiuua me. Et nichilosecius in eius fide sanata est filia sua. Vnde orta est in ecclesia consuetudo/ vt in cathezizatione & baptismo paruulorũ/ alij fidem suã ꝓmittant: quatenus sicut fide istius mulieris sanata est filia eius: ita & fide catholicorum ꝓmittentium peccata paruulis relaxentur. Pro hac declaratione quæ est glo. or. post Rabanũ: est textus apertus/ de quo s̈. dictũ est in c. Illud pscrutari. de conse. dist. 4.

z ¶ Et proiecerunt eos ad pedes eius. Sic ergo miracula Christi semper pręit petitio propria vel aliena: prout etiam dicit tex. supra ad hunc effectum allegatus in c. Voluissent. §. in euangelio. de pœni. dist. 1.

a ¶ Conuocatis discipulis suis &c. Conuocat discipulos (dicit glo. ordina.) vt doceat superiores inferioribus cõmunicare consilia: prout etiam de hac communicatione consiliorum per superiores inferioribus faciẽda est tex. in c. Nouit. de his quæ fiunt a prælatis sine consen. capituli. & in c. Per. venerabilem. Qui filij sint legi. & facit tex. in cap. Esto subiectus. 95. distin.

b ¶ Dimittere eos ieiunos nolo/ ne deficiant in via. Circa hæc verba imprimis aduertendum est: q; prius dominus abstulit infirmitates/ & posteat dicit se velle cibare: quia prius sunt remouẽda peccata/ & postea anima verbis dei nutriẽda. Et de hoc est textus Origenis sępe supra allegatus in c. In mãdatis. 43. distinctio. Secundo: q; scdm Grego. in homelia. In pręsenti vita quasi in via sumus/ qua ad patriam pergimus. Ergo ne fideles in hac via deficiant pascendi sunt per prælatos/ doctores/ & curatos/ pane sane doctrinæ: prout etiam de hoc est bonus text⁹. in c. Inter cętera. in prin. de offi. ordi. Tertio pro litterali sensu horum verborum/ notetur textus Grego. in c. Religiosam. 12. quæstio. 2. vbi dicitur. Religiosam vitam eligentibus/ cõgrua nos oportet consideratione prospicere: ne cuiusꝗ necessitatis occasio/ aut desides faciat/ aut robur (quod absit) conuersationis infringat.

c Præcepit turbę/ vt discumberent super terram. Videatur quod dictum est ã: eodem Matthęi. 14. in annotatione illorum verborum/ cum iussisset turbam discumbere super fœnum.

d ¶ Quod superfuit de fragmentis/ tulerunt. Videatur annotatio s̈. eodem Matthęi. 14. ibi: tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum. &c.

los suos dicens. Quē dicunt [e] homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem baptistā/alij autem Heliam/alij vero Hieremiā/ aut vnum ex prophetis. Dicit illis Ihesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens [f] Simon Petrus dixt. Tu es Christus filius dei viui. Respondens autem Ihesus dixit ei. Beatus es Simon bariona/quia caro & sanguis nō reuelauit tibi/sed pater meus qui ī cœlis est. Et ego dico tibi/quia tu es [g] Petrus: & super hāc petram ædificabo ecclesiam meā: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorū. Et quodcūq ligaueris super terrā: erit ligatū & in cœlis. & quodcūq solueris super terrā: erit solutū & in cœlis. Tūc pcepit discipulis suis/vt nemini [h] dicerent/quia ipse esset Ihesus Christus.

¶ Exinde cœpit Ihesus ostendere discipulis suis: quia oporteret eū ire Mat.16.c.
Hierosolymam/ & multa pati a senioribus & scribis & pricipibus sacerdotū: & occidi/& tertia die resurgere. Et assumēs eum Petrus cœpit increpare illum/dicens. Absit a te domine: non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro. Vade [i] post me Sathana/scandalum es michi: quia non sapis ea quę dei sunt/sed ea quæ hominum.

¶ Post dies sex assumpsit [k] Ihesus Petrum/& Iacobum/& Ioānem fra- Mat.17.ab Marci.9. Lucę.9.
trē eius: & duxit illos in montē [l] excelsum seorsum: & trāsfiguratus [m] est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt [n] illis Moyses/& Helias cum eo loquentes. Respondens autē Petrus: dixit ad Ihesum. Domine bonum est nos hic esse. si vis faciamus hic tria tabernacula/tibi vnum: Moysi vnum/ & Heliæ vnum. Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce [o] vox de nube dicēs. Hic est filius me9 dilectus/ ī quo michi bene cōplacui ipsum audite. Et audiētes discipuli ceciderūt in faciē suā. Et timuerūt valde. Et accessit Ihesus/& tetigit eos: dixitq eis. Surgite: & nolite timere. Leuātes autē oculos suos neminem viderūt/nisi solū Ihesū. Et descēdētibus illis de mōte pcepit illis Ihesus/dicens. Nemini dixeritis visionem/donec filius hōis a mortuis resurgat.

¶ Cum venisset Ihesus ad turbam/accessit ad eum homo genibus pro- Mat.17.c. Marci.9.c. Lucę.9.c.
uolutus ante eum dicēs. Domine miserere filio meo/quia lunaticus est/ & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem/& crebro in aquam. Et obtuli [p] eum discipulis tuis: & non potuerunt curare eum. Respondens

e ¶ Quem dicunt hoies esse filiū hois. Hac Christi interrogatione docemur scdm Origenē: scrutari qualis sit apud hoies de nobis opinio: vt si mala sit/occasiones præcidamus/si bona sit/eius occasiones augeamus. Pro quo dicto bene facit quod dicit Aug. in sermōe de cōi vita clericorū. Nolo(inquiens) vt aliquis inueniat de vobis male viuendi occasionē. puidemus eni bona(vt ait Apl's)non solū corā deo/sed etiā corā hoib9. Propter nos nāq conscientia nostra nobis necessaria est: ppter vos fama nr'a nō pollui sed pollere debet in vobis. Hæc Aug. Et recitatur i c. Nolo. in prin. 12.q.1. f ¶ Respōdēs Petr9: dixit. Tu es Chr'us filius dei viui. Hinc dicit tex. in c. Maiores. ī prin. de baptis. Maiores ecclīæ causas(prēsertim articulos fidei cōtingentes) ad Petri sedē referēdas itelligit: qui eū quęrēti dn̄o quem discipuli dicerent ipsum esse/ respondisse notabit. Tu es Christus filius dei viui. De hac ēt confessiōe Petri est tex. cū glo. in c. Nō turbat. 24.q.1. Cętera videant. s. in verbo Caro. xx. g ¶ Tu es petrus & super hāc petrā ędificabo ecclīā meā. &c. Videat duplex diffusa ānotatio s. in verbo Ecclesia & cętera huic snię annotanda videant in verbo Petrus. h ¶ Nemini dicerēt/qa ipē eēt Ihesus Christ9. Ihesū.j. saluatorē se eē noluit pdicari populis ne scādalizarentur in eo/quem paulo post visuri sūt cōspui & crucifigi. qn̄q em̄ a bono cessari pōt propter scandalum: licet ppter scandalum non sit malū faciēdū. prout notatur in c. Qui scandalizabit. de reg. iu. i ¶ Vade post me sathana. &c. Præmissa ergo q̄ Petro dicta fuerāt/ super hanc petram ędificabo ecclesiā meā: & tibi dabo claues regni celorū promissionē respiciunt nō dationem in p̄senti. Alioqui postea in eo nō fuisset error cōpert9. Ita sentit glo. hic. & glosa in c. In nouo. In verbo Datus. 21. distin.

k ¶ Assumpsit Petrū Iacobū & Ioannē. Assumit hos tres qa qui æternę visiōis beatitudine frui volet necessum est sit Petrus.j. firmus in fide. Iacobus.j. vitiorū supplantator. & Ioannes.j. oia diuinę grē ascribens: cōtra supbiā vttę quę ex virtutib9 oriri solet. Hęc snia (quæ est glo. or.) satis probat p tex. in c. Bn̄dictus. in fi. & c. seq. versi. Porro. ibi. Deo auctore ea operari quorū merito sit dign9 ęterna salute. de pœni. dist. 4. iuncto c. 1. de hęre. l ¶ In montē excelsū. In hoc docemur(dicit Remigius) qa necesse ē oib9 q deū cōtēplari desiderāt vt nō in i terrenis iaceant: sed amore supnoꝝ erigāt: put ē tē bo. tex. sępe s. allegat9 in d. c. 1. versi. In his oibs de pœni. dis. 5. m ¶ Transfiguratus est añ eos. Tex. de Chri transfiguratiōe loqnēs in c. Quod qdā. §. oponit. versi. qd vt plane. 1. q. 1. dicit. Chr'us bis est transfigurat9 cū esset in carne. i. inter hoies carnales. In vna trāsfiguratione sol apparuit mirabilis: vt fides credētiū augeret ad contēplandā cœlestē gloriā sup se eleuatā. In altera/vt pegrin9 incognoscibilis de se dubitātib9 ire lōgius se finxit: & ne agnosceret/oculos eoꝝ tenuit. Ad quid aliud/nisi vt qa per fidē nō erat in cordib9 eorū/longi9 se ab eis recedere ostēderet: & quia ipm nō credebāt eē/qd erat. Videret eū aliū/q̄ erat. Ecce in vtraq visiōe/sua erat pn̄tia & veritas: sed ī vna exercebat fides/vt magis crederēt/quē diu credebant. In altera credebat icredulitas: ne ēt agnosceret qd videbāt. Hęc tex. n ¶ Apparuerunt cū eo Moyses & Helias. Moyses apparuit(q erat māsuetissim9 hoim) vt se ī māsuetudie venisse & euāgelicā legē māsuetudis plenā esse/demōstraret. put ēt dicit tex. ī c. Hęc aūt. §. Ex his oibs. circa me. 23. q. 4. Helias vero(q seuerus erat) apparuit: vt durū his qui legē euāgelicā temerauerint futurū iudicium demōstret. put ē tē tex. ī c. fi. in fi. de pœni. dis. 7. o ¶ Ecce vox de cœlo. De hac voce ē tex. clarus in c. fi. de conse. dist. 3. p ¶ Et obtuli eū discipulis tuis. &c. Hoc loco(vt dicit Hiero.) homo hic q venit ad Ihesū latēter accusat aplos Chri de ipossibilitate curādi: cū tn̄ ipossibilitas curandi nō ad ībecillitatē curātiū: sed ad eorū q curādi sūt fidē/referat. put etiā de hoc ē bo. tex. ī c. Cū infirmitas. in prin. de pœnt. & remissio.

autē Ihesus ait. O generatio icredula & peruersa quousq; ero vobiscū? vsq;quo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et icrepauit [q] illū Ihesus & exijt ab eo dæmonium: & curatus est puer ex illa hora. Tūc accesserunt discipuli ad Ihesum secreto & dixerūt. Quare nos non potuimus eijcere illum, dicit illis Ihesus. Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis. Si habueritis fidem sicut [r] granum sinapis/ dicetis monti huic trāsi hinc: & trāsibit: & nichil erit impossibile vobis. Hoc autem genus non eijcitur nisi per orationem & ieiunium [s].

Mat.17.d. ¶Cōuersantibus eis in Galilæa/dicit illis Ihesus. Filius hominis tradendus est in manus hominum/& occident eum: & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

Mat.17.d. in fine. & Marci.9.c. ¶Cum venisset Capharnaum (Ihesus & discipuli eius) accesserūt qui didrachmam accipiebant ad Petrū. Et dixerunt ei. Magister vester nō soluit didrachmam. Ait. Etiam. Et cum intrasset in domū/præuenit eum Ihesus dicēs. Quid tibi videtur Simō? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum a filijs suis/an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. dixit ei Ihesus. Ergo liberi sunt filij. Vt autem [t] nō scādalizemus eos/vade. [v] ad mare & mitte hamū: & cum piscē qui primus ascēderit/tolle. Et aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens/da eis [x] pro me & te.

Mat.19.a.ī prin. ¶Ihesus (cū consummasset sermones aliquos de quibus habetur Mathæi.18 .per totū) migrauit a Galilæa & venit in fines Iudææ trās Iordanem: & secutæ sunt eum turbæ multæ/& curauit eos ibi.

Mat.19.b. ¶Oblati sunt Ihesu paruuli, vt manus [y] eis imponeret/& oraret: discipuli autem increpabant eos. Ihesus vero ait eis: Sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cœlorū/& cū imposuisset eis manus: abijt inde.

Mat.20.c. ¶Ascendēs Ihesus Hierosolymā assumpsit duodecim discipulos suos secreto/& ait eis. Ecce ascendimus Hierosolymā/& filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis: & condemnabunt eum morte/& tradent eū [z] gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum: & tertia die resurget.

q ¶Increpauit illū Ihesus. Per hęc verba non ille qui patiebat: sed dęmon increpat scdm Chryso. In quo facto (scdm Remigiū) reliquit Christus exemplum persecutoribus: vt vitia persequātur: hoīes vero subleuent. Pro quo est bo. tex. in c. Duo ista. 23. q. 4. vbi dicitur. Duo ista noīa homo peccator non vtiq; frustra dicuntur: quia peccator est/corripe: quia homo/miserere. Nec oīno liberabis hoīem nisi cum persecutus fueris peccatorem. Et subiungitur. Non ergo suscipiamus peccatores/ propter hoc ꝙ sunt peccatores/sed tñ eos ipsos quia & hoīes sunt/hūana consideratione tractemus. Persequendo in eis propriam iniquitatē: misereamur cōem naturam. Hęc textus.

r ¶Sicut granum sinapis. Videatur quod istis verbis annotatum est ŝ in verbo fides. vbi ponitur hęc sententia.

s ¶Et ieiunium. Si autē (dicit Chryso.) infirmum est tibi corp⁹ ad continue ieiunandum/ non tñ ad orandū. Et si ieiunare non potes/potes tamē non lasciuire: non paruū autē est hoc neq; multū a ieiunio distās. Immo (vt dicit tex. in c. Ieiunium. de cōse. dis. 5.) hoc est præcipuū & summū ieiuniū.

t ¶Vt autē nō scādalizem⁹ eos etc. Sic ergo docet vt occurramus scādalo. De quo an scilicet/ & qñ debeam⁹ occurrere scandalo: reseruo dicendū in verbo scādalum.

v ¶Vade ad mare & mitte hamū. &c. Istud etiā simpliciter itellectū (teste Hiero.) ædificat auditorē dum audit dñz tātæ fuisse paupertatis: vt vnde tributa p se & apl'o solueret nō habuerit. ꝙ si quis obiicere voluit Iudā in loculis portasse pecuniam: respondebimus (dicit Hiero.) Rem pauperis in vsus suos conuertere: dñs nephas putauit/ nobisq; idem tribuit exemplū. Pro hoc dicto est notabilis tex. ī c. Quatuor. circa me. 12. q. 2. vbi dicit: Ea quę ecclesiasticis restaurandis ædificiis attributa sunt huic operi veraciter ꝑrogata/ locorū doceat instauratio sanctorū manifesta: quia nefas est si sacris ędibus destitutis in lucrū suum præsul impendia his sacris ædibus deputata conuertat. Hęc tex. In cuius fi. Idem subiungitur. In portione quæ attributa est pauperibus quia etiā talē in suos vsus conuertere non debet.

x ¶Da eis pro me & te. Hinc dicit tex. Ambrosii in c. Magnū. in prin. 11. q. 1. Magnum est & speciale documētum/ quo christiani viri sublimioribus potestatibus docentur esse subiecti: ne quis constitutionem terreni regis putat esse soluendam. Si enim censum filius dei soluit: quis tu tantus es/ qui putas esse non soluendum? Et in c. Tributum. in prin. 23. quęstio 8. dicit Vrbanus papa. Tributum in ore piscis piscante Petro inuentum: quia de exteriobus suis quę palam cunctis apparent/ ecclesia tributum reddit: non aūt totum piscem iussus est dare/ sed tantum staterem qui in ore eius inuentus est: quia non ecclesia dari iperatori: non pontificalis apex qui in ore capitis ecclesię ꝑeminet: subiici pōt regibus: sed sane (vt diximus) quod in ore piscis inuenitur/ pro Petro & domino dari iubetur quia de exterioribus eccl'ię quod constitutum antiquitus est/ pro pace & quiete qua nos tueri debent: imperatoribus persoluendum est. & in c. Iam nunc. paulo ante finem. 28. q. 1. dicit text⁹ Augusti. Ea sunt in officiis nostris gratiora/ quę cum liceret nobis etiā non impendere: tamen causa dilectionis impendimus. Vnde ipse dominus prior cum se tributum non debere soluere demōstrasset: soluit tamē/ vt non scandalizaret eos quib⁹ ad æternam salutem gerens maiorem consulebat. Hec tex. Cętera quę hic ī materia solutionis tributorū dici possent: dicentur in verbo tributum.

y ¶Vt eis manus imponeret. j. vt eis manu & voce benediceret. Hodie aūt paruuli offeruntur epīs/ vt eis manus imponant. i. vt eis manu & voce bñdicentes sacramentū manus impositionis. j. confirmationis conferant. c. Manus quoq; impositionis. de cōse. di. 5. De quo sacramēto satis dictū est ŝ. in verbo Confirmare.

z ¶Tradent eū gentibus ad crucifigendū. Hinc dicit tex. in c. Periculose. de pœni. dist. 1. Iudæi nequāq; propriis manibus Chrm occiderunt: sicut scriptū est nobis. Non licet interficere quēq̃. sed tñ ipsi lingua eū interfecerunt: dicētes. Crucifige crucifige eū. Hęc tex. vbi glo. dicit sermonē Chri quo dixerat se a gentibus crucifigendum/ fuisse impletū. Et de hoc est bo. tex. Augu. in c. fi. in verbo Permiserunt Chrm principibus interficere. 23. q. 3.

ℭAccessit ad Ihesum mater filiorum zebedei cum filijs suis: adorās & Mat.20.c.d
petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. dic vt sedeant hi Mar.10.fg.
duo filij mei/ vnus ad dexterā tuā: & vnus ad sinistrā in regno tuo. Respondēs autem Ihesus dixit. Nescitis [a] quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicē quidem meum bibetis: sedere [b] autem ad dexteram meam vel sinistrā: non est meū dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audiētes decem indignati sunt de duobus fratribus. Ihesus autē vocauit eos ad se/ & ait. Scitis [c]: quia principes gentium dominātur eorum: & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos. Non erit ita inter vos: sed quicūq; voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse/ sit seruus vester. Sicut filius hominis nō venit ministrari/ sed ministrare: & dare animam suam in redemptionem pro multis.

ℭEgrediētibus illis ab Hierico secuta est Ihesum turba multa. Et ecce Mat.20.d.i fine.
duo cæci sedentes secus viam audierunt quia Ihesus transiret: & clamauerunt dicētes. Domine misere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerēt. At illi magis clamabant: dicētes. Domine misere nostri fili Dauid. Et stetit & vocauit eos/ & ait. Quid [d] vultis vt faciam vobis? dicūt illi. domine: vt aperiātur oculi nostri. Misertus autē eorū Ihesus: tetigit oculos eorū. Et confesti viderunt & secuti sunt eū.

ℭCum appropiquassent Hierosolymis & venissent Betphage ad mō Mat.21.a.b
tem oliueti: tunc Ihesus misit duos discipulos/ dicens eis. Ite in castel- Mar.11.a.
lum quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam & pul- &Lu.19.ef.
lum cū ea: soluite & adducite michi. Et si quis aliquid vobis dixerit/ dicite: quia dominus [e] his opus habet/ & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi māsuetus/ sedens super asinam & pullum filiū eius subiugalis. Euntes autē discipuli: fecerunt sicut præcepit eis Ihesus. Et adduxerunt [f] asinā & pullum: & imposuerūt super eos vestimēta sua: & eū desuper sedere fecerūt. Plurima autem [g] turba strauerunt vestimēta sua in via. Alij autem cedebant ramos de arboribus/ & sternebāt in via. Turbæ autē quæ præcedebāt & quæ sequebantur/ clamabāt dicentes. Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini: osanna in altissimis. Et cū intrasset Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas: dicens. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est Ihesus propheta a Nazareth Galileæ.

ℭIntrauit Ihesus in templū dei/ & eijciebat [h] omnes vendentes & emē- Mat.21.b. Mar.11.a. Luc.19.g.

a ℭNescitis quid petatis. Matre petente/ filijs respōdet/ quorū voluntate illa petierat. Et sic qd meo noie fit: & voluntate mea/ satis facere dicor. de quo videatur qd dictū est in verbo facere. His aūt verbis qb9 duos fratres id petentes quod nondū meruerant: increpat/ eos arguit/ qui ad culmen anhelant honorum: cū tn̄ eos necdum probauerit via laborum. Pro hac declaratione glo. or. facit tex. i c. Miramur. in fi. 60. dis. dum ibi di. Etiā ad honores mundi sine suffragatione tēporis/ siue merito laboris: indignū est pueniri. & idē probat i c. 1.2.3.& 4. & in c. Statuimus. eadē distinctione.

b ℭSedere ad dexteram meā vel sinistram non est meū dare vobis: sed quibus. &c. Nō ē apd me qui de9 sum/ psonaꝝ acceptio. Vñ oēs qui merent: non aūt alij/ regnū accipiunt cœlorū. Hæc declaratio est glo. or. circa quā pōt videri textus in sępe allegato. c. pe. de prębendis.

c ℭScitis quia principes gentiū. &c. Huilis & mitis magister (dicit Hiero.) nec imodicę cupiditatis duos arguit: nec decem idignationis & liuoris: sed cōuenienti exēplo docet eos frustra īmoderata q̄sijsse/ & istos super eorū desiderio doluisse: cū ad sūma non potētia/ sed humilitate veniat. Tex. ē huic Hiero. declarationi iungendus in c. Multi sacerdotes. i fi. 40. dist. de quo dictū ē s̄. in verbo hūilitas.

d ℭQuid vultis vt faciā vobis (Sciebat dñs quidnā peterent: sed interrogat & exqrit eorū respōsionē: vt sic iteriorē cōtritionē peccatorū nō sufficere: sed ei adiūgendā esse exteriorē cōfessionē demonstret. tex. est sic accommodans hæc verba in. c. voluissent §. in euāgelio. versi. Cæc9 de pœni. distic. 1. vbi tamē vnici cæci fit mētio: sed erat alter istorū qui famosior erat. & de quo solo meminit Marcus.

e ℭDñs his op9 habet. Nō dixit: dicite dominus tuus his opus habet. vel dñs noster/ sed simpliciter dominus: vt sic se omniū dominū demōstret. Nā & peccatores sui sunt conditione: voluntate autē propria sunt diaboli. Pro hac declaratione quæ est Chrysostomi tex. est in. c. Nō est ꝙ cuiq̄. 15. questione. 1.

f ℭAdduxerūt asinā. Solus Matthæus asinā adductā refert. Alij vero euāgelistæ de asina tacētes: solius pulli meminerunt. Non ideo tamen in euangelistis contrarietas est: quia (vt supra dictum est) per plus & minus/ contrarietas non oritur: immo nec etiam specifica differentia. Quæ enim differunt per plus & minus/ non dicuntur differre specie. l. fi. ff. de fun. instruc. instru. ꝙ lega. Quid autem per asinā/ & quid per pullum mystice designetur: videatur hic per doctores sacros.

g ℭPlurima autē turba &c. Huius solēnis Ihesu Christi in Hierusalem receptionis meminit tex 23. quęsti. 3. in prin. dicēs. Quum duceretur dominus ad crucē: noluit cōmouere aduersus seniores Iudæorū/ turbam q̄ nuper ei obuiā processerat: & cū palmis & laudibus eū receperat. Istorū autem verborū turbæ q̄ præcedebant/ & quę sequebantur: clamabant Osanna: meminit glo. sed obiter tantum. in c. multi. in verbo trinitatis. de conse. dis. iiij.

h ℭEijciebat omnes vendētes & ementes. &c. Quidnam præsignauerit hæc ementium & vendentium eiectio/ & mensarum atq; cathedrarum euersio: declarat bonus tex. in c. ex multis. §. Chalcedonēse. 1. quæsti. 1. & in c. saluator. col. fi. eadē causa & quæsti. & in c. Et hoc diximus. 16. quæsti. 7. de quo triplici textu dictū est supra in verbo domus. in annotatione similis sententiæ/ quæ habetur Io. 2. c. Addendo tamen dictis ibidē notetur bo. tex. in c. Eijciens. in prin. 88. distinc. vbi di-

tes in templo: & mensas nummulariorum: & cathedras vendētium columbas euertit. Et dixit eis. Scriptū est: domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam spelūcam latronum. Et accesserūt ad eum claudi & cœci in templo/ & sanauit eos.

Matth.21.b ℂVidētes principes sacerdotum & scribæ/ mirabilia quę fecit Ihesus/ & pueros clamantes in templo: & dicentes. Osanna filio Dauid: indignati sunt. Et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Ihesus autem dixit eis. Vtiq̃. nunq̃ legistis: quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam/ ibiq̃ mansit.

Mat.21.bc. Mar.11.c. ℂMane reuertens Ihesus in ciuitatē esuriit: Et videns fici arborē vnā secus viam/ venit ad eam: & nichil inuenit in ea nisi folia tantū. Et ait illi: nunq̃ [i] fructus ex te nascatur in sempiternū: & arefacta est cōtinuo ficulnea. Et videntes discipuli: mirati sunt/ dicentes. Quomodo continuo aruit. Respōdens autē Ihesus: ait illis. Amē dico vobis. Si habueritis fidem & non hæsitaueritis: non solum de ficulnea facietis/ sed & si monti huic dixeritis: tolle & iacta te in mare: fiet. Et omnia quæcunq̃ petieritis in oratione credentes: accipietis.

Mat.21.c. Marci.11.d Lucę.20.a. ℂCum venisset Ihesus in templū: accesserunt ad eum docentem/ principes sacerdotum & seniores populi: dicentes. In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Respōdens autem Ihesus dixit eis. Interrogabo vos & ego vnum sermonem: quē si dixeritis michi: & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioānis vnde erat? ex cœlo an ex hominibus? At illi cogitabant inter se: dicentes. Si dixerimus e cœlo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerimus ex hominibus: timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannē sicut prophetam. Et respondentes Ihesu: dixerūt. Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego [k] dico vobis in qua potestate hæc facio.

Mat.22.b. & Lu.20.d. & mar.12.b ℂPharisei cōsiliū inierunt/ vt caperēt [l] Ihesum in sermone: & mittunt

citur. Eijciens dominus vendentes & ementes de tēplo/ significauit: quia mercator nunq̃. i. vix potest deo placere. Et subiungitur. Christus nummulariorū mensas euertit/ significans: quia in templo dei non debent esse nummi nisi spirituales. i. qui dei imaginem non diaboli portent: aut certe mensas nummulariorum. i. sacerdotum dicit scriptura. Nouo enim testamēto succedente priori: euersæ sunt scripturæ illorū. Secūdo notetur tex. in c. primo. eadem dis. vbi dicitur negociatores illi abominabiles existimātur: qui iustitiam dei minime cōsiderātes/ per immoderatum pecuniæ ambitū/ polluunt merces suas plus periurijs onerando/ q̃ precijs. Tales eiecit dominus de templo: dicens. Nolite facere domum patris mei/ domū negotiatiōis. Tertio notetur tex. Gregorij in c. Qui studet. j. q̃sti. j. vbi dicitur. Spūssancti dona præcio comparari/ quid aliud est q̃ capitale crimē & symoniaca hæresis? Quod q̃ detestabiliter in vtroq̃ testamento vindicatum sit: multorū exemplis facile apparet. Giezi enim gratia sanitatis Naamā Syro vēdidit. eandem gratiam sanitatis Heliseo vindicāte/ leprosus factus a misit. Iudas/ omniū redēptorē vendidit: mox laqueo suspēsus/ eandē redēptoris gratiā nō obtinuit. & merito/ quia nemo potest retinere qd vendidit. Simon etiam Magus cum eandem spiritussancti gratiā emere vellet: damnationis sententiam a Petro audiuit. Pecunia tua tecū sit in perditionem: quia domum dei existimasti pecunia possidere. Dominus etiam vt vendentes & emētes huius gratiæ expertes ostenderet: cunctos alios peccatores per gratiam in templo dimisit: singulariter vendentes & ementes increpans & flagellans/ de templo eiecit: in quo venditores & emptores suos gratia spiritussancti constat destitutos esse/ & vacuos. Quos enim Christus eiecit de templo: nunq̃ spiritus Christi sibi fecerat templum. Hæc tex. Quarto notetur textus eiusdem Grego. in c. quibusdam. j. quæstio. j. vbi dicit Gregorius. Quibusdam narrantibus agnoui/ q̃ in illis partibus nullus ad sacrum ordinem sine cōmodi datione perueniat. Quod si ita est flens dico gemensq̃ denuncio. scimus quippe ex euāgelio quid redēptor noster per se ipsum fecerit: quia ingressus tēplū cathedras vēdentiū/ colūbas euertit. Colūbas eni vendere/ est de spiritu sancto (quē deus oīpotēs cōsubstātialē sibi per impositionē manuū hominibus tribuit) cōmodū tēporale percipere. Ex quo malo iā euenire creditur/ quia qui in tēplo dei colūbas vēdere prēsumpserūt/ eorū (iudice deo) cathedrę ceciderūt. Quito/ tex. in c. Accusatio. in pri. 2. q̃sti. 7. vbi dicitur. Accusatio sacerdotū/ nō nisi ab idoneis & probatissimis viris q suspicionib⁹ & scelerib⁹ careāt: fieri debet. quia & dn̄s sacri corporis sui tractatores a vilibus/ ac reprobis/ & nō idoneis personis infamari noluit/ nec calūniari: sed ipse proprio flagello peccātes sacerdotes a tēplo eiecit. Sexto. tex. in c. sicut in princi. de symo. vbi dicitur. In plerisq̃ locis/ a plerisq̃ psonis quasi colūbas in tēplo vēdētibus fiūt exactiones & extorsiones turpes & prauę p cōsecrationbus episcoporū/ benedictiōib⁹ abbatū/ & ordinibus ecclicorū &c. vt. s. i verbo Giezi. Ex p̄missis textib⁹/ cōstat hoc facto Christi symoniacos prę ceteris notari. Vnde posset hic nō incōgrue symonię materia pertractari. sed quia diffusa nimis est: sufficiat in p̄sentiarū videre quod pro eius elucidatione notatur per glo. j. quæsti. j. in summa. & p Panor. & alios in c. tanta. De symonia. Notetur tamē obiter/ q̃ symonia mētalis nō obligat quē ad restitutionē eorū q̃ acquisiuit per talē symoniā. tex. est in c. fi. in fi. de symo. Et ideo si quis promoneatur ad sacrū ordinē/ principaliter vt habeat beneficia ecclesiastica licet dicatur cōmittere symoniā/ saltē mētalē. vt est glo. no. i c. Cōsuluit. 74. distic. tamē ad resignationes taliū beneficiorū nō obligat: vt cōcludit notāter Panor. i c. Cū ad nostrā de elec. & idē sentit ipse panor. i c. ex pte. 1. 2. de offi. dele. vbi dicit q̃ canonicus q vadit ad ecclesiā/ principaliter vt habeat distributiones quotidianas: quis dicatur cōmittere symoniā mētalē. vt est glo. in c. vnico. de ele. nō nisi. In. 6. tamē ad eas restituēdas non tenet. i ℂ Nūq̃ ex te fruct⁹ nascat. videat qd dictū est i verbo fic⁹. x. k ℂ Nec ego dico vobis i qua potestate hæc facio. Duab⁹ de caussis dicit glo. or. occultāda est veritas. Vel quia auditores capaces nō sunt. Vnde habeo multa vobis dicere/ sed nō potestis portare modo. Et de hoc primo modo veritatis occultādę est tex. i c. si. versi. pariter. 43. distic. vel quia auditores sunt cōtēptores. Vnde. Nolite sanctū dare canib⁹. & de hoc est tex. in c. In mādatis. eadē distic. l ℂ Caperēt Ihesum in sermone. Hic dicit tex. i c. 1. circa me. de pœni. distic. 6.

A deo eran tęci sacerdotes Iudeorũ: ꝙ summã sapientiã sperabant capere suis insidijs. Et de hoc etiam est glossa.1. in.c. Dilectis filijs. in glo.1. in fi. de appella. m ℭ Dicunt ei Cęsaris. Circa hæc verba põt notari textus in.c. Eijciens. paulo ante finẽ. 88. distinc. vbi dicitur. Pecunia spiritualiter intelligunt homines: quia sicut nummus habet caragma Cęsaris: ita homo caragma dei. & sicut nummus qui non habet caragma Cęsaris reprobus est: ita homo qui non ostendit imaginẽ dei. Hęc tex. n ℭ Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari.

ei discipulos suos cũ Herodianis: dicentes. Magister scimus quia verax es/ & viam dei in veritate doces: & nõ est tibi cura de aliquo. non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis: quid tibi videtur. Licet censum dari Cęsari an non? Cognita autẽ Ihesus nequitia eorum: ait. Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite nũmisma census. At illi obtulerunt ei denarium: & ait illis Ihesus. Cuius est imago hæc & superscriptio? dicunt ei [m] Cesaris. Tũc ait illis. Reddite [n] ergo quę sunt Cęsaris Cæsari: & quę sunt dei deo. Et audientes mirati sunt: & relicto eo abierunt.

ℭ(Multis parabolis dictis per Iesum/ & ĩterrogationib⁹ sibi factis) cõ- Mat.22.d.i fine.
gregatis phariseis interrogauit eos Ihesus: dicens. Quid vobis videtur Mar.12.d.
de Christo/ cuius filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Lucę.20.g.
Dauid in spiritu vocat eum dominum/ dicens. Dixit dominus domino meo: sede [o] a dextris meis. Donec ponã inimicos tuos/ scabellũ pedum tuorum. Si ergo Dauid vocat eum dominũ: quo modo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum: neq̃ ausus fuit quisq̃ ex illa die eum amplius interrogare.

ℭEgressus Ihesus de tẽplo ibat. Et accesserunt discipuli eius vt osten- Mat.24.a.
derent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis. Vide- Marci.13.a
tis hæc omnia. Amen dico vobis/ non [p] relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.

ℭSedente Ihesu super montem oliueti: accesserunt ad eũ discipuli eius Mat.24.b.
secreto/ dicẽtes. Dic nobis quando hæc erunt: & quod signũ aduentus tui & consummationis sæculi &c. Et late supra in verbo aduẽtus.

ℭCum consummasset Ihesus sermones multos (de quibus habetur Mat.26.a.
Matth.24. & 25.) dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet: & filius hominis tradetur/ vt crucifigatur. Tũc cõgregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum/ qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt vt Ihesum dolo tenerẽt/ & occiderent. Dicebant autem. Non in die festo: ne forte [q] tumultus fieret in populo.

ℭCum esset Ihesus in Bethania ĩ domo Simonis leprosi/ accessit ad eũ Mat.26.a. & Mar.14.
mulier habens alabastrum vnguenti preciosi/ & effudit [r] super caput a. & Io.12.a.
ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli [s] indignati sunt: dicentes. Vt quid perditio hæc? Potuit enim istud venundari multo/ & dari pauperibus. Sciens autem Ihesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscũ: me autẽ [t] non semper habebitis. Mittẽs eni hæc vnguẽ-

De tributo Cæsari seu principibus soluẽdo/ dicetur in verbo Tributũ. Cętera vero huic sententię annotãda/ videantur in eiusdẽ annotatione. § in verbo deus.

o ℭ Sede a dextris meis. Non est intelligendũ (dicit Remigius) ꝙ deus corporeus sit/ vt dexterã vel sinistrã habeat. sed a dextris dei sedere: est in honore & ęqualitate paternę dignitatis manere. Pro hac declaratione facit tex. in.c. Quidã. ver. Antropomorphitę. 24. quæsti.2. iuncto.c.1. de summa tri. & fide ca.

p ℭ Non relinquetur lapis sup lapidẽ qui non destruatur. Mystice: templũ cum suis cerimonijs sublatũ est/ ne quis infirmus in fide: illis stantib⁹ Iudaismi occasionem haberet. Pro hoc dicto (qd est glo. ordi.) facit tex. in ratione sui. in.c. Adhæc omnibus. in fine. de Iudęis. vbi prẹmisso ꝙ i familiari seruitio Iudęorũ Christiani esse nõ debẽt. (subiũgitur) quoniã Iudęorũ mores & nostri in nullo concordant. & ipi de facili ob continuã cõuersationẽ & assiduã familiaritatẽ/ ad suam superstitionẽ et perfidiam simpliciũ aĩos iclinarẽt

q ℭ Ne forte tumult⁹ fieret in populo. Prouidẽtes ergo principes ne in sacto die tumultus oriretur: nõ festiuitati/ sed facinori studebant. seditiones enim turbarũ fieri in pręcipua solennitate metuebãt. Non vt populus nõ peccaret: sed ne Christus euaderet: cũ tamẽ in omni actu cuius exercitiũ dieb⁹ festis inhibetur/ peccati ratio sẽp habeat.c.j.cũ ibi no. de ferijs. r ℭ Effudit sup caput ipsius recũbẽtis. An eadẽ fuerit mulier q̃ sup caput vnguentum: et quæ super pedes effudit non videtur esse in hac dubietate nimis imorandũ. Licet eni de ei⁹ vnitate nichil ex diuinis elici posset scripturis: tñ qa eandẽ fuisse mos eccl'iasticus interp̃tatus est: ita tenendũ probat textus in.c. In his. 11. distinc. dicens. In his rebus de quibus nichil certi statuit diuina scriptura: mos populi dei/ & instituta maiorũ pro lege tenenda sunt: & sicut p̃uaricatores diuinarũ legum: Ita contẽptores ecclesiasticarũ consuetudinũ coercẽdi sunt. Et in.c. Ecclesiasticarũ. eadẽ distic. vbi dicitur. Ecclesiasticaꝝ istitutionũ quasdã in scriptis/ quasdã vero apostolica traditione per successores in ministerio cõfirmatus accepimus: quasdã vero cõsuetudine roboratas approbauit vsus/ qbus par ritus & idẽ vtrisq̃ pietatis debet affect⁹. s ℭ Discipuli idignati sunt. Ioãnes solũ Iudã indignatũ cõmemorat: qd & verum est/ si ad indignatiõis causam relatio fiat. Tamet si enim alij discipuli indignati sunt: tamẽ non ea ratione qua Iudas. Quia ipsorũ pia fuit indignatio: Iudę vero nequissima. Illorum enim ad pauperes: huius autẽ ad sublatã sibi furti occasionẽ reflectebat. Prout aperte dicit Ioãnes.12.a. & est bo. tex. cũ glo. in.c. vnico. §. Ad hec.13. quęst.1. vbi glo. indignationẽ Iudę declarans: dicit. ꝙ Iudas eorũ quæ conseruabat/ decimã partẽ solebat furari. Vnde huius vnguẽti qd (vt dicit Io.) ęstimauit trecẽtis argenteis: decimã partẽ se habere non posse cõsiderans: triginta argẽteis (quę sunt trecẽtoꝝ decima pars) dominũ vẽdidit. t ℭ Me autẽ non semp habebitis (supple vt nunc habetis) scilicet cõuictu/

& familiaritate/& collocutione. In sacramẽtali eñ Christi cõmemoratiõe/ipse sub alia quidẽ forma: in propria vero substãtia est nobiscũ. Ascẽsurus eñ in cœlũ dixit aplis & eorũ sequacibus. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationẽ seculi benigna ipsos promissione confortans q; remaneret et esset cum eis etiã presentia corporali. cle. si dñm. col. 2. §. Alia nãq;. versi. In hac vero. de reli. & vene. sancto.

v ¶ Abijt vnus de duodecim &c. Circa hanc sententiã & pro mystico ipsius intellectu noteẽ primũ tex. quĩ est Bedę sup Marcum in cap. Abijt Iudas. 11. q. 3. vbi dicit. Abijt Iudas ad sũmos sacerdotes/& constituerũt ei pecuniam se daturos. Mlti hodie scelus Iudę (qui deũ ac magistrũ dñm q; suũ pecunia vendidit) velut imane & nefariũ exhorrẽt: nec tñ cauent. Nã cum pro muneribus falsum cõtra aliquẽ testimoniũ dicũt: profecto quia veritatẽ p pecunia negant: deũ pecunia vendunt. ipse eñ dixit. Ego sum veritas. Cũ societatem fraternitatis aliqua discordię peste cõmaculant: deũ produnt/ quia Deus charitas est. Qui ergo charitatis & veritatis iussa spernũt: deum vtiq; (qui charitas est & veritas) produnt: maxime cũ non infirmitate vel ignorãtia peccãt: sed in similitudinẽ Iudę oportunitatẽ quęrunt/qualiter mendacio veritatẽ & virtutẽ crimine mutent.

tum hoc in corpus meum/ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicũq; predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo: dicetur/q; hæc fecit in memoriã eius.

Mat.26.b. ¶ Tũc abijt [v] vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Scarioth/ad principes sacerdotum: & ait illis. Quid vultis [x] michi dare: & ego vobis eũ tradã? At illi constituerunt ei triginta [y] argenteos. Et exinde quęrebat oportunitatem vt eum traderet.

Mat.26.b. ¶ Prima die azymorum accesserũt discipuli ad Ihesum/dicentes. Vbi vis [z] paremus tibi comedere pascha? At Ihesus dixit. Ite in ciuitatẽ ad quẽdam: & dicite ei: magister dicit. Tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Ihesus: & parauerunt pascha.

Mat.26.c. Mar.14.c. & Lucę.22.c in fine. & Ioan.13.i fi. ¶ Vespere facto discumbebat Ihesus cum duodecim discipulis suis: & edentibus illis/dixit. Amẽ dico vobis: quia vnus [a] vestrũ me traditurus est. Et cõtristati valde/cœperũt singuli dicere. Nũquid ego sum domine? At ipse respõdẽs ait. Qui intingit [b] mecũ manũ in parapside/hic me tradet. Filius quidẽ hominis vadit/sicut scriptum est de illo. Væ autẽ [c] hõi illi/per quẽ filius hominis tradetur. Bonũ erat ei si natus nõ fuisset homo ille. Respondẽs autẽ Iudas qui tradidit eum: dixit. Nũquid ego sum Rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cœnantibus [d] autẽ eis/accepit [e] Ihesus

Secũdo noteẽ tex. in. c. qui studet. versi. Iudas. 1. quęsti. 1. de quo dictũ est. s. eodẽ sup illud: & eijciebat oẽs vendẽtes vt emẽtes de tẽplo. a ¶ Quid vultis michi dare? Quasi vile mãcipiũ vendẽs ponit in potestate emẽtiũ (dicit Hiero.) q̃tum velint dare. Istud tamen in re q̃tũcunq; vili fieri non posset: si scilicet venditio facta esset ante preciũ per emptores declaratũ. debet eñ ab initio. i. ante cõclusam venditionẽ declarari preciũ: Alioq; positũ in voluntate emptoris aut etiã venditoris reddit venditionẽ nullã. tex. est in. l. q; si forte. §. 1. ff. de cõtrah. emp. & in. l. in ementis. cũ glo. ma. ibi. C. eodẽ titu. y ¶ Triginta argẽteos. Videaẽ qd dictũ est. s. eodẽ in. 2. pxima annotatiõe. z ¶ Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Non erat ergo eis (dicit glo. or.) certa domus/in quo improbaẽ ędificatio supfluorũ. Vnde dicit textus in. c. pulchra. paulo post pricip. 86. dis. Hoc est decorũ nõ supfluas ędificationes aggredi/nec pretermittere necessarias. Et idẽ probaẽ in. c. gloria epi. versi. multi. 12. quęsti. 2. de quo textu dictũ est. s. in verbo, Aurum. a ¶ Vnus vestrũ me traditurus est. Dicit vnus vestrũ: Iudã inter aplos cõnumerans. quia alij non erãt sibi huius reatꝰ cõscij. Pro hac declaratiõe (quę est glo. iterlinearis) est bo. tex. in. c. vnus ex vobis. 2. quęsti. 1. vbi dicitur. Vnus ex vobis me traditurus est. Bene dixit vnus ex vobis/& non ex nobis. Ex vobis eñ est a quibus per iudiciariã potestatẽ cõuictus aut confessus exclusus non est. A me vero qui nullis indigeo argumentis/& oĩa certissime noui separatus & diuisus est. Tale est acsi diceret: & si ego eũ per occulti iudicij sentẽtiã dãnatũ habeo/vos tñ adhuc illũ per tolerantiã sustinete. Hęc tex. De hoc etiã dicto est tex. in. c. Si sacerdos. de offi. or. b ¶ Qui intingit mecũ manũ in parapside/hic me tradet. Istis verbis Christus proditorẽ suũ prodere seu declarare videtur: sed nõ prodit seu declarat quia illis tantũ dicit/qui prodesse possunt & non obesse. Ita dicit glo. in. c. Cum omne. in verbo pditorẽ de conse. distinc. 2. & idẽ sentit glo. 2. in. c. si peccauerit. 2. quęsti. 1. Verius tñ videtur qd designauit seu declarauit proditorẽ suum/sed eum non intellexerunt apli. Pro hoc facit textus in. c. si. 2. Responso. 24. quęsti 2. c ¶ Væ autẽ homini illi. Pœna pręditcitur/vt quẽ pudor nõ vicerat/corrigãt denũciata supplicia. Pro hoc dicto glo. or. est bo. tex. in. c. Cum in cunctis. §. Clerici. de elec. dum ibi dicit: dignũ est/vt quos dei timor a malo non reuocat/ecclesiasticę saltẽ coerceat seueritas disciplinæ. Et in c. pe. 62. distinc. dũ ibidẽ dicit. Quem sola admonitionis auctoritate non corrigimus: necesse est vt per seueritatẽ congruentẽ vindicemus.

d ¶ Cœnantibus eis. In hoc liquido apparet quãdo primo acceperũt discipuli corpus & sanguinẽ dñi/non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamẽ propterea calumniandũ est vniuersæ ecclesię/q; a ieiunis semper accipit. Ea hoc eñ placuit spiritui sancto vt in honore tanti sacramẽti prius in os Christiani dñicum corpus intraret/ q̃ cæteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbẽ mos iste seruaẽ. neq; eñ/quia post cibos dñs dedit: ppterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentũ accipiendũ cõuenire debet: aut sicut faciebãt quos apostolus redarguit/ & emendat in mẽsis suis ista miscere. Nãq; saluator quo vehemẽtius cõmendaret mysterij illius altitudinẽ: vltimũ hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum a quibus erat ad passionẽ digressurus: et ideo nõ pręcepit quo deinceps ordine sumeretur vt apostolis per quos ecclesias dispositurus erat. Nã si hoc ille monuisset/ vt post alios cibos semper reciperetur/credo q; eum morẽ nemo mutasset. Tex. est de premissis uibus q sumptꝰ est ex Augustino in. 2. lib. responsionũ ad Ianuariũ. in c. liquido apparet. de consecra. distinc. 2.

e ¶ Accepit Ihesus panem/& accipiens calicẽ. Circa hæc verba notetur textus in c. Cum omne. circa pri. de cõse. distinc. 2. vbi dicit. Audiuimus quosdã scismatica ambitione detẽtos cõtra diuinos ordines & apostolicas institutiões lac pro vino in diuinis sacrificijs dedicare/qd q̃ sit euangelicæ & aplicę doctrinæ cõtrariũ/& cõsuetudini ecclesiasticę aduersum. non difficile ab ipso fonte veritatis probabit/a quo ordinata ipsa sacramẽtorum mysteria processerũt. Cum eñ magister veritatis verũ salutis nostræ sacrificiũ suis cõmendaret discipulis: nulli lac/sed panem tñ & calicẽ sub hoc sacramẽto cognoscimꝰ dedisse. Legitur enim in euangelica veritate/

Accepit Ihesus panem & calicem & benedicens dedit discipulis suis. Cesset ergo lac in sacrificando offerri, q̃a manifestum & euidens exemplum veritatis euãgelicę illuxit: ꝙ præter panẽ & vinũ aliud offerri non licet. hęc tex. Secundo notetur tex. in c. Accipite. eadẽ distinc. vbi dicit. Assumpsit Ihesus panẽ qui confortator est hois: vt quomõ in pręfiguratione eius Melchisedech panẽ & vinum offerens fecerat: ipse quoq; in veritate sui corporis & sanguinis repsentaret.

f ❡ Benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis: & ait. Accipite, & comedite: hoc ẽ corp⁹ meũ.

panem & benedixit [f] ac fregit, deditq; discipulis suis: & ait. Accipite & comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens [g] calicem gratias egit, &

Circa hęc verba m̃lti possent allegari textus: sed vt occurratur prolixitati, sufficiat celebriores citare. Notetur ergo in primis text⁹ qui est Ambrosij in c. Reuera. versi. Forte dicas. de conse. distinc. 2. vbi dicitur. Forte dices, aliud videtur quomõ tu michi asseris, ꝙ Christi corpus accipiam? Vtamur igitur exemplis vt probemus hoc non esse qd natura formauit, sed qd benedictio consecrauit, maioremq; esse vim benedictionis q̃ naturæ: quia benedictione etiã natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses: proiecit eã, & facta est serpens. Rursus apprehendit caudã serpẽtis, & in virgæ naturã reuertitur. Vides ergo prophetica gratia bis mutatã esse natura serpentis, & virgę. Currebant Aegypti flumina puro meatu aquarũ, subito de fontiũ venis sanguis cœpit erumpere. Non erat potus in fluuijs. Rursus ad prophetę preces cruor cessauit fluminũ, aquarũ natura remeauit. Circunclusus erat vndiq; populus Hebręorũ. hinc Aegyptus vallatus, inde mari clausus: virgã leuauit Moyses, separauit se aqua & in murorũ speciẽ se congelauit, atq; inter vndas via pedestris apparuit: Iordanis retrorsum cõuersus cõtra naturam, in sui fontis reuertit exordiũ. Sitiebat populus patrũ, tetigit Moyses petrã & aqua de petra fluxit. Nonquid nõ pręter naturã operata est gratia, vt aquã vomeret petra quã non habebat natura? Marath fluuis amarissimus erat, vt sitiens populus bibere non posset: misit Moyses lignũ in aquam, & amaritudinẽ suam aquarũ natura deposuit, quã infusa subito gratia temperauit. Sub Helisæo propheta vni de filijs prophetarũ excussũ est ferrum de securi & statim mersum est. Rogauit Helisęũ qui amiserat ferrũ vt illud sibi acquireret, misit Helisæus lignũ in aquã & natauit ferrũ: vtiq; & hoc pręter naturã factũ cognouimus: grauior est em̃ ferri species q̃ aquarũ liquor. Aduertimus igitur maioris potẽtiæ esse dei gratiam q̃ naturã. Quod si tm̃ valuit humana bñdictio vt naturã conuerteret: quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi ipsa verba dñi saluatoris operãtur? Nam sacramentũ istud quod accipis Christi sermone conficitur. ꝙ si tm̃ valuit sermo Heliæ vt ignẽ de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo vt species elementorũ mutet? De totius mundi operibus legisti: quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Sermo igitur Christi qui potuit ex nichilo facere quod nõ erat: non potest ea quę sunt in id mutare qd non erant? Non em̃ minus est dare, q̃ mutare nouas naturas reb⁹. Sed quid argumẽtis vtimur, suis vtamur exemplis: incarnationis astruamus mysterij veritatẽ. Nunquid naturæ vsus pręcessit, cum dñs Ihesus ex Maria nasceretur? Si ordinẽ quęrimus viro nupta fœmina generare consueuerat. Liquet igitur ꝙ pręter naturæ ordinem virgo generauit, & hoc qd conficimus corpus ex virgine est. Quid hic quęris ordinẽ naturę in Christi corpore, cũ pręter naturã sit ipse dñs Ihesus partus ex virgine? Vere vtiq; caro Christi quę crucifixa est, quę sepulta est, vere ergo illius carnis sacramentũ est. Ipse clamat dñs Ihesus: hoc est corpus meũ. Ante consecrationẽ verborũ cœlestiũ alia species noiatur, post cõsecrationẽ corpus significatur. Ante consecrationẽ aliud dicit post consecrationẽ sanguis nuncupatur. Tu dicis Amen: hoc est verum est, quod os loquitur, qd sermo sonat, affectus sentiat. Hęc tex. Secũdo notetur tex. in c. Nos autẽ. eadẽ distinc. vbi dicitur. Nos in specie panis & vini quã videmus, res inuisibiles. i. carnẽ & sanguinẽ honoramus: nec similiter comprehẽdimus has duas species, quẽadmodũ ante consecrationẽ cõprehendebamus: cum fideliter fateamur ante cõsecrationẽ panẽ esse & vinũ qd natura formauit, post consecrationẽ vero carnẽ Christi & sanguinem qd benedictio consecrauit. Tertio notet tex. in cle. si dñm. col. 1. & col. 3. versi. O diuini. & col. 4. versi. hoc ergo. de reli. & vene. sanc. vbi dicitur. Transiturus de hoc mundo ad patrẽ saluator noster dñs Ihesus Christ⁹, cum tempus passionis instaret: in memoriã mortis suę instituit summũ & magnificũ sui corporis & sanguinis sacramentũ: corpus in cibum, & sanguinẽ in poculũ tribuendo. Et subiungitur. O diuini amoris imensitas: diuinæ pietatis supabundãtia: diuinæ affluẽtia largitatis. Dedit em̃ nobis dñs oia quę subiecit sub pedibus nostris, & sup vniuersas terrę creaturas contulit nobis dominij principatũ. Ex ministris etiã spirituũ superiorũ nobilitat & sublimat hois dignitatẽ. Administratorij nanq; sunt oẽs in ministeriũ propter eos qui hęreditatẽ salutis capiũt destinati. Et cũ tam copiosa fuerit erga nos eius munificẽtia: volens adhuc ipse in nobis suã exuberantẽ charitatẽ pręcipua liberalitate monstrare, semetipm̃ nobis exhibuit: & transcẽdens omnẽ plenitudinem largitatis, omnẽ modũ dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis & admirãda liberalitas vbi donator venit in donũ, & datũ est idẽ penit⁹ cũ datore. q̃ larga & pdiga largitas cũ tribuit qs seipm̃. Dedit igitur nobis se in pabulũ, vt quia in mortẽ homo corruerat p cibũ, ipe cibo releuaret ad vitã. Cecidit homo p cibum ligni mortiferũ, releuat⁹ est homo per cibũ ligni veritatis: in illo pependit esca mortis, in isto pependit vitæ alimentũ: illius esus meruit lęsionẽ, istius gustus intulit sanitatẽ: gustus sauciauit, gustus & sanauit. Videq; a vnde vuln⁹ est ortũ, prodijt & medela. & vnde mors subijt, exide vita euenit. Et subiungit. Homini ergo qui spirituali alimonia indigebat, saluator ipse misericors de nobiliori & potẽtiori huius mũdi alimẽto, p animæ refectione pia dispositioe prouidit. Decẽs quoq; liberalitas extitit & conueniens operatio pietatis, & verbũ dei ęternũ qd rationabilis creaturę cib⁹ est & refectio, factũ caro se rationabili creaturæ carni & corpori homini videlicet in eduliũ largiret. Panẽ enim angelorũ manducauit homo: & ideo saluator ait. Caro mea vere est cibus. hic panis sumitur, sed vere non consumit. manducatur, sed non trãsmutat, quia in edentem minime trãsformatur: sed si digne recipitur, sibi recipiens conformatur. O excellentissimũ sacramentũ. O adorandum, venerandum, colendum, glorificandũ, præcipuis magnificandũ laudibus, dignis præconijs exaltandũ, cunctis honorandũ studijs, deuotis prosequendũ obsequijs & syncęris mẽtibus retinendum. Quarto notetur textus in c. 1. paulo ante fi. de sum. tri. & fi. catho. vbi dicitur. Vna est fideliũ vniuersalis ecclia extra quã nullus oio saluatur, in qua idẽ ipe sacerdos est, & sacrificiũ Ihesus Christ⁹: cui⁹ corpus & sanguis in sacramẽto altaris sub speciebus panis & vini veraciter continẽtur, transubstãtiatis pane in corpus, & vino in sanguinẽ ptãte diuina, vt ad perficiendũ mysteriũ vnitatis accipiam⁹ ipi de suo qd accepit ipe de nostro. Et hoc vtiq; sacramẽtum nemo potest conficere nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus scdm claues ecclæ quas ipe concessit apostolis eorũq; successoribus Ihesus Christ⁹. Hęc tex. De quibusdam alijs textibus q possent hic allegari videant s. in verbo Caro: super illud Io. 6. Panis quẽ ego dabo caro mea est p mundi vita. Et sup illd eiusdẽ Io. 6. Caro mea vere est cibus. Et in verbo Corpus. super illud Marci. 14. hoc est corpus meum.

g ❡ Accipiens calicem gratias egit & dedit illis dicens. Bibite ex hoc oẽs, hic est eni sanguis me⁹ noui testamenti qui p multis effundet in remissionem peccatorũ, Lucas (euangelij sui capite. 22. b. priusq̃ eorũ q̃ hic

dicūtur meminerit) dicit post illa verba (hoc est corpus meū) Christū dixisse hoc facite in meā cōmemorationē. Vnde antea q̄ ad hui⁹ accedatur annotationē sententiæ/ notet circa hęc verba per Lucā posita textus in d. cle. Si dñm. col. 1. versi. Nam quotiēs. & col. 3. versi. O memoriale. & col. pe. versi. Nos itaq̄. de reli. & vene. sanc. vbi dicitur. Quotiens hunc panē manducam⁹ & calicē bibimus: mortem dñi annūciamus. In institutione siquidē huius sacramēti dixit ipse apostolis. Hęc facite in meā cōmemorationē: vt præcipuū & insigne sui amoris eximij quo nos dilexit/ esset nobis hoc pręcelsum & venerabile sacramentū memoriale inq̄ mirabile ac stupendū delectabile/ suaue/ tutissimū/ ac sup omnia pretiosum: in quo innouata sunt signa/ & mirabilia immutata: in quo habet omne delectamentū & omnis saporis suauitas: ipaq̄ dulcedo domini degustat. In quo vtiq̄ vitę suffragiū consequimur & salutis. Hoc est memoriale dulcissimū/ memoriale sacratissimū/ & memoriale saluificū/ in quo gratā redēptionis nostræ recēsemus memoriā: in quo a malo retrahimur & in bono confortamur: & ad gratiarū & virtutū proficim⁹ incremēta: in quo profecto pficimus ipsius corporali p̄sentia saluatoris. Alia nāq̄ quorum memoriā agimus spiritu mēteq̄ complectimur: sed non propter hoc realiter eorū pręsentiā obtinemus. In hac vero sacramētali Christi cōmemoratione adest Christus etiā pręsentia corporali. O digna/ & nunq̄ intermittenda memoria/ & in qua mortē nostram recolimus mortuā: nostrūq̄ interitū interiisse/ ac lignū viuificum in ligno crucis affixum: fructū nobis attulisse salutis. Hęc est cōmemoratio gloriosa quę fideliū animos replet gaudio salutari: & cum infusione letitię/ deuotionis lachrymas subministrat. Exultamus nimirū nostrā memorādo liberationē: & recolendo passionē dominicā per quā liberati sumus vix lachrymas retinem⁹ (Et subiungit) O memoriale nobilissimū intimis cōmendandū pręcordiis: firmiter animo alligandū/ diligenter reseruandū/ in cordis vtero/ & meditatione ac celebratione sedula recensendū. Huius memorialis continuā debemus celebrare memoriā: vt illius cui⁹ ipm fore memoriale cognoscimus/ semp memores existimamus. quia cui⁹ donum vel munus frequētius aspicitur/ huius memoria strictius retinetur. Licet igitur hoc memoriale sacramentū in quotidianis missarū solenijs frequētetur: cōueniens tñ arbitramur & dignū/ vt de ipo semel saltē in anno: ad confundendā specialiter hereticorū perfidiā & insaniā: memoria solēnior & celebrior habeat. In die nāq̄ cœnę dñi: quo die Christus hoc instituit sacramentū: vniuersalis eccl'ia pro pœnitentiū recōciliatione/ sacri confectione Chrismatis/ adimpletione mādati/ circa lotionē pedū/ & aliis plurimū occupata/ plene vacare non pōt celebrationi huius maximi sacramēti (Et subiungit) Nos itaq̄ ad corroborationē & exaltationē catholicę fidei/ digne ac rationabiliter duximus statuendū: vt de tanto sacramēto (præter quotidianā memoriā quam de ipo facit ecclesia) solēnior & specialior annuatim memoria celebret: certā ad hoc designātes & describētes diē/ videlicet feriam quintā proximā post octauam penthecostes: vt in ipsa quīta feria deuote/ turbæ fideliū ppter hoc ad ecclesias affectuose cōcurrāt: & tam clerici q̄ populi gaudentes/ in cātica laudū surgāt. Tunc em̄ omniū corda/ vota/ ora/ & labia hymnos persoluant letitiæ salutaris. tunc psallat/ fides/ spes trepudiet/ exultet charitas/ deuotio plaudat/ iubilet chorus/ puritas iocundetur/ tunc singuli alacri animo/ pronaq̄ voluntate conueniāt/ sua studia laudabiliter exequendo tanti festi solēnia celebrātes/ vt p hęc & alia: proficiētibus ipsis meritorū cumulus: apud eum qui se dedit pro eis in pretiū/ tribuitq̄ seipsū in pabulū: tandē post huius vitę decursum eis se in pręmiū largiat. Ideoq̄ vniuersitatē vestrā monemus & hortamur in dño: & p apostolica scripta in virtute sanctę obedientię districte pręcipiēdo/ mādamus in remissione peccaminū iniungētes/ quaten⁹ tā excelsum & tam gloriosum festum prędicta quinta feria singulis annis deuote ac solēniter celebretis/ & faciatis studiose per vniuersas ecclesias ciuitatū vestrarū & diocesiū celebrari: subditos vestros in dñica dictā quintam feriam proxime pręcedēte salutaribus monitis sollicite p vos & per alios/ exhortātes/ vt per verā & purā confessionem/ eleemosinarū largitionē/ attētas & sedulas oratiōes/ & alia deuotionis & pietatis opera/ taliter se studeāt pręparare q̄ huius p̄tiosissimi sacramēti mereātur fieri participes illa die: possintq̄ ipm suscipere reuerenter ac eius virtute augmentū consequi gratiarū. Nos enim Christi fideles ad colendū tm̄ festū & celebrandum donis volentes spiritualibus animare/ omnibus vere pœnitētibus & confessis/ qui matutinali officio festi eiusdē/ in ecclesia in qua idē celebrabitur: interfuerint/ centum. Qui vero missæ/ totidē. Qui autem in primis ipsius festi vesperis interfuerit/ similiter centū. Qui vero secundis/ totidē. Illis vero qui primæ/ tertiæ/ sextę/ nonæ/ ac completorij officiis interfuerint/ pro qualibet horarū ipsarum quadraginta. Illis autē qui p octauas illius festi matutinalibus/ vespertinis/ missę/ ac p̄dictarū horarū officiis interfuerint: centū dies singulis octauarum ipsarū diebus/ de omnipotētis dei misericordia/ ac beatorū aplorū eius Petri & Pauli auctoritate confisi de iniunctis sibi pœnitētiis relaxamus. Hęc tex. Secundo circa hanc sentētiā notent textus allegati i. annotatione proxima. & vltra illos notetur textus peculiaris pro hac sentētia in c. Cum Marthę. in prin. & col. 2. versi. Dicitur tamē. de cele. missa. vbi pposita dubietate quare in canone missæ & in ipsis verbis cōsecratoriis sanguinis hęc verba mysteriū fidei apponātur. Cum tm̄ in euangelio sic legatur. Accipiens calicē grās agēs benedixit & dedit discipulis suis: dicens. Bibite ex hoc omnes/ hic est em̄ sanguis meus noui testamēti q pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Matthęus em̄ & Marcus dicūt pro multis. Lucas vero dicit p vobis. Subiungit. Dicitur mysteriū fidei qm̄ aliud creditur q̄ cernatur/ & aliud cernitur q̄ credat. Cernitur species panis & vini: & creditur veritas carnis & sanguinis Christi/ ac virtus vnitatis & charitatis. Distinguendum tamē est subtiliter inter tria quę sunt in hoc sacramēto discreta. videl3 formā visibilem/ veritatē corporis/ & virtutē spiritualem. forma est panis & vini: veritas carnis & sanguinis: virtus vnitatis/ & charitatis. Primū est sacramentū/ & nō res. Secundū est sacramentū & res. Tertiū est res & non sacramentū. Sed primū est sacramentū geminæ rei. Secundū est sacramentū vnius/ & alterius res. Tertiū est res gemini sacramenti. Credimus igitur q formā verborū (sicut in canone reperit) & a Christo apostoli: & ab aplis eorum acceperint successores. Tertio notetur textus in d. c. Cum Marthę. §. q̄uisti. vbi dicit. Vtrum aqua cum vino in sanguinē cōuertatur. super hoc opiniones apud scholasticos variantur. Aliquibus em̄ videtur q cum de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta: redēptionis in sanguine/ ac regenerationis in aqua. In illa duo: vinū & aqua quę cōmiscētur in calice: diuina virtute mutant/ vt in hoc sacramēto plene sit veritas & figura. Alij vero tenēt q aqua cū vino trāssubstātiat in sanguinē/ cū in vinū transeat mixta vino: licet physici cōtrarium asseuerent/ qui aquam a vino per artificium posse asserunt separari. Præterea potest dici q aqua non transit in sanguinem/ sed remanet prioribus vini accidentibus circūfusa: ita q vini saporem assumit: quod inde conuincitur/ quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem: illud quidem non transit in sanguinem/ nec sanguini commiscetur: sed accidentibus prioris vini commixtum corpori quod sub eis latet/ & vndiq̄ circunfunditur/ non madidans circūfusum: ipsa tñ accidentia vinum appositū videtur afficere: quia si aqua fuerit apposita/ vini saporem assumit. Contingit igitur accidētia mutare subiectum: sicut & subiectū contingit accidētia permutare. Cedit quippe natura miraculo: & virtus supra consuetudinē operat. Sed nec inconueniens esse dicit aut absurdū/ si aqua in corpore Christi esse credat/ cū legatur de ipsius corpore processisse. Verū inter opiniones p̄dictas/ illa pbabilior iudicatur: q̄ asserit aquam cum vino in sanguinē transmutari: vt expressius eluceat proprietas sacramenti. nam cum aquę multę/ sint populi multi: iuxta quod alibi legitur. Beati qui seminant super

aquas. Ideo vino aqua vnitur/ vt Christo populus adunetur. Per hoc enim quod suscepit ipse de nostro/ & accepimus ipsi de suo tam insolubili nexu coniungimur. vt qui est vnū cum patre p ineffabilem vnitatē: fiat vnum nobiscū p admirabilē vnionē: ac per hoc ipso cōmuniter mediāte/ cū patre vnū efficimur. Quarto & vltimo notetur tex. in c. Comperimus. de cōse. distinc. 2. vbi dicitur. Comperimus q quidā (supple sacerdotes) sumpta tātūmodo corporis sacri portione/ a calice sacrati cruoris abstineāt: qui procul dubio (qm̄ nescio qua supstitiōe docētur astrigi) aut integra sacramēta pcipiant/ aut ab integris arceant: qm̄ diuisio vnius eiusdē mysterij sine grādi sacrilegio non potest peruenire. Hęc textus.

dedit illis: dicens. Bibite [h] ex hoc omnes: hic est enī sanguis meus noui testamēti/ qui pro [i] multis effundetur in remissionē peccatorum. dico autem vobis. Non bibam amodo de hoc genimine vitis/ vsq in diem illum cum [k] illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.
¶ Et hymno [l] dicto exierunt in montē olìueti. Tunc dicit illis Ihesus. Mat. 26. c.
Omnes vos scādalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enī. Mar. 14. c.
Percutiam [m] pastorem/ & dispergētur oues gregis. Postq̄ autem resur- Lucæ. 22. c.
rexero/ præcedam vos in Galilæam. Respondēs autem Petrus ait illi. in fine. Ioā. 23. i fi.
Et si omnes [n] scandalizati fuerint in te/ ego nunq̄ scandalizabor. Ait illi Ihesus. Amen dico vobis quia in hac nocte anteq̄ [o] gallus cātet ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiam si oporteret me mori tecum/ non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.
¶ Tūc venit Ihesus cum discipulis in villā [p]/ quæ dicitur Gethsemani: Mat. 26. cd.
& dixit discipulis suis. Sedete hic donec vadā illuc/ & orem. Et assum- Mar. 14. d.
pto Petro & duobus filijs zebedæi cœpit cōtristari & mœstus esse. Tūc Lucę. 22. de.
ait illis. Tristis [q] est anima mea vsq ad mortem: Sustinete hic/ & vigilate mecum. Et progressus pusillum/ procidit in faciem suam/ orans: & dicens. Pater mi [r] si possibile est/ transeat a me calix iste: verūtamen nō sicut ego volo/ sed sicut tu vis. Et venit ad discipulos suos/ & īuenit eos dormientes: & dicit Petro sic. Non potuisti vna hora vigilare mecum.

h ¶ Bibite ex hoc omnes. Sicut oībus apl̄is seipm̄ dedit Christus sub specie vini/ ita & seipsum oībus dedit sub specie panis: nec ipsum quidē Iudā quē proditorē suū nouerat/ repulit: dicēte Augustino in libro psalmorū. Christus traditorem suum tāta patiētia ptulit/ vt ei primā eucharistiam confectā manibus suis/ & ore suo commendatam/ sicut cæteris apostolis/ traderet. Ita dicit textus qui Augustini est in c. Christus quid fecit. 1. q. 1. Vnde dicit textus eiusdē Augustini in c. 2. 23. questi. 4. Tu bon9 tolera malū. Nā & Christ9 Iudā cum sciret furē esse tolerauit/ eiq cum alijs eucharistiā dedit. Et i c. q̄ magnū. paulo añ fi. eadē cā & q. Dicit idē Aug. Mali tolerādi sunt/ sicut ipse dn̄s nocentē Iudā vsq ad condignum eius exitum tolerauit/ & eum sacrā cœnam cum innocētibus cōmunicare pmisit. Hęc tex. Imo nedū omnibus apostolis/ sed etiam sibi seipsum dedit: non q indigeret/ sed vt alijs daret exemplū sumendi. glo. est ita dicens in c. Nec Moyses. de cons. distinc. 2. vbi tex. qui Hiero. est. idem sentit dum dicit. Dominus Ihesus ipse est conuiua & conuiuium: ipse comedens & qui comeditur.

i ¶ Pro multis. Non dicit pro oībus/ sed pro multis. Christus enim mortuus est pro oībus quo ad sufficiētiam: sed quo ad effectū/ pro solis pdestinatis. glo. est in c. semel. 2. in verbo altitudo. de cōsecra. distinc. 2. & in cle. 1. in verbo omniū. de sum. tri. & fi. catho. & pro hoc est bo. tex. in d. c. semel. in fi. vbi dicitur. Christus obtulit seipsum patri hostiam viuā & passibilem mortalem/ viuorum & mortuo℞ redēptionis efficacem: eorum scilicet quos altitudo diuini consilij redimendos iudicauit/ pręsciuit/ prędestinauit/ vocauit/ modis atq tēporibus quibus id fieri congruebat. k ¶ Cum illud bibam vobiscū nouū in regno patris mei. Q2 de hoc genimine vitis etiam illud nouum esse dicit/ significat vtiq eadē corpora resurrectura scdm innouationē cœlestem quæ nunc scdm terrenā vetustatē sunt moritura. Pro hoc dicto Augusti. est tex. clarus in c. 1. col. 2. in fi. de sum. tri. & fi. catho. l ¶ Hymno dicto. Hinc dicit textus in c. quando. 44. distinc. presbyteri post refectionem hymnū dicant ad exemplum domini sicut in cœna fecisse legit. De hoc etiā hymno meminit text9 in c. de hymnis. in princi. de consecra. distic. 1. de quo textu dictū est. ꝫ. in verbo hymn9. m ¶ Percutiā pastorē &c. Videat annotatio in verbo pastor. n ¶ Si oēs scandalizati fuerit &c. Hinc dicit tex. in c. Imitare Petrū. 6. q. 1. Sciamus neminē iactare se debere. Nā si Petrus lapsus est qa dicit: si alij scādalizati fuerint in te/ sed ego non: qs alius de se iure psumat? o ¶ Anteq̄ gallus cātet ter me negabis. Tres ita simpliciter/ solus Marcus dicit. Anteq̄ gallus vocem dederit. Vnde recurratur ad Augusti. de concor. euāge. Cętera videantur in verbo Petrus.

p ¶ In villā quę dicit Gethsemani. Lucas dicit q in montē oliuarū: Ioānes trans torrentē cedron vbi erat hort9: Matthęus in villā quę dicit Gethsemani: & hęc paria sunt/ qa Gethsemani est ad radicē mōtis oliueti vbi est hortus. & Gethsemani interpretat vallis pinguiū: vnde hęc plena sunt figuris. Cū em̄ in monte orat/ sursum nos habere cor in oratione docet. Cū in valle: & hoc in valle pinguiū: docet in oratione humilitatē & internæ pinguedinē dilectionis esse seruandā. Hęc declaratio est glo. or. circa quā pōt videri glosa celebris sępe ꝫ. allegata in cle. si dn̄m. in verbo orationes. de reli. & ve. sanc. q ¶ Tristis est aīa mea &c. De hoc dicto est tex. in c. in quadā. de cele. missa. inserēs ex eo q Christus verus est homo ex aīa rationali & humana carne subsistēs. de quo textu dicetur diffusius ꝫ. in euāgelio Io. super illud. vnus militum lācea latus eius aperuit.

r ¶ Pater mi/ si possibile ē trāseat a me calix iste: verūtn̄ non sicut ego volo/ sed sicut tu vis. Scdm qd cœpit pauere & tristari/ scdm hoc orat calicē passionis trāsire: & non sicut ipse vult/ sed sicut pater. hoc est non scdm substantiā eius diuinā & impassibilem/ sed scdm naturā humanā & infirmā. Suscipiens em̄ naturā carnis hūanę omnes pprietates impleuit: vt non in fantasia habuisse carnē ęstimaretur/ sed in veritate. Propriū est autē hois fidelis nolle pati aliquid doloris/ maxime qd dicit vsq ad mortē: qa homo carnalis est: si autē sic voluerit deus/ acquiescere qa fidelis est. Hāc declaratione (q est Origenis) sentit bona glo. i c. Nolite timere. 11. questi. 3. quę (exponens illud Matthęi. Nolite timere eos qui occidunt corpus) dicit. nō remouet hæc sentētia naturalem timorē mortis. Naturale enim est quēlibet timere & horrere mortē. Vnde Ihesus eā timuit sicut legit. Cœpit Ihesus pauere & tędere. & alibi. Pater si possibile est trāseat a me calix iste: sed dicit ne adeo timeamus eam vt p ei9 timorē aliqd cōtra iustitiā agamus. vel quod nobis per scripturā aut magistros vel per reuelatioēn diui-

nam reuelatum est/subticeamus. Hęc enim declaratio Origenis satis est de mēte glosę.23.q.1.in ſ.principij.in verbo non possum. Et eandem declarationē ponit glosa in c.habeo librū.in verbo voluntatē.16.distic. vbi dicit tex. Aliquos in sexta synodo velut hęreticos fuisse condēnatos/qui vnam tm̄ operationē & vnam voluntatē fuisse dicebant. Fuerunt em̄ duę/dicit ibi glosa: vna sensualitatis seu humanitatis/scdm quā ipse dixit. Pater si fieri potest/transeat a me calix iste. Alia rationis/scdm quā ipse dixit. Verūtn̄ non sicut ego volo/sed sicut tu.

vigilate/& orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem [s] promptus est: caro autem infirma. Iterum secundo abijt & orauit dicēs. Pater mi/si non potest hic calix transire nisi bibam illū/ fiat voluntas tua. Et venit iterum & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorū grauati. Et relictis illis iterū abijt/& orauit [t] tertio eūdem sermonē dicēs. Tūc venit ad discipulos suos/& dixit illis. dormite iam/& requiescite: ecce appropinquabit hora/ & filius hominis tradetur in manus peccatorum: surgite/eamus: ecce appropinquabit qui me tradet.

Mat.26.e. Mar.14.e. Lucæ.22.ef. Ioā.18.a b.

¶Adhuc Ihesu loquēte/ecce Iudas vnus de duodecim venit/ & cum eo turba multa cū gladijs & fustibus/ missi a pricipib⁹ sacerdotū & senioribus populi. Qui autē tradidit illū/dedit illis signū: dicens. Quēcūq; osculatus fuero/ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Ihesum: dixit. Aue Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi Ihesus. Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt/& manus [v] iniecerunt in Ihesum/ & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erāt cum Ihesu/extendens manū exemit [x] gladium suum/& percutiēs seruū principis sacerdotū amputauit [y] auriculam eius. Tunc ait illi Ihesus. Conuerte [z] gladiū tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium/gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit michi modo plusq̄ duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ? quia sic oportet fieri.

Matth.26. Marci.14.e Lucæ.22.f.

¶In illa hora dicit Ihesus turbis. Tanq̄ [a] ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam/docēs in templo: & nō me tenuistis. hoc autem totū factum est/vt adimplerētur scripturæ prophetarū. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt [b].

Matth.26.f Marci.14.g Lucę.22.g. Ioan.18.d.

¶Iudæi tenentes Ihesum duxerunt ad Caypham principem sacerdotum/vbi Scribæ & seniores conuenerāt. Petrus autem sequebatur eum a longe/vsq; in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris: vt videret finem. Principes autem sacerdotū/& omne concilium quærebant falsum testimonium cōtra Ihesum/vt morti eum traderent. Et non [c] inuenerunt cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerūt [d] duo falsi testes: & dixerūt. Hic dixit. Pos

s ¶Spiritus quidem promptus est: caro autē infirma. Hoc est contra temerarios qui quod crediderint putant se posse cōseq. Itaq; q̄tū de ardore mētis cōfidim⁹: tm̄ de fragilitate carnis timeamus. Pro hoc dicto qd̄ est Hieronymi est clarus textus eiusdē Hiero. in c. Nō mediocriter. de cōsecra.dis.5.& facit text⁹ in c. Imitare Petrū.i ſi.6.questi.1.

t ¶Orauit tertio. Ostendit nos in orōnib⁹ fundendis perseuerātes esse debere. Vn̄ Hostiē. I sūma/in titulo de pœni. & remiss. Carnis maceratio. versi. Est aūt oratio.in ſi.iter cęteras orationis cōditiones/ dicit ꝙ debet esse assidua. Vnde & apostoli pseuerantes in oratione spiritū sanctum receperunt.

v ¶Man⁹ iniecerūt i Ihesū: & tenuerūt eū. In memoriā huius iiectionis manuū in redēptorē nostrū/ & suę ligatiōis: tali die solet i ecclesia dari pœnitentib⁹ remissio: quinta scilicet feria nouissime hebdomadę quadragesimæ. glo. est in ca. de pœnitētibus. de cōsec. distinc.3.

x ¶Exēmit gladium suū. Circa hęc verba potest videri tex. qui est Augustini in c. Pro mēbris. 23.q.3. vbi dicit. Pro mēbris Christi aduersꝰ vos seuiūt/& vobis resistūt. Quicūq; in ecclia eo aio sunt/quo Petrus tunc fuit cū ferrū pro Christi noīe strinxit. Sed multū interest inter vestrā psecutionē/& istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis: quia seruiētes principibus vestris aduersus ecclesiā catholicā.i. aduersus corpus Christi armamini. Isti autē tales sunt: quales tunc Petrus fuit/qui pro Christi corpore.i. pro ecclesia etiam corporaliter pugnauit. y ¶Amputauit auriculam eius. De hac amputatione auriculę est notabilis textus in ca. si Petrus.24.q.1. de quo dictum est s̄ in verbo Auris.k. z ¶Conuerte gladium tuum &c. Recurratur ad verbum gladius. a ¶Tanq̄ ad latronē &c. Dictio tanq̄/ in hac sentētia similitudinē notat/ & nō veritatē c. solitę. vbi glo. in verbo tanq̄ de maio. & obe. b ¶Fugerunt. Videat annotatio s̄. in verbo fugere. c ¶Non inuenerūt. quia (vt dicit Marcus) non erant conuenientia testimonia. Oportet autē testimonia esse conueniētia/ vt eis stetur. Non enim probant testes qui sunt in dictis suis singulares. c. cum dilecti c. Bonę. de elec. c. licet causam. versi. quāq̄. de proba. quia cum non deponāt de vno & eodē actu specifico/non possunt dici cōtestes. Vnde multi testes singulares/non plus probant q̄ vnus testis. Ita Bal. in l. iusiurandi. col.3. versi. Et nota rationē. C. de testi. Et ideo non defertur sacramentū in defectū probationis. prout notat Bal. in l. de quibus. col. pe. ff. de legi. qd verū est qn̄ testes sunt singulares in dicto principali: secus si sint singulares in ratione dicti. Nam ista singularitas non nocet dicit Bal. in d. l. de qbus & do. meus Decius. in d. c. licet. in q. no. de proba. Secundo istud verum est/nisi ageretur de probando actu in genere. Nam tunc singularitas testiū non nocet. vt notat Bal. in l. actor. col.3. C. de proba & in l.1. C. qui nume. tute. & Bar. in l. ob carmen. §. si ff. de testi. In contrariū tamē facit tex. in d. c. licet. versi. quāq̄. vbi est quęstio de pbanda iurisdictiōe in genere: & tamen singularitas testium reprobatur. Vnde videatur qd ibi notat Bal. in 4. col. & do. Decius in q. no. & alibi dicetur vbi erit aptior locus.

d ¶Venerunt duo falsi testes & dixerunt. Hic dixit: possum &c. Quomodo (dicit Hierony.) falsi testes sunt si dixerunt ea quæ dominū dixisse legimus? Sed falsus testis est/qui non eodē sensu dicta recitat quo dicunt. Dominus enim dixerat de templo corporis sui: sed isti testes verba sua calūniantur: vt paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniā faciant. Saluator nanq; dixerat. Soluite templū hoc. Isti cōmutant & aiunt. possum de-

struere templum dei. Vos(inquit)soluite non ego/quia illicitum est vt nobisipsis vim inferamus. Deinde vt dominus ostenderet q de animali & spirante tēplo dixerat: subinnxit. Et ego in triduo suscitabo illud. Isti antē vt proprie de templo Iudaico dixisse videret: dicunt. Possum post triduum reędificare illud. Pro hac declaratione quę Hieronymi est: facit bo.tex. in l.1.§. Qui in rationibus. in verbo vel rem amouerint. & in l. quę testamētū. in verbo interleuerit. & in verbo mutauerit. & in l. Paulus respondit. in fi.ff. ad le. Corne. de falsis. & in c.1. in fi. de crimi. fal.

sum destruere templum dei:& post triduum reædificare illud. Et surgens [e] princeps sacerdotū: ait illi. Nichil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Ihesus [f] autem tacebat. Et princeps sacerdotū ait illi. Adiuro [g] te per deum viuū: vt dicas nobis/si tu es Christus filius dei viui. Dixit illi Ihesus. Tu dixisti. Veruntamen dico vobis. Amodo videbitis filium hominis sedētem ad dexteram virtutis dei & venientē in nubibus cœli. Tunc princeps [h] sacerdotum scidit vestimenta sua: dicēs. Blasphemauit [i]. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nūc audistis blasphemiam: quid vobis videtur? At illi respondentes: dixerūt. Reus est mortis. Tunc expuerunt [ii] in faciē eius: & colaphis eum cæderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt: dicentes. Prophetisa nobis Christe/quis est qui te percussit?

¶De terna negatione Petri habetur Matthæi. 26.g. & diffuse infra in verbo Petrus. Mat. 26. g.

¶Mane facto conciliū inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersum Ihesum/vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum/& tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Et apud Mattheū consecutiue habetur de Iuda qui retulit triginta argēteos & abiēs laqueo se suspendit. Et infra in verbo Iudas. Mat.27.a.

¶Ihesus stetit ante præsidem/& interrogauit eum præses: dicēs. Tu es rex Iudeorum? Dixit illi Ihesus. Tu dicis. Et cū accusaretur a principibus sacerdotum/& senioribus: nichil respōdit. Tunc dicit illi Pilatus. Non audis q̄ta aduersum te dicunt testimonia? Et non respōdit ei ad vllum verbū: ita vt miraretur præses vehemēter. Per diem autē solēnē [k] cōsueuerat p̄ses populo dimittere vnum vinctum/quē voluissent. Habebat autem tunc vnum vinctum insignem/qui dicebatur Barabbas. Cōgregatis ergo illis dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis Barabbam/ an Ihesum qui dicitur Christus? Sciebat [l] enim q per inuidiā tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali: misit ad eum vxor eius: dicens. Nichil tibi/& iusto illi: multa enim passa sum per visum propter eum. Principes autem sacerdotū & seniores persuaserūt populis/vt peterent Barabbam/Ihesum vero perderēt. Respōdēs autē præses ait illis. Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerūt Barabbā. Mat.27.b.

e ¶Surgens princeps sacerdotū &c. Motu corporis (dicit glo. interlinearis) indicat insaniam mentis. pro quo dicto est aptus tex. Augustini in c.si. in fine. 41. distinc.

f ¶Ihesus autē tacebat. Quia sciebat (vt deus) quicqd responderet/ nō profuturū sed eos potius qui audirēt/ responsum suū calumniaturos. Vnde ostēdit tacendum esse: peccataq aliorū dissimulanda. Vbi nō correctio/sed potius deterioratio verisimiliter expectatur. prout etiā communiter cōcludūt canonistę in c. nouit. de iudicijs: & in c. si peccauerit. 2. q. 1.

g ¶Adiuro te p deū viuū. In lege adiurandi vsum aliquotiēs inuenimus. Aestimo autē (dicit Origenes) q̄m non oportet vt vir qui vult scdm euangelium viuere: adiuret alterū. Si eīm iurare nō licet nec adiurare. de hoc tñ an scilicet nunq̄ liceat iurare: & sic nec adiurare est bo. tex. i c. Et si Christus. de iureiu. de quo & alijs hāc materiā cōcernētibus dicetur. J. in verbo iurare.

h ¶Princeps sacerdotū scidit vestimēta sua. Significat sacerdotiū eorum pro sceleribus pontificū esse penitus soluendū: sed soliditas ecclesiæ (quę vestis dei dicit) vsq in finē seculi indirupta manebit. Pro hoc dicto qd est glo or. est bo. tex. in c. Translato. in prīci. de cōstitu. iuncto. c. qa ex sola. in princi. 24. q. 1.

i ¶Blasphemauit: Quid adhuc egemus testibus? In re humano iudex de crimine corā eo cōmisso punire potest absq alia testiū informatione liquida/quia cum crimen in iudicio sit cōmissum/satis est notoriū. Ita solet concludi in l. nulli. C. de testi. & in c. dilectus. de pœnis.

ii ¶Expuerūt in faciē eius. Spuebat olim in faciē ad inferendā maioris ignominię notā. prout est bo. textus Augustini in c. olim. 8. q. 1. de quo dictum est ꝫ. in verbo frater. super illud Deutero. Tollet calciamentū de pede eius/& spuet in faciem illius.

k ¶Per diem solennē cōsueuerat dimittere vnum vinctū. De hac consuetudine dictū est scdm iura humana ꝫ. in verbo Consuetudo. super illud Ioā. Est vobis cōsuetudo vt vnū dimittam vobis in pascha.

l ¶Sciebat enim q per inuidiam tradidissent eum. Cum Pilatus Christū sciret innocentē: Iudęosq ad ipsius accusationē/inuidia permotos cognosceret: non debuisset ipsum condēnare. Dignum est enim vt vita innocentis nulla maculetur pernicie accusatoris. c. dignū est. in princi. 3. q. 9. & quia iudex criminosum discutiens/non ante proferre sententiā debet/q̄ aut reum ipse se confiteatur/aut per innocentes testes conuincat. c. Iudex. 2. q. 1. & facit tex. in l. qui sententiā. C. de pœnis. Qz si pro Pilati excusatione dicatur/q licet sciret Iudęorū inuidiā & Christi innocentiā/tamen sciebat vt priuatus/& non vt iudex. Vnde hęc sua scientia non debuit eum mouere: quia iudex tenetur scdm allegata & probata: non autem scdm suā cōscientiā/causas diffinire. l. illicitas. §. veritas. & ibi Bar. ff. de offi. presi. Notat glo. in c. 1. in verbo Canones. in fi. de offi. ordi. & in c. pastoralis. §. Quia vero. in verbo tenet. de offi. delega. & est bo. tex. in c. iudicet. circa medium. 3. q. 7. dici potest q imo Pilatus nedū Christi innocentiā & iudęorum inuidiā vt priuatus cognoscebat/sed etiam vt iudex prout ipse attestatus est/dum examinando huiusmodi causam: dixit in Christo se non inuenire causam alicuius delicti. hanc solutionē dat Ludouicus Montaldus doctor Siculus in suo tractatu reprobationis sententię Pilati in. 2. parte principali colū. 2. Vel secūdo dici potest q licet iudex debeat iudicare scdm allegata & probata/tñ illud non procedit quādo conscientiā habet in cōtrariū/firmam scilicet & indubitatā:

tunc enim nõ debet contra cõscientiã iudicare/ ne ædificet ad gehennã. c. Per tuas. 2. in fi. de simo. c. Inquisitiõni. de sen. excõ. & facit c. Cũ æterni. de re. iudi. li. vi. Nec obstat q̃ iudex ratione officij publici arctatur ad obediendũ legi volenti vt secũdum acta iudicaret: quia non plus obligatur iudex/ q̃ priuatus obligetur obedire suo superiori: sed cõtra cõscientiã firmã & indubitatam non tenetur priuatus superiori obediret vt probatur l. d. c. Per tuas. & in d. c. Insinuationi. & in. c. Litteras. de resti. sp. c. Ergo nec iudex. Vnde hoc casu debet iudex instare vt exoneretur ab officio iudicaturę. Quod si efficere nõ possit: debet ad superiorẽ appellare/ seu ad superiorẽ negocium remittere. Ita tenet Hostien. cuius opi. verã puto in d. c. Pastoralis. §. qa vero. & ibi panor. colũ. fi. Contraria autẽ opi. pcedere potest/ vbi iudex non haberet firmã cõscientiã in cõtrarium sed leuẽ: quia tunc cõtra eã iudicare posset: vt pbat bo. tex. in d. c. Inquisitioni. Nec obstat d. l. Illicitas §. Veritas. vbi dicitur/ q̃ veritas rerũ erroribus gestorũ nõ vitiatur: quia ille tex. (vt ibidẽ colligitur) loquitur in veris pbationibus nos autẽ loquimur i falsis pbationibus & quas iudex scit eẽ falsas quibus propterea nõ debet adhęrere/ ita lo. cal. & Pa. in d. §. qa vero. Multa alia: quæ hic dici possent circa iniustitiã sententiæ: possunt videri per discursum huius pdicti tractatus do. Ludo. Mõtal. doctoris Siculi.

Dixit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Ihesu: qui dicitur Christus? Dicunt[m] omnes. Crucifigatur. Ait illis præses. Quid eni[n] mali fecit? At illi magis clamabant: dicentes. Crucifigatur. Vidẽs autem Pilatus/ quia nichil pficeret: sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo: dicẽs. Innocens ego sum a sanguine huius iusti[o]: vos videritis. Et respondens vniuersus populus: dixit. Sanguis[p] eius super nos/ & super filios nostros. Tũc dimisit illis Barabbam. Ihesum autem flagellatum[q] tradidit eis/ vt crucifigeretur.

Mat.27.c.d ¶Tunc milites suscipientes Ihesum in pretorio cõgregauerunt ad eũ vniuersam cohortem: & exuentes eum/ chlamydem[r] coccineam circundederunt ei. Et plectentes[s] coronam de spinis posuerunt super caput eius: & arundinem[t] in dextera eius: & genu flexo ante eum/ illudebant ei: dicentes. Aue rex Iudæorum. Et expuentes[v] in eum/ acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. Et postq̃ illuserunt ei/ exuerunt ei chlamydẽ/ & induerunt eum vestimentis eius/ & duxerũt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem: inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur golgotha/ quod est caluarie locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset[y] noluit bibere.

Mat.27.d.e ¶Postq̃ crucifixerunt[z] Ihesum/ diuiserunt[a] vestimenta eius/ sortem

m ¶ Dicunt omnes crucifigatur. Tex. est horum verborum annotationi subseruiens in c. Periculose de pœ. dis. 1. de quo videat s. in verbo Crucifigere. t. n ¶ Quid eñ mali fecit? Hoc dicto Pilatus ostẽdit Christum nocentem esse ex actis nõ deprehendisse/ imo agnouisse eius innocentiã: & sic nedũ vt priuatus/ sed vt iudex de Christi innocẽtia cõscientiã habuit/ cõtra quam propterea non debuit iudicare: prout dictum est. & diffusius supra scda pxima annotatione. o ¶ A sanguine huius iusti. Fert Pilatus cõtra se ipm testimoniũ. Qui enim recte loquitur/ & agit perperam testimonio suo semetipsum conuincit. c. Multi sacerdotes. circa me. 40. dist. p ¶ Sanguis eius super nos/ & super filios nostros. Iudęis clamantibus sanguis eius super nos/ & super filios nostros: etiam reliquiæ eorum pœnæ morte Christi addicti sunt. Ita dicit textus in c. Ecclesia. §. His itaq; in fi. 1. q. 4. vbi Archi. dicit. Iudæorum reliquias semen ipsorum hanc imprecationẽ percepisse tẽpora Titi & Vespasiani imperatorũ/ qui Hierusalẽ destruxerũt & Iudęos oẽs interfecerũt. Quare aũt eis mors Chri imputet/ cum Christus pati voluerit/ & p hũana redemptiõe mortẽ subire: dici põt/ q̃ ppter malignam eorum voluntatem. Ita sentit Archi. in c. fi. in prin. 23. q. 3. vel quia sponte sine auctoritate eis data ad petendam eius mortem accesserunt. Pro hoc facit in arg tex. in c. Cum minister. 23. q. 5.
q ¶ Ihesum flagellatũ. De hac redẽptoris nostri flagellatiõe loquẽs tex. in c. Nimiũ. paulo ante fi. 23. q. 4. dicit. Flagellauerunt Iudęi Christũ: Iudeos flagellauit & Christus In hoc aũt quid attenditur: nisi quis eorũ p veritate/ quis pro iniqtate/ qs nocendi causa/ quis emendandi flagellauerit. De qua etiã flagellatione obiter loquitur tex. 45. dist. in prin. ibi. Dorsum posuit ad flagella. r ¶ Chlamydẽ coccineã circundederunt ei. Marcus dicit purpurã. Vñ scdm Aug. dici põt: hanc chlamydẽ (quis esset coccinea) purpuram habuisse. Et ad hoc facit quia coccũ & purpura diuersa sunt. Nec eñ purpuræ appellatione venit coccũ nec ecõtra. tex. est in l. Sicut lana. §. Purpurę appellatione. ff. de leg. 2. & no. glo. in l. Tẽperent. in verb. Conchilij. C. de vestib. ulube- ris. li. 11. s ¶ Plectentes coronã de spinis. &c. Circa hanc redẽptoris nostri coronationẽ: videndũ ẽ qđ notat Archi. in c. Prohibere. 23. dist. de quo dictũ est in annota. istorũ verborũ s. in verb. Corona.
t ¶ Arũdinem. Videatur quod dictũ est s. in verbo Arundo. qq. v ¶ Expuentes in eũ. Videat qđ dictũ est s. Matthęi. 26. li. x ¶ Angariauerunt. i. personaliter fatigauerũt cogentes eũ vt Chri crucẽ quã ipse (vt refert Ioannes) exiens a pretorio deferebat: ad locũ crucifixiõis deferret. Hanc declarationẽ sentit Archi. 23. q. 1. in principio: declarando textum ibi in verbo angariauerit. y ¶ Cũ gustasset noluit bibere. Recurratur ad verbũ gustare. z Crucifixerũt. Quadruplici rõne crucis suppliciũ Chrus elegit prout notãter declarat Io. An. in cle. 1. in verbo cruci. de sum. tri. & fi. catho. & dictũ s. in verbo Crux. x. Qui aũt dicant hodie crucifigere Christum/ dictũ est in dicto verb. Crux. v. a ¶ Diuiserunt vestimenta eius sortẽ mittentes. Ioannes distinctius loquit/ & explicat quẽadmodũ gestũ sit. Milites (inquit) cũ crucifixissent eũ acceperũt vestimẽta ei9/ & fecerũt quatuor partes: vnicuiq; militi partẽ & tunicã. Erat aũt tunica inconsutilis. &c. Vñ in quatuor ptes diuisa sunt Chri vestimẽta: vt ecclesiã ei9 p quatuor mũdi partes dilatari ostẽdat. Tunica aũt mãsit indiuisa vt vnitas ecclię mõstret. Tametsi eñ multũ dilatata sit ecclia/ vna tñ ẽ & in vnitate cõsistit. c. 1. in fi. de sum. tri. & fi. catho. c. Loquit. & c. Quoniã vetus 24. q. 1. & c. Denique. in prin. 7. q. 1. Rõ vero huius indiuisę tunicę domini ponitur per tex. in cap. Sicut domini vestimentum. septima quæstio. 1. vbi Archidia. dicit vestem domini inconsutilem dictam quasi inconsutam/ quia non fuit compacta simul ex diuersis incisuris vel petijs sicut aliæ vestes quæ traduntur ad suendum: sed simul toto opere plenario contexta fuit/ & creditur facta manibus dominę nostrę. Et sic quæ in sui exordio partes non habuit vt aliæ/ in crucifixione Christi non fuit diuisa per partes vt alia vestimenta: per quod (vt alij volunt) significatum fuit charitatem ecclesiæ in sola

mittentes: vt impleretur quod dictum est per prophetam: dicētem. Diuiserunt sibi vestimenta mea & super vestem meam: miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum: & imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Ihesus rex Iudeorum. Tunc crucifixi [b] sunt cū eo duo latrones: vnus a dextris/& vnus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum/mouentes capita sua: & dicētes. Vah qui destruis templum dei: & in triduo illud reædificas? Salua temetipsum: si filius dei es descende [c] de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus: dicebāt. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluū facere. Si rex Israel est/descēdat [d] nūc de cruce: & credimus ei. Confidit in deo: liberet eū nūc/si vult. Dixit enim/quia filius dei sum. Idipsum autem & latrones [e] qui crucifixi erant cum eo improperabāt ei. A sexta autem hora tenebræ factę sunt/super vniuersam terram vsq; ad horam nonam. Et circa horā nonam clamauit Ihesus voce magna: dicens. Hely hely lamaazabatani hoc est deus meus deus meus vt quid dereliquisti me. Quidam autē illic stantes & audientes: dicebant. Heliā vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis acceptā spongiam impleuit aceto/ & imposuit arundini/& dabat ei bibere. Cæteri vero dicebant. Sine/videamus an veniat Helias liberans eum. Ihesus autem iterū clamans [f] voce magna/ emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes/a summo vsq; deorsum. Et terra mota est/& petræ scissæ sunt/& monumenta aperta sunt/& multa [g] corpora sanctorum qui dormiebant surrexerunt. Et exeūtes de monumētis post resurrectionē eius venerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Ihesum: viso terrę motu/& his quæ fiebant: timuerunt valde/dicentes. Vere [h] filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ a longe/quę secutæ erant Ihesum a Galilea ministrātes ei. Inter quas erant Maria Magdalene/& Maria Iacobi/& Ioseph mater/& mater filiorum [i] zebedæi.

virgine tempore passionis Chri non fuisse diuisam seu scissaz. In ea eñi sola remāsit sāctitas ecclesiæ. Hęc Archi.
b ¶ Crucifixi sunt cū eo duo latrones: vn⁹ a dextris/& vnus a sinistris. Per istos duos latrones/designāt omnes qui arctioris vitæ cōtinentiā apprehendūt: quicūq; eñi sola intentione placēdi deo hoc faciunt/designātur per illū qui a dextris dei crucifixus est. qui vero pro appetitu humanę laudis vel aliqua minus digna intentione/designantur per illū qui a sinistris crucifixus est. Circa hanc declarationē (quæ est de mente glo. ordi.) vidēdus est tex. i c. Vide q̃in. 1.q.1 de quo dictum ē in verbo Charitas & tex⁹ in c. Cauendum. de pœ. dist.3. de quo dictū est i verbo hypocrita.
c ¶ Descende de cruce. Si insultātib⁹ credens descenderet de cruce/virtutem patientiæ non demōstraret/quam tamen semper & verbo voluit & exemplo monstrare: cū ei malediceret nō maledicebat: & tanq̃ agnus corā tōdēte se. sic nō aperuit os suū. d.c. Si eū §. eligat. de pœ. dis.2
d ¶ Descendat de cruce & credim⁹ ei. Fraudulēta pmissio (dicit glosa ordi.) Maius facit surgens de sepulchro: & nō creditis. Si ergo de cruce descenderet nō crederetis. Sed hoc dęmones miserūt/statim eū sensesunt virtutē crucis & suas vires fractas/ vnde hoc agunt vt de cruce descendat: sed sciēs hoc dominus pmanet/ vt diabolū destruat. Voluit enim dominus/creator ac redēptor noster perferre/ vt nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. dicit tex. in c. Suggestuz est. circa medium. 7.q.1.
e ¶ Latrones qui crucifixi erant cū eo improperabant ei. Numerus pluralis ponit hoc loco scdm Aug. pro singulari. Vnus em latronum improperabat ei. Alter vero prout dicit Lucas increpabat eū. Vnde ne Lucas aduersel Matthæo/dicendū est pluralē numerum pro singulari poni/prout etiā sępe ponitur in iure humano. l. ait prętor §. Negocia. & ibi glo. ordi. ff. de nego. gest. l. Iubemus §. fin aūt. C. ad Trebel. vel scdm Hiero. dici pōt/q ab initio vterq; latronū blasphemauit/ & sic loquitur Matthęus. Postea vero/sole fugiente/terra cōmota/saxisq; diruptis/& ingruentibus tenebris/vnus crediderit in Ihesum/& priorem negationē/sequenti confessione emēdauerit: & sic loquitur Lucas. Pro hac cōcordia Hiero. facit quod de concordandis testibus deponētibus diuersimode de actu reiterabili notat Panor. in cap. Cum causam. versicu. Venio ad glo. super verbo tempore. de testibus.
f ¶ Clamans voce magna emisit spiritum. Ad esse hoīs duo principaliter exiguntur/videlicet corpus & anima: ex quorum coniunctione verus homo subsistit. Per hoc aūt q in articulo mortis Christus inclinato capite tradidit spiritum/de quo/ voce magna clamauerat. Pater in manus tuas cōmendo spiritū meum: manifeste probatur/q ipse spiritū habebat: nō solum flatum vitalem/sed animam rationalem/de qua prædixerat. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. & potestatem habeo ponendi animam meam/ & iterum sumendi eam. Per hoc autem q vnus militum (vt refert Ioannes) lancea latus eius aperuit/& continuo exiuit sanguis & aqua: probatur apertę q Christus verum corpus habebat. Præmissa quæ horum verborū subseruiūt annotationi habētur in c. in quadam. circa medium. de celebra. missa.
g ¶ Multa corpora sanctorum qui dormiebant surrexerunt. Non prius tamē surrexerunt q̃ surrexerit dominus: vt sic ipse esset primogenitus resurrectionis ex mortuis. Ita dicit Hiero. & idem sentit glosa in cap. Vnaquaq; §. Ioseph moriens. in verbo visitationis. in fine. 13. quæstio 2. vbi dicit/q Ioseph qui decessit in Aegypto ossa sua in patrum sepulchro sepelienda mandauit: quia in spiritu viderat q dominus resurgeret: & præuiderat multos ibi sepultos resurrecturos cū illo: & ipse forte erat vnus ex eis. Hæc glo.
h ¶ Vere filius dei erat iste. Hac centurionis cōfessione. quæ ab vniuersis tenetur orthodoxis: damnātur Bonosiani hæretici: qui a Bonosio quodam epō exorti creduntur: qui Christum dei filium adoptiuum/non proprium asseruit. c. Quidam. versi. Bonosiani. 24.q.1.
i ¶ Filiorū zebedei. s. Iacobi maioris & sancti Ioannis euangelistæ qb⁹ regnū postulauerat. vtē. visum ē.

k ℭ Petijt corpus Ihesu. An hodie: si positorum in patibulo petunt corpora sepelienda/ sit annuēdū petentibus. est bo. tex. in l. 1. & 2. ff. de cadauc. puni. & dictū est ş. in verbo Cadauer.

l ℭ Inuoluit illud in syndone munda. Hinc dicit tex. in c. Consulto. de consecra. dist. 1. Consulto omniū statuimus/ vt sacrificiū altaris non in serico pāno/ aut tincto quisq̄ celebrare missam præsumat: sed in puro lineo/ vel lintheo ab epo consecrato/ terreno scʒ lino procreato atq̄ contexto sicut corpus dñi nostri Ihesu Chri in syndone linea mūda sepultū fuit. Hæc text⁹ vbi glo. i verbo lino dicit. Ideo linū accipi: qa vt linū tūsionibus multis ad candorē deducit/ sic & Christ⁹ pssuris multis peruenit ad gloriaʒ. & ita etiā boni per pressuras ad gloriā dñi veniunt. Hæc glo. quā Archi. sequit: vbi etiā allegat aliam constitutionē dicentem. Corporale super quo sacra oblatio immolatur/ ex mundissimo linteo sit: nec in eo alterius generis materia p̄ciosior aut vilior misceatur. Vnde subiungit/ illos deū grauiter offendere/ qui mittunt corporale in cōfectionē farinę adhoc vt rigidum stet super calicē. & dicit Io. de fa. ita tenuisse.

¶(Dum hæc loquuntur) stetit Ihesus in medio discipulorum & dixit eis. Pax vobis. Ego sum:nolite timere. Conturbati vero & conterriti/ existimabāt se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis & cogitationes ascēdūt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate & videte/quia spiritus [z] carnem & ossa nō habet/sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostēdit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio. Dixit:habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi:& fauum mellis. Et cum [a] manducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos:cum essem vobiscum. quoniā necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & pphetis & psalmis de me. Tūc [b] aperuit illis sensum/vt intelligerent scripturas:et dixit eis. Quoniam sic scriptum est: & sic oportebat Christū pati: et resurgere a mortuis tertia die: et prædicari in nomine eius pœnitentiam et remissionem peccatorū in omnes [c] gentes. incipiētibus ab Hierosolyma. Vos autē testes estis horum. Et ego mittā promissum patris mei in vos. Vos autem sedete [d] i ciuitate quoadusq induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam:et eleuatis manib9 suis:benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis recessit ab eis/ et ferebatur in cœlum. Et ipsi adorātes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Et erant [e] semper in templo laudantes et benedicentes deum. Lucæ. vltio f.g.1.1.

¶Quod de Ihesu sub nomine verbi habetur Ioan.1.a.videatur infra in dictione verbum.

¶Lux per Moysem facta est:gratia [f] et veritas per IhesumChristum facta est. Et diffusius supra in verbo gratia. Ioā.1.b.

¶Vidit Ioannes baptista Ihesum venientē ad se:et ait. Eccce [g] agnus dei/ecce [h] qui tollit peccatata mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir/qui ante me factus est:quia prior me erat:et ego nesciebam eū. Sed vt manifestur in Israel propterea veni ego in aqua [i] baptizās.&c. vt Ioan.1. Et infra Ioannes Baptista. Ioan.1.d.

¶Altera die stabat Ioannes/& ex discipulis eius duo. Et respiciēs Ihesum ambulantem:dixit. Ecce agnus dei. Et audierūt eum duo discipuli loquentē/& secuti sunt Ihesum. Cōuersus autem Ihesus & vidēs Ioā.1.e.f.g in fine.

z ¶ Spūs carnē & ossa non habet. Videatur qd dictum est in verb. Caro.

a ¶ Cū māducasset. Māducauit Christ9 post resurrectiunē nō quasi cibo īdigēs:nec quasi in resurrectione(quā expectamus)cibis egere significans:sed vt eo modo naturā resurgētis corporis astrueret:q scilicet illud idem corpus quod gestamus/in resurrectione resumemus.de quo est tex. in c.1.in fi prime partis de sum.tri. & fi.catho.& notat per glo.in cle.1.§.porro.i verb.Intellectuæ.eodē titu.

b ¶ Tūc aperuit illis sensum vt itelligerēt scripturas. Idē dicit tex. in c.q ecclīasticis.§.ecce. 35.dis.de quo s.dictū est.

c ¶ In omes gētes. Ita enī dñs noster Ihesus Christ9 humani generis saluator instituit: vt veritas quę ātea legis & pphetarū pręconio cōtinebat/p apostolicā tubā in salutē vniuersitatis exiret/ sicut scriptū est. In omnē terrā exiuit sonus eorū/& in fines orbis terræ verba eorū. tex.est (cuius hæc verba sunt)in c. Ita dñs.in prin.19.dist.

d ¶ Vos autē sedete ī ciuitate. Postq(dicit glosa or.)Christus discipulos de virtute prędicationis pfecte instruxit/cum repēte si vellet posset eos roborare/distulit:dicēs. Vos autē sedete in ciuitate/ vt exemplū sequentib9 daret ne imperfecti prędicare ante tēpus pręsumāt. In ciuitate enī sedet qui itra mentis claustra se cōstringit/ne loquendo exterius euagel vt cū diuina virtute pfecte fuerit indutus/tunc quasi a seipso foras exeat/alios instruēdo. Pro hoc dicto facit textus Hierony.in c.Sic viue.16.q.1. dū ibi dicitur. Multo tempore disce/quæ postmodū doceas.& in c.Si efficta. in prin.59.dist.vbi dr. Quis tam impudens/tā arrogans inuenit/vt statim dux esse desyderet/cū tyro āte nō fuerit: & prius velit docere q discere! Multa alia possent allegari quę pretereo.

e ¶ Et erant semper in templo. Declara vt in simili dicetur in verb Moyses Exo.4.

f ¶ Gratia & veritas p Ihesum Christū facta est. Videat annotatio in verb.Gratia.

g ¶ Ecce agnus dei. Christ9 p agnū paschalem significat9/a Ioāne dictus est agnus glæ. Vnde secdm Isidorū agnus dicit ab agno qd est piū:vel latine dicit ab agnoscēdo: quia si in magno grege errauerit solo balatu matrē agnoscit. Ideo Ihesus Christus agnus dicit pp̄ter passionē: imprimis/qa pius passione sua donās nobis pacē. Agnouit patrē obediētia/matrē cura:& hęc est vna causa quare in imolatione altaris ter dicit Agn9 dei.q.d. Agne q agnouisti patrē/miserere nobis. Agne q agnouisti matrē/miserere nobis. Agne q obtulisti te p nobis/dona nobis pacē. Ita dicit Archi.in c.pe.de cōse dis.3. h ¶ Ecce q tollit pctā mūdi. Nemo tollit pctā mūdi nisi solus Chrs/q est agnus tollēs peccata mūdi. Tollit autē & dimittēdo q facta sunt/vbi & originale cōtinet: & adiuuando ne fiant/& perducendo ad vitam/vbi omnino fieri non possunt. Ita dicit textus qui Augustini est in cap.Nemo tollit.de consecra.distinc.4. i ¶ In aqua baptisans/& non in spiritu peccata tollens. Non regenerabantur enim seu renascebantur qui baptisabantur baptismo Ioannis:sed quodam præcursorio illius ministerio qui dicebat. Parate viam domino Christo/in quo solo renasci poterant qui parabantur.

Huius enim baptisma non est in aqua tm̄/ vt fuit Ioannis. Ita dicit tex. in c. Non regenerabātur. in prin. de cō secra. dist. 4. Cætera videant. in verb. baptisare. 1. k ¶ Quid quæritis. Interrogat non ignorās/ sed vt mercedē habeant respondētes. Neq̄ eū ipsum qui deus est/ aliqua potuit latere cogitatio. c. Nunqd Cain. in fi. de pœni. dist. 1. c. fi. in fi. de cōse. dist. 1. c. 1. circa mediū. 15. q. 6. & c. cōsuluisti. versi. occulta. 2. quæst. 5.
l ¶ Venite & videte. Scdm Origenē/ per hoc qd dicit venite/ inuitat ad actionē: per hoc aūt qd dicit videte/ inuitat ad contēplationem. Actiua enī vita contēplatiuæ iuncta/ deo placens est. dicto c. Nisi cum pridē. §. porro. versi. Nec ideo putes. de renuncia.
m ¶ Adduxit eum ad Ihesum. Nō dedignatur (dicit glo. interlinearis) maior seq̄ minorem. Pro hoc facit qd habetur i c. fi. 38. dist. vbi senectutis opprobriū timeri nō debet ab eo qui vult erudiri. & idē pbat tex. in c. si habes. 24. q. 3.
n ¶ Tu vocaberis cephas qd interpretatur Petrus. Intentū te fecit dominus (dicit Augustinus) nā si antea Petrus vocaretur. nō ita videres mysterium Petri/ & putares casu eū sic vocatū/ nō prouidētia dei. Ideo enī voluit aliud prius vocari/ vt ex mutatione nois/ sacramēti viuacitas cōmēdaret. Petrus enī a petra vocatꝰ est: petra vero ecclesia/ ergo in Petri noīe figurata est ecclesia q̄ scz sup hanc petrā ædificaret Christus ecclesiā suam. c. Ita dñs. 19. dist. c. loquitur. in princi. 24. q. 1. & dicetur in verb. Petrus. Nondū tñ mutat Christus nomen Simoni/ sed præsignat mutandū. quæ nois mutationē dū superioris auctoritate/ sed ēt auctoritate ppria fieri pt de iure hūano. pbat tex. & ibi notat in l. vnica. C. de muta. nois.
o ¶ Dicit ei Nathanael. a Nazareth pōt aliquid boni esse? Erat enī Nathanael literarū peritissimus: & quia doctissimus/ nō est in aplm electus. Oēs enī apostoli primū de idiotis accepti sunt vt cōfundant sapiētes. Pro hoc dicto glo. or. pōt videri tex. §. allegatꝰ in c. Venerabilis. paulo an fi. de pbē. p ¶ In quo dolus nō est. Dolus. i. simulatio. Si enī habet pctā/ cōfitet. Nō ergo negat peccatorē/ sed in eo laudat confessionē. Pro hoc dicto (qd est glo. or.) facit qd habet in c. serpens. in prin. de pœni. dist. 1. dū ibi dr. Venialis culpa est quā sequit pfessio delicto. q ¶ Quia dixi tibi. Vidi te sub ficu/ credis? maius his videbis. Huic dicto coforme videt qd dicit Io. An. in prin. clemētinarū. in verb. Ioānes. vbi dicit. Qui de veritatis cognitiōe a pricipio parū attingunt/ postea quasi pedetētim ad quandā pleniorē veritatis mensurā pueniūt. r ¶ Angelos ascendētes & descēdētes. Quid angeli ascēdētes & descēdētes designēt/ dictū est s. in verb. Iacob. vbi videat. s ¶ Vocatꝰ est aūt Ihesus/ & discipuli eius ad nuptias. In hoc ostēditur (dicit glo. ordi.) nō despiciēdas esse nuptias. Vnde notet tex. in c. si qs nuptias. 30. dist. in. vbi dr. Si quis nuptias in accusationē duxerit/ & mulierē fidelē ac religiosam dormientē cū viro suo abominandam crediderit/ aut etiam accusandā tanq̄ non posse coniugatos in regnum dei ingredi/ anathema sit. [illegible] tex.
t ¶ Quid michi & tibi est mulier? Ostendit non ab eo qd habet a matre. i. ab humanitate/ sed a deitate faciendum qd petit. Miracula enim non humana/ sed diuina fiunt virtute. Notatur in c. 1. de reliq. & vene. [illegible] & in c. Nec mirum. vbi per Archi. 26. quæst. 5. & dicetur. J. in verb. Miraculū. v ¶ Nondū venit hora mea. i. (dicit glo. ordi.) in eo qd facturꝰ sum nō agnosca te/ quia aliūde faciā. i. a diuinitate quā a te non habeo. Agnoscā aūt te pēdens in cruce/ cū vt filius curā tui discipulo cōmittā/ sed nondū venit hora passionis: qa nō debet esset passio/ nisi prædicato euāgelio: & tunc erit hora/ non necessitatis: vt hæretici calūniant: sed voluntatis/ vnde potestatē habeo ponēdi animā meā & iterū sumo eam. Nō enī auctor tēporū/ fato tēporis regit. Circa hoc dictū Aug. notet tex. in c. In quadā. de cele. missa. vbi habet illud: ptatē habeo &c. & qd dicit Archi. in c. Dicat. 23. q. 5. vbi dicit apud deū nō esse tēpus: & sic ipm nō regi tēpore. x ¶ Erāt ibi lapideæ hydriæ sex. Istas hydrias purificandis veris Iudæis/ non ita sed spiritu necesse habemꝰ apponere: vel magis apposita demōstrare. Quia enim nondū peruenit ecclesia ad perfectā purificationē/ qn eā ibi Christus exhibebit gloriosam

eos sequētes se: dicit eis. Quid [k] quæritis. Qui dixerūt ei. Rabbi: quod dicitur interpretatum magister: vbi habitas. Dicit eis. Venite [l] & videte. Venerūt & viderunt vbi maneret: & apud eū manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant a Ioanne: & secuti fuerant eum. Inuenit hic primū fratrem suū Simonē: & dicit. Inuenimus messiā: quod est interpretatum Christus. Et adduxit [m] eū ad Ihesum. Intuitus autē eum Ihesus: dixit. Tu es Simon filius Ioanna: tu vocaberis [n] cephas: quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dixit ei Ihesus. Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanahel: & dicit ei. Quem scripsit Moyses in lege/ & prophetæ: inuenimus Ihesum filiū Ioseph a Nazareth. Et dicit [o] ei Nathanahel. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus. Veni & vide. Vidit Ihesus Nathanahel venientē ad se: & dicit de eo. Ecce vere Israelita in quo [p] non est dolus. Dicit ei Nathanahel. Vnde me nosti? Respondit Ihesus & dixit ei. Priusq̄ te Philippus vocaret cū esses sub ficu vidi te. Respondit ei Nathanahel: & ait. Rabbi/ tu es filius dei: tu es rex Israel. Respondit Ihesus: & dixit ei. Quia [q] dixi tibi/ vidi te sub ficu/ credis? maiꝰ his videbis. Et dicit ei. Amē amē dico vobis videbitis cœlum apertum: & angelos [r] dei ascendentes super filium hominis.

Ioan.2.a.b ¶ Nuptiæ factæ sunt in chana Galilææ: & erat mater Ihesu ibi. Vocatus [s] est autem Ihesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater Ihesu ad Ihesum. Vinū nō habēt. Et dicit ei Ihesus. Quid [t] michi & tibi est mulier? Nondum [v] venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcunq̄ dixerit vobis: facite. Erant [x] autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum: capiētes singulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Ihesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq̄ ad summū. Et dicit eis Ihesus. Haurite nunc: & ferte architriclino. Et tulerūt. Vt autē gustauit architriclinus aquā vinum factam: & non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant qui hauserāt aquā. Vocat spōsum architriclinus: & dicit ei. Omnis homo

non habētem maculam neq̧ rugā.c.oībus.24.q.1.multis interim purificationibus opus habet: quatenus sicut abūdant peccata/abundet indulgētia. Prima ergo hydria & prima purgatio in cōpunctione est: de qua legim⁹. In quacūq̧ hora ingemuerit peccator/omniū iniquitatū eius non recordabor.c.Nullus expectet.versi.quis.de pœni.dis.7.de qua etiā dicit.Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus/cor contritū & humiliatū deus nō despicies.c.Sacrificiū.de pœni.dist.7.Secunda hydria seu purgatio est cōfessio:omnia siquidē in confessione purgant.c.sufficit de pœni.distic.1. Tertia hydria est eleemosyna: vnde dicit in euangelio. Date eleemosinā/& oia munda sint vobis.c.Medicamentū.in fi.de pœni.dist.1. Quarta hydria est remissio iniuriarū: scdm quod orātes dicim⁹. Dimitte nobis debita nostra/sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.c.Panē.de cōse.dist.2.c.de quotidianis.de pœni.dist.3.& c.dixit dñs.de pœni.distinc.4. Quita hydria est afflictio corporis: vnde & orādo dicimus. Mundi p abstinentiā ipsi canamus gloriā. Vtile est em̄ vt si quid negligēs libertas & imoderata licētia psumpsit/hoc religiosæ abstinētię cēsura castiget.c.Igit.in fi.76.dist. Sexta est prōpta obedientia. Fidei em̄ meritū possidet obedientia/sine qua quisq̧ infidelis esse cōuincit/etiā si fidelis esse videat.c.Sciēdū.in fi.8.q.1.Hæ sunt sex hydrię positę in purificationē nostrā quę vacuę sunt & plene vēto/si pro inani gloria assumant.c.Vide q̄tum.1.q.1.c.Cauendū.de pœ.dist.3.Aqua replent/si timore dei custodiātur.Aqua em̄ timor dñi est etsi min⁹ sapida: tñ optime infrigerās animā noxiis desyderiis æstuantē.c.sicut seta.de pœni.dist.2.Diuina aūt virtute aqua vertit in vinū/qm̄ pfecta charitas foras mittit timorē.c.schismatici.circa princi.23.q.6.Dicunt aūt lapideę hydrię ppter stabilitatē seu soliditatē. Vnde & ecclesia ppter fidei soliditatē sup petrā dicit ędificata.c.quia ex sola.24.q.1.Et erāt singulę capiētes metretas binas vel ternas. Duę metretę/duplex timor est, Ne forte trudi in gehēnā/& ne forte ab ęterna vita cōtingat excludi. De quo duplici timore est tex.in c.fi.in fi.23.q.6. Sed qa de cōtingente futuro sunt ista/& blādiri pot sibi aīa dicens. Postq̄ aliqnādiu in voluptatib⁹ tuis vixeris/ages pœnitentiā/nec ista iam cariturus/nec periturus in illa Bonū est adhibere tertiū timorē/ne scilz pueniamur die mortis & pœnitere non possimus. Hęc est metreta tertia quē sub disiunctione signāter posuit/eo q̄ nō omniū sit. Multos eīn solet serotina pœnitētia decipere.c.fi.circa med.de pœni.distl.7.Hæc declaratio est de mēte Ber.in.1.sermone primę dñicę post octauas Epiphaniæ.

primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsq̧ adhuc. Hoc [y] fecit initium signorū Ihesus in chana Galilææ & manifestauit gloriā suā: & crediderunt in eum discipuli eius.

¶Cum esset Ihesus Hierosolymis in pascha ī die festo: multi crediderunt in nomine eius vidētes signa eius quę faciebat. Ipse autē [z] Ihesus non credebat semetipsum eis: eo q̄ ipse nosset omnes: & quia opus ei nō erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat: quid esset in homine. Ioan.2.d. in fine.

¶Venit Ihesus & discipuli eius in terrā Iudæam: & illic demorabatur cū eis & baptizabat [a]. Ioan.3.c.

¶Vt cognouit Ihesus: quia audierunt Pharisęi q̄ Ihesus plures discipulos facit & baptizat q̄ Ioānes: q̄q̄ [b] Ihesus nō baptizaret: sed discipuli eius: reliquit [c] Iudæam & abijt iterū in Galilęam. Oportebat autem eum transire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ qui dicitur Sichar iuxta prædiū quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Ioan.4.a.

¶Ihesus ergo fatigatus [d] ex itinere/sedebat sic supra fontē. Hora erat autem quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Ioā.4.a.b.c.d.e.f.

y ¶Hoc fecit initiū signoꝝ Ihesus. In initio signoꝝ quę mortalis mortalibus erat datur⁹/aquā vertit in vinū: vt ei⁹ aduētu & ipso imortali facto hoies nō p austeritatē pœnarū legis/sed p dulcedinē & saporē pmioꝝ euāgelij/ad operatione boni prouocādos ostēderet/prout etiā factū est.c. Hęc aūt §.Ex his.paulo añ fi.23.q.4.

z ¶Ipse non credebat se eis/eo q̄ ipse nosset oēs.i.non credebat se eis: nō q̄ ipsi essent aliqd facturi nolēti/qui habet ptātem ponēdi aiam suā.c.in quadā.circa me.de cele.missa. Sed quia diuinitatis virtute/occulta eorū non erat.c.1.15.q.6.& sciebat eos nō firmiter credere, vnde nō cōmittebat eis oia dogmata/vt firmiter credētib⁹: ne margaritas mitteret ante porcos.c.In mādatis.in prin.43.dist.

a ¶Et baptisabat scz p apostolos suos. Pro hac declaratione (quę est glo.interlinearis) est tex.in c.Quādo ab Hierosolymis.de cōse.dist.4.vbi dicit. Quando ab Hierosolymis exijt Ihesus cū discipulis suis in terrā Iudęā/& ibi morabat cū eis/baptisabat non per seipm̄/sed p discipulos suos/quos intelligim⁹ iam fuisse baptisatos/siue baptismo Ioānis: sicut nōnulli arbitrant: siue (qd magis credibile est) baptismo Christi. Hęc tex. qui est Augustini.

b ¶Q̄q̄ Ihesus non baptisaret. Vtrūq̧ verū est (dicit Augustin⁹) q̄ Christus & baptisabat/& nō baptisabat. baptisabat em̄ quia ipse mūdabat: non baptisabat quia ipse nō intingebat. Prębebāt discipuli ministerium corporis: pręebat ille adiutoriū maiestatis. Pro hoc dicto facit text⁹ eiusdē Augu in c. Cum tantū.in princi.de cōse dist.4.vbi dicit. Cum tantū valeat baptism⁹ p hominē contēptibilē q̄tum per apostolū dat⁹: ita nec illius sed Christi esse cognoscitur Et in c.baptism⁹.in pri.eadē dis.vbi dr̄. Baptism⁹ talis est/qualis ille est in cui⁹ ptāte dat/nō qualis ille p cui⁹ ministeriū dat. Et in fine dicti c.vbi dr̄. Nō timeo adulterū/nō ebriosum/nō homicidā/qa columbā attēdo/p quā michi dicit. Hic est q̄ baptisat.

c ¶Reliqt Iudęā. Poterat qdē & psens ab his nō teneri si nollet: sed in oi re quā gessit vt hō/hoib⁹ in se credituris pbebat explū: qa vnusquisq̧ seru⁹ dei nō peccat si secesserit in aliū locū/vidēs furorē sep sequētiū. Fecit ergo hoc ille magr bon⁹ vt doceret/nō q̄ timeret. Pro hoc dicto (qd est Augu.) notet tex.in c. Exijt q̄ seminat.§.porro.versi. Sic em humanā naturā, de ver.sig.li.vj.vbi dr̄. Sic humanā naturā assumpsit Chrs/q̄ l suis opibus pfecti⁹ existēs/in nr̄is fact⁹ hūilis/in pprijs pmāsit excelsus. Sic & summę charitatis dignatiōe ad act⁹ quosdā ni ę imperfectioni cōformes inducit/q̄ a summę pfectionis rectitudine nō curuatur. Egit nāq̧ Christus & docuit opera perfectionis Egit etiā infirma: sicut interdū & in fuga patet/[illegible] loculis: sed vtrūq̧ perfecte perfectus existens/vt perfectis & imperfectis se viam salutis ostēderet/qui vtro[illegible] uare venerat/qui tandem mori voluit pro vtrisq̧. Hæc tex. Alia iura quæ in fuga persecutionum po[illegible] gari (quia superius citata sunt) pertranseo.

d ¶Fatigatus ex itinere. Suscepit em̄ oia quę sunt nostrę infirmitatis sine pctō. Hoc dictū est [illegible] tis. & idē habet p glo.in cle.1.in ver.possibile.de sum.tri.& fi.ca.& p Panor.i c.4.col.3.versi. [illegible]

e ¶ Vt cibos emerēt. Hinc colligi pōt Christū & ei⁹ apostolos proprietatē seu dominiū pecuniaꝝ habuisse De quo pōt videri qd diffuse dicit glosa in extrauagāti. Cū inter nōnullos. in verb. asserit. Vbi hęc emptio per apostolos facienda/ad effectum supradictum ponderat. de verbo. signi.

f ¶ Tu forte petijsses ab eo & dedisset tibi. Nā quasi dogma quoddā est/neminē accipere diuinū donum ex non quęrētib⁹ illud. Hinc etiā ipsum saluatorē iubet pater poscere vt det illi: iuxta illud. Postula a me & dabo tibi gētes. & ipse saluator dicit. Petite & accipietis. Pro hoc dicto (qd est Origenis) est tex. (vbi multæ alię euāgelicę doctrinę quibus istud/ petitionē scilicet doni cœlestis esse faciendā pbat) in c. voluissent. §. in euangelio. de pœni. distinc. 1.

Ihesus. Da michi bibere (Discipuli enim Ihesu abierant in ciuitatem vt [e] cibos emerēt) Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu cū Iudæus sis bibere a me poscis: quæ sum mulier Samaritana? (Nō enim coutuntur Iudæi Samaritanis) Respondit Ihesus: & dixit ei. Si scires domū dei: & quis est q dixit tibi/da michi bibere: tu forte petijsses [f] ab eo: & dedisset tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Domine: Neq; in quo haurias habes: & puteus altus est. Vnde ergo habes aquam viuā? Nūquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis puteū: & ipse ex eo bibit: & filij eius & pecora eius? Respōdit Ihesus: & dixit ei. Oīs qui bibit ex aqua hac sitiet iterū: qui [g] autem biberit ex aqua quā ego dabo ei non sitiet inęternum: sed aqua quā ego dabo ei/fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternā. Dicit ad eū mulier. Domine: da michi hanc aquam: vt non sitiam: neq; veniam huc haurire. Dicit ei Ihesus. Vade voca virum tuum: & veni huc. Respondit ei mulier: & dixit. Non habeo virum. dixit ei Ihesus. Bene dixisti: quia non habeo virū. Quinq; enim viros habuisti: & nunc [h] quem habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine video [i] quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dixit ei Ihesus. Mulier [k] crede michi: quia veniet hora quando neq; in monte hoc: neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus: quia salus [l] ex Iudæis est. Sed venit hora & nunc est: quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus [m] est deus: & eos qui adorant eum: in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia Messias venit qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille annunciabit nobis omnia. Dicit ei Ihesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit quid quæris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit [n] ergo hydriam suam mulier: & abijt in ciuitatem: & dixit illis hominibus. Venite & videte hominē qui dixit michi omnia quæcunq; feci. Nūquid ipse est Christus? Exierūt ergo

g ¶ Qui autē biberit ex aqua quam ego dabo ei nō sitiet inęternū. Tex. est circa hæc verba videndus in c. Charitas est aqua. in princi. de pœnitē. disti. 2. de qvo dictū est in verb. Aqua. in annotatione huius sententiæ. Tex. est etiā qui verbis istis accōmodari pōt in c. Reuera. circa prici. de conse. dist. 2. vbi dicit text⁹. Filijs Israel aqua de petra fluxit: tibi sanguis ex Christo/illos ad horam satiauit aqua: te sanguis diluit inęternū. Iudæus bibit & sitit/ tu cū biberis sitire non poteris.

h ¶ Nunc quē habes nō est vir tu⁹. Circa hęc verba noteř textus in c. Quomodo. in prin. 31. q. 1. vbi dicit Hieronym⁹/ cuius est ille tex. Fornicationis periculo concedit viduis secūda matrimonia contrahere. Meli⁹ est eñ (licet alterū & tertiū) vnum virū nosse q̄ plurimos. i. tolerabili⁹ est vni homini prostitutā esse/q̄ multis. siquidē & illa in euāgelio Samaritana sextū maritū habere se dicens/ arguit a dn̄o q̄ non sit vir eius. vbi eñ numerus maritorum est: ibi vir (qui proprie vnus est) esse desistit. Hęc tex. vbi glo. in verb. dicens/dicit. Qz tametsi Samaritana respōderit se non habere virū: tamen intus in eius animo se virū habere credebat ad quā interiorē credulitatē respexit Christus dū dicit. Voca virū tuum. & ad hanc intētionē/ nō autē ad verba referendū est qd dicit Hiero. Samaritanā respōdisse se habere sextū maritū. Et ita etiā dicit glo. in c. intelligētia. in verb. Res. de verbo. signi. Quod satis sustineri potest. Non video tñ quomō dictū Hieronymi stare possit cum sentiat hanc mulierē (dū ad eā verba faceret dn̄s) maritos sex simul habuisse: cū tamē verbis Christi clare liqueat quinq; defunctos/ & hunc non esse virū: non quia cū alijs quinq; accept⁹ esset. Ea eñ ratiōe nec quatuor fuissent viri eius/ sed quia nō erat ei legitime copulatus.

i ¶ Domine: video quia propheta es tu. Et sic cœpit ad eā venire vir. i. veritatis cognitio/ sed nondū plene peruenit: quia prophetā tñ/ nō aūt messiam pmissum fateř: sed postea plenius erudita fatebiř: vt sic pedetenti ad veritatis cognitionē pueniendū ostēdař. Nemo eñ repente fit summus/ sed a minimis quisq; inchoat/ vt ad magna pueniat. c. Charitas est aqua. versi. Hęc quę de charitate. de pœ. distinc. 2.

k ¶ Mulier crede michi. Dicit crede michi: quia scdm Chryso. vbiq; nobis opus est fide matre bonoꝝ/ quę salutis est medicamentū sine qua nichil magnoꝝ est possidere: sed qui tentāt/ ijs assimilāiur qui sine naui pelagus tentāt transire: qui parū quidē tentare sufficiūt/ vltra vero procedētes cito mergunř. vbi eñ Christus nō est fundamētū/ ibi nullius boni operis est supędificandū. vulgato c. Cū Paulus. in fi. 1. q. 1. & dictū est in verb. fides.

l ¶ Salus ex Iudęis est. Quia & Christus scdm carnē/ & eius apostoli in qbus fidei ac salutis initium sumptū est/ a Iudęis sunt. c. Cum igitur §. hac itaq;. versi. Est autem & alia causa. 38. quęsti. 1.

m ¶ Spiritus est de⁹. idē dicit tex. in c. Quidā. ver. Antropomorphitæ. 24. q. 3. vbi exponiř hoc dictū. Spiritus est deus. i. icorpore⁹ est: & ideo nō tā petit corpalia seu exteriora q̄ spūalia seu iteriora. Deus eñ cor iterrogat/ & nō manū. c. si qd inuenisti. in fi. 14. q. 5.

n ¶ Reliquit hydriā suā. Mulier euāgelizatura reliquit hydriam: quia nimia terrenoꝝ sollicitudo (vt nobis & alijs verā cognitionē conquiramus) abijcienda est. Cognitiōis eñ statū erigere nō valet quē terrenę sollicitudinis vsus curuū tenet. c. 1. versicu. Gibbosus. 49. dis.

o ℭ Meus cibus est vt faciam voluntatē patris mei. Hinc dicit textus in c. Inter hęc hircū. paulo ante finē. de pœni. dist. 3. Culpā eius non auferūt sacerdotes qui dolose se offert/ nec in eo possunt epulari quorum cibus est peccatorum remissio. Vnde verus sacerdos ait. Meus cibus est vt faciam voluntatē patris mei qui in cœlis est. i. vt peccatores conuersi & pœnitentes saluentur. Hæc tex. Cętera videantur in verb. Cibus.

de ciuitate & veniebant ad eum. Interea rogabāt eū discipuli: dicētes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicem. Nunquid aliquis attulit ei mādūcare? dicit eis Ihesus. Meus [o] cibus est/ vt faciā voluntatem eius qui misit me: vt perficiam opus eius. Nōne vos dicitis/ quod adhuc quattuor menses sunt & messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros: & videte regiones: quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit: & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat: & alius est qui metit. Ego misi [p] vos metere/ quod vos non laborastis. Alij laborauerunt: & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi [q] crediderunt in eū Samaritanorum/ propter verbum mulieris testimoniū perhibentis: quia dixit michi omnia quæcunque feci. Cum venissent ergo ad illū Samaritani: rogauerūt eum vt ibi maneret. Et māsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: quia iam propter tuam loquelam non credimus. Ipsi enim audiuimus & scimus: quia hic est vere saluator mundi.

ℭ Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia Ihesus adueniret a Iudæa in Galilæam/ abijt ad eū: & rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius (Incipiebat enim mori) Dixit ergo Ihesus ad eum. Nisi [r] signa & prodigia videritis: nō creditis. Dicit ad eum regulus. Domine: descende priusq̄ moriatur filius meus. Dixit ei Ihesus. Vade filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Ihesus: & ibat. Iam autem eo descēdente serui occurrerunt ei & nunciauerunt dicentes. quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerūt ei. Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater: quia illa hora esset in qua dixit ei Ihesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Ihesus cū venisset a Iudæa in Galilæam. Ioan. 4. g. in fine.

ℭ Erat dies festus azimorū/ & ascendit Ihesus Hierosolymā. Est autē Hierosolymis probatica piscina/ q̄ cognominatur hebraice Bethsaida/ quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languētium cæcorum/ claudorum/ aridorum expectantium aquæ motū. Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinā post motionem aquę sanus [s] fiebat a quacūque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi/ triginta & octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc autē cum vidisset Ihesus iacentem: & cognouisset quia iam multum tēpus haberet: dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine ho- Ioā. 5. a. b. c

p ℭ Ego misi vos metere quod vos non laborastis. i. vos facio messores ibi/ vbi alij seminauerūt. i. in Iudęa vbi prima seges collecta est. Pro hoc dicto glo. or. est tex. aptus. &. allegatus in d. c. Cū igitur §. Hac itaque versi. Est & alia causa. 35. questi. 1.

q ℭ Multi crediderūt propter verbū mulieris testimoniū phibēntis. Cōsiderabāt enim (dicit Chrysosto.) quod nequaq̄ mulier grata inter eum admirata fuisset/ qui eius delicta redarguerat/ nisi magnus quis esset & excellens qui prędicabatur ab illa. Sic ergo solo mulieris testimonio credētes & nullū signum vidētes/ exierunt deprecantes Christum vt apud eos maneret. Pro hac facili Samaritanorum credulitate ita per Chrysosto. declarata. est bonus tex. in c. qd Christus. versi. denique. ibi: Samaritani citius crediderūt. 23. q. 4.

r ℭ Nisi signa & prodigia videritis nō creditis. Sed quomō qui rogabat nōne credebat? Gregorius respondēs dicit. Mementote quæ petijt/ & aperte cognoscetis qa in fide dubitauit: poposcit nāque vt descēderet & sanaret filiū eius. Minus itaque in illo credidit quē non putauit posse salutē dare/ nisi presens esset & corpe. Pro hoc facit: qa si verū eum deū credidisset/ non præsentiā corporalē postulasset: sed q̄ sit eius sermo operatorius attēdisset/ quo facta sunt omnia. Iussit enim & facta sunt cœlū/ terra/ mare/ & omnia quę in eis sunt. c. Panis est in altari. paulo post princip. de conse. dist. 2. Isti confirmationi cōforme est quod subiungit Gregorius dicēs. Solo iussu dn̄s salutē reddidit/ qui voluntate omnia creauit/ prout etiā dicit tex. in c. Reuera. col. fi. eadem distinc.

s ℭ Sanus fiebat a quacūque detinebat infirmitate. Baptismus (sedm Chrysostomū) prefiguratus fuit in piscina. vnde & qui eo abluuntur sani fiunt a quacunque detineātur infirmitate. Non solum enim originaliū/ sed etiam voluntariorum fit in baptismo remissio peccatorum. c. Regenerāte. de cōse. dis. 4. c. 1. i fi. de sum. tri cū simil. Quātū tn̄ ad effectū baptismi in puulis reperiunt doctores quidā theologi opiniones cōtrarias habuisse: qbusdā ex ipsis dicētibus. p virtutē baptismi puulis qdē culpā remitti: sed grām nō cōferri. Alijs ecōtra asserētibus quod & culpa eisdē in baptismo remittit/ & virtutes ac iformans gr̄a ifundit quo ad habitū/ etsi nō pillo tēpore quo ad vsum. Nos tn̄ (dicit Clemēs qntus) attēdentes generalē efficaciā mortis Christi quæ p baptisma applicat/ pariter oībus baptisatis opinionē sedam (quæ dicit tam paruulis q̄ adultis conferri in baptismo grām informantē & virtutes) tanq̄ probabiliorē/ & dictis sanctorū & doctorum modernorum theologię magis consonam & concordem sacro approbante concilio: duximus eligendam. Ita dicit tex. in cle. 1. §. fi. de sum. tri. & fi. catho. vbi sunt glosę ampla in hac materia.

minem non habeo: vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinā. Dum venio enim ego: ali⁹ ante me descēdit. Dixit ei Ihesus. Surge [t]: tolle grabatum tuū: & ambula. Et statim sanus fact⁹ est homo ille. Et sustulit grabatum suum/ & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebāt ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat. Sabbatū est. non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me saluum fecit ille michi dixit. Tolle grabatum tuum/ & ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatū tuum/ & ambula. Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Ihesus enim declinauerat a turba constituta in loco. Postea inuenit eum Ihesus in tēplo: & dixit illi. Ecce [v] sanus factus es/ iam noli peccare: ne deterius [x] tibi aliquid cōtingat. Abijt ille homo: & nunciauit Iudæis: quia Ihesus esset qui fecit eum sanū. Propterea persequebātur Iudæi Ihesum: quia hæc faciebat in sabbato. Ihesus autem respondit eis. Pater meus vsq modo operatur: & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbatum: sed & patrem suum dicebat deum/ æqualem [y] se faciens deo.

Ioan.6.b. ¶ Homines cū vidissent quia Ihesus fecerat signum (de quinq panibus/ & duobus piscibus) dicebant. Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundū. Ihesus ergo cum cognouisset quia venturi essent: vt raperent eum: & facerēt eū regē: fugit [z] iterum in montē ipse solus.

Ioan.6.f.g. ¶ (Dicente Ihesu qui manducat meā carnem & bibit meū sanguinē/ in me manet: & ego in illo) Multi audiētes ex discipulis eius dixerūt. Durus [a] est hic sermo. Et quis potest eum audire. Sciens autem Ihesus apud semetipsum: quia murmurarent de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentē vbi erat prius. Spiritus [b] est qui viuificat: caro non prodest quicq. Verba quæ ego locutus sum vobis: spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim Ihesus ab initio qui essent credētes: & quis traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea dixi vobis: quia nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datū a patre meo. Ex hoc multi [c] discipulorum eius abierunt retro: & iam non cū illo ambulabant.

t ¶ Surge tolle grabatum tuum & ambula. His verbis tria notāda vidētur quę vero pœnitēti debēt iesse. A pręteritis scꝫ criminib⁹ emēdatio/ in verbo surge. eoꝝ quę ad peccata alliciebāt & in peccatis fouebant derelictio/ ibi tolle grabatū tuum. & bonorū operum frequētatio/ ibi & ambula. De quibus est diffusus text⁹ Augu. in c. I. de pœni. distinc. 5. v ¶ Ecce sanus factus es iam noli peccare. Hinc dicit tex. in c. Cū infirmitas. in princip. de pœni. & remis. infirmitas corporalis nōnunꝗ ex peccato prouenit/ dicente dn̄o languido quē sanauerat. Vade & amplius noli peccare ne deterius aliquid tibi cōtingat. Hęc tex. Nōnunꝗ tn̄ corporalis infirmitas nō propter peccatū: sed propter virtutis obuenit exercitiū. c. Cū pcussio. 7. quęsti. I. Vnde etiā corporis īfirmitas nōnunꝗ fortitudinē corpis augmētat. c. Nisi cū pridem. §. Alia. in fi. de renū. x ¶ Ne deterius aliquid tibi cōtingat. Qui eñ in ea quæ dimiserant peccata rursus prolabuntur grauiorem subituri sunt pœnā. prout est bo. tex. in c. si qui vero. & in c. pe. de pœni. dist. 5. y ¶ Aequalem se faciens deo: prout æqualis erat/ estq ac fuit semp. c. I. de sum. tri. Vnde ī Nicena synodo Arrhianę pfidię condēnata est blasphemia/ quā de ięqualitate sanctę trinitatis idē Arrhius asserebat. Consubstātialem eñ deo patri dei filiū eadem sancta synod⁹ diffiniuit. cap. I. versi. harū prior. 15. dis. facit. c. quidā. versi. Arrhiani. 24. quęsti. 3. z ¶ Fugit iterum in montē ipse solus. Christ⁹ fugit erudiēs nos mūdanas contemnere dignitates. prout etiam est bo. tex. in c. Multi. in fine. 40. distinc. a ¶ Dixerūt. Durus est hic sermo &c. Circa ea quę hic dicunt/ & pro eorū elucidatione notet tex. in c. Prima quidem. de cōse. disti. 2. vbi dr̄. Hęreses in discipulis Christi velut a duritia eius sermonis facta est. Cū eñ diceret. Nisi quis māducauerit carnē meā & biberit sanguinē meū/ non habebit vitā ęternā. Illi nō intelligētes dixerūt adinuicē. Durus est hic sermo: separauerūt se ab illo & remāsit cū discipulis. discedētibus illis/ instruxit illos qui remāserūt. Spūs est (inquiens) q viuificat: caro nichil pdest. Verba quę locut⁹ sum ad vos spūs & vita sunt/ itellexistis spūaliter/ spūs & vita sunt/ intellexistis carnaliter/ etiā illa spūs & vita sunt: sed tibi non sunt spūs & vita/ qui spūaliter nō intelligis: spiritualiter intelligite quę locut⁹ sum. Non hoc corpus qd videtis manducaturi estis/ & bibituri illū sanguinē quē effusuri sunt q me crucifigēt. Sacramentū aliqd vobis cōmendaui/ spiritualiter intellectū viuificat vos. Caro autē non prodest quicq. sed quomodo illi intellexerūt/ sic responderunt. Carnē qppe sic ītellexerūt sicut in cadauere venditᷣ/ aut in macello dilaniatᷣ. Sciēs aūt Ihesus ait. Hoc vos scādalisat/ quia dixi. Do vobis carnē meā māducare/ & sanguinē meū bibere. si ergo videritis filiū hois ascendentē vbi prius erat: qd est hoc? Hinc soluit qd illos mouerat/ hinc aperuit vñ fuerūt scādalisati/ hinc plane si itelligerēt: illi autē putabāt erogaturū corpus suū/ ille dixit se ascēsurū in cœlū vtiq integrū/ cū videritis filiū hois ascēdentē vbi erat prius/ certe vel tūc videbitis qa non eo modo quo putatis erogat corp⁹ suū: vel tūc intelligetis qa gr̄a eius. i. corpus suū gr̄a sua nobis datū/ non cōsumitᷣ morsib⁹. Scdo notetᷣ tex. in c. Vtrū. paulo añ fi. eadē dis. vbi dr̄. Rationabilius est vt qa nos iā similitudinē mortis ei⁹ in baptismo accipimus: similitudinē quoq carnis & sanguinis accipiam⁹: ita vt & veritas non desit in sacramēto: & ridiculū nullū fiat a paganis/ q cruorē occisi hois bibam⁹. Si eñ discipli patiēter ferre nequiuerit qd dn̄s dixit. q nō māducat meā carnē &c. sed dixerūt. Durus est hic sermo. quō ergo ferrēt ista increduli? Credendū est igitᷣ q in verbis Christi sacramēta conficiantᷣ. cui⁹ enim potentia creantur prius/ eius vtiq verbo ad melius pcreantur. Hæc textus. b ¶ Spūs est q viuificat. Videatur annotatio proxima/ & quod dictū est s. in verb. Caro. c ¶ Multi discipuloꝝ eius abierunt retro. Saluator ait Io. 8. Si manseritis in verbo meo/ vere discipuli mei estis. Nunquid ergo in his computandi sunt illi de quibus euangelium/ sic loquitur (vbi dominus cum cōmendasset manducantem carnem suam & bibentem sanguinem suum ait euangelista) multi ex discipulis eius audientes dixerunt. durus est hic sermo/

quis potest eum audire. Et subiungit. Ex hoc multi discipulorum eius abierũt retro/ & iam cum illo non ambulabant. Sed isti discipuli appellati sunt: non tñ vere discipuli erant/quia non remãserunt in verbo eius scdm id qd ait: si mãseritis in meo verbo &c. Quia ergo non habuerũt pseuerantiã sicut non vere discipuli Christi/ ita nec vere filij dei fuerũt etiã qñ esse videbant/ & ita vocabãtur. Ita dicit text⁹ Augustini in c. si ex bono. col. penul. de pœni. distinc. 4.

Dxit ergo Ihesus ad duodecim. Nũquid [d] & vos vultis abire? Respõdit ergo ei Simon Petrus. Domine [e] ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus: quia tu es Christus filius dei. Respondit eis Ihesus. Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis [f] vnus diabolus est. Dicebat autẽ de Iuda Simonis Scariothis. Hic enim erat traditurus eum: cum esset vnus ex duodecim.

¶ Posthæc ambulabat Ihesus in Galilęam. Non [g] enim volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudęorũ scęnophegia [h]. Dixerunt autem ad eũ fratres [i] eius. Transi hinc: & vade in Iudæam/ vt & discipuli tui videãt opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit: & quęrit ipse in palam esse. Si hæc facis: manifesta temetipsum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Ihesus. Tempus [k] meum nondum aduenit: tẽpus autem vestrũ semper est paratum. Non potest mũdus odisse vos. me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de eo: quia opera eius mala sunt. Vos ascẽdite ad diem festum hunc. Ego enim non ascẽdam ad diem festum illum: quia meum tempus nondũ impletum est. Hæc cũ dixisset ipse mansit in Galilæa: vt autem ascenderunt fratres eius: tunc & ipse ascẽdit ad diẽ festum non manifeste [l]: sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eũ in die festo: & dicebãt. Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: quia bonus est. Alij autẽ dicebãt nõ: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Ioan. 7. a. b

¶ Die festo mediãte ascendit Ihesus in templum: & docebat Et mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit: cum non didicerit? Respondit eis Ihesus: & dixit. Mea [m] doctrina nõ est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit volũtatẽ eius facere: cognoscet de doctrina/ Ios. 7. b. c. d. e. f.

d ¶ Nunquid & vos vultis abire? Non dixit Christus abite: hoc enim esset eos expellere/ sed iterrogauit eos an vellent abire auferẽs ab eis vi & necessitatẽ. Vnde hic sumpta occasiõe dicebãt quidã: neminẽ ad bonum cogendũ esse/ sed tãtũ inuitandum: cui contradicẽs Augustinus respõdet in hęc verba. Repetis vt audio qd in euangelio scriptũ est: recessisse a dño. lxx. alias. 72. discip[u]los: & arbitrio suę malę atq; ipiæ discessionis fuisse permissos. cæterisq; 12. qui remãserãt fuisse respõsum. Nunqd & vos vultis abire? & non attendis quia tunc primum ecclesia nouello germie pullulabat/ nõdumq; cõpleta fuerat illa prophetia. Et adorabunt eũ omnes reges terre: oẽs gentes seruiẽt ei. qd vtiq; q̃to magis impletur/ tãto maiore vtit ecclesia potestate vt nõ solum inuitet/ sed etiã cogat ad bonũ. Hoc dñs significare volebat q; q̃uis haberet magnã potestatẽ prius tñ elegit cõmendare humilitatẽ hoc etiam in illa conuiuij similitudine satis euidẽter ostẽdit vbi misit ad inuitatos & postea dixit. cõpelle eos intrare. ita significãs ecclesię primordia nascentis/ vt essent p vires etiã compellendi. tex. est vbi hęc ponũtur. in c. displicet. colũ. fi. versi. Repetis. 23. q. 4.

e ¶ Dñe ad quem ibimus verba vitę ęternę habes. Hinc dicit textus in c. Quę dignior. paulopost princip. 24. q̃sti. 1. Christus solus est quẽ nemo debet deserere nemo mutare/ cui bene dicit Dñe ad quẽ ibimus/ verba vitę æternę habes/ & ego a te quomodo recedam? Et in c. forte. paulopost prin. de cõse. dist. 2 dicit textus. Vbi nõ tulerũt sermonẽ Christi discipuli eius sed audiẽtes: quia carnẽ suam daret ad manducandũ/ & sanguinẽ suũ ad bibendũ: solus tamen Petrus dixit: verba vitę æternę habes & ego a te quomodo recedã?

f ¶ Vnus ex vobis diabolus est. Videatur annotatio in verbo diabolus. Sed ibi dictis addat declaratio glo. iterlinearis: quę est: q; Iudas dictus est diabolus quasi deorsum fluens. Fluebat enĩ deorsum qui & magistri sui/ & suũ/ malicia propria operatur⁹ erat interitũ. c. qui studet. versi. Iudas. 1. q 1.

g ¶ Non volebat in Iudęam ambulare/ quia quęrebãt eum Iudęi interficere. Futurũ erat (dicit Augustinus) vt aliquis fidelis abscõderet se: & ne illi pro crimine obijceret latibulum/ pręcessit in capite quod in mẽbro confirmaretur. Tex. est cũ hac sentẽtia Augustini idẽ sentiens in c. exijt qui seminat. §. porro. versi. Nec his quisq̃. de verbo. signifi. & in c. suscitaris. 7. quęsti. 1.

h ¶ Scænophegia. Scęnophegia festiuitas est tabernaculorum qua mense septimo Iudęi habitabant in tabernaculis in memoriã illorum in quibus patres eorum habitauerãt in deserto. Ita dicit glo. or. hic. & glosa in c. Ne forsitan. in verb. festiuitatis. de pœni. dist. 1.

i ¶ Fratres dñi. Cum auditis (dicit Chrysosto.) fratres dñi/ Marię cogitate consanguinitatẽ: non iterũ parientis vllam propaginẽ. Sicut enĩ in sepulchro vbi positum est corpus domini/ nec ante/ nec postea mortuus iacuit: sic vterus Marię nec ante nec postea quicq̃ mortale cõcepit. Pro hoc dicto est tex. clarus cũ glo. in c. Iacobus frater dñi. de cõse. dist. 1. iuncto c. Ioseph. de verbo. sig. & facit c. quidã. versi. Heluidiani. 24. q. 3. vbi dicitur. Heluidianos esse hęreticos ab Heluidio quodã sic dictos/ q dicebat post Christũ natum/ alios Mariã filios de viro suo Ioseph peperisse.

k ¶ Tempus meũ nondum aduenit: idest quę dicitis/ humanę glorię intuitu dicitis: & vt ipsi quęrẽdę studeã monetis/ sed ad hoc non veni. Sum quidẽ gloriam habiturus resurrectionis & ascẽsionis: sed ad eã veniendũ est impleta prius (ad quã subeũdã veni) humilitate passionis. Hęc declaratio est de mente glo. iterlinearis: & bene probat in sępe allegata cle. 1. de sum. tri. & in c. 1. eodẽ ti.

l ¶ Non manifeste/ sed quasi in occulto. Ihesus Christus cuius perfecta sunt opera: sicut in suis actibus viam perfectionis exercuit: ita interdũ imperfectorum imperfectionibus condescendens imperfectorum infirmas semitas non damnauit. d. c. Exijt qui seminat. §. porro. de verb. sig. in. vj.

m ¶ Mea doctrina non est mea/ sed eius qui misit me patris. Huic simile videtur qd alibi de seipso saluator ait. Sicut audio & iudico. & alibi. Non potest a se filius facere quicq̃/ nisi quod viderit patrẽ facientem. De quibus dictis est textus in c. fi. in fi. de consecra. distinc. 5. dum autẽ hic dicitur q; die festo Christus docebat/ videat quod dictum est in huius annotatione sententiæ s. in verb. doctrina.

n ¶ Qui a semetipso loquitur/gloriam propriam quærit. Videat annotatio in verbo gloria.
o ¶ Nondũ venerat hora eius. Hoc est/qa nolebat. Non eñ dñs sub fato natus est:hoc nec de te credendũ est/q̃tomagis de illo per quẽ factus es: si tua hora voluntas est illius/illius hora quæ est nisi voluntas sua! Hęc declaratio Aug. est circa quã videri põt textus eiusdẽ Augu. in c.1.versi. Genethaliaci.26.q.4. vbi natales hominũ sub fato non esse d. Et quod dictum est õ in verbo homo. sup illud Iob. Constituisti terminos eius qui prȩteriri non poterunt.

vtrum ex deo sit:an ego a meipso loquar. Qui [n] a semetipso loquitur: gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius/qui misit eum/hic verax est: & iniustitia in illo non est(Multaq; alia dixit Ihesus Iudæis) Quærebant ergo eum apprehendere:& nemo misit in illũ manus: quia nondum [o] venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum:& dicebãt. Christus cũ venerit:nunquid plura signa faciet/ q̃ quæ hic facit. Audierunt Pharisei turbam murmurantem de illo hæc. Et miserunt principes & Pharisæi ministros vt apprehẽderẽt eum. Dixit ergo eis Ihesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui me misit. Quæretis me/ & non inuenietis. Et vbi ego sum vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos. Quo hic iturus est: quia nõ inueniemus eum? Nũquid in dispersionẽ gentium iturus est: & docturus gẽtes? Quis est hic sermo quem dixit: quæretis me:& nõ inuenietis. Et vbi ego sum:vos nõ potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Ihesus:& clamabat dicens. Si quis [p] sitit veniat ad me/& bibat. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autẽ dixit de spiritu: quem accepturi erant credẽtes in eum. Nondum enim erat spiritus datus: quia [q] Ihesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cũ audissent hos sermones eius:dicebant. Hic est vere propheta. Alij dicebant hic est Christus. Quidam autem dicebant. Nunquid a Galilea venit Christus? Nõne scriptura dicit? Quia ex semine Dauid/ & de Bethleem castello vbi erat Dauid/venit Christus. Dissentio itaq; facta est in turba propter eum. Quidam autẽ ex ipsis volebant apprehendere eum:sed nemo [r] misit super illum manus.

Ioan. 7. g. in fine. ¶ Venerũt ministri ad põtifices & Phariseos:& dixerũt eis illi. Quare non adduxistis eũ? Respõderunt ministri. Nunq̃ sic locutus est homo: sicut hic loquitur. Respõderunt ergo eis Pharisæi. Nunquid & vos seducti estis? Nũquid ex principibus aliquis credit in eum: aut ex Phariseis? Sed turba hæc quæ non nouit legẽ/maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos (Ille qui venit ad eum nocte: qui vnus erat ex ipsis) Nunquid [s] lex nostra iudicat hominẽ:nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat? Responderunt: & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilæus es: scrutare scripturas/& vide:quia a Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisq; in domum suam.

Ioan. 8. a. b ¶ Ihesus perrexit in montem oliueti: & diluculo iterum venit in templum/& omnis populus venit ad eum/& sedẽs [t] docebat eos. Adducũt autem Scribæ & Pharisæi mulierẽ in adulterio [v] deprehensam/& statuerunt eam in medio & dixerunt ei. Magister: hæc mulier modo de-

p ¶ Si quis sitit veniat ad me & bibat. ac si diceret. Neminẽ necessitate & violẽtia attraho/ sed si quis habet desyderiũ multũ:hunc ego voco. Pro hac declaratione videndus est tex. Hier. in c. Tunc saluabitur.§. Qui sitit. Alias est in c. qui sitit.33.q.5. vbi dicitur. Qui sitit veniat & bibat. Qui põt capere capiat:non dicit. velitis/ nolitis/bibẽdum vobis est atq; currẽdũ / sed qui volnerit/q potuerit currere atq; potare/ ille vincit ille satiabitur. & ideo plus amat virgines Christus quia spõte tribuũt quod sibi non fuerat imperatum. Hæc textus.

q ¶ Quia Ihesus nondũ erat glorificat9. Si hæc causa erat (dicit Augu. contra Faustum) vt nõdum daret spũssanctus/quia nõdũ erat Ihesus glorificatus pcul dubio clarificato Ihesu iã causa erat vt statim daretur. Cathaphryges antẽ se promissum paraclitũ suscepisse dixerit. & hinc a fide catholica deuiarit. Pro hoc dicto Aug. est bonus tex. in c. Quidã. versi. Cathaphryges. 24.q. 3. vbi dicit. Cathaphryges nomẽ puinciæ Phrygia dedit/ qa ibi extiterũt. Auctores aũt eorum Mõtanus/prisca & maximilia fuerunt. Hi aduentũ spiritussancti nõ in apostolos/ sed i se traditũ asserũt. Vnde hereticis annumerant.

r ¶ Nemo misit in eũ man9. Quia nondum ipse voluit. Nichil autẽ sine suo. i. dei permissu fieri põt. c. Nec mirũ. co lũ.3. ver. Nec iõ.26.q.5.

g ¶ Regnū meum nō est de hoc mūdo. &c. Chrs interrogatus a Pilato an rex esset/ ait. Regnū meū non est de hoc mūdo: si eīm esset de hoc mūdo: ministri mei vtiq̄ decertarent vt nō traderer Iudæis insinuans illos ad regnū hui9 mūdi ptinere/ qui (tn̄) auxilio humanarū virtū/ nō diuino præsidio ab iminenti iniuria se tueri cō tendūt. Ita dicit tex. 23. q 3 in prin.

h ¶ Crucifige crucifige eū. Videať tex. l di.c Periculose. de pœ. dist. 1.

i ¶ Ego enim non inuenio in eo causam. Videatur qd diffuse dictum ē. eodem in Matthęo/ sup illud Matthęi. 27. Sciebat eīm Pilatus quia per inuidiam tradidissent eum.

k ¶ Quia filiū dei se fecit. Videtur quod istis verbis annotatū est supra. in verbo filius.

l ¶ Ihesus aūt responsum nō dedit ei. Hic & alijs locis legitur siluisse Christ9 vt p̄phetia ipleatur. Sicut agnus coram tondēte sine voce/ sic nō aperuit os suū. Quæ similitudo de agno data est vt in suo silentio non reus sed innocēs habeať. Non eīm vt conscius conuinciť/ sed vt mansuetus pro alijs imolatur. Hęc declaratio est glo. or. Pro qua facit textus apertus in c. Si eīm. col 3. de pœ. dist. 2. iunctis no. per Archi. in c. Sextā synodū de cōse. dist. 1. de quibus dictum est Io. 1. super illud. Ecce agnus dei. m ¶ Non haberes potestatem aduersum me vllam/ nisi tibi datū esset desuper. Hinc dicit tex. in c. Monet. versi. Sed sciendū. 22. q. 1. Ioseph per Pharaonē iurādo hoc in eo veneratus est q̄ dei iudicio positus erat rex in infimis. Vn̄ ap̄s ait. Omnis potestas a dn̄o deo est. Item Chrs Pilato. Non haberes in me potestatē/ nisi data tibi esset desuper. & i c. Quid culpať. circa me. 23. q. 1. dicit tex. Si hūana cupiditate bellum geritur/ non nocet sanctis/ in quos non haber quisq̄ potestatē nisi desuper datā. Non enim est potestas nisi a deo siue iubente siue sinente. Hęc tex.

n ¶ Hora quasi sexta. Quia iam incœperat sexta diei hora. qn̄ Pilatus sedit p̄ tribunali/ & dū ducereť Ihesus & cętera gererenť/ cōpleta est sexta hora/ ex qua tenebræ fuerūt vsq̄ ad nonā. Sed ne hoc facinus in Romanos: sed magis in Iudęos retorqueat/ dicit Marcus. hora tertia crucifixum: qa Iudęi clamauerūt ea hora. Crucifige crucifige. Pro hac declaratione q̄ est glo. or. est textus rotundus in d.c. Periculose. de pœ. dist. 1. Nichil aūt obstāt narrandi diuersitas vbi eadē dicūt/ maxie cum vtisq̄ euangelistarū eo modo credat se dicere quo deus voluit. ita dicit tex. cuius hęc verba sunt in c. Nichil obstat. de verbo. signi.

o ¶ Tradidit eis vt crucifigeretur. Nō φ ipsi manib⁹ eū acciperēt & crucifigerētq̄ supra hoc excusauerāt: sed vt crimine ipliciti videanť a quo alieni esse conanť: cum non nisi pro eis hoc facere: Pilatus. Vñ non ait vt crucifigerent/ sed vt crucifigereť / iudicio. s. & potestate Pilati. Tex. est vbi hęc declaratio glo. or. probať. in allegato c. Periculose. de pœni. distin. 1.

p ¶ Exiuit in eum qui dř caluarię locū. Non tñ detulit Chřs crucē suaȝ vsq̧ ad locū caluarię: sed inuenerūt quēdā hominē Cyreneū quē angariauerūt/ vt dictum est s. Matth. 27.

Non habemus regem/ nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit [o] eis illum/ vt crucifigeretur.

¶ Ihesus baiulans sibi crucem/ exiuit [p] in eum qui dicitur Caluariæ locum: vbi eum crucifixerunt. Ioan. 19. d.

¶ Stabant iuxta crucem Ihesu mater eius/ & soror matris eius Maria Cleophe & Maria Magdalenæ. Cum vidisset ergo Ihesus matrem & discipulum stantem quem diligebat: dixit matri suæ. Mulier [q]/ ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce [r] mater tua. Et ex illa hora/ accepit [s] eam discipulus in suam. Ioan. 19. e.

¶ Sciens Ihesus quia oĩa cōsummata sunt: vt cōsummaretur scriptura/ dixit. Sitio. Vas autem erat positum aceto plenū. Illi ergo spongiā plenam aceto/ hysopo circumponētes/ obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Ihesus acetum: dixit. Consumatum est. Et inclinato capite tradidit [t] spiritum. Ioan. 19. f.

¶ Iudæi/ quoniam parasceue erat: vt non remanerēt in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura: & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura: & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Ihesum autem cum venissent: vt viderunt eum iam mortuum/ nō fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus [v] eius aperuit: & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit/ testimonium perhibuit: & verum est testimoniū ei⁹. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta enim sicut hęc/ vt scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quē transfixerūt. Ioā. 19. f. g.

¶ Vna [x] sabbati Maria Magdalene venit mane/ cum adhuc tenebræ essent ad monumentum: & vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum & ad alium discipulum Ioā. 20. a. b. c. d. e.

q ¶ Mulier ecce filius tuus. Videať qđ dictum est in verbo discipulus. x.

r ¶ Ecce mater tua. Docet (dicit glo. ordi.) a pijs filijs parentibus curam exhibendā. Vnde & dicit apľs. Si qs suo℞/ & maxie domesticorū/ curam nō habeat: infidelis est/ & infideli deterior. c. Sicut. §. Necesse. 47. dis.

s ¶ Accepit eam discipulus in suā. Videať qđ in istorū annotatiōe verborū dictū est in verbo discipulus.

t ¶ Tradidit spiritū. Spūs hic pro aĩa poniť: vt dicit Grego. xj. moraliū. & de hoc ē tex. s. allegat⁹ in Matthęo. in c. In quadā. circa me. de cele. missa.

v ¶ Latus eius aperuit/ & continuo exiuit sanguis & aqua. Vigilāti verbo (dicit Aug.) euāgelista vsus est: vt nō diceret latus eius pcussit/ aut vulnerauit sed aperuit vt illic quodāmodo vitę ostiū panderet. Vñ sacramenta ecclię manauerūt/ sine quibus ad vitā quę vere vita ē: non intrať. Vnde sequiť: & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormiētis. & hic secundus Adā inclinato capite ĩ cruce dormiuit: vt inde formaretur ei cōiunx/ p id qđ de latere dormiētis effluxit. Pro hac declaratione quę ē Aug. est tex. apertus in cle. 1. de sum. tri. & fi. ca. & in c. Cum Marthę. §. Quęsiuisti. de cele. missa. Quidnam etiā aliud in hoc fluxu sanguinis & aquę a Chři latere designetur est bo. tex in c. 1. in fi. & in c. Non oportet. de cōse. dis. 2: de quibus omnib⁹ textib⁹ dictū est in huius annota. sententiæ s̄. in verb. Aqua. Vlterius tamen notetur φ per hæc φ vnus militū lancea latus Ihesu aperuit/ & continuo exiuit sanguis & aqua/ pbatur apte φ Chřs verū corpus habebat. Nā de fantastico corpore/ nec sanguis nec aqua potuisset exire. Vñ ille qui vidit testimoniū phibuit & verū est testimoniū eius: quia tres sunt qui testimoniū dant in terra/ spiritus/ aqua/ & sanguis. Cęterū sicut fuit verus spūs Christi/ & verus sanguis: ita procul dubio vera aqua/ cū Christus sit veritas/ & a veritate omnis fallacia sit penitus aliena. Nam si nō fuisset aqua sed flegma/ qđ de latere saluatoris exiuit: ille qui vidit & testimoniū veritati perhibuit: profecto non aquam sed flegma dixisset. Nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum: cum per sacramentū baptismi non regeneremur in flegmate/ sed in aqua. Neq̧ per hoc posset vero argumento probari/ φ in sacramento eucharistię admiscēda sit aqua vino/ si de latere Christi non aqua sed flegma cum sanguine profluxisset: sed nec vera fuisset figura/ quę super hac re pręcessit in veteri testamento/ qñ Moyses virga pcussit silicē/ & ex ea non flegma sed aqua emanauit. Restat igiť vt qualiscūq̧ fuit illa aqua siue naturalis/ siue miraculosa/ siue de nouo diuina virtute creata/ siue de componētibus ex parte aliqua resoluta: procul dubio vera fuit cū naturaliter possit/ & compositum in componentia/ & elementum in elementa resolui quemadmodum verus extitit sudor ipsius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Cum autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant/ videlicet terra/ aqua/ aer/ & ignis: & ad vegetationem eiusdem corporis quatuor humores consimiles illis conueniāt: videlicet sanguis/ cholera/ flegma/ & melācholia. vt veritatē humani corporis expressius demonstraret vnum ex illis/ & vnum ex istis Ioannes euangelista expressit: illa quę potius ex illis: & ex istis q̄ magis mysterio congruebant: ex elementis aquā & ex humoribus sanguinem/ in quibus duobus/ duo maxime sacramenta redemptionis videlicet & regenerationis elucent. Ita dicit textus cuius hæc verba sunt in cap. In quadam. versiculo. Per hoc auteȝ. de celebratione missarum

x ¶ Vna sabbati. Quam Matthęus primam sabbati nominauit/ dominicum diem propter domini resurrectionem mos Christianus appellat. Ita dicit Augustin⁹. & de hoc est glo. in c. Licet. & ibi Panor. de ferijs. & facit c. Quod die dñico. 75. dist. de quo dictū est in verbo dies. Leui. 13.

quem y amabat Ihesus: & dixit illis. Tulerunt dominum de monumento: & nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus: & venerunt ad monumentum. Currebant z autem duo simul: & ille alius discipulus precucurrit citius Petro/ & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset vidit posita linteamina/ nō tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum/ & introiuit in monumentum: & vidit linteamina posita/ & sudarium quod fuerat super caput eius/ non cum linteaminibus positum/ sed separatim inuolutum in vnū locum. Tunc ergo introiuit: & ille discipulus qui venerat primus ad monumentū: & vidit & credidit. Nondum enim sciebant scripturam: quia oportuit eum a mortuis resurgere. Abierūt ergo discipuli iterum ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se/ & prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum a ad caput/ & vnum ad pedes: vbi positum erat corpus Ihesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dixit eis. Quia tulerunt dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset/ conuersa est retrorsum: & vidit Ihesum stantem: & non sciebat quia Ihesus est. Dixit ei Ihesus. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa existimans quia hortulanus esset: dixit ei. Domine si tu sustulisti eum: dicito michi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. Dixit ei Ihesus. Maria. Conuersa illa/ dixit ei. Rabboni: quod dicitur magister. Dixit ei Ihesus. Noli b me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos/ & dic eis. Ascendo ad patrem meum c/ & patrem vestrum: deum meum/ & deum vestrum. Venit Maria Magdalenæ annuncians discipulis: quia vidi dominum: & hæc michi dixit.

Ioan.20.c. ¶ Cū sero esset die illo vna sabbatorum: & fores essent clausę vbi erāt discipuli cōgregati ppter metū Iudęorū/ venit Ihesus & stetit i medio: & dixit eis. Pax vobis. Et cū hec dixisset ostēdit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso dño. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut misit d me pater: & ego mitto vos. Hec cū dixisset isufflauit e: & dixit

y ¶ Quem amabat Ihesus. i. Ioannē. Tametsi enī omnes apl'os amaret Christus/ p̄ cęteris tamen familiarius Ioannē diligebat. put dicit hic glo. or. & est bo. textus in c. Legimus. col. 2. 93. distin.

z ¶ Currebant duo simul/ & ille alius discipulus. &c. Videl dici posseq per hoc/ discipulus qui p̄cucurrit/ & citius ad monumentū venit nō introiuit monumētū: is vero qui tardius venit introiuit/ designari nōnunq̄ contingere: vt qui tardius ad melioris vitę frugē cōuertuntur: exuberantius pficiant vberioraq dona cœlestia consequant/ ijs q citius ac facilius fuerūt cōuersi. put legit de Paulo q non nisi pœna corpis ad euāgeliū coactus intrauit/ & tn̄ plus illis oibus q solo verbo vocati sunt i euāgelio laborauit. c. quis nos pōt. i fi 23. q. 4

a ¶ Vnū ad caput & vnū ad pedes. Quid ē (dicit Augu.) q vnus ad caput & alter ad pedes sedebat? An qm̄ qui grące angeli dicuntur/ latine sunt nuncij. isto modo Christi euangeliū a capite vsq ad pedes/ ab initio vsq ad finē signabāt eē nūciandū. Pro hac declaratione facit quod de angelis dicit Arch. in. c. Fatendū. col. 2. 13. qst. 2. de quo dictū est s. i verbo angelus. sup illd Psal. Deus facit angelos suos spiritus: & ministros suos ignē vrentē. & qd ipe Chrs ait. Ego vobiscum sum vsq ad cōsummationem seculi. de quo ē tex. in cle. Si dnm. colū. 2. de reli. & vene. sancto.

b ¶ Noli me tangere. Nondū enī ascendi ad patrē/ Dixit Christus ad Mariā Magdalenē. Noli me tāgere. Nōq nollet tangi nisi cū ascēdisset/ cū & mulieres & alij in terra eū tetigisse legant & non sedentē in cœlo. Vult ergo sic se specialiter tangi. i. sic se credi/ vt sit ęqualis patri. Et qa ista adhuc eum carnaliter credebat/ quē sicut hoiem flebat. Audit: Noli me tangere. i. sic credere: quia in corde tuo nondū credis me æqualē/ & sic nondū ascendi ad patrem in corde tuo. i. nondū credis me ęqualē patri. Circa hanc declarationē quæ est Aug. notari pōt qd dicit idē Aug. in li. de tri. & habet in c. fi. in prin. de cōse. dist. 3. dū ibi dr. Oēs quos potui legere q ante me scripserunt de trini. quæ deus est/ diuinorū librorū veterum & nouorū catholici tractatus/ hoc intenderūt: scdm scripturas docere/ q pater & filius & spūssanctus/ vnius eiusdēq substātiæ inseparabili æqualitate diuinā insinuāt vnitatē. Cætera q̄ hic dici possent/ videāt s. in verb. deus. super illud. Dominus deus tuus vnus est.

c ¶ Patrem meū & patrē vestrū. Non ait patrē nostrum/ sed patrē meū & patrē vestrum. Aliter ergo meū/ & aliter vestrū. Meū natura: vestrū gratia. Hæc declaratio est Augu. & glo. interli. hic. Pro qua vidēdus est bo. tex. in c. Dānamus. versi. Cum ergo. de sum. tri. & fi. catho. vbi dr. Cū veritas pro fidelibus suis orat ad patrē. Volo (inquiens) vt ipi sint vnū in nobis/ sicut & nos vnū sumus. Hoc nomē vnum/ p fidelibus qdē accipit/ vt itelligatur vnio charitatis in gratia: p psonis vero diuinis/ vt attēdat idētitatis vnitas in natura: quēadmodū alibi veritas ait. Estote pfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus ē: ac si diceret manifestius. Estote pfecti perfectiōe gratię/ sicut pater vester cœlestis pfectus est pfectiōe naturę. Hęc tex.

d ¶ Sicut misit me pater & ego mitto vos. Aequalē patri filiū nouimus/ sed hic verba mediatoris agnoscimus. Mediū qppe se ōndit dicēdo. Ille me: & ego vos. Hæc declaratio est Aug. & glo. interli. hic. Pro qua est tex. Cypriani in c. Quoniam. in. pri. 10. disti. & in c. Cū ad verū. 96. dist. vbi Chrs Ihesus mediator dei & hoim dr.

e ¶ Insufflauit. Flatus ipse (dicit Augu. li. 11. de tri.) substantia spūssancti nō fuit/ sed demōstratio p congruā significationē/ non tm̄ a pre sed etiā a filio pcedere spiritū sanctū: de quo est cōstitutio conciliaris in c. 1. de sū. tri. lib. 6 fideli ac deuota pfessiōe fatemur (ingens) q spūssanctus ęternaliter ex pre & filio nō tāq̄ ex duobus pricipijs/ sed tāq̄ ex vno pricipio: nō duabus spiratiōibus sz vnica spiratiōe pcedit. Hæc tex. vbi glo. i verbo/ & filio. dicit fuisse quosdā Gręcos qui dicerēt spiritum sanctum a solo patre procedere. Moti auctoritate euāgelica. Io. 16. Spiritussanctus qui a patre procedit. Item in symbolo apud eos hęc verba similiter habent/ qui a patre procedit. Nos addimus filioq. Ad idē tex. 2. C. de sum. tri. vbi dr. Spiritum sanctuz quē ex summo terū patre speramus. &c. Sed ad hęc & similia respōdetur q

Expressio patris nō excludit filiū/ imo potius includit/ cū trinitatis opa inseparabilia sint. d. c. si. de cōs. dist. 3. Vnde cū pater & filius & spūssanctus sint vna essentia· substātia/ seu natura: nō pōt ab vno solo pcedere. Nec sumus (put dicūt Greci) excōicati addēdo in symbolo/ filioq;: quia illd poti⁹ ē declarare q̄ addere. Nichil eñ de nouo facit qui declarat. l. Heredes. §. palam. ff. de testa.

eis. Accipite [f] spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata: remittuntur eis: & quorum [g] retinueritis/ retenta sunt.

¶ Thomas vnus ex duodecim qui dicitur didymus/ nō erat [h] cum eis quādo venit Ihesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominū. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum: & mittam digitum meum in locū clauorum: & mittam manum meā in latus eius: non credam. Et post dies octo iterum erāt discipuli eius intus/ & Thomas cum eis. Venit Ihesus ianuis clausis: & stetit in medio: & dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit Thomæ. Infer digitū tuum huc: & vide manus meas/ & affer manum tuam/ & mitte in latus meū: & noli esse incredulus/ sed fidelis. Respondit Thomas & dixit. Dominus meus & deus meus. Dixit ei Ihesus. Quia [i] vidisti me Thoma/ credidisti. Beati qui non viderunt/ & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Ihesus in cōspectu discipulorū suorū/ quæ non sunt scripta in libro hoc. Hęc autē scripta sunt vt credatis: quia Ihesus est Christ⁹ filius dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Io. 20. f. g. in fine.

¶ Postea manifestauit se iterum Ihesus ad mare Tyberiadis. Manifestauit autē sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur didymus & Nathanael qui erat a Chana Galilææ/ & filij zebedei/ & alij ex discipulis eius duo. Dixit eis Simon Petrus. Vado [k] piscari. Dicūt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt [l] & ascenderūt in nauim: & illa nocte nichil prendiderunt. Mane autē iam facto stetit Ihesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli/ quia Ihesus est. Dixit ergo eis Io. 21. a. b. c. d.

f ¶ Accipite spiritū sanctū. Quorum remiseritis peccata remittunt eis/ & quorū retinueritis: retenta sūt. Circa hęc verba Christi notetur tex. in c. Remissionē. in prin. 1. q. 1. vbi dr. Remissionē peccatorū. Auari/ aut alias supple puersi non dant. nō enim raptoribus & fœneratoribus dicit dñs. Si cui dimiseritis pctā dimittūt illi: si cui tenueritis/ tenebunt. Et in c. Bos. circa me. eadem cā & quæs. vbi dr. Bos qui in ipsa vnitate ecclesiæ perdite viuūt/ cōstat remissionē peccatoruꝫ nec dare/ nec habere posse: qa non malignis/ sed bonis filijs dictū est. Sicui dimiseritis pctā/ dimittunt: cui tenueritis/ tenebūt. Hæc tex. Sed aduertendū est: qa quod dr in dictis capitib⁹: quę ex Augustino sumpta sunt: intelligi debet respectu indignitatis. Sunt enim mali indigni dare remissionem peccatorū. Si tñ dent/ habebit peccatorū remissio: nō merito vitę eoꝝ/ quia puersa est/ sed in vi sacramēti cui⁹ ministrandi receperunt ab ecclesia potestatem. Ita sentit textus qui est eiusdem Augustini in c. Vt euidenter. in prin. eadem causa. & quęst. vbi dicitur. Vt euidenter ostenderet dominus a spiritu sancto/ quē donauit fidelibus suis dimitti peccata/ nō meritis hoim. quodam loco sic ait. Accipite spiritum sanctū (& continuo subiecit) Si cui dimiseritis peccata/ remittūtur ei. hoc est spiritussanctus dimittit/ non vos. & in c. Cū baptisat. iuncto si. c. præcedentis. de conse. dist. 4. vbi dr. Cū baptisat malus/ illud qd datum est/ verū est. Nec impar est ppter ipares ministros/ sed par & æquale propter hunc q baptisat. Columbā eñ attēdo p quā dr. Hic est q baptisat. Et dicit tex. gñaliter loquēs in c. Multiplex. paulo post prin. de pœ. dist. 1. Mediator dei & hoim/ homo dñs Ihesus Chrs/ hanc ppositis ecclīæ tradidit potestatē vt cōfitentibus pniæ satisfactionē darēt: & eadē salubri satisfactiōe purgatos ad cōionem sacramētorū p ianuā recōciliatiōis admitterent. Hæc tex. Vel scdo. qd dr in d. c. Remissionē. Potest intelligi de præcisis ab ecclesia/ a qb⁹ nemo/ sciēter accipiēs sacramētū/ cōsequit remissionē peccatorū. Apostolis eñ dicturus Christus/ quorū remiseritis pcti remittūt eis/ pręmisit. accipite spiritū sanctū: vt euidenter cūctis ostenderet eū qui spiritū sanctū nō habet/ peccata nō posse tenere vl remittere. Vñ nō nisi cōgregatis in vnū dictū est. accipite spiritū sanctū. Tex. ē vbi hęc pbāt in c. Audiuim⁹. §. Sin autē. 24. q. 1. Aduertat ēt ad declarationē q̄ dat p glo. interli. hic ad hæc verba. quorum remiseritis pctā. dicit eñ ea velle: ac si diceret: quos dignos remissiōe iudicaueritis/ duab⁹ clauib⁹ potestatis. s. & discretionis. Pro qua declaratiōe videant ea quę dicta sunt s. in verbo clauis. in prima ānota.

g ¶ Quorum retinueritis retēta sunt. Idest quibus ecclesiam interdixeritis nisi reconciliati p satisfactionē fuerint/ ipsis ianua regni cœlestis clausa erit. Hanc declarationē ponit tex. Hiero. in c. Nichil. in fine. 10. q. 3.

h ¶ Non erat cū eis qñ venit Ihesus. Non casu gestum est (dicit Grego.) vt iste discipulus tūc deesset. Egit nāq miromodo supna clementia/ vt discipulus dubitās/ dū in magistro suo vulnera palparet carnis/ in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus eñ nobis infidelitas Thomę ad fidē/ q̄ fides credentiū discipulorū pfuit: qa dū ille ad fidē palpando reducit/ nostra mens oī dubitatione postposita in fide solidat. Pro hac declaratiōe est tex. eiusdē Grego. in c. Sic quippe. in prin. 27. q. 2. dū ibi dr. Discipulū post resurrectionē suā dubitare pmisit Chrs: & tñ in dubitatiōe non deseruit/ & ita factus est discipulus dubitās & palpās testis veræ resurrectiōis. Hęc tex.

i ¶ Quia vidisti me Thoma/ credidisti. Nō ait tetigisti sed vidisti: quia visus quodāmodo generalis sens⁹ est/ q de alijs quatuor dici solet. Vñ & aspiciēdo credidit/ & tāgēdo. Hæc declaratio ē de mēte glo. or. p qua facit qd habet in l. Vnica. §. Videamus. C. de rei vxo. ac in l. Si michi & Titio. in prin. ff. de lega. 2. in l. Ite apud Labeonē. §. si quis. ff. de iniu. & in c. Per inquisitionē. de elec. In quib⁹ locis notat & pbat/ visum eē cōmunem sensū ad oēs sensus.

k ¶ Vado piscari. Quæri pōt dicit Grego. i homilia. Cur Petr⁹ q piscator añ cōuersionē fuit/ post cōuersionē ad piscationē redijt/ cū veritas dicat. Nemo mittēs manū ad aratrū & respiciēs retro/ apt⁹ ē regno dei. Sed negociū qd añ cōuersionē sine pctō extitit/ hoc ēt post cōuersionem repetere culpa nō fuit: Matthæ⁹ vero ad teloneı negociū nō resedit. Sūt eñ plęraq; negocia q̄ sine pctis exhiberi aut vix aut nullaten⁹ pñt: q ergo ad pctm iplicāt ad hęc necesse ē vt post cōuersionē anim⁹ nō recurrat. Alia vero quę nō habent annexam pcti maculā/ etiā post cōuersionē repetere culpa nō est. Tex. est vbi hęc probāt in c. Negociū. de pœ. dis. 6.

l ¶ Exierunt & ascenderunt in nauim. &c. In hac narratione magnū est sacramentuꝫ: & vt vehementius commendaretur vltimo loco est scriptum. Qz septem fuerunt in piscatione discipuli/ fineꝫ signat tēporis: vniuersum quippe septem diebus voluitur tempus. Vnde & septenarius numerus dicitur numerus vniuersi-

tatis. glosa est in cap. Adhuc perfidi instant. in verbo semper. de pœnitentia distinctione. 3. Littus etiã finis est maris/ & ideo finẽ significat sęculi. sicut eñ in alia piscatioẽ (de qua habetur Lucę. 5.) significata est eccl'ia qualiter nũc sit: ita in hac significatur qualiter in fine sęculi futura sit. Vnde ibi Ihesus nõ stabat in littore/ sed ascẽdit in vnã nauim q̃ erat Simonis & non fuerũt missa retia in dexterã: ne solos significent bonos. nec in sinistrã ne solos malos/ sed indifferenter/ vt in pñti sęculo pmixtos intelligamus bonos & malos. In hac aũt piscatione retia mittũt ad dexteram vt solos bonos in dextera. i. in fœlicitate collocandos insinuetur. put hęc bene probãtur in c. Hæc aũt. in pri. 23. q. 4. dũ ibi dr. Hęc vita quæ inter cœlũ & infernũ sita est/ sicut ĩ medio subsistit/ ita vtrarũq; partiũ ciues cõiter recipit.: quos tñ sancta ecclesia & indiscrete suscipit/ & postmodũ ĩ egressione discernet. Hęc tex. Alia dicãt vt per glo. or. hic. de cuius mente sunt præmissa.

Ihesus. Pueri nunquid pulmẽtarium habetis? Responderunt ei. Nõ. dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo/ & iam non valebant illud trahere præ multitudine pisciũ. Dicit ergo ille discipulus quẽ diligebat Ihesus/ Petro. dominus est. Simon Petrus cum audisset/ quia dominus est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt. Non enim longe erant a terra/ sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Vt ergo descẽderunt in terrã viderunt prunas positas: & piscẽ superpositum & panẽ. Dixit eis Ihesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terram plenũ magnis piscibus/ centum [m] quinquagintatribus. Et cum tãti essent non est scissum rete. Dixit eis Ihesus. Venite: prandete. Et nemo audebat discumbẽtium interrogare eum/ tu quis es: scientes quia dominus est. Et venit Ihesus & accepit panẽ: & dabat eis & piscẽ similiter. Hoc iã tertio manifestatus est Ihesus discipulis suis cũ resurrexisset a mortuis.

¶ De Ihesũ qui dixit Simoni Petro. Simon Ioannis diligis me plus his? Et de Petri ad Ihesum reuersione: habetur Ioan. 21. e. f. Et infra in verbo Petrus.

¶ De eo autem quod dixit Ihesus ad Petrum de discipulo quem diligebat. Sic eum volo manere donec veniam. quid ad te? habetur Ioã. 21. g. Et supra in verbo discipulus. Et infra in verbo Petrus.

Ioã. vltimo g. in fine. ¶ Sunt & alia multa quæ fecit Ihesus quæ si scribantur per singula: nec ipsum arbitror mũdũ capere [n] posse eos/ qui scribẽdi sunt libros.

Ad rõa. 6. b ¶ An ignoratis fratres: quia quicunq; baptisati sumus in Christo [p] Ihesu: in morte [q] ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini

m ¶ Centũ quinquagita trib⁹. Hic nũer⁹ ter hab3 quiquagenariũ nũerũ/ & ĩsup ipsa tria ppter mysteriũ trinitatis. Quiquagenari⁹ aũt multiplicatus per septẽ & vnius adiectione compleť/ vt sic in trinitate vnitatẽ cõsideremus: q̃uis eñ pater filiũ genuerit/ & ideo filius nõ sit q̃ pater est: filiusq; a pře sit genit⁹/ & ideo pater nõ sit qui filius: spũsq; sanctus nec pater sit/ nec fili⁹/ tñ pater/ fili⁹/ & spiritussanctus: vnius eiusdẽq; substantię/ vnũ sunt id est nõ tres dij sed vn⁹ deus: tex. est Aug. (cui⁹ est hæc declaratio) in c. fi. de conse. dist. 3.

n ¶ Capere posse/ supple p intelligentiam oimodã. Ea eñ q̃ diuinitatis sũt opa/ nõ potest mortalis hõ perfecte cognoscere. Hic dictũ est. Bestia q̃ mõtẽ tetigerit/ lapidabitur. glo. est ita sentiens in c. 1. in verb incõprehensibilis. de sum. tri.

o ¶ An ignoratis fratres & c. Tex est pro hac sentẽtia Pauli vidẽdus in c. proprie in prin. de cõse. dis. 4. vbi Aug. de baptismo solẽni qd tẽpore paschali celebrať loquens dicit. Proprie in morte crucifixi/ & in resurrectione ex mortuis potentiam baptismi nouam creaturã cõdidit ex veteri: vt in renascentibus: & mors Chri operet & vita: dicẽte Apostolo. An ignoratis quia quicũq; baptizati sumus in Chřo Ihesu/ in morte ipi⁹ sumus baptisati. Consepulti eñ sumus cũ illo p baptismũ in morte: vt quõ surrexit Christ⁹ a mortuis p gratiã patris: ita & nos in nouitate vitę ambulem⁹. Si eñ cõplantati facti sum⁹ silitudini mortis eius/ simul erim⁹ & resurrectionis. & c. quę lati⁹ magister gentiũ disputauit/ vt appareret ex huius doctrinæ spiritu regenerãdis filijs hoĩ3 & in dei filios adoptandis/ illũ diẽ & illd tẽpus electũ in quo per similitudinẽ formãq; mysterij/ ea q̃ gerũtur in mẽbris/ ijs quę sunt in ipo capite congruere/ dum in baptismatis regula/ & mors interuenit interfectiõe pcti: & sepulturã triduã/ imitať trina demersio: & ab aquis eleuatio/ resurgẽtis instar ẽ de sepulchro. Et dicit tex. huic sniæ Pauli innitẽs in c. Postq̃ res. paulo post prin. eadẽ dist. Recte tertio mersi estis in baptismate qui accepistis baptismũ in noie trinitatis. Recte tertio mersi estis qui accepistis baptismũ in noie Iesu Christi: qui etiam die tertia resurrexit a mortuis. Illa eñ tertio repetita demersio typũ dñicę exprimit sepulturę/ per quã Chřo cõsepulti estis in baptismo/ & cũ Chřo surrexistis in fide: vt pctis absoluti/ in sctitate virtutũ Chři3 iduatis imitãdo. Et in c. vt ostẽderet. eadẽ dist dicit textus hãc sniam Pauli satis declarans. vt oñderet apłs non mortuos eẽ peccato (inquit) An ignoratis qm̃ quicũq; baptizati sum⁹ in Ihesu Chřo: in morte ipsi⁹ baptizati sumus. Si ergo hinc oñdimur mortui eẽ peccato/ qa in morte Chři baptisati sum⁹: pfecto puuli qui in Chřo baptisanť: pcõ moriunť/ qa in morte ipi⁹ baptisanť: in illo eñ pcepto dictũ ẽ. Quicũq; baptisati sum⁹/ ĩ morte ipi⁹ baptisati sum⁹ & ideo dictũ est/ vt pbaret nos mortuos eẽ pctõ. Paruuli aũt renascẽdo moriũť illo pctõ/ qd nascendo cõtraxerũt: & per hoc ptinet ad ipsos qd sequiť. Cõsepulti eñ sumus p baptismũ in morte. Baptisatis igiť in morte Chři in qua nõ solũ maiores/ verũetiã paruuli baptisanť: ait. Sic vos existimate mortuos qdẽ eẽ pctõ: viuentes autẽ deo in Christo Iesu. Hęc tex.

p ¶ In Chřo Iesu. Id est (dicit glo. interli.) in institutiõe Ihesu Chři/ quę est in noie trinitatis. put dictũ est s. in verb. Baptisare. in vlti. annota. Et s. codẽ/ sup illud Matth 28. Eũtes: docete oẽs gẽtes/ baptisantes eos in noie patris & fi. & spi.

q ¶ In morte ipi⁹ baptisati sum⁹. Id est ad similitudinẽ mortis eius: vt sicut semel mortuus ẽ ille/ & semp viuit: & ita nos semel mortui in pctis/ p baptismũ semp viuam⁹ in bono. Vel in morte dicit/ qa mors Chři est causa purificationis huius. Has duas declaratiões ponit glo. or. hic. & glo. expressa in d. c. Proprie. in verb. in morte. de conse. dist. 4.

mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Hoc sciētes/quia vetus homo noster simul crucifixus est/vt destruatur corp9 peccati: vt vltra nō seruiamus peccato. Qui enim mortu9 est; iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo; credimus/ quia simul etiam viuemus cū illo. Scientes ꝙ Christus resurgēs ex mortuis iam non [r] moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Quod enī mortuus est peccato: mortuus est semel. Quod autem viuit; viuit deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato: viuētes autē deo in Christo Ihesu.

¶Quis est qui condēnet? Christus Ihesus qui mortuus est immo qui resurrexit: qui est ad dexteram dei qui etiam interpellat pro nobis. Ad rōa.8.g

¶Finis legis [s] Christus: ad iustitiam omni credenti. Ad rōa.10.a

¶Hoc est verbū fidei quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo dominum Ihesum: & in corde tuo credideris/ꝙ deus illum suscitauit a mortuis/saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam: ore [t] autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum non confundetur. ad rōa.10.b

¶Fundamentum [v] aliud nemo potest ponere: præter id quod positū est/quod est Christus Ihesus. 1.ad co.3.c.

¶Notum vobis facio/ꝙ nemo [x] in spiritu dei loquēs/dicit anathema Ihesu. Et nemo potest dicere dominus Ihesus/ nisi in spiritu sancto. 1.cori.12.a

¶Tradidi vobis in primis quod & accepi (dicebat Paulus) quoniam Christus mortu9 est pro [y] peccatis nostris secūdū scripturas: & sepultus est: & quia resurrexit tertia die secundū scripturas: & quia visus est Cephæ: & posthoc vndecim. deinde visus [z] est plusq̄ quingentis fratribus simul: ex quibus multi manēt vsq adhuc: quidam autem dormierūt. Deinde visus est Iacobo; deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanq̄ abortiuo visus est & michi. 1.co.15..a b

¶Si qs nō amat dn̄m nr̄m Ihesū Chr̄m sit anathema [a] Maranatha. 1.ad co.16.d

¶Humiliamur; sed non confundimur. Deijcimur; sed non perimus. Semper mortificationē [b] Ihesu Christi in corpore nostro circunferentes: vt & vita Ihesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus in mortem tradimur propter Ihesum; vt & vita Ihesu manifestetur in carne nostra mortali. ad.co.4.c.

¶Pro omnibus [c] mortuus est Christus: vt & qui viuunt; iam nō sibi viuant/sed ei qui pro ipsis mortuus est/& resurrexit. 2.ad.co.5.c

¶ Cristus nos redemit de maledicto legis: factus pro nobis maledictum; quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno. ad gala.3.b

¶Nunc in Christo Ihesu vos qui aliquādo eratis lōge facti/estis ppe in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra/qui fecit vtraq vnum: & ad ephe.2.c d in fine.

r ¶ Iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Q enim mortuus est peccato/mortuus est semel. Circa hanc sententiā/& pro eius elucidatiōe notand9 ē tex. in c. Semel.1.& 2.de cōse. dis 2. vbi dr. Semel Chr̄s mortuus ē/iustus pro iniustis: & scimus & certū habem9 & spe imobili retinem9/qa Chr̄s resurgens a mortuis/ iā nō morit/ mors illi vltra nō dominabit. Verba ista Apostoli sunt: tamē ne obliuiscaris quod semel factū est: in memoria nostra fit omni anno quotiens pascha celebrat. nūquid totiēs Christus occiditur? non: sed anniuersaria recordatio repn̄tat qd olim factū ē: & sic nos facit moneri/ tanq̄ videam9 dn̄m p̄sentē in cruce. Semel in q immolat9 est i semetipō Chr̄s/& tn̄ quotidie imolat in sacramēto. i. eius immolatio repn̄tat/& passiōis ei9 fit memoria. Hęc tex. & idē pbat tex. in c. Iterat. eadē dist. de quo dictū ē in verb. hostia. h. Hinc dicit tex. in c. Sufficit. i pri. de cōse. dist. 1. Sufficit sacerdoti vnā missam die vna celebrare: qa Chr̄s semel passus ē/& totū mūdum redemit.

s ¶ Finis legis ad iustitiā oī credēti. Videat annotatio in verbo finis.

t ¶ Orę cōfessio fit ad salutē. Quod est i corde/debet esse i ore: quia i fronte. i. in sede pudoris nō sine cā fit signum crucis: ne. s. Christi opprobria/christian9 erubescat. Vn̄ & pc̄tm̄ fuit Petro ore negare cū crederet corde: & ppterea lachrymis diluit qd ore negauerat. Hęc declaratio ē glo. or. & pbat per textū rotūdū. i c. vnico. col. fi. i prin. de sac. vnc. iūcto c. Petr9 doluit. de pœ. disti. 1. Cętera dicāt vtē. in verb. Cōfessio. in ānotatiōe horū verbo.

v ¶ Fūdamētū alid. &c. Videat ānotatio in verbo fundamentum.

x ¶ Nemo in spū loquēs/dicit Anathema Iesu. Id est q se abrūpit a Chr̄i corpore: nō habet hoc a spū sancto. Nō em̄ loquit spūs sanctus (inqt Christ9) a semetipō: hoc est/nō est sine meo & patris arbitrio: qa iseparabilis ē ea mea & p̄ris volūtate. c. fi: in pri. vbi hęc declaratio q ē glo. interli. pbat de cōsecra. disti. 5.

y ¶ Pro pc̄tis nr̄is. Cū em̄ pc̄tm̄ nō fecerit/ ipm̄ tn̄ pc̄tm̄ se fecit pro nobis. i. pœnā pc̄ōr nr̄orū ptulit. dicit tex in c. Si aūt. §. Eligat. de pœ. dist. 2.

z ¶ Visus est plusq̄ quingentis fratrib9 &c. Multa tā de verbis q̄ de factis dn̄icis/inuenim9. ab euāgelistis omissa/ q̄ apl̄i vel suppleuisse verbo/vel facto expressisse legūtur. Nullus em̄ euāgelistarū scripsit qd Paulus de Christo ad Corinth. scribēs ait. Visus est plusq̄ quingētis fratrib9 simul: deinde visus est Iacobo: nouissime aūt tāq̄ abortiuo visus ē & michi. Ita dicit tex. in c. Cū Marthę. col. 1. de celeb. missa.

a ¶ Sit anathema Maranatha. Id est sit excōicat9/& a fidelib9 separat9. Hęc declaratio ē glo: or. quā etiā ponit glo. in c. Guilisari9. 23. q 4. & dictū ē in verb. Anathema.

b ¶ Mortificationē Ihesu Chr̄i i corpore nostro circūferētes. Boni em̄ varijs persępe tribulationibus pbāt q̄ nedū aiab9 sed ēt corporibus cōferūt qa p ipsas pbati imarcessibilē glorię coronā/& sic ēt corporis dotes cōsequēt. c. Nulli. i prin. 3. q. 1. iūcto eo qd de tribulationū vtilitate notat Arch. 7. q. 1. in c. Suggestū. & qd de dotib9 corpis glorificati notat Panor. i c. 1. in 3. col. in fi. de sū. tri. & fi. ca.

c ¶ Pro oībus mortu9 ē Chr̄s. Declara vt p glo. i cle. 1. in verb. omniū. de sum. tri. de qua dictū est s. eodē in Matthęo. super illud. Hic est em̄ calix sanguinis mei q p multis. &c.

d ¶ Per Ihesum habemus accessum ad patrem. Hinc dicit textus sumptus ex Iacobo apostolo. in c. Si enim. versi. Verũtamẽ. de pœ. dist. 2. Si quis peccauerit/ aduocatũ habemus apud patrem Ihesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. non pro nostris autem tantum/ sed etiam pro totius mundi.
e ¶ Super fundamentum apostolorum, Id est super fidẽ. Ita hęc verba declarant per glo. in c. Si Apls. de pœni. distin. 3. Cætera dicantur vt in verbo fundamentum.

medium parietẽ maceriæ soluẽs inimicitias in carne sua: legem mã datorum decretis euacuans/ vt duos condat in semetipso in vno nouo homine faciens pacem: vt reconciliet ambos in vno corpore deo/ per crucem interficiens inimicitias in semetipso: & veniens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis: & pacem his qui prope. quoniam per [d] Ihesum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Ergo iã non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorũ & domestici dei: superædificati super [e] fundamentum apostolorum & prophetarum: ipso summo angulari lapide Christo Ihesu/ in quo omnis ædificatio constructa crescit [f] in templũ sanctum in domino. In quo & vos coe dificamini in tabernaculum dei in spiritu sancto.

ad ephe. 5. c ¶ Christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea. Et supra in verbo ecclesia.

Ad ephe. 5. c ¶ Vir caput est mulieris: sicut Christus caput [g] est ecclesiæ/ ipse saluator corporis eius.

Ad phi. 2. a. b. ¶ Hoc sentite [h] in vobis quod & in Christo Ihesu. Qui cum in forma [i] dei esset: nõ [k] rapinam arbitratus est/ esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs/ in similitudinẽ [l] hominũ factus: & habitu [m] inuẽtus est vt homo. Humiliauit [n] semetipsum factus [o] obediens vsq; ad mortem/ mortẽ autem crucis. Propter quod

f ¶ Crescit. Nemo enĩ (dicit glo. or.) tam pfectus est/ quin crescere possit. Vnde dicit textus in c. Dũ sanctam. circa princi. de pœni. disti. 2. Quantum sancta ecclia ascẽdendo pficit: tantũ deus hoibus ex eius virtute innotescit. Hinc dicebat Iob. Per singulos gradus meos pronũciabo illũ. Oipotentẽ qppe dũ p singlos grad9 suos pnũciat q per icremẽta virtutũq accipit/ ei semper laudem suæ pietatis reddit. Si quidẽ gradus in cordis ascensione nõ essent Psalmista non diceret. Ambulabũt de virtute in virtutẽ. Cætera dicantur vt s. in verb. Aedificatio. vbi hæc sententia ponitur & annotatur.

g ¶ Christus caput est ecclesię. Videat quod dictum est in verb. Ecclesia. n. Sed ibi dictis addatur quod habetur in extrauag. Vnam sanctam. versi. Igitur de maio. & obe. vbi dicitur. Ecclæ vnius & vnicę/ vnũ corpus: vnũ caput: nõ duo capita quasi monstrũ Christus videlicet & Christi vicarius ẽ Petrus Petriq; successor. Hęc textus. Circa quẽ aduertendum est ad id quod dicit vnius & vnicæ. Nã plus videtur importare vnicũ q̃ vnum: tunc enĩ quis vnum habet qũ habet aliud. Sed tunc dicitur habere vnicũ qñ non habet aliud/ nec sperat vlterius se habere aliud. Nec habet in quẽ affectũ dirigat in aliud. Vnde Grego. super illo verbo Lucę. 7. Ecce defunctus efferebatur fili9 vnicus matris suę/ & hęc erat vidua. vult/ q; ideo erat vnicus filius: qa mater ei9 erat vidua & non sperabat vlterius filios procreare/ nec habebat in quem aspectum dirigeret. Vere itaq; ecclesia est vna sponsa Christi & vnica: quia Christus non habet aliam sponsam/ nec sperat vlteri9 habere/ nec affectionem suam ad aliam sponsam dirigit. Pręmissa ponuntur per glo. in d. extrauag. vnã sanctã. in verb. igitur. in fi.

h ¶ Hoc sentite in vobis quod & in Christo Ihesu. Id est sicut Christ9 nõ q̃siuit sua/ sed nostra: ita nos inuicẽ onera nostra portemus. Hæc declaratio est glo. ordi. pro qua est tex. in c. Ponderet. circa prin. 50. disti. dum ibi citat apls. Si pręoccupatus fuerit homo (inquiens) in aliquo delicto: vos qui spirituales estis hmõi instruite: in spũ lenitatis: alter alteri9 onera portantes. & sic adimplebitis legẽ Christi. Hęc textus.

i ¶ In forma dei esset. Declara vt s. in verbo forma.

K ¶ Non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo. Ihesus enĩ Christus æqualis est patri/ tantus est q̃tus ille/ talis est qualis ille/ hoc est quod ille/ non hic est qui ille: quia ille pater/ hic filius: sed hoc est quod ille: quia ille est deus/ & iste: ille oipotens/ & iste: ille immutabilis/ & iste. Ideo non rapina erat æqualis deo/ quia natura erat. Sicut est natus/ ita & semp natus: & sicut semp natus/ ita semp æqualis. Nõ itaq; inęqualem genuit/ vel æqualitatẽ iam nato addidit: sed gignendo eam dedit: qa æqualẽ non imparẽ genuit. Nõ tamẽ immerito scriptura vtrũq; dicit/ sc3 & ęqualẽ patri filiũ/ & patrẽ maiorẽ filio: illud ppter formã dei: hoc ppter formã serui/ pter quã nõ tm̃ patre sed et seipso & spũ sancto minor factus est: & etiã minorat9 est paulomin9 ab angelis/ ergo & hõ factus est/ & pmanens deus. Ideo valde rationabiliter/ & patre minor est homo Chrs: & patri ęqualis est idẽ ipse deus Chrs. Legit itaq; deus hõ: vt intelligam9 hui9 psonæ singularitatẽ/ nõ vt suspicemur i carne mutatã diuinitatẽ. Nõ enĩ illa susceptiõe alterũ eo3 i alterũ cõuersũ & mutatũ ẽ. Nec diuinitas qppe i creaturã mutata ẽ vt desisteret eẽ diuinitas: nec creatura i diuinitatẽ mutata ẽ/ vt desisteret eẽ creatura. Pręmissa q̃ subseruiũt hui9 elucidationi sniæ sunt Aug. & glo. ordi. hic. Pro quibus oĩbus est textus in cap. 1. & 2. de sum. tri. in cle. 1. eodẽ ti. in c. fi. de conse dist. 3. & in c. 1. versi. Harũ prior. & versi. Tertia synodus. & versi. Quarta synodus. 15. dis. & in c. Prima aũt synodus. 16. dist

l ¶ In similitudinẽ hoim factus. i. factus passibilis & mortalis vt alij hoies. Omnes enĩ defectus nostros dicit Augustinus. Assumpsit filius dei/ pter peccatũ & ignorantiã. glo. est ã. allegata in Matthęo. in d. cle. 1. in verbo passibile. de sum. tri. & notat Panor. in d. 1. col. 3. eodem titu.

m ¶ Habitu inuentus vt homo. Id est habendo hoiem inuentus est vt homo cis quibus in hoie apparuit. Qr enĩ dr/ vt homo/ tale est quale illud. Quasi vnigenit9 a patre. veritatem enĩ exprimit/ put etiam i iure hũano plęrũq; per has dictiones similitudinis expressiuas veritas exprimitur. vt est tex. in l. Mulier. §. fi. in verb. quasi. ff. ad sena. Trebel. in l. Ex facto. §. Ita igitur. in verbo quasi. ff. de hęre. insti. & in l. Nec is. §. Hęres institut9. ff. de acquiren. hæredi.

n ¶ Humiliauit semetipsum. Quid ergo intumescis homo? O pellis morticina quid tenderis? O sanies fœda quid inflaris? Princeps tuus humilis & tu superbis caput est humile & membrum superbit. Hoc dictum est glo. ordi. pro quo facit quod dicit Cyprianus in c. Dominus noster. circa prin. 93. distin. Humilitatem nos Christus humilis docuit.

o ¶ Factus obediens vsq; ad mortem/ mortem autem crucis. Apostolus de vnigenito dei filio humiliauit semetipsum (inquit) factus obediens vsq; ad mortẽ/ mortem aũt crucis. Si aia

quę habet fidem hoc dicto considerat magnificentiā glorię ipsius: & admiratur nimietatem humilitatis: quomodo tantus ac talis obediens fuit patri vsq; ad mortem/ pro vita nostra: puto quia prouocari poterit vsq; ad affectum & dilectionem ipsius & dei patris qui vnico filio non pepercit/ sed pro omnibus nobis tradidit illum. Talem ergo fidem & affectum pręparare debet in animo suo is qui panē & calicē dn̄i percipit. tex. est cuius hæc verba sunt. in c. Timorem. de consecra. dist. 2.

& deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen; vt in [p] nomine Ihesu omne genu flectatur cœlestiū/terrestriū/ & infernorū. Et omnis lingua cōfiteatur; quia dominus Ihesus Christus in gloria est dei patris.

¶ Quæ michi fuerunt lucra/ hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse/ propter eminentem scientiam [q] Ihesu Christi domini mei: propter quem omnia detrimētum feci/ & arbitror vt stercora/ vt Christum lucrifaciam/ vt & inueniar in illo non [r] habens meam Iustitiam (quæ ex lege est) sed illam quę ex fide est Christi Ihesu/ quę ex deo est iustitia in fide ad cognoscēdum illū & virtutē resurrectionis eius: & societatem passionis illius cōfiguratus morti illius: si quo modo occurram ad resurrectionem/ quę est ex mortuis: non q̄ iam acceperim/ aut iam profectus sim. Sequor [s] autem si quo modo non comprehendam: in quo & comprehensus sum a Christo Ihesu. Ad phi. 3. bc

¶ (In Christo Ihesu) habemus redemptionem & remissionē peccatorum. Qui est imago dei inuisibilis/ primogenitus omnis creaturę: quoniam in ipso condita sunt vniuersa/ in cœlis & in terra/ visibilia & inuisibilia. siue throni/ & dominationes/ siue pricipatus/ siue potestates. Omnia per ipsum/ & in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes: & omnia in ipso cōstant. Et ipse [t] est caput corporis ecclesiæ qui est pricipium/ primogenitus [v] ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso cōplacuit omnem plenitudinē diuinitatis inhabitare: & per eum reconciliari omnia in ipsum: participans per sanguinem crucis eius siue quę in cœlis/ siue quę in terris sunt. Ad colo. 1. b.c.

¶ Omne [x] quodcunq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri Ihesu Christi gratias agentes deo & patri per ipsum Ad col. 3. c.

¶ Vnus est deus/ vnus & mediator [y] dei & hominum/ homo Christus Ihesus; qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium temporibus suis cōfirmatum est; in quo positus sum ego prędicator & apostolus. 1. ad timo. 2. b.

¶ (Ihesus Christus) nusq̄ angelos apprehēdit; sed semen Abrahę ap- Ad heb. 2. d. in fine.

[p] ¶ Vt in nomine Ihesu omne genu flectatur. Textus est circa hęc verba videndus in c. Decet domum. de immu. eccle. lib. vj. de quo dictū est in verbo genu.

[q] ¶ Propter eminentem scientiā Ihesu. Scientia quę habetur de Ihesu Christo cęteris oībus scientijs prępeminet. Qui enim (dicit tex. vbi hæc declaratio pbat̄ i c. Legimus. 37. dist.) Christū nouit thesaurū scientię & sapientiæ inuenit. Omnis em̄ ratio supernæ scientiæ vel terrenæ (inquit Ambrosi9 super epistolam Colossensium) in eo est qui est caput earū & auctor: vt q̄ hunc nouit nichil vltra quęrat/ quia hic est pfecta virtus & sapientia: vt quicq̄d alibi quærit̄ hic perfecte inuenitur. Hæc textus.

[r] ¶ Non habens meam iustitiam quæ ex lege est/ sed illam quę ex fide est Ihesu Christi. i. vt bonū non operer solo timore pœnarum quę infligunt̄ a lege/ sed amore & dilectione domini mei Ihesu Christi & fidei suæ. Sine em̄ hoc amore nullus in numero bonorum connumerari poterit. Vnde cum propheta diceret. Animalia tua habitabunt in ea. s. hæreditate/ ōndens quō ad ipsā hītatiōe3 venit/ subdit. In dulcedine tua quam tu præparasti pauperi de9: dulcedinem vocās suauitatem boni amoris qua bonum fit non timore pœnę/ sed amore & dilectione iustitiæ. tex. est ita dicēs vbi s. facta declaratio quę est glo. ordi. cōprobatur in c. fi. paulo ante finē. 23. q. 6.

[s] ¶ Sequor aūt si quo mō cōprehēdā. i. de die in diē proficiēdo experior si potero perfecte cognoscere Chr̄m & videre eum in ea claritate in qua apparuit michi in via/ quando me cōprehendit. Circa hanc declarationem (quæ est glosę interlinearis) notari pōt tex. quo difficultas cognitionis quā se tentare dicit Paulus ōndit̄ in c. Dum sanctā. in fi. de pœ. dis. 2. dū ibi dr̄. Dominus ac redemptor noster mēbris suis intrantibus pducit ad se & ascendit per gradus eius: quia nobis proficientibus eo amplius exaltatur/ quo altus & incōprehensibilis eē cognoscitur. In virtutū quippe nostrarū gradibus ipse ascēdere dr̄: q̄a tanto ipse nobis sublimior ōndit̄/ q̄to noster animus a rebus infimis separatur. Hæc textus.

[t] ¶ Et ipse est caput corporis ecclesiæ. Idem dicit tex. in cle. 1. in prin. & ibi Io. An. in verb. Christus. allegat hanc sententiā Pauli de iureiu. Cætera dicāt vt s. eodē ad Ephe. 5. g

[v] ¶ Primogenitus ex mortuis. Id est primus ad imortalitatē resurgens: tametsi em̄ alij ante Christum resurrexerint/ surrexerūt tn̄ postea morituri. Christus vero resurgens iā non moritur/ mors illi vltra non dominabitur. c. Semel. de consecra. distin. 2.

[x] ¶ Omne q̄dcūq; facitis. &c. Videat̄ satis diffusa huius snīę annotatio s. in verb. facere.

[y] ¶ Mediator dei & hoim Ihesus Christus. i. diuinę & hūanę naturę. Ita declarāt hæc verba p glo. in c. Quoniā cōtra. 10. dist. Hinc conciliū Chalcedoneñ. Euticē Constantinopolitanu3 abbatē & Dioscoꝝ quondā Alexandrinū epm̄/ & Nestoriū verbi dei/ & carnis vnā naturā pnunciātes dānauit pdicans Christum deū sic natū de virgīe: vt in eo substātiam & diuinę & hūanæ cōfiteamur naturę. c. 1. ver si. Quarta synodus. 15. dis. Vel clari9 loquēdo Ihesus Chr̄s mediator dei & hoim dr̄ quasi inter deū & hoiem mortalē medi9/ q̄a de9 est & hō sed minor deo/ q̄a homo: maior hoie/ q̄a de9. Sicut em̄ q̄d mediū ē duob9 extremis/ cōicat & vtrūq; cōtigit. Sic Chr̄s cōicat deo & hoī q̄a de9 & hō. Vel dr̄ mediator dei & hoim q̄si recōciliator hoim cū deo. Vel q̄a fuit mediator duoꝝ populoꝝ/ Iudęoꝝ. s. & gētiliū: illis ritū auferēs cęrimonialiū; istis ritū idolatrię ita dicit Archid. in c. Cū ad verū. 96. disti.

prehendit. vnde debuit z per omnia fratribus similari: vt misericors [a] fieret & fidelis pontifex ad deum: & vt repropitiaret delicta populi. In eo i quo passus est ipse & tētatus: potēs est & eis qui tētātur auxiliari.

ad heb.3. a. ℂConsiderate apostolum & pontificem confessionis nostræ Ihesum Christum qui fidelis est ei qui fecit illum: sicut & moyses in omni domo illius. &c. vt infra in verbo Moyses.

Ad.heb.4. d. ℂHabētes pontificem [b] magnum qui penetrauit cœlos Ihesum filiū dei: teneamus spei nostrę confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia p similitudine absq peccato. Adeamus ergo cū fiducia ad thronum gratię eius: vt misericordiam cōsequamur: & gratiam inueniamus in auxilio [c] oportuno.

Ad heb. 5.b c. ℂIhesus Christ9 nō semetipsum clarificauit vt pōtifex fieret: sed qui [d] locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in æternū secundum ordinē melchisedech. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq ad eum qui posset illum saluū facere a morte cum clamore valido & lachrymis [e] offerens: exauditus est pro sua reuerentia. Et quidem cum esset filius dei didicit ex his quæ passus est obedientiā: & cōsummatus factus est omnibus obtēperantibus sibi causa salutis æternæ/ appellatus a deo pontifex mixta ordinem melchisedech.

ad heb.6 in fine ℂPræcursor [f] pro nobis introiuit Ihesus secundum ordinem melchisedech pontifex factus in æternum.

Ad heb.9.c. d. ℂChristus assistens [g] pontifex futurorum bonorum/ peramplius & perfectius tabernaculū/ non manufactum: id est: nō huius creationis neq per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium [h] sanguinem introiuit semel in sancta/ æterna redēptione inuēta. Si enim [i] sanguis hircorum aut thaurorum/ & cinis vitulæ aspersus: inquinatos sanctificat ad emundationē carnis: quanto magis sanguis Christi qui per spiritū sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo emūdauit conscientiam nostram ab operibus mortuis/ ad seruiēdum deo viuenti? Et ideo noui testamenti [k] mediator est vt morte intercedente/ in redemptionē earum preuaricationū/ quę erāt sub priori testamēto/ repromissionem accipiant qui vocati sunt æterne hæreditatis.

Ad heb.9.g in fine. ℂNon in manufactis sanctis Ihesus introiuit exēplaria verorum: sed in ipsum cœlū: vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neq [l] vt sæpe offerat semetipsum q̄admodum pontifex intrat in sancta per singulos annos/ in sanguine alieno. Alioquim oportebat eū frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in cōsummatione seculorum/ ad destitutionem peccati per hostiā suam/ apparuit. Et queādmodum

z ℂDebuit per omnia fratribus assimilari. Declaretur vt per glo. in cle. 1. in verb. passibile. de sum. tri.
a ℂVt misericors fieret & fidelis pontifex ad deū &c. Text9 est quo ista illatio cōsecutiua declarari posset in c. Cognoscendū. 50. dist. de quo textu dicet in verb. Petrus. b ℂPontificē magnū. Pontifex dicitur Ihesus/ qa semetipm obtulit hostiā nos mūdantē. c. In Christo semel. versi. pōtifex. de consecra. distinc. 2.
c ℂIn auxilio oportuno. Nunc tēpus est auxilij/ nūc est tēpus donorū. Cū autē thalamus fuerit clausus: cū itrauerit rex videre discūbentes: & ad sinū patriarchę venerint qui eo fuerūt digni: tunc malis erit desperatiōis/ nō auxilij tempus. Tex. est vbi hęc declaratio (quę ē glo sçor.) pbat in c. in præsenti. 13. q. 2.
d ℂSed qui locutus est ad eū &c. Clarificatus est filius a patre/ cum dixit. Hic est filius me9 dilectus. c. fi. de cōse. dis. 3.
e ℂEt lachrymis offerens. Hoc nō habet ex euangelio/ sed apostoli multa suppleuerūt ab euāgelistis omissa. c. Cū marthę. col. 1. de cele. missa.
f ℂPręcursor. Quia ante nos/ & p nobis cucurrit: iuxta illud. Exultauit vt gigas ad currendā viam. c. quia corpus. cū glo ibi. de cōse. dist. 2.
g ℂAssistens pontifex: sc3 patri ad interpellandū vel fidelib9 ad auxiliandū. Pro hac declaratione (quę est glo. iterlinearis) videtur esse bo. tex. i c. In ecclesia. 1. q. 1. vbi dicit. In ecclesia dei (quæ corpus Christi est) aliter nec rata sunt sacerdotia/ nec vera sacrificia nisi in pprietate suę naturæ verus nos pontifex reconcilet. Hęc tex.
h ℂPer ppriū sanguinem introiuit &c. Id est Christ9 p se abstulit pctā mūdi in sanguie suo. Ita hęc verba declarāt p glo. in c. Inter hircū. t. i glo. fi. in fi. de pœni. dist. 3. & candē declarationē sentit tex. in c. Miror. in fi. de pœni. distin. 1. de quo tex. dictū est i verb. eleemosina. Tho. 4. & in c. Aurum: ibi. Ille verus est thesaur9/ q illud operat quod sanguis ei9 opatus est. 12. q. 2. & ita etiā seipsum declarat Paulus in versi. Si enī.
i ℂSi enī sanguis hircorū &c. Circa hęc verba notet textus in c. Cū Marthę. versi. Cęterū. de cele. missa. vbi dr. Vetus testamētū qd hircorū & vitulorū fuit sanguine dedicatū/ tēporalia promittebat. Nouū autē/ qd est Christi sanguine consecratū/ pmittit ęterna: & ideo testamētū illud fuit vet9 & trāsitoriū: hoc autē nouū & ęternū. Hęc tex. Simili autē argumēto: quo Paulus hic vtit tex. de venialiū remissione peccatorū loquēs in c. Aquā. de cōse. dist. 3. vbi dr. Si cinis vituli aspersus populum sanctificabat atq mūdabat: multomagis aqua sale aspersa diuinisq precibus sacrata populum sanctificat atq mundat. Hęc tex. k ℂNoui testamēti. Non solū scriptura/ sed etiā promissio dicitur testamentū: iuxta qd apostolus ipse scribit. Ideo noui testamēti mediator est/ vt repromissionē accipiāt/ qui vocati sunt hęreditatis ęterne. Ita dicit textus in c. Cū Marthę. §. Cæterum. versi. Pręterea. de cele. missa.
l ℂNeq vt sæpe offerat &c. i. nunc appareat vultui dei/ nō ita vt sępe offerat semetipm & sępe patiat in cruce: qa sufficit oībus semel oblat9/ & nō opus est p singulas generatiōes iterari. Pro hac declaratione est text9 in c. Semel. 1. & 3. de cōse. dist. 2. de quo dictū est §. eodē ad Ro. 6. & in c. in Chro semel. eadē dis. de quo dictū est §.

statutū est hominibus semel mori/post hoc autē iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhauriēda peccata: secūdo sine[m] peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem per fidem.

¶ Deponentes omne pondus/& circūstans nos peccatum: per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in authorem[n] fidei/& consummatorem Ihesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem/confusione contempta: atq3 in dextera dei sedet. Recogitate[o] enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionē: vt nō fatigemini animis vestris deficiētes. ad heb.12.a

¶ Ihesus[p] Christus heri & hodie ipse & in secula. Ad heb.13.b

¶ Ihesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum/extra portam passus est. Exeamus[q] ergo ad eū extra castra: īproperiū eius portātes. Ad heb.13.b

¶ Primum sermonē feci/de omnibus o Theophile quę cœpit[r] Ihesus facere/& docere/vsq3 in diem qua præcipiens apostolis per spiritū sanctum quos elegit/assumptus est. Quibus & prębuit seipsum viuum[s] post passionem suā/in multis argumentis: per dies[t] quadraginta apparens eis: & loquens de regno dei. Et cōuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris/quam audistis (inquit) per os meum: quia Ioānes quidem baptizauit aqua/vos[v] autem baptizabimini spiritusancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes. Domine si in tēpore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis. Non est[x] vestrum nosse tempora vel momenta/quæ pater posuit in sua potestate; sed Actu.1.a.b.

in verb. Hostia.h. m ¶ Sine peccato apparebit.i. apparebit non facturus redemptionē pro peccatis populi/qa semel fecit: & sic non apparebit vt sit hostia/sed vt sit iustitia iu remunerādo vel dānando. put est tex. sæpe s. allegat⁹ in c.1.colū.2. de sum. tri. & fi.ca. n ¶ In auctorē fidei & cōsummatorē Ihesum. Videat declaratio hoꝝ verboꝝ s. in verb: Fides. o ¶ Recogitate em̄ eum &c. Terrena bona contēpsit Christ⁹: vt in illis non poneret fœlicitas. Terrena mala sustinuit: vt in illis non timeret infœlicitas. Natus em̄ de matre: quę q̄uis a viro intacta cōceperit/sempq3 intacta pmanserit. c. Cum preexcelsa. in princip. de imu. eccle. in extraua. tamē fabro despōsata fuit. in quo oīs carnalis nobilitatis tumorē extinxit. prout etiā est bo. tex. in c. Dñs.56. dist. Natus est in ciuitate Bethleē/ īter oēs Iudeę ciuitates exigua. Noluit igit quēq3 de terrenę ciuitatis sublimitate gloriari: sed cōsyderare/q nō loca creatori nostro nos pximos faciūt: sed nos aut merita bona cōiungūt/aut mala disiungunt. c. nō loca. 40. disti. Pauper etiā factus est/cui⁹ sunt oīa: ne de terrenis diuitijs q̄sq̄ extolleret. prout de his nō esse gloriandū demonstrauit. c. gloria epi. versi. Neq3 vero. 12.q.2. Noluit rex ab hoībus fieri: quia humilitatis viā ostēderat. c. Dñs.93. dis. Esuriuit qui oēs pascit: sitiuit q est fons sitientiū: fatigat⁹ est ex itinere/qui viā nobis fecit in cœlū. Isti em̄ sunt defectus ex terrea carne nfa prodeuntes quos ipse simul cum carne recepit. dicta clemen. 1. in verbo passibile. de sum. tri. Et mortuus est/qui mortuos suscitauit. c. voluissent §. In euāgelio. versi. Tres quoq3 mortuos. de pœni. distinc. 1. Patiētiā igitur habeamus/nec nos afflictionū amaritudo/a pie mētis nostrę pposito coerceat recedere: cōsiderātes q̄ta pro absolutione nostri & liberatiōe: creator & redēptor noster pertulerit. c. suggestū est. versi. Ideo fratres. 7.q.1. Premissa sunt glosę ordinariæ adiectis textibus s. allegatis. p ¶ Christus Ihesus heri & hodie ipse & ante secula. Id est Ihesus Christus vt ab initio fuit/& nunc est: ita in secula. i. sine fine futurus est ad se cōfugientiū ppitius adiutor. Vnde in ipso sperandum/nec aliunde salus est quęrēda. Hæc declaratio est de mēte glo. or. pro qua est bo. tex. Augustini. de quo sæpius s. dictū est in c. q sine saluatore. 26.q.3.

q ¶ Extra castra exeamus/improperiū eius portantes: i. abijciamus corporis delitias & voluptates: & crucem cum ipso amplectamur. Hęc declaratio est glo. or. p qua est tex. in c. gloria epi. circa me. 12.q.2. dū ibi dicit. Cum paupertatē domus suę/pauper dominus dedicauerit: portemus crucem & delicias lutum putemus.

r ¶ Cœpit Ihesus facere & docere. Videat annotatio istis verbis facta s. in verb. facere. Sed ibi dictis addendo: videat textus quo istud (faciendū scz. i. curāndū vt aia virtutib⁹ exornet/& postea docendū) satis ostendit in c. Infames in fi. 3.q.7. dū ibi dicit. In euāgelio ille qui trabē gestat in oculo: pbatur non posse educere festucam de oculo fratris sui. Vnde Dauid i lib psal. Peccatori dixit deus: quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentū meum per os tuū? Et Grego. Cuius vita despicitur: restat vt eius prędicatio contēnat. Hęc tex.

s ¶ Viuū Id est amplius non moriturū. d. c. Semel. 1. de conse. distic. 2. t ¶ Per dies quadraginta. Textus est de his quadraginta diebus & decem alijs: qbus apl'i promissam eis superuenietis spiritussancti gr̄am expectauerūt/loquens in c. Scire. in prin. 76. dist. vbi author illius textus Ambrosi⁹ dicit. Scire debet sanctitas vestra: qa per hos quinquagita dies/nobis est iugis & cōtinuata festiuitas: ita vt hoc omni tēpore/neq3 ad obseruandū iudicamus ieiunia. neq3 ad exorandū dominū genibus succidam⁹. Instar ergo dñicæ resurrectionis tota quinquaginta dierū curricula celebrant. & oēs isti dies velut dñici deputātur. Resurrectio em̄/dñica dies est. In dñica em̄ resurgēs saluator/reuersus est ad hoīes: & post resurrectionē tota quinquagesima. i. maiori parte q̄nquagesimę: qa diebus. 40. cū hoibus cōmorat⁹ est ęqualis. Eoꝝ ergo necessariū est vt sit festiuitas/quoꝝ ęq̄lis est sanctitas. Nō ergo ieiunam⁹ in q̄nquagesima: qa in his nobiscū dñs cōmorat⁹ est. Hęc tex. De quib⁹ etiā diebus loquit text⁹ Augusti. in c. Ieiuniū. versi. Vñ cū labore. de cōse. dist. 5. dicēs. Cū labore celebram⁹ quadragesimā ante pascha: cū lętitia vero: tanq accepta mercede: quīquagesimā post pascha. Nā huic tanq̄ salutari labori boni operis/qd pertinet ad quadragenariū: addit quies & fœlicitatis denarius/vt quiquagenari⁹ fiat. Significauit ipse dñs hoc multo aptius: qñ post resurrectionē. 40. dieb⁹ cōuersatus est in terra cū discipulis suis: quadragesimo autem die cum ascēdisset in cœlum/pactis decē diebus misit mercedē spiritussancti. Hęc tex.

v ¶ Vos aūt baptisabimini spiritusancto. Nō dicit vos baptisabitis/ sed baptisabimini spūsancto: qa neq3 apl'i/neq3 sequaces eoꝝ vsq3 hodie in ecc'ia aliter q̄ in aqua baptisare pręualent: sed inuocato noie Christi: interior virtus spūsancti/baptisatoꝝ animas & corpora purificat: qd in baptismo Ioānis non fiebat. Hęc dicta (quę sunt glo. or.) pbātur per textū in c. per aquā & in. c nunq̄. iuncto c. Nō regenerabantur. de cōse. dist. 4.

x ¶ Non est vestrum. Non dicit nō est nostrū: sicq3 ostendit/q ipse sciat cuius sunt omnia quę patris sunt. dicto c. 1. de sum. trini.

accipietis virtutem ſuperueniētis ſpiritusſancti in vos: & eritis michi teſtes in Hieruſalē & in omni Iudæa & Samaria/ & vſq; [y] ad vltimū terræ. Et cū hęc dixiſſet/videntibus illis eleuatus eſt:& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cūq; intuerentur in cœlum euntem illum: ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis: qui et dixerūt. Viri Galilæi/quid ſtatis aſpiciētes in cœlū? hic Iheſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlū ſic veniet [z] quēadmodum vidiſtis eum eūtem in cœlum.

Actuū.4.b. ℭ(Petrus repletus ſpiritusſancto ; dixit de Iheſu) hic eſt lapis q reprobatus eſt a vobis ædificātibus qui factus eſt in caput anguli. Et non [a] eſt in aliquo alio ſalus. Nec enim aliud nomē eſt ſub cœlo datum hominibus/in quo oporteat nos ſaluos fieri.

ℭDe Iheſu qui dixit ad Paulum. Ego ſum Iheſus quem tu perſequeris: habetur Actu. 9. cap. Et infra in verbo Paulus.

Actu.10.f.g ℭIheſum a Nazareth vnxit [b] deus ſpiritusſancto/ & virtute : qui pertranſijt benefaciendo/& ſanādo [c] omnes oppreſſos a diabolo: quoniā deus erat cum illo. Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Hieruſalem ; quem occiderunt ſuſpendentes in ligno. Hunc deus ſuſcitauit tertia die ; & dedit eum manifeſtū fieri nō omni populo: ſed teſtibus preordinatis a deo: nobis qui manducauimus & bibimus cum illo poſtq̄ reſurrexit a mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & teſtificari ;quia ipſe eſt qui conſtitutus [d] eſt a deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius / omnes qui credunt in eum.

1.petri.2.d. in fine. ℭChriſtus paſſus eſt pro nobis: vobis relinquēs exemplum vt ſequamini [e] veſtigia eius . Qui [f] peccatum non fecit ; nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cum malediceretur/nō maledicebat: cum pateretur/ non comminabatur . Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata [g] noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui/iuſtitię viuamus: cui9 liuore ſanati eſtis. Eratis eni ſicut oues errātes: ſed cōuerſi nūc eſtis ad paſtorē & epiſcopū animarū veſtrarū. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt/iuſtus pro iniuſtis: vt nos offerret deo : mortificatos quidē carne/viuificatos autem ſpiritu.

1.petri.3.d. in fine. ℭReſurrexit Iheſus a mortuis qui eſt in dextera dei/ deglutiēs [h] mortem vt vitæ æternę hæredes efficeremur ; pfectus in cœlum ſubiectis ſibi angelis/& poteſtatibus/& virtutibus.

y ℭ Et vſq; ad vltimū terrę. Veritas em̄ quę antea legis et prophetarū pręconio vehebatur: p apoſtolicam tubā in ſalutē vniuerſitatis exiuit/ſicut ſcriptū eſt. In omnē terrā exiuit ſonus eoꝶ: & in fines orbis terrę verba eorū .c. Fundamēta.in prin.(vbi hęc ponūtur)de elec. in. vj. Dici etiā poteſt: his verbis Chriſtū voluiſſe apoſtolos nedū verbo/ſed et facto/ & ſic exēplo Chriſtū cōfeſſuros: neq; eos vllo agonū ſeu martyrioꝶ genere vel peccatorū inquinamēto ab eius cōfeſſione & cultura dimoturos. Pro hac declaratione videt eſſe bo. tex. qui Hieronymi eſt. in c. æſtimant. in fi.11.q.3. vbi dicit. Arbitrandū non eſt in die iudicij illos tm̄ a dei filio eſſe denegādos/q in martyrio Chriſtum negauerūt: ſed & illos oēs quoꝶ ope vel ſermone/vel cogitatione Chriſt9 negat. Negat9 em̄/negat: cōfeſſus/cōfitet. De hac puto cōfeſſione qua diſcipulis pręcepit dicē9. Eritis michi teſtes in Hieruſalē/& in omni Iudęa & Samaria/& vſq; ad vltimū terræ. Hęc tex.

z ℭ Sic veniet quēadmodū vidiſtis eū euntem in cœlum. In eadem natura veniet iudicaturus/in qua venit iudicādus. Si em̄ imortalitatē accepit naturā non amiſit. Reſurrexit quippe vera ſuæ carnis receptiōe/ & vera aię reſumptione: in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Textus eſt ita dicēs in cap̄. Qui epiſcopus . circa mediū. 23. diſtinc.

a ℭ Nō eſt in aliquo alio ſalus. Idē dicit tex. in c. Qui ſine ſaluatore. 26. quęſti. 3.

b ℭ Vnxit deus ſpiritu ſancto. Videat tex. ē. allegatus in c. Vnico. col. pe. de ſacra. vnc.

c ℭ Sanando oēs oppreſſos a diabolo/& alijs infirmitatibus vexatos. nō tm̄ aliquē bis ſanauit. Quē em̄ bis illuminauit? quē leproſum bis mūdauit? quē mortuū bis ſuſcitauit? non Lazarum quē dilexit: non filiū viduæ/ quē miſert9 matri ſuę reddidit. non filiū diſſipatorē legit bis ſuſcepiſſe: ſed iō tot ſanauit cœcos/claudos & aridos & mortuos ſuſcitauit/ ne deſperet de ſe peccator. Ideo autem non ſcribitur aliquem bis ſanatum: vt quiſq; timeat immergi peccato. Potuiſſet enim totiens ſanare/quotiens voluiſſet. Hæc probantur in c. Adhuc perfidi inſtant. de pœni. diſtinc. 3.

d ℭ Qui conſtitutus eſt a deo iudex viuorum & mortuorum. Hinc dicit textus in c. per venerabilem. paulo ante finem. Qui filij ſint legi. Petrus Petriq; ſucceſſor eius vicarius eſt qui eſt ſacerdos inæternum ſcdm ordinem Melchiſedech/conſtitutus a deo iudex viuorum & mortuorum. Et facit textus. 23. q. 1. in fine principij/ vbi dicit textus. In hoc Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit: vt & viuoꝶ & mortuorum dominetur.

e ℭ Vt ſequamini veſtigia eius. Id eſt vt ſi cōtumelias/ tribulationes/& flagella patiamini: non deficiatis animo: in eū redemptorē/creatorē/ac dominū veſtrū qui pro vobis paſſus eſt/ reſpiciētes. c. ſuggeſtū. circa medium. 7. quęſti. 1. Dum autem hic & alibi ſępe dicitur Chriſtum paſſum: eliditur hæreſis Baſilidianorum ſic dictorum a Baſilide: qui inter reliquas blaſphemias/ paſſum Iheſum abnegauit. c. Quidam. verſi. Baſilidiani. 24. quęſti. 3

f ℭ Qui peccatū nō fecit &c. Hęc habent in c. Si em̄. col. 3. verſi. Eligat. de pœni. diſtinc. 2.

g ℭ Peccata noſtra ipſe pertulit. Simile eſt qd dicit Eſaias languores noſtros ipſe tulit/& dolores noſtros ipſe portauit quod dictum habetur in c. Cum Marthę. verſi. Quare. de cele. miſſa.

h ℭ Deglutiens mortē. Quod deglutimus/ agimus vt in corporibus noſtris aſſumptum nuſq̄ pareat. Dominus etiā ſic mortē funditus cōſumpſit: vt nichil cōtra ſe valeret & manēte ſpecie veri corporis abeſſet labes priſcę fragilitatis. Hęc declaratio eſt glo. or. pro qua eſt textus in allegato c. Semel. de conſe. diſtinc. 2.

¶Christo passo in carne: & vos [i] eadem cogitatione armamini: quia I.Petri.4.a in princi.
qui passus [k] est in carne/desijt a peccatis/vt nõ iam desiderijs hominũ:
sed voluntate dei quod reliquum est in carne viuat temporis.
¶Si quis [l] peccauerit aduocatũ habemus apud patrem Ihesum Chris- I. Ioan.2.a
stum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro no-
stris autem tantum: sed etiam pro totius mundi.
¶Soli deo saluatori nostro: per Ihesum Christum dominum nostrũ/ Iudæ vnico g. in fine.
gloria & magnificentia; imperiũ & potestas ante omnia secula/ & nũc
& in omnia secula seculorum. Amen.
¶Ihesus Christus est testis fidelis/primogenitus [m] mortuorũ/& prin- Apoca.1.b.
ceps regũ terrę. Qui dilexit nos: & lauit nos a peccatis nostris in san-
guine [n] suo: & fecit nos regnũ & sacerdotes deo & patri suo. Ipsi glo-
ria & imperium in secula seculorum. Amen.
¶Cætera quæ concernũt quædam verba / & doctrinas Ihesu Christi
superiorũ & inferiorum litterarum locis aptioribus inserta sunt. Ali-
qua etiam de ipso sub appellatione filij hominis videri possunt in ver-
bo filius. & in verbo venire.

Iesse. ¶Recurre ad verbum Dauid & ad verbum virga.

Iezabel. ¶Recurre ad verbum Achab & ad verbum Helias.

Ignis. ¶Totus mons Sinai fumabat: eo ꝙ descendisset [o] domi- Exo.19.c
nus deus super eũ in igne: & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace.
¶Si egressus [p] ignis inuenerit spicas/ & comprehenderit aceruos fru- Exo.22.a.
gum/siue stãtes segetes in agris: reddet damnũ qui ignem succenderit.
¶Erat species gloriæ domini quasi ignis ardens super verticem mõ- Exo. 24.d.

i ¶Vos eadem cogitatione armamini. Id est si contingat nos pati æquanimiter feram⁹ eius intuitu qui prius pro nobis plurima perpessus est. Hoc est eñ verũ obiectũ/quo ad ferenda patienter aduersa quęꝗ moueri debemus. vt est bo.tex.in sæpe allegato c. Suggestum.7.quęsti.1.

k ¶Qui passus est in carne/ desijt a peccatis. Intelligẽdo hęc verba de Christo (prout videnẽ intelligi posse) ita ꝙ his verbis ponaẽ cogitatio cui debemus inhęrere vbi quid aduersi patimur: ꝙ sc3 is q nulla vnq̃ peccati labe pollutus est/ nec desiderijs hominũ sed voluntati dei conformia gessit quę in carne gessit/plurima pro nobis & ea quidẽ indigna sustinuit. videãtur ea quę dicta sunt s. in verb. desinere. i annotatiõe istorũ verboꝝ. desijt a peccatis.

l ¶Si quis peccauerit &c. Ne penitus desperemus/ arbitrantes nos peccantes post baptismũ nõ posse saluari: dicit Iacobus. Si qs peccauerit aduocatum habem⁹ &c. hoc ad credẽtes post baptisma loquiẽ & aduocatum pro delictis eorũ dominum pollicetur: nec dicit si peccaueritis aduocatum habetis apud patrẽ/ & ipse est ꝓpitiatio pro peccatis vestris: ne eos diceres nõ plena fide baptisma cõsecutos: sed aduocatũ (inquit) habemus apud patrẽ/do. nostrũ Ihesum Christũ: & ipse est propitiatio ꝓ peccatis nostris: & non solũ pro nostris/ sed etiã pro totius mũdi. In toto autẽ mũdo & apostoli sunt omnesꝗ credẽtes. Ex quibus liquido cõprobatur post baptisma posse peccari. Frustra eñ habem⁹ aduocatũ apud patrẽ Ihesum Christum: si peccari nõ potest. Ita dicit textus in c. Si eñ. colũ.4. de pœni. dist.2.

m ¶Primogenitus mortuorum. Videatur quod dictum est s. eodẽ ad Colo.1.v. fol.356.

n ¶In sanguine suo. Videãtur iura allegata s. ad Heb.9.h.fo.357.

o ¶Descendisset dñs in igne/ & ascenderet fumus. Legem daturus dominus/in igne fumoꝗ descẽdit: quia humiles per claritatẽ suę ostẽsionis illuminat: & superbos per caliginẽ erroris obscurat. Prius igitur mens ab appetitu glorię temporalis/ & ab omni cõcupiscentia carnali tergenda est: & tunc ad arcem contẽplationis erigenda. Pro hoc dicto (quod est glosę ordi.) est bonus tex. Origenis in allegato c. In mandatis.43. distinc. iuncto c. Reuertimini. in fine.16.q.1. In dicto enim c. In mãdatis. probatur mentẽ prius ab inquinamentis peccatorũ purgãdam/ q̃ credantur ei quæ contẽplationis aciem desyderant. In d. autẽ c. Reuertimini. ꝓbatur eos qui humiles sunt/ & dei agnoscunt beneficia: exuberãtius illuminari. superbos autẽ & dei beneficioꝝ oblitos/ in errorem maledictionemꝗ prolabi.

p ¶Si egressus ignis &c. Hęc sentẽtia habetur in c. Si egressus. de iniurijs. vbi glo. in verb. Reddet dãnũ: dicit hanc sententiã intelligendã: vbi qui ignẽ succẽdit fuisset in culpa: secus si nulla eius culpa deprehẽdi posset: quia tunc non teneretur ad alicuius reparationẽ damni. prout est bo. tex. vtrũꝗ membrũ huius distinctionis comprobans in l. Qui occidit. §. In hac. ff. ad le. Aquil. dũ ibi dicit. Si quis in stipulã suam vel spinã/ comburendæ eius causa ignẽ immiserit/ & vlterius euagatus & progressus ignis alienã segetẽ vel vineã læserit: requiramus nũ imperitia eius aut negligentia id acciderit. Nam si die ventoso id fecit/ culpę reus est. Nã & qui occasionẽ damni pręstat: damnũ fecisse videtur. In eodẽ crimine est & qui nõ obseruauit ne ignis longius ꝓcederet. At si omnia quę oportuit obseruauit: vel subita vis venti longius ignẽ produxit/ culpa caret. Hęc textus. Hęc ꝓcedunt in foro contentioso. An autẽ procedant in foro cõscientię: ita scilicet/ ꝙ etiã cessante dolo & lata culpa/ teneaẽ is q ignẽ succendit: & ex eius leui vel leuissima culpa alteri dãnũ dedit/ ad reparationẽ huius dãni. Inno. in c. Sicut dignũ. circa fi. de homici. sentit ꝙ non. qd dictũ Innocentij dicit Panor. in d.c. Si egressus. esse valde singulare: de quo tamen dicit se dubitare: quia cum hęc lex sit valde rationabilis/ sicut locũ habet in foro cõtentioso: ita locũ habere debet in foro conscientię/ iuxta ea quę notantur in c.1. de cõsti. Subiungit tamẽ dici posse/ ꝙ hęc reparatio dãni est interesse respectu dãnũ passi/ sed respectu soluentis est pœna/ quę in foro animę non debet habere locũ: ex quo est extra dolum & latã culpam. & ita etiam tenet Panor. in d.c.1. colũ.4. de constitu. in c.1. in.3. colũ. versi. in glo. fina. de arbi. & Ludo. Ro. in singularibus suis. singulari.150. & idem etiã nouissime tenet pręceptor meus Philip. Decius. in d.c.1. in.2. sua lectura. in pe. colũ. (vbi late examinat istã materiã) de constitu. & dicit rationẽ esse/ quia in foro cõscientię ad hoc vt aliquis obligetur attenditur voluntas. prout habetur in c.1.15.q.1. quę voluntas cessat vbi quis nõ est in dolo vel lata culpa/ sed tñ in leui vel leuissima. Nõ obstat ꝙ de hoc dicto seu lege veteris testamẽti sit facta constitutio canonica. in d.c. si egressus. quia non omẽ qd disponitur a iure canonico/ habet locũ in foro consciẽtię. vt notat Anto. de Butrio in c. inquisitioni. in.6. no.

de sentē. excō. & Panor. in c. cū causam. de proba. & do. meus Decius in d. c. i. de cōstitu. Premissa cōcernūt litera-lem sensum huius sentētię Proeius aut ethico seu morali sensu/ aduertendū est φ adaptari solet in eos/ qui immoderate seu indiscrete corrigunt/ maioriq́ vtuntur q̄ deberēt correptionis amaritudine. Ab eis enī ignis idest imoderata castigatio egreditur in spicas. i. tenellos auditores nondū ad maturitatē fructus pertingētes. Vel in aceruos frugū. i. in hoies iam virtutibus claros & morum maturitate conspicuos. Vel in segetes stantes

tis: in conspectu filiorum Israel.

Leui. 6. b. ¶Ignis [q] in altari semper ardebit: quē nutriet sacerdos/ subijciēs ligna mane per singulos dies: & imposito holocausto desuper/ adolebit adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus: qui nunq̄ deficiet in altari.

Leuiti. 10. a ¶Arreptis Nadab & Abiud filij Aaron thuribulis: imposuerūt ignē & incensum desuper/ offerētes [r] coram domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. Egressusq́ ignis a domino: deuorauit eos: & mortui sunt coram domino.

Deute. 4. d ¶Dominus [s] deus tuus ignis consumens est.

2. macha. 1. ¶Cum in Persidem ducerentur patres nostri: sacerdotes qui tunc cultores dei erant/ acceptum ignē de altari occulte/ abscōderunt in valle: vbi erat puteus altus & siccus: & in eo cōtutati sunt eum/ ita vt omnibus ignotus esset locus. Cum autē preterijssent anni multi: & placuit deo vt mitteretur Neemias a rege Persidis: nepotes sacerdotum illorū qui absconderant/ misit ad [t] requirendum ignem: & sicut narrauerūt nobis: non inuenerunt ignem/ sed aquam crassam. Et iussit eos haurire & afferre sibi: & sacrificia quę imposita erant/ iussit sacerdos Neemias aspergi ipsa aqua/ & ligna q̄ erant superposita. Vtq́ hoc factum est: & tempus affuit quo sol refulsit: qui prius erat in nubilo: & accensus est ignis magnus/ ita vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebāt omnes sacerdotes dum consumaretur sacrificium: Ionatha inchoante: cæteris autem respondentibus. &c.

2. macha. 1. f. g. ¶Cum cōsumptum esset sacrificium: ex residua aqua Neemias iussit lapides maiores perfundi. Quod vt factum est: ex eis flamma accensa est/ sed ex lumine quod refulsit ab altari consumpta est. Vt vero manifestata est res: renūciatum est regi Persarum/ φ in loco in quo ignem absconderāt hi qui translati fuerant sacerdotes: aqua apparuit/ de qua Neemias & qui cum eo erant/ purificauerunt sacrificia. Considerans autem rex & rem diligenter examinans: fecit ei templum/ vt probaret quod factū erat: & cum probasset/ sacerdotibus [v] donauit multa bona & alia atq́ alia munera: & accipiens manu sua tribuebat eis.

in agris. i. in hoies crescentes/ & ad maturitatē tendētes: quos oēs/ qa non seruato ęquilibrio iustaq́ lance postposita corrigere nitūtur/ corruere faciūt vnde reddēt damnū/ pœnitendo sc3/ aut si possint in pristinū statū reducēdo. Pro hac declaratione quę est de mente glosæ iterlinearis & ordi/ vidēdę sunt claræ decisiones canonū quibus hęc oia probantur. in c. Disciplina. in c. Omnis. in c. Et q emendat. in c. Sunt nāq. in c. Vera iustitia & in ca. Recedite. 46. dist. iuncto c. Quando. in princi. 86. distinc.

q ¶Ignis in altari semp ardebit &c. Charitas q̄ est ignita igne quodā spiritussancti. (c. Charitas ē vt michi videtur. in prin. de pœni dist. 2.) in corde nostro semp ardere debet: qa sine charitate nemo verā cordis cōtritionē habere/ aut remissionē peccatorū pōt. c. Charitas ē aqua. versi. Itē sine. eadē disti. Hunc autē charitatis ignē debet sacerdos. i. bonus prælatus nutrire subijciendo ligna. i. sanctorum exēpla & scripturę testimonia pponēdo. & hoc mane. i. remota prius vitiorum caligine seu fugata nocte cœcitatis. d. c. In mādatis. versi. Si enī sciā 43. dist. Et imposito holocausto desuper. i. facta vitę nostrę renouatione.

Adolebit adipes pacificorum. i. faciet vt opa nostra tanq̄ in charitate facta/ grata deo sint & accepta in odorē suauissimum. Ex charitate enī quicquid fit boni operis viuit. d. c. Charitas. i. de pœni. dist. 2. Iste vero charitatis ignis perpetuus est/ nec vnq̄ deficit in altari: quia hi qui diligēter eum seruant/ nō frustrantur ęterna mercede. dicēte Augustino. Charitas est aqua/ de qua dn̄s ait in euangelio. Qui biberit aquā quā ego dabo ei/ non sitiet in ęternū. d. c. Charitas. 2. de pœni. dist. 2. Alia videātur in verb. Altare.

r ¶Offerentes corā dn̄o ignē alienū. Ignem alienū offert qui corporeę vel secularis cupiditatis ignē/ in sacrario cordis nutriens/ audet altaribus dn̄i appropinquare: quę non recipiunt accensionē/ nisi illius ignis quē dominus venit mittere in terrā: qui semper nos accendit vt sensibus illuminemur/ & vitijs non flagremus. Pro hac declaratione (quę est glo. or.) facit textus in c. Inter hęc hircū. col. 8. de pœni. dist. 1. vbi dicit. Ignis alienus est libido/ auaricia/ & ois praua cupiditas: hic ignis exurit/ non mūdat. In quibus enī est/ si offerāt in cōspectu dn̄i: ignis eos cœlestis absumit sicut Nadab & Abiud/ cū his quę pro peccato fuerant oblata. Qui ergo vult mūdari/ ignem alienū remoueat: & illi igni se offerat/ qui culpā exurit non hominē. hic ignis siccauit emorroissæ profluentē sanguinē. hic siccauit culpā latronis. Ignis hic consumēs est/ & sanat simpliciter & pure confitentes. Iudas (inquit) peccaui tradens sanguinē iustū: sed in pectore habuit ignem alienū/ quo inflāmante cucurrit ad laqueum. Hęc ibi.

s ¶Dominus deus tuus ignis cōsumens est. i. dn̄s deus peccata consumit/ & reprobos ignibus gehennę tradit. Hęc declaratio est glosę interli. quę pbat in c. Inter hęc hircū. paulo ante finem. de pœni. distinc. 1. de quo dictū est superiore pxima annotatiōe.

t ¶Misit ad requirendū ignē. De hoc igne loquens textus in c. Sicut eunuchus. 1. q. 1. dicit. φ erat ignis sacrificij qui per. 70. annos Babylonicę captiuitatis sub aqua vixit. sed Antiocho occupante sacerdotiū/ extinctus est. Et de hoc dictū est ē in verb. Aqua. in annotatione huius sentētię/ vbi videatur. ei addatur qd dicit Archi. in d. c. Sicut. in prin. vbi dicit. φ ignis sacrificij dicebatur qui semel cœlitus missus/ semper postea nutritus est ad cōsumēda sacrificia: nec licebat alium ignē sacrificijs apponere. vnde Nadab & Abiud filij Aaron cum imposuissent ignē alienū/ continuo cœlesti igne deuorati sunt. Hęc Archi.

v ¶Sacerdotibus donauit multa. Iure humano hęc donata tanq̄ ab extraneo/ non autē a sacerdotū propinquo emanantia/ templo & non priuato sacerdotū iuri acquirebātur. Pontifi-

res enim seu sacerdotes quibus ab extraneis aliquid: aut cum ecclesia/aut sequestratim dimittit/aut donatur: quia hoc ille qui donat/pro redēptione animæ suę/non pro cōmodo sacerdotis probatur offerre. non quasi suū proprium/sed quasi dimissum ecclesię/inter facultates ecclesię cōputabunt. Dicit textus in c. Pontifices.12.q.3. Hoc tamen verū est: nisi donator exprimat ꝙ velit illud tantū esse sacerdotū/non ecclesię. tunc enī seruanda est dispositio donatoris. & idem si donetur sacerdotibus a suis propinquis: tunc enī donatū censetur intuitu ipsorum sacerdotū/& nō intuitu ecclesiæ nisi aliud fuerit cōprobatū. Text9 est ita declarans d.c Pōtifices. in c. Requisisti. de testamē.

℄Pluet super peccatores laqueos: ignis [x] & sulphur & spiritus procellarum/pars calicis eorum. Psal.10.b.

℄Probasti cor meum/& visitasti [y] nocte/ igne me examinasti/ & non est inuenta in me iniquitas. Psal.16.a.

℄Ascendit fumus in ira eius : & ignis a facie eius exarsit : carbones succensi sunt ab eo. Psal.17.b.

℄Cōcaluit [z] cor meū itra me: & i meditatione mea exardescet ignis. Psal. 38. a.

℄Transiuimus [a] per ignē & aquam: & eduxisti nos in refrigerium. Psal.65.c.

℄Ignis ante ipsum præcedet : & inflammabit in circuitu inimicos eius. Psal. 96. a.

℄Facis (dñe) angelos [b] tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentē. Psal.103.a.

℄Nunquid [c] potest homo abscondere ignem in sinu suo: vt vestimēta illius non ardeant : aut ambulare super prunas/vt non comburantur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui: nō erit mundus cum tetigerit eam. Prouer.6.d.

℄Omnis [d] sermo dei/ignitus clypeus est sperantibus in se. Prouer.30. a.

℄Ignis nunꝙ dicit sufficit. Prouer.30.c.

℄Ignis in aqua valebat supra suam virtutem; & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Sapiē.19.d.

℄Apposuit tibi deus aquam & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors: bonum & malum. Eccli.15.d.

℄In synagoga peccantium exardebit [e] ignis : & in gente incredibili exardescet ira. Eccl.16.a.

x ℄ Ignis. Circa ignē quo puniendi sunt peccatores aduertēdum est/ ꝙ duplex cōperitur. Alter est qui vocatur purgatorius: de quo in c. qualis. in princi 25 distinc. vbi dicitur. De quibusdā culpis esse ante iudiciū purgationis ignis credēdus est. Et in c. sequē. vbi dicitur. Qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis/prius purgabitur igne purgationis. Hic autem ignis/etsi nō sit ęternus/ miro tamen modo grauis est superat enī omnes pœnam quam vnꝙ passus est aliquis in hac vita: vel pati potest. Hęc tex. cui cōsimilis est in c. si. paulo ante finem. de pœni. distin. 7. & ibidem subiungitur ab Augustino cuius est ille tex. Nunꝙ in carne tanta inuēta est pœna/licet martyres mirabilia passi sint tormēta. Alter est ignis æternæ damnationis: de quo loquens textus in c. Multi. in fine. 1. quęsti. 1. dicit. Illi quos monemus agere pœnitentiam/non quærant sibi comites ad supplicia: nec gaudeant quia plures inueniant sibi similes. Nam propterea non minus ardebunt/quia cum multis ardebunt. Et in c. Peruenit. in fine. 1. quęsti. 3. vbi (pręmisso ꝙ decimas & oblationes ecclesiasticis/aliqui episcopi laicis dabant) subiungitur. Qui dat episcopus: & qui recipit ab eo laici siue precio siue beneficio/ æterni incendij ignibus deputentur. Et in c. Admonere. colū. 2. 33. quęsti. 2. vbi papa Stephanus quintus/militi qui propriam interfecerat vxorem pœnitentiam suadens dicit. Ingredere monasterium humiliare sub manu abbatis/ & multorum fratrum precibus adiutus/obserua cuncta simplici animo quæ tibi fuerint imperata: si forte ignoscat infinita misericordia dei peccatis tuis/ & refrigeret animā tuā priusꝙ crucieris perpetuis flammis. Hęc ibi.

y ℄ Visitasti nocte/igne me examinasti. Cor hominis in tribulatione probatur/quę dicitur nox ab initio: quia perturbat. sed postea dicitur ignis: quia vrit cor/& inflammat ad maiorem dei dilectionem. Vnde Iob ante tribulationem bonus erat/sed post melior inuentus est: & propterea dicebat Io. os aureum. Sicut pluuia in terram descendens/ erigit semina: sic tribulatio animā intrans erigit desyderium. Ita dicit Archi. in c. Suggestum. circa medium. 7. quęsti. 1.

z ℄ Concaluit cor meum intra me; & in meditatione mea exardescet ignis. Videatur bona huius sententiæ declaratio s. in verbo Cor.

a ℄ Transiuimus per ignem & aquam: & induxisti nos in refrigeriū. Ignis vrit/idest aduersitas. aqua corrumpit/idest prosperitas. Vas aqua solidatum aquam non timet: sic & tu igne aduersitatis excoctus/prosperitatis aqua non dissolueris. Pro hoc dicto (quod est glosę ordi) facit bonus tex. in c. Paratus. paulo ante finem. 23. quęsti. 1. dum ibi dicitur. Si terrena ista respublica/christiana pręcepta custodiat: etiā ipsa bella sine beniuolentia non gerentur/sed vt ad pietatis iustitiæꝙ societatem victis facilius consulitur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur/vtilius vincitur. quoniā nichil est infœlicius fœlicitate peccantium: quia pœnalis nutritur impunitas: & mala voluntas velut interior hostis roboratur. Hæc ibi. Et ita etiam hanc sententiam de igne scilicet aduersitatis/exponit Archi. in c. Vir cum propria. colū. 2. 33. quęsti. 4.

b ℄ Angelos tuos spiritus & ministros tuos ignem vrentem. Videatur diffusa annotatio istis verbis facta s. in verbo Angelus.

c ℄ Nunquid potest homo &c. Hac sententia/non nisi cum cautela magna subeundam esse mulierum cōuersationem/ edocemur. Nec id quidem ab re. Fœmina enim (dicit Hieronymus) conscientiam secum pariter habitantis exurit. c. Hospitiolum tuum. 23. distinc. Et dicetur diffusius in verb. Mulier.

d ℄ Omnis sermo dei ignitus Facit textus in c. si sermo. in princip. de pœni. distinc. 1. vbi dicitur. Si sermo meus inuenerit aliquā in cordibus vestris scintillam diuini amoris/ipsum nutrite: vt cum creuerit/& flāmam dignissimam fecerit/omnium cupiditatum ligna consumat. Hęc ibi.

e ℄ Exardebit ignis. Ignis vltionis/in peccatores/hac etiam vita nonnunꝙ accenditur/perpetuo post mortem cruciatu in eos duraturus. Vnde & dictum est. Ignis succensus est in furore meo: & ardebit vsꝙ ad inferni nouissima. Ita dicit textus cum glo. in c. Ignis. de pœni. distinc. 3.

f ¶ Consummatio illorum flamma ignis. Idem probat tex. in c. Vnum oratium. §. Alias ea demũ. in fi. 25. distinc. & in d. c. Multi. in fine. 1. quęsti. 3.

g ¶ Anima calida &c. Recurratur pro huius sententiæ declaratione ad verbum Extinguere.

h ¶ In medio ignis non sum æstuatus. Pro accõmodanda hac sententia/ videri potest bo. textus in c. Vir cũ propria. versi. si quis vero. 33. quęsti. 4. vbi dicitur. Si quis sua coniuge: non cupidine voluptatis captus/ sed solũmodo creandorũ liberorũ gratia vtit: ipse profecto siue de ingressu ecclesię/ seu de sumẽdo dominici corporis sanguinisq; mysterio/ suo iudicio est relinquẽdus: quia a nobis ꝓhiberi non debet accedere qui in igne posit⁹ nescit ardere. Hęc ibi.

Eccli. 21. b. ¶ Stupa collecta/ synagoga peccãtiũ: & cõsũmatio[f] illorũ flãma ignis

Eccli. 23. c. ¶ Anima[g] calida quasi ignis ardens non extinguetur/ donec aliquid glutiat: & homo nequam in ore carnis suæ non desinet/ donec incendat ignem.

Eccli. 39. d. ¶ Initium necessariæ rei vitæ hominum: aqua/ ignis. &c. Et vide infra in verbo initium.

Eccli. 39. d. ¶ Ignis/ grando/ fames/ & mors: omnia hæc ad vindictã creata sunt.

Eccli vlti. a ¶ In medio[h] ignis non sum æstuatus.

Esa. vlti. e. ¶ Ecce dominus in igne veniet: & quasi turbo quadrigæ eius. Reddet in indignatione furorem suum: & increpationẽ suam in flãma ignis: quia in igne dominus dijudicabit.

Esa. vlti. g. in fine. ¶ Vermis[i] eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur: & erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni.

¶ De tribus pueris qui missi sunt in fornacem: & non tetigit eos omnino ignis/ neq; contristauit/ nec quicq̃ molestiæ intulit: habetur Danie. 3. cap. e. Et supra in verbo benedicere.

Mala. 3. a. ¶ Deus quasi ignis conflans: & quasi herba fullonum.

Matth. 3. c. ¶ Oĩs[k] arbor q̃ non facit fructũ bonũ/ excidetur & in ignẽ mittetur.

Matth. 3. d. ¶ Cõgregabit (deus) triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni[l] inextinguibili.

¶ Discedite a me maledicti in ignem æternũ: qui paratus est diabolo & angelis eius (dicet dñs his qui a sinistris erũt). Cętera quę hic scribi potuissent: videantur in verbo agnus. Exodi. 12. a. in verbo Gedeon. Iudicũ. 6. d. Et i verbo Helias. 4. Reg. 1. b. Et i verbo spũs. Actu. 2. a.

Ignobilis & Ignobilitas.

1. Reg. 2. f. ¶ Quicunq; honorificauerit me (ait dñs) glorificabo eum: qui autẽ cõtemnũt[m] me/ erũt ignobiles.

1. ad co. 1. d. ¶ Ignobilia[n] mundi/ & contẽptibilia elegit deus/ & ea quæ non sunt: vt ea quę sunt/ destrueret: vt nõ glorietur omnis caro in cõspectu eius.

1. ad co. 4. c. ¶ Vos nobiles estis: nos autem ignobiles.

1. cori. 15. f. ¶ Seminatur corpus in ignobilitate: surget[o] in gloria.

Ignominia & Ignominiosus.

Psal. 82. circa finem. ¶ Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum domine.

pue. 3. d. i fi. ¶ Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exultatio ignominia.

puer. 4. d. ¶ In multitudine[p] populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.

puer. 17. d. ¶ Natus est stultus in ignominia sua: sed nec pater i fatuo lætabitur.

puer. 18. a. ¶ Impius[q] cum in profundum venerit peccatorum/ contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium.

puer. 19. d. ¶ Qui affligit patrem & fugit matrem/ ignominiosus erit & infœlix.

1. machab. 1. e. ¶ Secundum gloriã Antiochi multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctum.

1. cori. 11. c. ¶ Vir si comã nutriat/ ignominia[r] est illi. Et. s. in verbo Coma.

i ¶ Vermis eorũ nõ moriet/ & ignis eorum nõ extinguetur. Hinc dicit textus in cap. Quoniã. 19. dist. Hi q loca sacra/ cõmunia diuersoria faciunt: quos nimirum constat condẽnatos esse a patre & filio & spiritu sancto/ deputabunt vbi vermis eoꝝ non morietur/ & ignis nõ extinguetur. qa deo aduersantur: q dicit. Nolite facere domũ patris mei domũ negociationis.

k ¶ Oĩs arbor. Cũ dicit oĩs (teste Chrysost. in homi.) icludit primatũ qui est a nobilitate. q. d. etsi nepos fueris Abrahæ sustinebis pœnã/ sine fructu manens. Pro hac declaratione notãdus est bon⁹ tex. in c. Nulli fas. in fi. 25. q. 1. vbi dicitur. Maiori reatu delinquit qui potiori honore fruitur: & grauiora facit vitia peccatoꝝ sublimitas peccantiũ. Et in c. Pręcipue. circa princi. 11. q. 3. dũ ibi dicitur. Deterius in populis pręlati delinquunt: ac per hoc ipi crudelius q̃ cęteri puniũtur.

l ¶ Igne iextinguibili. Pœna ætернę dãnationis (de qua hęc sententia loquitur) dicit ignis inextinguibilis. Siue: qa quos semel suscepit/ nũq̃ dimittit/ sed semper cruciat. c. fina. i fi. de pœni. dist. 7. Siue: ad differentiã ignis purgatorij qui ad tẽpus cruciat/ & non ꝑpetuo. d. c. q in aliud. 25. dis. & d. c. fi. paulo ante fi. de pœni. dist. 7.

m ¶ Qui contẽnunt me erunt ignobiles. Facit bo. tex. s. citat⁹ in c. Si gens Angloꝝ. 56. dist.

n ¶ Ignobilia mundi elegit deus. Idem dicit textus in c. pe. paulo ante finem. de pręben.

o ¶ Surget in gloria. Cuiuscũq; eñ hominis adepturi beatã gloriã/ dotabitur corp⁹ dotibus quatuor/ agilitate/ subtilitate/ claritate/ & impassibilitate. Ita Panor. in c. 1. col. 3. in fine. de sum. trini. & fi. catholi.

p ¶ In multitudine populi &c. Videat annotatio in verb. Dignitas.

q ¶ Impius cũ in profundũ maloꝝ &c. Videat qd in huius annotatiõe sentẽtię dictũ est in verb. Contẽnere.

r ¶ Ignominia est illi. Vir sacris initiatus comam nutriens/ puniri potest. c. Si quis ex clericis. de vita & honesta. cle. Aliũ autem qui purus est laicus/ puniendũ nõ inuenio. Dici igitur potest q; satis est punitus propter ignominiã suam:

Ignorare. Ignorans & Ignorantia. ¶Ego sum puer paruulus (dicebat Salomõ) & ignorãs egressum & ĩtroitũ meũ. 3.Reg.3.b.

¶Nempe & si ignoraui: mecum erit ignorantia mea. Iob.19.a.

¶Delicta [s] iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Psal.24.a.

¶Non cesses fili audire doctrinam: nec ignores sermones scientiæ. puer.19.d.

¶Multa hominis afflictio: quia ignorat præterita/ & futura [t] nullo scire potest nuncio. Ecclés.8.a.

¶Si quis [v] ignorat/ ignorabitur. I.co.14.g.

¶Hoc dico & testificor in domino (ait Paulus) vt iam nõ ambuletis/ sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui/ tenebris obscuratum habentes intellectum: alienati a vita dei per ignorantiam: quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum. Ephe.4.e.

¶Prius blasphemus fui (ait Paulus) & persecutor & contumeliosus: sed misericordiã dei cõsequut⁹ sum: quia [x] ignorãs feci ĩ ĩcredulitate. I.timo.I.c.

¶Pontifex cõstituitur qui condolere possit his qui ignorant & errãt: quoniam [y] & ipse circundatus est infirmitate. Et infra in verbo pontifex vbi diffusius. ad heb.5.a.

Ignoscere & Ignoscens. ¶Derelinquat impius viã suã/ & vir iniquus cogitationes suas/ & reuertatur ad dominũ: & miserebitur eius. & ad deum nostrum: quoniã multus [z] est ad ignoscẽdum. Esa.55.b.

¶Quis [a] scit si cõuertatur & ignoscat de⁹/ & reuertat̃ a furore iræ suæ. Ione.3.d.

¶Scio quia tu deus clemens (dicebat Ionas) & misericors es/ patiens & multæ miserationis: & ignoscens [b] super malicia. Ione.4.a.

Illudere. Illusio & Illusor. ¶Lũbi mei impleti sunt illusionibus [c]: & non est sanitas in carne mea. Psal.37.b.

¶Facti sumus opprobriũ vicinis nostris: subsannatio & [d] illusio his qui in circuitu nostro sunt. Psal.78.a.

¶Dominus deludet illusores: & mansuetis dabit gratiam. puer.3.d.

¶Abominatio est domini omnis [e] illusor: & cum simplicib⁹ sermocinatio eius. Prouer.3.d

¶Qui illusor est/ non audit cum arguitur. puer.13.a.

¶Stultus illudet peccatum: & inter iustos morabitur gratia. puer.14.b.

prout in simili dicit glo. in c. Sæpe contingit. in verb. Negligentia. in fine.50. distinc.
s ¶ Delicta iuuentutis &c. Videatur qd dictũ est in verb. delictũ. t ¶ Futura nullo scire potest nũcio. Recurratur ad verbũ futurũ. v ¶ Si quis ignorat: ignorabitur. Ait apostolus. Qui ignorat: ignorabitur. qd de eo intelligendũ est/ qui noluit intelligere vt bene ageret. Vnde Augu. ait in libro quæstionũ. Nõ oĩs qui ignorat imunis est a pœna. Ille eñ ignorãs potest excusari a pœna/ qui qd disceret non inuenit. Illis autem hoc ignosci non poterit/ qui habẽtes a quo discerent/ operã non dederunt. Ita dicit tex. cuius hęc verba sunt in c. pe. & finali. 37. dist. Potest autem de iure humano hęc sententia in eos accõmodari/ qui sunt in crassa & supina ignorãtia/ quę in nemĩe tolerari debet. p̃ vt nec exquisita scientia requiri. dicẽte iurisconsulto Vlpiano. in l. Nec supina. ff. de iuris & fac. igno. Nec supina ignorãtia ferẽda est factũ ignorãtis: nec scrupulosa inquisitio exigẽda est. Sciẽtia eñ hoc modo ęstimanda est: vt neq negligentia crassa/ aut nimia securitas satis expedita sit neq delatoria curiositas exigat̃. Vnde tãetsi ignorãter celebrãs/ dũ est vinculo excommunicatiõis alligatus/ nõ incurrat irregularitatis pœnam: tñ hoc verũ/ nisi eius ignorantia crassa fuerit & supina. tex. est in c. Apostolice. de cle. excõ. ministr. Multa alia hic dici possent quę prætereo.
x ¶ Quia ignorans feci in icredulitate mea. Hinc dicit tex. in c. Consuetudo. paulo ante finẽ. 8. dist. Ignosci potest simpliciter erranti/ sicut de seipso Paulus apostolus dicit. Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus: sed misericordiã merui/ quia ignorans feci. Hęc ibi.
y ¶ Quoniã & ipe circũdat⁹ est ĩfirmitate. Vñ Petr⁹ prius cecidit/ postea cum dominus cęteris prępos̃uit: vt ex sua infirmitate cognosceret/ q̃ misericorditer alienas infirmitates tolleraret. c Considerandũ. in fine. 50. distinc. & dicetur. ĩ. Petrus. z ¶ Multus est ad ignoscendum. Non sit igit̃ pręlatus subditis imisericors. Si eñ deus benignus est vt qd sacerdos eius austerus vult apparere (dicit Chryso in c. Alligãt. in fi. 26. q. 6. a ¶ Quis scit si cõuertat̃ & ignoscat deus? Hinc tex. dubitatiue loquẽs in c. q̃obrẽ. in prin. de pœni. dist. I. ait. Consiliũ meũ tibi placeat: peccata tua eleemosinis redime/ & iniquitates tuas in misericordijs pauperũ: si forte ignoscat deus. Hęc tex. Ideo autẽ nemo q̃tũuis recte viuẽs/ oĩno securus esse debet: ne securitas negligentiã & negligentia prętet offensam. c. Predixerat. in fi. de pœni. distinc. I. b ¶ Ignoscẽs. Hinc dicit tex. (qui est Ambrosij in Christi p̃sona loquẽtis. in c. Libẽter. in prin. de pœni. dis. I) Libẽter ignosco/ prõpte indulgeo/ misericordiã magis volo q̃ sacrificiũ. c ¶ Illusionibus. i. varijs imaginationibus. Illusiones eñ aię infinitę sunt: quę aliq̃n vix orare sinũt/ sed animũ nũc in hanc/ nunc in illã ptẽ trahunt: qbus occurrendũ pręmonet Hieronym⁹ dicẽs. Dicat̃ ad verbũ oro sine itermissione/ vigilat sensus nec cogitatiõib⁹ patẽs sit: corpus pariterq anim⁹ tendãt ad dñm. c. Nunq̃. vbi hęc verba Hieronymi ponunt̃. de cõse. dis. 5. d ¶ Illusio. Illusio/ siue p̃ deceptione ponat̃/ siue p̃ irrisione: nedũ diuino/ sed & vtroq iure hũano dãnat̃. Hinc dicit tex. in cle. I. de renũ. Illusio & variatio in ecclesiasticis p̃sonis maxie sunt vitãdę. Et in c. Bonę. 2. §. Nec obstat. versi. Si eñ. de põstula. p̃. dicit tex. Si postq̃ postulatio subscriptiõib⁹ postulãtiũ roborat̃/ & pręsentat̃ Ro. põ. approbãda: possent ab ea recedere postulãtes/ nobis frequẽter illuderẽt/ qd esse nõ debet. Et idẽ illusionẽ sc3 reprobari p̃bat tex. q videri põt in c. Cũ olim. de re iud. in l. fi. ĩ fi. ff. Ne qd in loco. publi. & in l. I. C. de rela. cũ simili b⁹ allegatis p̃ glosam. & zabarel. in d. cle. I. in prin. de renũ. e ¶ Oĩs illusor. Illusor est (dicit glo. ordi.) q vel verba dei q̃ nouit/ implere cõtẽnit: & de tali loquit̃ text⁹ in c. Multi sacerdotes. 40. dist. dicẽs. q̃ iuijpsius cõdẽnator erit: vel eadẽ puerse intelligẽdo/ ac docẽdo corrũpit/ de quo loquit̃ tex. in c. vino inebriant̃. in prin. 37. dis. dicẽs. q̃ talis vino dr̃ inebriari. Et tex. in c. q̃dã. in fi. 24. q. 3. dicẽs. q̃ talis ex quo

ſcripturã ſacroſanctã aliter intelligit/q̃ ſenſus ſpũſan cti flagitet a quo cõſcripta eſt: licet de eccl'ia nõ receſſerit/ tñ hęreticus appellari põt. Vel tertio illuſor dicit̃ qui iuſtorũ ſimplicitati improbus inſultat. De quo loquit̃ tex. trãſcriptus ſ. in verb. deriſor. in. 1. annotatiõe in c. 1. 21. q. 4. f ¶ Seculũ noſtrũ in illuminatione vult⁹ tui. Ideſt corã te ſunt oẽs decurſus tẽporũ noſtrorũ: ita vt ne minimũ quidẽ qd egimus te lateat: aut in cõſpectu tuo obſcuret: ſed oĩa nuda ſunt & aperta oculis tuis. Proindeq̃ fruſtra iniq̃tates nr̃as cęlauerimus/ cũ tibi cordiũ ſcutatori notę ſint: & eas in hoc ſeculo temere cęlatas corã toto mũdo publicãdas/ & in cõſpectu pferẽdas oim nouerim⁹. tex. ẽ vbi hęc pbant̃ in c. qs alt qñ. verſ. Hic etiã idẽ Io. Chryſoſt. de pœni. diſ. 1.

Mat. 27. d. e ¶ Illuſus eſt Iheſus a Iudæis. Et ĩfra in verbo Iheſus. vbi latius.

2. pe. 3. a. b. ¶ Veniẽt in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores/ iuxta proprias concupiſcentias ambulantes: dicentes. Vbi eſt promiſſio aut aduẽtus eius? Ex quo enim patres dormierunt: omnia ſic perſeuerãt ab initio creaturæ. Et idem probatur Iudæ vnico. f.

Illuminare. Illuminans & Illuminatio.

Esa.47.c. ¶Vniuersa venerunt super te ppter multitudinē maleficorum tuorū: & propter duriciam incantatorum tuorum vehementem.

Esa.47.c. ¶Sta cum incantatoribus tuis/& cū multitudine maleficorum tuorū: in quibus laborasti ab adolescentia tua: si forte quid prosint tibi/aut si possis fieri fortior.

Hiere.8.f. ¶Mittam vobis serpētes regulos/quibus [b] nō est incantatio: & mordebunt vos (ait dominus).

Incensum.

1.para.6.d. ¶Aaron & filij eius adolebāt incēsum super altare holocausti/ & super altare thimiamatis/in ōme opus sancti sanctorū.

psal.79.c. ¶Incensa [c] igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.

Psal.14.a. ¶Dirigatur oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo: eleuatio [d] manuum mearum sacrificium vespertinum.

Esaię.1.d. ¶Incensum [e] abominatio est michi: ait dominus.

Incertum & Incertitudo.

Psal.50.b. ¶Incerta & occulta sapientię tuæ manifestasti michi.

z ¶Nec incantator. Incantatores etiā vtrūq̧ ius hūanū infectat & dānat. De his em̄ loquēs tex.in c.Admoneant.26.q.7.dicit. Admoneāt fideles sacerdotes populos suos/per magicas artes incantationesq̧/quibuslibet infirmitatibus hoīū nichil remedij posse cōferre: nō aīabus.i.hominib9 languentib9/claudicātibus vel moribundis quicq̄ mederi. Sed hæc esse laqueos/& insidias antiqui ho[st]is: qb9 ille perfidus genus hūanum decipere nitit. Et si qs hoc exercuerit clericus/degradetur: laicus anathematizet. Hęc ibi. & in c. Quoniam. circa me.88.dis. dicit textus. Matres infideles cum filios habent quib9 dolet caput/ quęrunt eis ligaturas sacrilegas & incātationes: & oia ista sūt peccata hoim. & in l.1.§.Medicos.versi.Nō tamen.ff.de var.& extra.cogni. Vlpianus iurecōsult9 de Medicis loquēs: Dicit eum inter medicos non habendū/qui incātauit/vel imprecatus ē/vel exorcizauit. Nō enī sunt ista medicinę genera: tametsi sint qui nos sibi profuisse cum prędicatione affirment. Hæc ibi. Cętera quæ hic dici possent/ dicentur ī verbo magus.& in verb.maleficus.

a ¶Quis miserebitur incantatori a serpēte percusso. In huius sententię sensu mystico videtur innui. Eos qui curādis pficiunt animabus si aberrauerit difficilius misericordiam consecuturos. quod etiam satis probatur in allegato c.Pręcipue.1.quæstione tertia. & in cap. Nulli fas.in fine.25.quæstione prima. Vnde dicit textus in cap.Importuna §. Quod autem. in fine. de pœni.disti.1. Quibusdā venia denegatur.i.difficile conceditur.aut ex magnitudine peccati. aut ex gradu officij. Vnde Io.in epistola sua. Est peccatum ad mortem/quis orabit pro eo? Alibi quoq̧ legitur. Quis medebitur incantatori vulnerato a serpente. Hæc textus.

b ¶Quibus non est incantatio. An incantatiōes sint de iure humano punibiles.dictū est s.eodē in 2.anno. Sed ibi dictis addat tex. Hiero.i c.fi.26.q.6. vbi df. Dęmoniū sustinentib9/licet petras vel herbas habere sine incantatione. Scdo addat q̧ iure ciuili non puniunt vtentes incantationibus ad finē boni: sed iure canonico sic. Tex est in l.Eorum. C.de male.& mathe.iuncto c.Ex tuarum.& c.fi. de sortile. Et ita notat Sali.& Bar.in d.l.Eorum. Quando aūt ad malū finē incantationes fierent/vtroq̧ iure punirent.d.l.Eorū.in prin. Et ita procedunt quæ dicta sunt in supe.2.annotatiōe.in prin.

c ¶Incensa igni/& suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. Incensa dicuntur mala/quę igne cupiditatis fiunt. Suffossa/occulta sunt peccata: dū alijs parat insidiose fouea. Hęc declaratio est glo.or.& eadē declaratio est de mente glosę in c. Si em̄.in prin.in verbo ex diabolo.circa fi.de pœni.dist.2.

d ¶Eleuatio manuū mearū/sacrificium vespertinum. Id est opera mea sic tibi sint accepta/vt pœnitentia quæ agitur in vespera.i.in fine vitę/in quo si perfectę offerim9 purgamur.& hoc dicit: vt nemo desperet qui in fine pœnitet. prout etiā non esse desperandū dicit tex. vbi hoc dictum glo.ordi. probat in c. Nullus expectet §. Quod quis.de pœ.dist.7.& facit tex.in c.Agnouim9. paulo ante fi.26.q.7.dū ibi df. Vera ad deū cōuersio in extremis positorum/mente potius æstimanda est/q̄ tempore: propheta hoc taliter asserēte. Cum cōuersus ingemueris/tunc saluus eris. Cum ergo dn̄s sit cordis inspector/quouis tēpore non est deneganda pœnitentia postulanti: cum ille se obliget iudici cui occulta oīa nouerit reuelari. Hæc ibi.

e ¶Incēsum abominatio est michi. Incēsum.i.oblatio seu sacrificiū: abominatio est dn̄o/qn̄ a contaminatis offertur. Vn̄ & scriptum est victi

mę impiorū abhominabiles sunt deo/c. Scriptum est.14.q.5. Et propterea textus de incenso loquēs in c. Deniq;.paulo ante finē.7.q.1. Chore/ Datan/ & Abyron/ propter incensum illicite oblatum seuera fuisse punitos animaduersione dicit. de quo textu diffusius videri pōt ꝭ. in verbo Chore.

f ¶ Oīa in futurum seruantur incerta. Textus est similis fnię in c. Sacerdotibus. in fi.11.q.1. de quo dictū est in verbo dignus. & in verbo euenire. Hinc dicit Augusti.(de incertitudine bonitatis aut peruersitatis cuiusdā p̄sbyteri loquens) in c. Nomē præsbyteri. 2.q̄stio.1. Nomē pręsbyteri/ propterea non ausus sum de nūero collegarum eius/ vel supprimere vel delere: ne diuinę pietatis potestati (sub cuiꝰ examine causa adhuc pendet) facere viderer iniuriā. si illius iudicium meo velle; iudicio præuenire. Hęc ibi.

¶ Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit; sed omnia [f] in futurum seruātur icerta. eo ꝙ vniuersa æque eueniāt iusto/ & impio: bono/ & malo: mundo/ & immundo: victimas immolanti & sacrificia contemnenti. Et diffusius in verbo Euenire. Eccles.9.a.

¶ Cogitationes mortalium timidæ; & incertæ prouidentiæ nostræ. Sapien.9.d

¶ Ego sic curro (ait Paulus) non quasi [g] in incertum: sic pugno non quasi aerem verberans. 1.ad co.9.d

Incidere.

¶ Lacum [h] aperuit/ & effodit eum; & incidit in foueā quam fecit. Psal.7.d.

¶ Laqueum parauerūt pedibus meis: & incuruauerūt animam meā. Foderunt ante faciem meam foueam; & inciderunt in eam. Psal.56.b.

¶ Qui [i] euitat discere; incidet in mala. puer.17.c.

¶ Qui fodit [k] foueam/ incidet in eam; & qui dissipat sepem/ mordebit eum coluber. Eccēs.10.b

¶ Peccator transgrediens mandatū domini/ incidet in repromissionē nequam; & qui conatur multa agere/ incidet in iudicium. Eccli.29.d.

¶ Recupera proximum tuum secundum virtutem tuam; & attende [l] tibi ne incidas. Eccli.29.d.

¶ Horrendum est incidere in manus dei viuentis. ad heb.10.f

Inclinare.

¶ Qui humiliatus [m] fuerit/ erit in gloria; & qui inclinauerit oculos suos/ ipse saluabitur. Iob.22.d. ppe finem.

¶ In laqueo suo humiliabit eum; inclinabit se/ & cadet; cum dominatus fuerit pauperum. Psal.9.f.

¶ Inclinauit [n] cœlos/ & descendit; & caligo sub pedibus eius. psal.17.b.

¶ Inclina cor meum in testimonia tua; & non [o] in auariciam. psal.118.e.

¶ Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes in æternum; propter retributionem. psal.118.o.

¶ Si inclinaueris [p] aurem tuam/ excipies doctrinā: & si dilexeris audire sapiens eris. Eccli.6.d.

¶ Inclinato capite tradidit Ihesus spiritum. &c. Et supra in verbo Ihesus. Ioan.19.f.

¶ De Ihesu [q] qui inclinauit se/ vt scriberet in terrā, vide supra in verbo Ihesus. Ioan.8.

Incola & Incolatus.

¶ Heu michi [r] quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar; multum incola fuit anima mea. psal.119.a.

g ¶ Non quasi in incertum. In incertum currit/ qui quędā agit p qbus sperari pōt: & qdā pro quibus nō pōt. quales videntur esse hi qui cum plurimis se videāt virtutibꝰ abūdare/ vno se vitio inquinare non formidant: nō attendentes/ ꝙ oēs virtutes ab vno vitio detrimentum patiūtur. c.1.§. Deficat. de pœni.dist.5.

h ¶ Lacū aperuit & effodit eū.&c. Videatur annota. in verb. fouea.

i ¶ Qui euitat discere. incidet in mala.. Hinc dicit textus in c. final. in fi.37.distin. Illis ignosci non poterit/ qui habentes a quo discerēt/, operam non dederunt.

k ¶ Qui fodit foueam.&c. Recurrat ad annotationē factā i verbo fouea.

l ¶ Attende tibi ne icidas.i. Caue ne volēs opē ferre proximo/ incidas in laqueum peccati. Longe eñ pręstat proximo nō succurrere/ ꝙ̄ succurrendo in peccatū incidere.c. Deniq; c. forte cap. Neq; eñ.14.q.5. c. Non est putanda. cum similibus.1.q.1.

m ¶ Qui inclinatus fuerit.&c. Recurratur ad verbū Humilitas.

n ¶ Inclinauit cœlos & descendit. Textus est hęc verba citans/ & quid p inclinationē & descēsum significet/ aperiēs. i c. Plerūq;.§. Item obijcitur. versi. His ita respondet.2.q.7. vbi dicit. Aliud est inclinari vel descendere/ ꝙ̄ cadere. Legitur eñ ꝙ saluator noster se inclinauerit: sicut qñ digito scribebat i terrā/ & de mōtibus frequenter descenderit: in quos ascēdebat/ vt vel pernoctaret in oratione/ vel vt discipulos in mōte altiora doceret i p̄cepta: vel vt turbas fugiēs ex altitudie mōtis eas respicere/ & libere posset docere. Inclinatio ergo vel descensio hūilitatē significat/ qua spūales nonnūq̄ carnalibus cōdescēdūt: vt eorū infirmitati cōpatiant: iuxta illud apl'i. Quis infirmat/ & ego nō infirmor? Hos etiā significauerunt angeli/ quos Iacob vidit scalam descendentes. de his per pphetā dr. Inclinauit cœlos/ & descendit. Hęc ibi.

o ¶ Et non in auariciā. Videat satis diffusa annotatio/ istis verbis facta in verb. Auaricia.

p ¶ Si inclinaueris aurē tuā/ excipies doctrinā. Debet p̄latus iclinare aurē/ nedū vt ipse/ sed ēt vt sibi subiectꝰ doctrinā excipiat. inclinare. s. cōdescēdendo pctōri p cōpassionē & miam. Hinc dicit Grego. Qui vult aliū releuare/ necesse est vt inclinet. Ita dicit Archi. referēdo Gregoriū in c.1. paulo āte fi. de pœ. dis.6.

q ¶ De Ihesu q inclinauit se. Videat qd dictū est in tertia superiori annotatiōe

r ¶ Heu michi quia incolatus meus prolōgatus est: habitaui cū habitā-

tib⁹ Cedar. Per hoc notatur dicit glo. or. ꝙ ne dimittat̃ vnitas/ si mali a bonis separari nequeũt/ ferendi sunt. De quo est tex. solennis Augu. in c. Quidã cũ bonorũ. 23. q. 4. sic dicẽtis. Quidã cũ bonorũ malorũq; cõmixtionẽ in ecclesia demonstratã vel prędicatã esse perspexerint: & patientię pręcepta didicerit/ q̃ nos firmissimos reddunt: vt etiam si videatur in ecclesia zizania/ tamen non impediatur aut fides aut charitas nostra: & qm̃ zizaniani in ecclesia esse cernimus, nõ ideo ipsi de ecclesia recedamus: destituendam putant ecclesiæ disciplinã quãdam peruersissimã securitatẽ prępositis tribuẽtes: vt ad nos non pertineat nisi dicere quid cauendũ sit/ quidue faciendum sit: quodlibet autẽ quisq; faciat non curare. Nos vero ad sanã doctrinã pertinere arbitramur vtrisq; testimonijs vitã/ sententiãq; moderari. vt & canes in eccl'a propter pacẽ ecclesię toleremus. & canibus sanctum: vbi ẽ pax eccl'ię tuta: non demus. Cũ vero per negligentiã prępositorum/ siue per aliam excusabilẽ necessitatẽ/ siue per occultas surreptiones inuenim⁹ in ecclesia malos/ quos in ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere nõ possumus: tũc ne ascẽdat i cor nostrum impia & perniciosa pręsumptio: q̃ ęstimemus nos ab his eẽ separãdos/ vt peccatis eorũ non coinquinemur: atq; ita post nos trahere conemur veluti mũdos sacratosq; discipulos ab vnitatis cõpage/ quasi a malorum coniunctione segregandos. veniant in mente illę de scripturis similitudines/ & diuina oracula/ vl' certissia exẽpla: quibus demõstratuz & prænunciatũ est: malos ĩ ecclesia bonis permixtos vsq; in finẽ seculi tempusq; iudicij futuri tolerãdos: nichilq; bonis in vnitate ac participatione sacramentoruz (qui eorum factis nõ consenserunt) obfuturos. Cũ vero eis per quos ecclesia regitur/ adest (pace salua) potestas disciplinæ/ aduersus improbos aut nefarios exercendę: tũc rursus neq; socordia neq; segnitia dormiemus: sed aculeis pręceptorũ/ quę ad seueritatem coertionis pertinẽt/ excitandi sumus: vt gressus nostros in via domini ex vtrisq; testimonijs/ illo duce atq; adiutore dirigentes: nec patientię noie torpescamus/ nec obtentu diligentię sęuiam⁹. Hęc ibi. Quando aũt icolat⁹ inducatur/ seu qñ quis dicat̃ incola de iure hũano. est tex. q videri põt in l. Pupillus. §. Incola. ff. de verbo. sig. Notat̃ in l. Ciues. C. de incolis. li. x. & breuiter cõclusio est. ꝙ ille propriedr̃ incola/ q tãq̃ aduena aliũde veniẽs constituit sibi sedem & domiciliũ in alieno territorio. Ita Io. de platea. in l. Est verũ. versi. Est enim incola. & & in d. l. 1. versi. Ex quo nota. C. de incolis. lib. x.

1. petri. 1. c. ¶In timore/ incolatus [s] vestri tempore conuersamini: scientes [t] ꝙ nõ corruptibilibus auro vel argento/ redẽpti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi.

Inconsyderatus.

Puer. 13. a. ¶Qui custodit os suum/ custodit animam suam: qui autem [v] inconsyderatus est ad loquendum/ sentiet mala.

Inconstans & Inconstantia.

Sapi. 4. c. ¶Incõstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malicia.

Iaco. 1. b. ¶Vir duplex animo/ inconstans est in omnibus vijs suis.

Iaco. 3. d. ¶Vbi zælus & contentio/ ibi inconstantia [x]: & omne opus prauum.

Incredibilis. Incredulus & Incredulitas.

Ecci. 2. d. ¶Qui timẽt dominum/ non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum/ conseruabunt verbum illius.

Ecci. 16. d. ¶Non sis incredibilis verbo dei.

Esa. 21. a. ¶Qui incredulus est/ infideliter agit: & qui [y] depopulator est/ vastat.

Esa. 65. a. ¶Expandi manus meas tota die ad populum incredulum [z]/ qui graditur in via non bona post cogitationes suas.

Hiere. 5. f. ¶Populo huic factum est cor incredulum/ & exasperans.

Abacuc. 2. b ¶Qui incredulus est/ non erit recta anima eius in semetipso: iustus [a] autem in fide sua viuet.

Matth. 13. g ¶Non fecit Ihesus virtutes multas in patria sua/ propter incredulitatem eorum.

Marci. 9. d. ¶Credo [b] domine: adiuua incredulitatem meam.

Ioan. 3. d. ¶Qui credit [c] in filium/ habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio/ non videbit vitam: sed ira dei manet super eum.

Roma. 11. c. ¶Conclusit deus omnia in incredulitate: vt omnium misereatur.

Hebrę. 3. d. ¶Quibus iurauit deus nõ introire in requiem ipsius/ nisi illis qui in=

s ¶Incolatus vestri tempore. Id est tẽpore huius peregrinationis terrenę in qua sum⁹ vt peregrini alio tẽdentes. c. Recurrat. §. His ita respondet. 32. q. 4. Et sic peregrinatio ad mortẽ duratura/ vocat̃ incolat⁹. iure tñ hũano/ peregrinatiõe ꝓprie sumpta ꝑ ꝓfectione. s. de loco in locũ: si cõtinua esset/ nõ cõtraheret incolat⁹. Qui eñ habitat in territorio alicui⁹ nõ tãq̃ ibi permãsurus/ sed tanq̃ inde recessurus/ nõ contrahit incolatum. d. l. Est verum. C. de incolis. lib. x.

t ¶Scientes ꝙ nõ corruptibilibus. Recurrat̃ ad verbũ Ihesus.

v ¶Qui inconsiderate loquit̃ sẽtiet mala. Videat̃ celebris tex. quo põt hęc snĩa declarari. in c. sit Rector. col. 3. versi. sed cũ rector se ad loquendũ ꝑparat. 43. dis. qui transcriptus est s. in verb. Aaron.

x ¶Ibi inconstantia. Inconstantia nedũ diuino sed etiã vtroq; hũano iure dãnat̃. Vñ dicit tex. in l. In causę. in prin. ff. de ꝓcura. si quis a ꝓcuratore suo quædã iudicia velit transferre/ quædã relinq̃re iuste procurator hanc inconstantiã recusabit. & in c. Quod semel. de reg. iur. in vj. Quod semel placuit/ amplius displicere non debet. Et facit tex. in cle. Cũ illusio. de renũcia.

y ¶Qui depopulator est vastat. Videat̃ annotatio in verb. depopulator.

z ¶Ad populũ incredulũ qui graditur in via nõ bona. Vbi eñ est incredulitas ibi nullius vię bonæ fieri põt superextructio. Vnde sibi neq; baptismus/ neq; eleemosina q̃ñlibet copiosa/ neq; mors pro Christi noie suscepta/ proficere põt ad salutẽ. c. 3. in fi. de hęre. Fides nãq; totius boni operis fundamentum ẽ. vulgato. c. Cũ Paulus. 1. q. 1.

a ¶Iustus autem in fide sua viuet. Recurratur ꝑ annotatione ad verb. fides.

b ¶Credo domine: adiuua incredulitatẽ meam. Text⁹ est hęc verba declarãs in c. Dũ sanctam. col. 2. de pœ. dis. 2. de quo videat̃ in verb. Credere.

c ¶Qui credit in filiũ. &c. Hæc sententia ponit̃ in c. Benedictus. de pœni. dis. 4.

d ℭ Timidis & incredulis. &c. Hęc sententia diffuse anotata est in verbo fornicator.
e ℭ Increpationem domini ne reprobes. Videantur quę de correctione domini ęquanimiter sustinenda/ dicta sunt in verbis corripere. & corrigere.
f ℭ Coripiet me iustus in misericordia/& increpabit me. Videatur annotatio in verb. Corripere.
g ℭ Arguet te malitia tua:& auersio tua increpabit te. Facit quod dicit Isido. Bona vita semper habet gaudiū. conscientia aūt rei semp in pœna est/ qa reus nūq̄ secur⁹ est. Hoc dictuȝ Isidori refert Archi. in c. Consideret. colū.2. de pœni. distin.5.

creduli fuerunt. Et videmus/quia non potuerunt introire in requiem ipsius: propter incredulitatem.
ℭNon fui incredulus cœlesti visioni: dicebat Paulus. Actu.16.d.
ℭTimidis [d] & incredulis &c. pars illorum erit in stagno/ardēti igne & sulphure: quod est mors secunda. Et supra in verbo fornicator. Apoca.21.b

Increpare & Increpatio.

ℭIncrepationem [e] domini ne repbes: quia ipse vulnerat & medetur: percutit/& manus ei⁹ sanabūt. Iob.5.c.
ℭIncrepa feras arundinis / congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludat eos qui probati sunt argento. Psal.67.f.
ℭCorripiet [f] me iustus in misericordia/& increpabit me: oleum autē peccatoris non impinguet caput meum. psal.140.b.
ℭQui odit increpationes/insipiens est. puer.12.a.
ℭStultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes astutior fiet. puer.15.a.
ℭQui increpationes odit/morietur. puer.15.b.
ℭAuris q̄ audit increpationes vitę/in medio sapientiū cōmorabitur. puer.15.d.
ℭQui aquiescit increpationibus/possessor est cordis. puer.15.d.
ℭArguet [g] te malicia tua: & auersio tua increpabit te. Hiere.2.d.
ℭSeniorem [h] ne increpaueris / sed obsecra vt patrem. 1.timo.5.a.
ℭIncrepa in omni [i] patientia/& doctrina. 1.timo.4.a.
ℭIncrepa illos dure vt sani sint in fide: non intendētes indoctis fabulis/& mandatis hominum [k] auertentium se a veritate. ad titū.1.d.
ℭDe Ihesu quem Petrus cœpit icrepare: habetur Matth.16. & supra in verbo Ihesus.

Indigens. Indigere & Indigentia.

Omnino indigens & mendicus nō erit inter vos: vt benedicat tibi dominus deus tuus in terra/quam traditurus est tibi in possessionem. Deute.15.a.
ℭHomo indigens [l] misericors est. puer.19.b.
ℭDux indigens prudentia/multos opprimet per calumniam. puer.28.c.
ℭQui dat [m] pauperi/ non indigebit; qui despicit deprecantem/sustinebit penuriam. puer.28.d.
ℭFili in tēpore vitæ tuę ne indigeas. Melius [n] est eni mori q̄ idigere. Eccli.40.d.
ℭO mors bonum est iudicium tuum homini indigenti: & qui minoratur viribus defecto ętate. Et infra mors. Eccli.41.a.
ℭEgo dedi vobis stuporem dentiū in cunctis vrbibus vestris: & indigētia [o] panum in oib⁹ locis vestris: & nō estis reuersi ad me/dicit dn̄s. Amos.4.b.
ℭNon potest oculus dicere manui/ opera tua non indigeo: aut iterū caput pedibus/non estis michi necessarij. 1.ad co.12.e
ℭSi quis vestrū idiget sapiētia/postulet a deo. Et.V.i verbo sapiētia. Iacobi.1.a.

Indignari & Indignatio.

ℭIndignatio regis / nuncij mortis: & vir sapiens placabit eum. puerb.16.b
ℭIn multa [p] sapientia: multa est indignatio. & qui addit scientiam/ Ecclēs.1.d. in fine.

h ℭ Seniorē ne increpaueris / sed obsecra vt patrē. Hæc Pauli regula tūc est obseruāda/ cū culpa senioris suo exemplo nō tradit ad interitū corda iuniorū: vbi aūt senior iuuenib⁹ exēplū ad interitū præbet/ ibi districta increpatiōe feriendus est. Nā scriptū est. Laqueus iuuenū oēs vos. & rursus. Maledictus puer centū annorū. ita dicit tex. qui Grego. est in c. Paulus.2.q.7.
i ℭ In omni patiētia & doctrina. Vt scȝ ex tua infirmitate / aliorū īfirmitates pēsans: magis p humilitatis & mansuetudinis leuamentuȝ/ studeas pctōres ab erroris laqo eruere: q̄ per austeritatē in foueā pditionis nutantes ppellere. c. Recedite. versi. Boni etenim.45. dist.
k ℭ Et mandatis hominū auertētiū se a veritate. Taliū eīm mandata (etiā si superioritatis iure subijciamur eis) respuere/ nō amplexari debemus. c. Julian⁹. c. Qui resistit. cum simi.11.q.3.
l ℭ Homo indigens misericors est/ & misericors esse debet. Ab īpēdēda eīm misericordia/ nec indigens quidē videt except⁹. c. In singulis.76. dist. de quo tex. dictū est ȝ. in verb. homo. prouerbio.19.
m ℭ Qui dat pauperi non indigebit. Facit bo. tex. in c. Decimę. in pri.16.q.1. dū ibi dr. Decimę sunt tributa egētiū aiarū: Vn̄ si decimas dederis: nō solū abundātiā fructuū recipies/ sed etiā sanitatē corpis & aię cōsequeris. Hęc ibi. Et idē probat in c. Maiores.16. q̄st.7. & de his textib⁹ dictū est in verb. decima in prin.
n ℭ Melius est mori/q̄ indigere. Hæc sententia/de indigētia morum seu virtutum intelligitur ab interlineari glosa. Et ita intelligendo est bo. tex. idē pbans. in c. Ita ne.32. q.5. & in c. Sacris. de eo quod me. can.
o ℭ Indigētiā panum/ & non estis reuersi ad me. Et sic nonnūq̄ dominus indigentiæ vexationē tribuit vt emēdemur. prout etiam satis probatur in c. Reuertimini. paulopost mediū.16.q.1.
p ℭ In multa sapientia/multa est indignatio. & qui addit scientiam/ addit & laborē. Id est quanto magis

quis sapientiam de diuinis assequitur: eo magis vitijs subiacere indignatur/ & procul esse a virtutib⁹ quas requirit. Hęc declaratio est glo. iterli. circa quā noteť text⁹ qui satis ei astipulať. in c. Sicut stellas. 38. disti. dū ibi dr. Sicut stellas cœli non extinguit nox: sic mētes fideliū & inhęrentes firmamēto sacræ scripturę/ nō obscurat mundana iniquitas.

q ¶ Indignatio tua. De indignatione/ ira & furore/ quomō ascribanť deo: dicetur in verb. ira. Noteť tñ pro indignatiōe dei in peccatores bo. tex. in c. Sed continuo. in fi. de pœ. disti. 1. vbi dr. Ideo nobis peccantibus indignatur dominus Ihesus vt indignationis suę terrore nos conuertat. Indignatiōis ergo ei⁹: nō vltiōis executio/ sed magis absolutionis operatio est. Hęc ibi.

addit & laborem.

Esa. 13. b. ¶Ecce dies domini veniet/ crudelis & indignationis plenus & irę furorisq ad ponēdā terrā i solitudinē: & peccatores ei⁹ cōterēdos de ea.

Hiere. 23. d. ¶Ecce turbo dominicę indignationis egredietur: & tempestas erumpens super caput impiorum veniet.

Abacu. 3. b. ¶Nunquid in fluminibus iratus es domine: aut in fluminibus furor tuus/ vel in mari indignatio [q] tua?

Zacha. 7. d. ¶Facta est indignatio magna a domino exercituum.

Ad colo. 3. b ¶Nunc deponite & vos omnia: iram/ indignationē [r]/ maliciam/ blasphemiam/ turpem sermonem de ore vestro.

Indoctus.

Puer. 10. c. ¶Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt/ in cordis egestate morientur

Puer. 14. d. ¶In corde prudētis requiescit sapientia: & indoctos [s] quosq erudiet.

Eccēs. 2. c. ¶Moritur doctus: similiter & indoctus.

Eccli. 6. c. ¶Q̄ʒ aspera est nimiū sapientia indoctis hominibus &c. Et infra in verbo Sapientia.

Eccli. 8. a. ¶Non cōmunices [t] homini idocto: ne mala de pgenie tua loquatur.

Eccl vltio. d ¶Appropiate ad me indocti: & congregate vos in domū disciplinæ.

2. petri. 3. d. ¶Sunt quædam difficila intellectu: quæ indocti & instabiles deprauant [v]: sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.

Inducere. Indutus & Indumentum.

Iob. 31. b. c. ¶Si despexi prætereuntem/ eo q̄ non habuerit indumentū: & absq operimēto pauperem &c. humerus meus a iunctura sua cadat: & brachiū [x] meū cum suis ossibus confringatur.

Psal. 34. b. ¶Ego: cum michi molesti essent/ induebar cilicio.

Psal. 34. d. ¶Induantur cōfusione & reuerētia: qui maligna loquūtur super me.

Psal. 92. a. ¶Dominus regnauit/ decorē [y] indutus est: indutus est dominus fortitudinem & præcinxit se.

Psal. 108. d. ¶Induantur qui detrahunt michi pudore: & operiātur sicut diploide confusione sua.

Esaię. 63. a. ¶Quare rubrū est indumētum tuū: & vestimēta tua sicut calcantium in torculari? Torcular [z] calcaui solus: & de gētibus non est vir mecū. Calcaui eos furore meo: & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorū super vestimenta mea: & oia indumēta mea inquinaui.

Danie. 5. g. ¶Iubente Dario rege/ indutus est Daniel purpura: & circundata est torques aurea collo eius. Et supra Daniel.

Lucæ. 16. d. ¶Induebantur diues malus purpura & bysso. Et. s. i verbo Lazar⁹.

Lucæ. 24. g. ¶Vos sedete in ciuitate (ait Christus ad apostolos) quoadusq induamini virtute ex alto.

Ad rōa. 13. d ¶Abijciam⁹ opera tenebrarū/ & iduamur arma lucis: sic vt in die honeste ābulem⁹. Nō i comessatiōib⁹ [a] & ebrietatib⁹: nō i cubilib⁹ & ipudicitijs: nō i cōtētiōe & æmulatione: sed iduimini dn̄m Ihesū Chr̄m.

Ad ephe. 6. b ¶Induite vos [b] armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Et supra armatura. c.

r ¶ Deponite idignationem. Indignatio sumitur hic in malā ptē pro superba scilicet quadā dedignatiōe. Est em̄ quædam bona indignatio de qua dr̄. Iusti solēt recte peccatoribus indignari. Ita Arch. in c. vera iustitia. 45. dist.

s ¶ Indoctos quosq erudiet. Facit tex. in c. fi. de Magistris.

t ¶ Nō cōices homini indocto. &c. Videať annota. in verbo homo.

v ¶ Deprauant ad suam ipsorū pditionē. Tex. est idē sentiēs in c. Quidā aūt. in fi. 24. q. 3. vbi tales diuina scripta deprauātes/ nūero ascribuntur hęreticorū.

x ¶ brachiū meum cum suis ossibus cōfringatur. Innuitur his verbis (dicit glo. interlinearis) cū sua bona opera pdere/ q aliena mala non vult perpeti. Pro quo ē tex. in c. Hæc aūt. col. 1. 23 q. 4. dū ibi dr̄. Abel eē renuit cuē Cain malicia non exercet. Et sic hæc verba intelligendo/ itelliganť priora verba. Si despexi. &c. Mystice de non habētibus indumētum virtutū. Tales em̄ tametsi corrigendi sint/ nō tñ despiciēdi. c. Vera iustitia. c. Recedite. 45. dis. y ¶ Decorē idut⁹ est: indutus est dn̄s fortitudinem. Indutus est dominus decorē. i. pulchritudinē suę maiestatis ostēditijs q ei placebant: vt in monte Thabor coram trib⁹ discipulis resplenduit. c. Quod quidam. versi. opponiť. ibi. Quod & plane. 1. q. 1. Et indutus ē fortitudinē. s. ijs q ei displicebant: vt cum eiecit ementes & vendentes de templo. c. Ex multis. §. Chalcedonense. 1. q. 1. cū simili allegatis. s. in verbo Ihesus. Matth. 21. h.

z ¶ Torcular calcaui solus. Languores enim nostros ipse tulit/ & dolores nostros ipse portauit. c. Cum Marthę. col. pe. de cele. missa.

a ¶ Nō in comessationibus & ebrietatib⁹. Videat tex. 44. dis. in prin. de quo dictū est in verb⁹ Comessatio.

b ¶ Induite vos armaturā dei. &c.

Sciens apostolus/ nobis iam vltra bella non esse carnaliter peragenda: sed animę certamina contra spirituales aduersarios desudanda: velut magister militię præceptum dat militibus Christi/ dicens. Induite vos armaturam dei/ vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Ita dicit textus qui Gregorij est in cap. Nisi bella. 23. quęst. prima. in fine.

¶ Induite vos sicut electi dei sancti & dilecti/ viscera misericordiæ/ benignitatem [c]/ humilitatem/ modestiā: patientiam: supportantes inuicem/ & donantes vobismetipsis/ si quis aduersus aliquem habet querelam. sicut & dominus donauit vobis/ ita & vos. Ad colo. 3. b

Indurare.

¶ Ego indurabo [d] cor Pharaonis (ait dn̄s ad Moysen) & non dimittet populum. Exodi. 4. c.

¶ Cuius vult [e] dominus/ miseretur: & quem vult/ indurat. Ad rōa. 9. d.

Inebriare.

¶ Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meꝰ deuorabit carnes. Deute. 32. f.

¶ Filij hominum in tegmine alarum tuarū sperabunt: inebriabūtur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Psal. 35. b.

¶ Visitasti domine terram/ & inebriasti [f] eam: multiplicasti locupletare eam. Psal. 64. b.

¶ Qui inebriat [g]: ipse quoq; inebriabitur. puer. 11. d.

¶ Inebriamini [h]: & non a vino mouemini/ & nō in ebrietate: quoniā miscuit vobis dominus spiritum soporis. Esaię. 29. c.

¶ Inebriauit me absynthio. Et supra in verbo absynthium. Threno. 3. b

¶ Bibistis [i]/ & non estis inebriati: operuistis vos/ & non estis calefacti. Aggei. 1. b.

Cætera vide in verbis Ebrius. Calix. & Votum.

Inexorabilis.

¶ Nos inique egimus: & ad iracūdiam prouocauimus: idcirco inexorabilis es. Thre. 3. e.

Infamis. Infamia & Infamatus.

¶ Ambulans recto itinere & timens deum: despicitur ab eo qui infami [k] graditur via. puer. 14. a.

¶ Exhibeamus nos sicut dei ministros &c. per arma iustitiæ a dextris 2. co. 6. a. b

c ¶ Induite benignitatem/ humilitatē. &c. Virtutes amplectēdo/ vt eas dicimur induere: ita etiam ab ipsis dicimur indui. Vnde dicitur ꝙ sapiens nūꝗ inanis est. & hoc: quia indutus est iustitia amictus est prudētia/ vestitus iudicio. Et ꝓpterea dicit Grego. 18. Moraliū. Vestimento vtiq; cū vestimur ex omni parte circūdamur. Ille ergo sic vestimēto vestit/ qui se vndiq; bono opere ꝓtegit/ & nullā partē actionis suo peccato nudam relinquit. Nō ergo alid per amictum/ aliud p indumentum/ & aliud per vestimentum intelligit: nisi mens humana circūdata prudētiæ veritate/ rectitudie iustitię/ & robore iustitiæ/ quæ dicūt esse velamina per quę occultat originalis peccati concupiscentia. Ita dicit Arch. referēdo Greg. ī c. Sapiēs. de pœ. dist. 3.

d ¶ Indurabo cor Pharaonis. De induratione Pharaonis dicet ī verbo Moyses.

e ¶ Cuius vult/ dominus miseretur: & quē vult/ indurat. Hinc dicit tex. in c. de Iudęis. ī pri. 45. dist. de Iudęis præcepit sancta synodus: nemini deinceps ad credēdū vim inferre/ cui eniꝫ vult deus miseret & quē vult indurat. Nō eñ tales inuiti saluandi sunt sed volentes vt integra sit forma iustitię. Sicut eñ homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens perijt: sic (vocante se gratia dei) propria mentis conuersione quisq; credendo saluatur. Ergo nō vi/ sed libera arbitrij sui voluntate & facultate: vt conuertant suadendi sunt/ non potius impellendi. Hęc ibi. Cętera quę hic possent pertractari/ dicentur in verbo prędestinare.

f ¶ Inebriasti eam. Sapientibus eam doctrinæ tuę pręconibus replens. c. Fundamenta. in prin. de elec. lib. vj.

g ¶ Qui inebriat/ ipse quoq; inebriatur. Qui in auditores diuinū eloquiū/ qd nouit effundit: in eum quoq; potus multiplicis muneris effundet. Pro hac declaratione (quę est de mente glosæ interlinea.) est tex. in cap. Reuertimini. in fi. 16. q. 1.

h ¶ Inebriamini/ & non a vino. Videatur annotatio in verb. Ebrius.

i ¶ Bibistis/ & non estis ebriati. Mystice bibunt et inebriant/ qui scripturas sacras male intelligunt atq; peruertunt. c. Vino. in prin. 37. dist in. Vel inebriationem sumendo in bonā partē: bibunt & inebriantur qui literis sacris pio mentis affectu se dedunt/ & deū & quæ dei sunt/ cognoscere laborant. c. Legimus. in fi. eadem dist. Bibunt vero & non inebriant/ qui terrenam solum sapientiam curantes: in ea se totos obuoluunt/ & ab ea vix senio veniente recedunt. c. Nōne. eadē dist. Vel bibunt & inebriant/ qui virtutibus inuigilant. Bibūt & non inebriantur/ qui vitijs vitam suam cōmaculant. Tales enim sitient inęternum. c. Charitas est aqua. de pœnitentia distinctio. 2.

k ¶ Ab eo qui infami graditur via. Sacra canonum auctoritas hos infami gradi via/ seu infames cēcenset: qui pro aliqua culpa notant infamia. i. omnes qui Christianę legis normā abijciunt/ & statuta ecclesiastica contēnūt. Vnde infames dicit esse fures & sacrilegos/ & omnes capitalibus criminibus irretitos/ sepulcrorum quoq; violatores/ & omnes qui aduersus patres armantur/ qui in omni mundo infamia notant: similiter & incestuosos/ homicidas/ periuros/ raptores/ maleficos/ veneficos/ adulteros/ de bellis publicis fugiētes/ & qui indigna sibi petunt loca tenere: aut facultates ecclesiæ auferunt iniuste: & qui fratres calūniant/ aut accusant & nō ꝓbant: & qui contra innocētes/ principum animū ad iracūdiā ꝓuocant. & omnes anathematizatos/ vel ꝓ suis sceleribus ab ecclesia repulsos. & oēs quos ecclesiasticę leges vel seculi īfames esse pronūciant: Ita dicit tex. in c. Infames. vj. q. 1. & facit tex. in c. Constituimus. 3. q. 5. Seculi aūt leges dicunt cū notari infamia/ qui ab exercitu ignominię causa ab imperatore/ eo ve cui de ea re statuendi potestas fuerit/ dimissus erit. qui artis ludicrę pronūciandi ve causa in scęnā prodierit. Qui lenocinium fecerit. Qui in iudicio publico calūniæ p̄uaricationis ve causa quid fecisse iudicatus erit. Qui furti vi bonoꝝ/ raptorū/ iniuriarū/ de dolo malo & fraude suo noīe dānatus pactus ve erit. Qui pro socio/ tutelę/ mandati/ depositi suo nomine nō cōtrario iudicio dānatus erit.

& a sinistris: per gloriã & ignobilitatẽ: per infamiã [l] & bonam famã.

Gene.17.b. **Infans.** ℂInfans [m] octo dierum circuncidetur. Et supra in verbo Circuncidere.

Psal.8.a. ℂEx ore infantium & lactẽtium/perfecisti laudem: propter inimicos tuos/vt destruas inimicum & vltorem.

Lucæ.2.b. ℂInuenietis infantem pãnis inuolutum (ait angelus de Ihesu loquẽs ad pastores) Et supra in verbo Ihesus vbi diffusius.

1.petri.2.a. ℂSicut modo geniti infantes rationabiles/ sine dolo/ lac cõcupiscite: vt in eo crescatis in salutem / si tamen gustatis quoniã suauis est dñs.

1.Ioan.2.b. ℂScribo vobis infantes quoniam cognouistis patrem.

puer.19.d. **Infelix & Infelicitas.** ℂQui affligit patrẽ/& fugit matrẽ: ignominiosus erit & infœlix.

Sapien.3.b. ℂSapientiam [n] & disciplinã qui abijcit: infœlix est: & vacua est spes illorum/& labores sine fructu:

Sapiẽ.13.b. ℂInfœlices [o] sunt/& inter mortuos spes illorum est: qui appellauerũt deos opera manuum hominum: aurum & argentum/artis inuentionẽ: & similitudines animaliũ/aut lapidẽ inutilẽ opus manus ãtiquæ.

Eccli.27.c. ℂDenudare [p] amici mysteria: desperatio est animæ infœlicis.

Ad rõa.7.d ℂInfœlix [q] ego homo (ait Paulus) quis me liberabit de corpore mor-

Qui eam quę in potestate eius esset genero mortuo/cũ eum mortuũ esse sciret/intra id tempus quo eligere viri moris est/antequã virũ elugeret in matrimonio collocauerit: eam vesciens quis vxorẽ duxerit: non iussu eius in cuius potestate est. & qui eum quẽ haberet in potestate eã de qua supra cõphensum est vxorem ducere passus fuerit. Qui ve suo noie nõ iussu eius in cuius potestate esset. eiusve noie quẽ quãve in potestate haberet bina sponsalia binasue nuptias in eodẽ tempore cõstitutas habuerit. Tex.est cuius hęc verba sunt in l.1. in prin ff. de his qui no. insa. qui tñ dum loquitur de ea quę nubit infra tẽpus luctus hodie nõ pcedit. put est tex. & ibi per doc. in c.2. de secun. nup. Notat etiã infamia ea mulier quę per calũniã ventris noie in possessionẽ missa est dum se asseuerat prægnantẽ/ cũ nõ pręgnaus esset/ vel ex alio concepisset. Debuit eñ coerceri quę pto rẽ decepit/ idq erit i patre seruãdũ qui calũniæ causa passus ẽ filiã / quã in potestate habebat/ in possessionẽ ventris nole mitti. Ita dicit text9 in l. Notat. cũ duab9 sequẽtibus. iuncta. l. Nõ alia. versi. fi. ff. de his qui no. infa. Idẽ dicendũ ẽ vbi quis pecuniã accepisset ad dicendũ vel nõ dicẽdũ testimoniũ. l.3.§. lege Iulia. ff. de testi. Præter supperiores autẽ casus alios inuenire / in quibus quis infamia notet/ difficile est. put cõiter sentiunt glo. Bar. & alij in d.l.1. ff de his qui no infa. Cętera quę dici possẽt videant per Io. An. in regula Infamibus. de reg. iur. in vj.

l ℂ Per infamiam & bonã famã. Exhibere nos conuenit dei ministros nedũ per bonã famã.i. dũ ab hominibus cõmendamur/ sed etiã per infamiam.i. dũ vituperia nobis obijciunt & opprobria. Neq eñ cõuitia pdictorum mouere nos debent/ vt a recto virtutis tramite deflectamus c. fi. in fi. 47. dist. Pro hac declaratione est bo. tex. vbi hęc verba Pauli citantur in c. sunt plurimi. in fine principij. 6.q.1. de quo dictũ est in verb. fama.

m ℂ Infans. De infante & infantia dictũ ẽ s. in verb. ætas. super illud Iob. iuxta ętatem hominis robur eius. Notetur tñ (ibidẽ dictis addendo) singularis textus pro infantibus in c. Consuluisti. 2.q.4. vbi dr. Consuluisti de infantibus qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur. Verũ ferro cãdente/ aut aqua feruente/ seu alio quolibet examine parentes se purificare debeant eos non oppressisse. Monẽdi sunt nãq & protestandi parentes ne tam tenellos secum in vno lecto collocẽt: ne negligentia qualibet pueniente suffocẽtur vel opprimantur. Vñ ipsi rei inueniant. Nã ferri candentis vel aquę feruentis examinatione cõfessionem extorqueri a quolibet sacri non censent canones. Et quod sanctorum patrũ documento sancitũ non est: supstitiosa adinuentione nõ est pręsumendũ. Spontanea eñ confessiõe vel testiũ approbatione publicata delicta habito pręoculis dei timore cõmissa sunt regimini nostro iudicare. Occulta vero & icognita/ illi sunt reliquẽda qui solus nouit corda filiorũ hoim. Hi aũt qui probãt vel confirent/ talis reatus se noxios: tua eos castiget moderatio. quia si ille q conceptum in vtero per aborsum deleuerit/ homicida est. q̃to magis q vnius saltẽ diei puerulum peremerit/ homicidam se esse excusare nequibit. Hæc ibi. Secũdo in eadẽ materia notet tex. in c. Quæsitum est. de pœni. & remis. vbi dr. Quæsitũ est vtrũ sacerdotibus Gręcis quibus legitimo matrimonio licet vti: pœnitentia publica sit iponenda/ si eam sibi postulent p filijs oppressis iniungi. Huic igitur consultationi taliter respondemus. q si ipsis procurantibus / vel studiose negligentibus filij in lectis reperiunt oppressi: ab offõ altaris debent ppetuo abstinere: & eis granior q̃ laicis/ non tamen publica nisi in publicũ id veniat/ pœnitentia debe. iponi. Verũ si ex incuria ipsorum mortui inueniantur in cunis/ & illud fuerit occultũ eis: ipnia p arbitrio pœnitentiarij eis imponat: & in terrorẽ aliorũ ad tempus abstineãt a celebratione missarum. Hęc ibi.

n ℂ Sapientiã & disciplinã qui abijcit/ infœlix est. & c. Possunt hac sententia heretici notari / qui sapientiã diuinam & fidei regulã abijciunt: labores doctrinæ suæ & errorum sectas/ sine fructu vitæ ęterne expendentes: quorũ intentio stulta/ & nequissima sunt opera. Pro hoc declaratiuo dicto (qd est glo. or.) multi tex. allegari possent/ sed vt in re clara occurrat prolixitati sufficiat impẽsentiarum videre textũ qui Augustini est in cap. tertio. de hereticis.

o ℂ Infœlices sunt. &c. Istorum infœlicitas clarissime liquet ex his quę habẽtur i l.1. & quasi per totũ. C. de paga. & in c. Ita quorũdam. in c. Quod olim. & in c. Ad liberandam. de Iudęis.

p ℂ Denudare amici mysteria. &c. Recurrat p annotatiõe ad verbũ Amicus. & ad verbũ denudare. & ibi dictis addatur. q hęc snia mystice intelligi põt/ in his qui a sancta fide catholica recedẽtes: fidei mysteria denudãt. i. spoliant/ seu spoliare nitũt vero eorũ intellectu. Horũ eñ recessus/ desperatio est aiarum suarum infœlicium. Qr eñ cum eis infœliciter agat. est tex. i l. Hi qui sanctã. C. de apostatis. de quo textu & similib9 qui possẽt ad hunc effectũ citari/ dictũ est s. in verb. apostatare & facit tex. in c. Quidã. in fi. 24.q.3.

q ℂ Infœlix ergo homo. &c. Tex. est circa hęc verba Pauli videnď in.§.1.15.q.1. de quo dictũ est ẽ huius annotatione sententiæ. in verb. Corpus. & facit tex. in c. Si apostolus. in prin. de pœni. dist.3 vbi dr. Si apostol9 peccata per baptismũ dimissa continue plorat: nobis etiã super fundamentũ apostolorũ positis/ quid pręter plorare restat: quid nisi semper dolere in vita! Hęc ibi.

tis huius? Gratia dei per dominum nostrum Ihesum Christum.

Infernus z Inferus.

¶Qui[r] descẽdit ad inferos nõ ascẽ- Iob.7.b.
det: nec reuertetur vltra in domũ suam: neq cognoscet eum amplius
locus eius. Et supra in verbo descendere.

¶Quis michi hoc tribuat: vt in inferno protegas me. & abscõdas me Iob.14.c.
donec pertranseat furor tuus. & constituas michi tempus in quo re-
corderis mei?

¶Si sustinero[s] infernus domus mea est: & in tenebris straui lectu- Iob.17.c.
lum meum.

¶In profundissimum infernũ descendent omnia mea. Putas ne[t] sal- Iob.17.d.
tem ibi erit requies michi.

¶Impij ducũt in bonis dies suos: & in pũcto ad inferna descẽdũt. Iob.21.b.
Et latius supra in verbo impius.

¶Nudus est infernus coram deo: & nullũ est operimentũ perditioni. Iob.26.b.

¶Nõ est i morte q memor sit tui: in inferno[v] autẽ quis cõfitetur tibi? psal.6.b.

¶Conuertãtur peccatores in infernũ: oẽs gẽtes q obliuiscuntur deũ. psal.9.c.

¶Dolores iferni circũdederũt me: præoccupauerũt me laquei mortis. psal.17.a.

¶Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descen- psal.29.a.
dentibus in lacum.

¶Erubescant impij: & deducantur ad infernum. psal.30.e.

¶Deus redimet animam meam de manu inferni: cum acceperit me. psal.48.d.

¶Veniat mors super illos: & descendant[x] in infernum viuentes. psal.54.c.

¶Misericordia tua domine magna est super me: & eruisti[y] animam psal.85.c.
meam ex inferno inferiori.

¶Repleta est malis anima mea: & vita mea i inferno appropiquauit. psal.87.a.

¶Nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno psal.93.c.
anima mea.

¶Circundederũt me dolores mortis: & pericula inferni iuenerũt me. psal.114.a.

¶Si ascendero in cœlum tu illic es: si descendero in infernum ades. psal.138.b.

¶Dissipata sunt ossa nostra secus infernũ: quia ad te domine domi- psal.140.c.
ne/oculi mei.

¶Infernus[a] & perditio nunq̃ implentur: similiter & oculi hominum puer.27.c.
insatiabiles.

¶Infernus[b] est insaturabilis. puer.30.b.

¶Corda filiorum hominum implentur malicia / & cõtemptu in vita Eccles.9.a.
sua: & post hæc ad inferos deducentur.

r ¶Qui descendit ad inferos/non ascendet. Videatur diffusa annotatio s. in verbo descendere.

s ¶Si sustinuero/ infernus domus mea est: & in tenebris straui lectulum meũ. Circa hęc verba Iob. notet quod dicit Archi. in c. Hęc aũt. in prin. 23. q. 4. vbi dicit q̃ i inferiori margine iferni/ erat locus aliquantã habens lucẽ/ sine omni pœna materiali: in quo erant animæ prædestinatorũ/ vsq ad descẽsum Christi ad infernũ. Qui loc9 propter sui tranquillitatẽ sinus Abrahę dictus est: vt sinum matris dicimus. & dicebat Abrahæ qa fuit prima via credendi. Ipse eñ publice p̃dicauit vnũ tantum deũ eẽ. Hunc tñ locum Iob vocauit tenebras/ pro tędio expectãdi: dicẽs. Et in tenebris straui lectulum meum. &c. Hæc Archi.

t ¶Putasne saltem ibi erit requies michi? Pensandũ est/ qs nostruz de requie secur9 sit: si de ea trepidat & ille: cuius virtutis pręconia & ipse iudex qui p̃cutit clamat. Hoc dictũ est glo. or. hic pro quo est bo. tex. in simili. c. si Paul9. 32. q. 5. de quo textu dictũ ẽst. in verb. Castigare. sup illđ Pauli. Castigo corp9 meum. &c.

v ¶In inferno aũt quis confitebitur tibi? Videatur annotatio in verbo Confiteri.

x ¶Descendãt i infernũ viuentes. De his q viuẽtes descenderunt in infernũ est bo. tex. in c. Licet de vitanda. circa me. de elec. de quo dictũ est s. in verb. Chore.

y ¶Eruisti animã meã ab inferno inferiori. Infernus est quadruplex. Vnus est dãnatorũ: in quo sunt tenebræ / & q̃tum ad carentiã diuinę visionis/ & q̃tũ ad carentiã gratię: & est ibi pœna sensibilis. Alius est in quo sunt tenebrę: & propter carẽtiã diuię visionis/ & ppter carẽtiã gratiæ. Sed nõ est ibi pœna sensibilis: & hic dicitur limb9 puerorũ sine ablutione baptismatis decedentiũ. Alius est in quo sunt tenebræ q̃tum ad carentiam diuinę visiõis/ sed nõ q̃tuz ad carẽtiam gratiæ: & est ibi pœna sensibilis. & dicitur purgatoriũ. Alius est i quo sunt tenebræ q̃tum ad carẽtiam diuinæ visionis/ sed nõ q̃tum ad carentiam gratiæ: nec est ibi pœna sensibilis: & ibi fuit infernus sanctorũ patrũ. & in hunc tantũ descẽdit dñs q̃tum ad locum/ sed nõ q̃tum ad expulsionẽ tenebrarum: quia cum anima eius esset glorificata & coniuncta diuinitati/ cum magno lumine apparuit: scdm illud Esaię. Habitantibus in regiõe vmbrę mortis/ lux orta est eis. Descendens igitur eduxit sanctos patres/ nõ tamẽ inmediate. quia tandiu aĩa eius fuit in limbo sanctorum patrũ/ q̃diu caro eius fuit i sepulchro. (Et de hoc limbo loquitur hęc littera scdm Iaco. de Valentia hic/ & alios plerosq) Sunt tamen aliqui thelogi/ dicẽtes q̃ infernus est factus ad modum crucis. & in parte inferiori est locus dãnatorum: in superiori ẽ locus purgatorij/ & in alijs duabus partibus quæ sunt a latere sunt duo limbi / puerorum scilicet baptismate non ablutorum: & antiquorũ patrum. Pręmissa omnia (ijs quę parenthesi includunt exceptis) ponit apud iuristas Albe. de Rosate in dictionario suo. in verbo Infernus. Qz tamen infernus inferior dicatur esse limbus. Est etiam de mente Archi. in c. Hęc aũt. in prin. 23. q. 4.

z ¶Si ascendero in cœlum tu illic es. &c. Videatur annotatio in verbo descendere.

a ¶Infernus & perditio nunq̃ implent. Id est nunq̃ cessat infernus eos affligere/ q in ipsum demeritis exigentibus demerguntur. Ideo eñ sine fine puniuntur: quia voluntatem habuerunt sine fine peccandi: si naturaz haberent sine fine viuendi. Hęc declaratio est de mente glo. ordi. p qua est tex. rotũdus in c. Voluissent. in pri. de pœn. distin. 1.

b ¶Infernus est insatutabilis. Quidam dicunt infernum hoc loco pro diabolo

ſumi/ qui nunq̃ ſanatur ſeductione humana. prout eſt bonus textus. In c. Nulli. 3. queſtio. 1.
c ℭ Erunt apud inferos. i. valebunt. Nichil enim eſt quod damnatis prodeſſe poſſit. cap. In preſenti ſeculo. 13. quæſtione ſecunda.
d ℭ Infernus ſub te conturbatus eſt. Vinctos enim ſuos eduxit dominus ab inferno. vt habetur zacha. 9. cap. Tu in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu. Ita dicit glo. or. hic & apud iuriſtas Albe. de Roſate qui etiam dictam zachariæ ſententiam citat in dictionario ſuo. i verbo Infernus.

Eccleſ. 9. c. ℭQuodcunq; facere poteſt manus tua/inſtãter operare: quia nec opus/ nec ratio/nec ſapiẽtia/nec ſciẽtia erunt[c] apud iferos: quo tu properas.

Sapiẽ. 2. a. ℭDixerunt impij cogitantes apud ſe non recte. Exiguũ & cum tedio eſt tempus vitæ noſtræ: & non eſt refrigerium in fine hominis: & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis.

Eſaię. 14. b ℭInfernus[d] ſub te conturbatus eſt: in occurſum aduentus tui ſuſcitauit tibi gigantes.

Baruch. 2. d ℭNon mortui qui ſunt in inferno (quorum ſpiritus acceptus eſt a viſceribus ſuis) dabunt honorem & iuſtificationem domino.

ad phi. 2. b. ℭIn nomine[e] Ihesu omne genu flectatur: cœleſtium/terreſtrium & infernorum.

Apoca. 20. d ℭMors[f] & infernus dederunt mortuos ſuos/qui in ipſis erant: & iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera eorum. et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis.

Infidelis.

puer. 25. c. ℭDens[g] putridus & pes laſſus/qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ: & amittit pallium in die frigoris.

eccli. 15. i fi. ℭNon concupiſcit deus multitudinem filiorũ infidelium & inutiliũ.

1. ad co. 10. f ℭSi quis[h] vocat vos infidelium ad cœnam/ & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate nichil interrogantes propter conſcientiam. Et diffuſius ſupra in verbo conſcientia.

2. cori. 6. c. ℭQuæ[i] cõuentio Chriſti ad Belial. aut[k] quę pars fidelis cũ infideli?

1. timo. 5. a. ℭSi quis[l] ſuorum: & maxime domeſticorum/ curam non habet/fidẽ negauit: & eſt infideli deterior.

Ad titũ. 1. d. ℭOmnia munda mundis: coinquinatis autem infidelibus nichil eſt mundum: ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia.

Infirmare. Infirmatus. Infirmus. & Infirmitas.

ℭDe infirmitate regis Ezechiæ vide ſupra in verbo Ezechias.

Deute. 28. f. ℭNiſi timueris nomen dei glorioſum & terribile/ hoc eſt dominum deum tuum: augebit dominus plagas tuas/& plagas ſeminis tui: plagas magnas & perſeuerantes/infirmitates peſſimas & perpetuas &c.

pſal. 6. a. ℭMiſerere mei domine/quoniã infirmus ſum: ſana me domine/quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Pſal. 15. a. ℭMultiplicatæ[n] ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

puer. 25. a. ℭIudica me[o] domine/ quoniã ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in domino ſperans non infirmabor.

Pſal. 30. c. ℭInfirmata eſt in paupertate virtus mea: & oſſa mea cõturbata ſunt.

pſal. 40. a. ℭDominus opem ferat illi ſuper lectũ doloris eius: vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius.

e ℭ In noie Ihesu omne genu flectat. Textus eſt vbi hæc ſententia ponitur i cap. Decet domum. de cele. miſſa.
f ℭ Mors & infernus dederunt mortuos ſuos. &c. Innuitur malos reſuſcitandos ad iudicium/ quo in perẽnem mittantur ignis cruciatum. cap. 1. de ſum. trini. & fi. ca.
g ℭ Dens putrid⁹ & pes laſſus. &c. Videatur declaratio huius ſententiæ in verb. frigus.
h ℭ Si quis vocat vos infideliũ &c. Recurratur ad verbum cœna & ad verbum conſcientia.
i ℭ Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Videatur annotatio i verbo Conuentio.
k ℭ Quę pars fideli cum infideli? Hinc dicit tex. in cap. Iudæi. in prin. de Iudęis. Iudęi ſiue Sarraceni: neq; ſub alendorum puerorũ ſuorum obtentu/ nec p ſeruitio vel alia qualibet cauſa/ Chriſtiana mancipia in domib⁹ ſuis permittãtur habere. Excõmunicentur autem qui cum eis præſumpſerint habitare. Hæc ibi. Et idem probat textus in c. Adhęc. & i c. Et ſi Iudæos. eodem ti. & in l. vnica. C. Ne Chriſtianum mancip.
l ℭ Si quis ſuorũ/ & maxime domeſticorũ &c. Recurratur pro annotatiõe ad verbum domeſticus.
m ℭ Omnia mũda mundis. Coinquinatis aũt & infidelibus. &c. Videatur textus in cap. Propoſuiſti. 82. diſt. & i cap. Domin⁹. §. Itẽ nos. 1. quæſtione prima. de quo dictum eſt ſ. in verbo cõſcientia. vbi ponitur hæc ſnĩa.
g ¶Cum inuitatus fueris. Circa hæc verba potest quæri de dubietate canonistarum: an scilicet inuitatus debeat iterum vocari per inuitantē hora prandij. In qua concluditur per Ioan. An. & Calde. in c.fi. de renun. q̄ sic. si inuitatus forensis fuerit aut mulier vel grauis persona. Alioqui non. Et ita etiam concludit Panor. in c. Cum inter vniuersas. in fine. de elec. vbi dicit q̄ super hac dubietate Calderinus consuluit vxorem suam quæ ita respondit. Anto. tamen de Butrio in c. Quidam. de renun. tenet q̄ immo indistincte mitti debet ad inuitatos hora prandij vt veniant. Adducit textū vbi ponitur parabola euangelica de inuitatis vocatis hora prādij in c. displicet.23. quęstio. 4. Sed opi. Ioan. And. Calde. & Panor. verior videt vbi hora prandij certa esset/ aut pręfixa inter inuitādū. Hora enim satis interpellat: ideo alia non videtur īterpellatio necessaria. arg. l. magnam. C. de contrahē. & cōmit. stipula.

h ¶Inuocare nomē domini. Inuocatio nominis domini præponi solet rebus agēdis seu enūciandis. §.1. in auten. de quęstore & in auten. de armis. paulopost princi. l. In nomine domini. C. de offi. pręfec. p̄to. aphri. c. In nomine domini. cū similibus. 23. dist. Rationem huius inuocationis ponit glo. in proœ. īsti. & i auten. de hęre. & fal. colla 1. in Rub. & Bar. in proœ. digestorum. in princi. quia scilicet quādocūq̄ & vbicunq̄ fit inuocatio diuini numinis/ sequitur bonum initiū melius medium/ & optimus finis. prout est bo. tex in auten. Quo oportet episco. ī pri. colla. 1.

i ¶Inuocantibus eum in veritate. Idest nō scdm sua desyderia mala. quia tūc aliud nō ipsum quęrūt proptereaq̄ nō exaudiuntur. De quo videatur quod dictum est supra in verb. Exaudire super illud Ioānis. Deus peccatores non audijt.

k ¶Dum prope est. Facit textus in c. In pręsenti seculo. 13. quęsti 2.

l ¶Quicunq̄ inuocauerit nomen domini/ saluus erit. Quicunq̄ inuocauerit nomen domini. i. scdm quod nominatur dominus: idest qui vocauerit eum ad se/ seruiendo & non contradicendo vt forsitan sæpe fecit. Omnis. i. quicunq̄ sit ille peccator/ saluus erit. Omnem animā iste promissor saturauit bonis/ etiam sedentem in tenebris & in vmbra mortis: nullam excipiens animam. Hæc sunt verba textus in c. Adhuc perfidi instant. versi. Nam quicunq̄. de pœni. distinc. 3. & idem probat textus in c. Quia diuinitatis. de pœni. distinc. 1.

m ¶Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Hinc dicit Bar. in procemio digestorū. col. 1. q̄ Iudæis nomen Christi/ in quem non credunt/ non licet inuocare. et idem ibi sentit glosa. & glo. 1. super Rubro. procemij institutionū. Notarius tamen qui christianus esset/ posset etiam inter Iudęos inuocare nomen Christi in initio sui instrumenti. prout concludit Bar. in d. proœ. digestorū. & idem Bar. & ibi per moder. in Rubrica. ff. de no. oper. nuncia.

n ¶Non est qui faciat bonum: non est vsq̄ ad vnum. Pro hac sententia videatur diffusus textus (qui est Hieronymi contra Iouinianū) in c. Si enim. de pœni. dist. 2. vbi multę diuini iuris sentētiæ: quēlibet subiectū esse peccato probantes/ congeruntur. De quo tex in varijs eius partibus s. tactum est.

o ¶Fuit possessio eius septem millia ouiū &c. Circa hæc verba potest notari textus/ sumptus ex Augustino in libro de doctrina christiana. in c. Totum. 1. quęsti 3. vbi dicitur. Totum quicquid homines habent in terra. Omnia quorum domini sunt pecunia vocatur/ seruus/ vas/ ager/ arbor/ pecus: quicquid horum est/ pecunia dicitur. Ideo autem pecunia vocata est: quia antiqui qd habebant/ in pecoribus habebant. Hæc ibi.

p ¶ Et ibant filij eius &c. Hinc dicit tex. in cap. Sicut.§.Necesse.47.distinc. Apostolus Ephesijs scribit: vt patres filios suos non ad iracundiam prouocent/ sed enutriant illos in omni disciplina & correctione domini. Vnde de beato Iob legitur ꝙ pro filijs suis quotidiana offerebat deo sacrificia/ offerens holocausta per singulos dies. Quos tanta charitatis perfectio in vnum constrinxit: vt quisq; eorum in suo die conuiuiũ fratribus pręparaet/ & ad epulandum secum tres sorores suas pariter inuitaret. Hæc ibi.

Et [p] ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos: vnusquisq; in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas/ vt comederent & biberent cum eis. Cumq; in orbem transissent dies conuiuij/ mittebat ad eos Iob: & sanctificabat illos. Consurgensq; diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: ne forte peccauerint filij mei & benedixerint deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.

Iob.1.b. ¶ Quadam die cum venissent filij dei vt assisterẽt coram domino: affuit inter eos etiam satan: cui dixit dominus. Vnde venis? qui respondens ait. Circuiui [q] terram: & perambulaui eã. Dixitq; dominus ad eum. Nunquid considerasti seruum meum Iob. ꝙ non sit ei similis in terra: homo simplex & rectus ac timens deum & recedens a malo? Cui respondens satan ait. Nunquid frustra Iob timet deum? Nonne tu vallasti eum/ ac domum eius vniuersamq; substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti: & possessio eius creuit in terra. Sed extende [r] paululum manum tuam: & tange cuncta quæ possidet. nisi in faciẽ benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad satan. Ecce vniuersa quæ habet/ in manu tua sunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusq; est satan a facie domini.

Iob.1.c. ¶ Cum autem quadã die/ filij & filiæ eius comederẽt & biberent vinũ in domo fratris sui primogeniti: nuncius venit ad Iob/ qui diceret. Boues arabant/ & asinę pascebantur iuxta eos: & irruerunt Sabæi/ tuleruntq; omnia: & pueros percusserunt gladio. Et euasi ego solus vt nunciarem tibi. Cũq; adhuc ille loqueretur: venit alter & dixit. Ignis dei cecidit e cœlo/ & cunctas oues puerosq; consumpsit: & effugi ego solus vt nunciarem tibi. Sed adhuc illo loquente: venit alius & dixit. Chaldei fecerunt tres turmas/ & inuaserunt camelos: & tulerunt eos/ necnon & pueros percusserunt gladio: & ego fugi solus vt nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille: & ecce alius intrauit/ & dixit. Filijs tuis & filiabus vescẽtibus & bibẽtibus vinũ in domo fratris sui primogeniti: repẽte vẽtus vehemẽs irruit a regione deserti/ & cõcussit quatuor angulos dom⁹: q̃ corruẽs oppressit liberos tuos/ & mortui sũt: & effugi ego solus vt nũciarẽ tibi. Tũc surrexit Iob/ & scidit vestimẽta sua: & tonso capite corruẽs ĩ terrã/ adorauit & dixit. Nudus egressus sum de vtero matris meę: & nud⁹ reuertar illuc. Dñs dedit: dñs abstulit. Sicut [s] dño placuit/ ita factũ est. sit nomen domini benedictũ. In omnibus his nõ peccauit Iob labijs suis: neq; aliquid stultum cõtra deum locutus est.

Iob.2.a.b.c ¶ Factum est cum quadam die venissent filij dei/ & starent coram domino: venisset quoq; satan inter eos. & staret in conspectu eius: vt diceret dominus ad satan. Vnde venis? Qui respondens ait. Circuiui terram/ & perambulaui eam. Et dixit dominus ad satan. Nunquid considerasti seruum meum Iob: ꝙ non sit ei similis in terra/ vir simplex & rectus ac timens [t] deum: & recedens a malo/ & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum: vt affligerem eum frustra [v]. Cui respondens satan ait. Pellem pro pelle/ & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Alioquin

q ¶ Circuiui terrã & perambulaui eam. Id est homines terrenos cõsyderaui: circuiẽs/ & tentans quomodo vnũquẽq; peruerterem. Iste est enim diaboli circuitus/ de quo dicit Petrus. Auersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit/ quęrens quẽ deuoret. d.c. Nulli. 3.quęsti.1.

r ¶ Sed extẽde. Nõ habet ergo etiam in temporalia bona hominis/ diabolus potestatẽ a se solo sed ex dei pmissu. pro etiam est bo. tex. i c. Nec mirum. col. 2. 26. quęsti. 5. & ad hoc est text⁹ cum glo. quę hanc potestatem datam satanę in personã Iob/ citat in c. Sciscitaris. in verb. Diuinitus. 7. quęsti.1.

s ¶ Sicut domino placuit/ ita factum est: sit nomen domini benedictum. His verbis Iob docemur in tribulationib⁹ deo gratias agere. Ita dicit glo. iterlinearis hic. et glosa, in c. fina. in verbo Gratias ago. 21. quęstio. 5. Et ita agẽtes/ dæmonem fallimus: qui sæpe per infirmitates aut aduersitates varias ac tribulationes diuersas/ hominem a via dei nititur auertere: quem propterea spe sua falsum relinquimus/ si non murmuremus: sed deo gratias agamus qui nos vt dilectos filios probat in camino humiliatiõis glosa est notabilis hoc factũ Iob allegans in cap. Potest fieri. in verb. Debilitandum. de pœnitẽ. distinc.1.

t ¶ Timens deum & recedens a malo. Recte dicitur timens deum & recedens a malo: quia sancta electorũ ecclesia/ simplicitatis suę & rectitudinis vias/ timore inchoat sed charitate consummat: quia tũc est funditus a malo recedere cũ ex amore dei cœperit iã nolle peccare. Hæc declaratio est Gregorij. pro qua est bonus & apertus tex. in cap. fina. in versi. finali. 23. quęsti. 6.

v ¶ Frustra. Quia non ita euenit vt sperabat diabolus. Sperabat enim peruertere: & magis ad deum conuertit. Hæc declaratio est de mente glo. interlinearis. & eandem sentit glo. in d.c. Potest. in verb. Debilitandum. in fine. de pœnitẽ. distinc.1.

mitte manum tuam: & tange os eius & carnem/ & tunc videbis ꝙ in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad Satan. Ecce in manu tua est: veruntamen [x] animam illius serua. Egressus igitur Satan a facie domini: percussit Iob vlcere pessimo/ a plãta pedis vsq; ad verticem eius: qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio. Dixit autẽ illi vxor sua. Adhuc [y] tu permanes in simplicitate tua: benedic deo & morere. Qui ait ad illam. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si [z] bona suscepimus de manu domini: mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.

¶Audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei: venerunt singuli de loco suo. Eliphas Themanites/ & Baldath Suites/ & Sophar Naamathites. Condixerant enim vt pariter venientes visitarẽt eum/ & consolarentur. Cumq; eleuassent procul oculos suos: non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt/ scissisq; vestibus sparserunt [a] puluerem super caput suum in cœlum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem. Iob.2.c.

¶Post hæc aperuit Iob os suum: & maledixit [b] diei suo: & locutus est. Pereat dies in qua natus sum: & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Multaq; alia verba dixit Iob/ quibus tres eius amici ipsum & impatientiam suam demõstrarẽ: & nimiam de virtutibus proprijs extollentiam gerere/ crediderunt: de quibus verbis habetur etiam in cap.6.7.16.27.29.&.31. Iob.3.a.

¶Amici Iob eum impatientiæ & arrogãtiæ arguebant. Iob.4.5.8.10 15.&.32.

¶Iob de multis quæ dixerat pœnitudine ductus: dixit ad dominum. Qui [c] leuiter locutus sum: respondere quid possum? Vnum [d] locutus sum quod vtinam non dixissem: & alterum quibus vltra nõ addam. Iob.39.i fi.

¶Ad amicos Iob dicit dominus. Non estis locuti coram me rectum: sicut seruus meus Iob. Sumite ergo vobis septem tauros & septẽ arietes: & ite ad seruum meum Iob/ & offerte holocaustũ pro vobis. Iob [e] autem seruus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam vt non vobis imputetur stultitia. Neq; enim locuti estis corã me rectum sicut seruus meus Iob. Abierũt ergo Eliphas Themanites/ & Baldath Sui- Iob vlti.c.d

x ¶ Veruntamen animam illius serua. Dominus etiam electis suis varia sinit obuenire tribulationũ tentamenta: vt virtutẽ in infirmitate perficiat.d.c. Non omnis. in fi.5. quæsti.5. sed eorum animã offendi non finit/ seu a vero viuẽdi tramite deturbari. c. Firmum. cum c. seq. de pœni. distinc. 1. c. Nouit. in prin. de pœni. dis.4.

y ¶ Adhuc tu permanes in simplicitate tua. benedic deo & morere. Qui ait ad illam. quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Circa hæc verba notetur textus Ambrosij in c. Conuenior. paulo post princi.23. quæsti.8. vbi Ambrosius imperatoribus seu pricipibus/ ecclesiæ bona diripientibus renitendum esse docens: dicit. Mãdatur nobis trade basilicã hoc est dic aliqd verbum in deũ & morere: nec solum dic aduersus deum/ sed etiã fac aduersus deum. trade altaria dei/ vrgemur igitur præceptis regalibus/ sed cõfirmamur scripturæ sermonibus: quæ ait. Tanq̃ vna ex insipientibus locuta es &c. Hæc ibi.

z ¶ Si bona suscepimus de manu dñi &c. Id est (dicit glo. ordi.) si ad æterna bona tendimus/ cur non mala præsentia sustinemus? Oportet em̃ per multas tribulatiões itrare in regnum dei. c. Saluator. in princip. 1. quæsti.3. vel scdm glo. interlinearẽ. Si bona temporalia recepimus/ quare etiam temporalia mala non recipiemus. cũ si sine dei flagellis vitã trãsigeremus. in filiorum eius numero computari non speraremus. Vt enim ait Augustinus. Si exceptus es a numero flagellorũ: exceptus es a numero filiorum. Ita Archi. Augustinum citans in c. Quid ergo circa princi. de pœnitẽ. distinc.3.

a ¶ Sparserunt puluerẽ sup caput suũ in cœlum. Mystice: Puluis: terrena intelligẽtia est. Caput: mens. Cœlũ: præceptum locutionis supnæ. Puluerem ergo super caput in cœlũ spargere: est seculari intellectu mentem corrũpere/ & de verbis cœlestib9 terrena sentire. Circa hanc declarationem (quæ est glo. ordi. post Grego.) est bonus tex. in ca. Vino inebriantur. in prin. 37. distinc. & facit c. Quidam. in fi.24. quæsti.3.

b ¶ Maledixit diei suo &c. An ex his poterit Iob argui impatientiæ: videatur per Gregorium hic concludentem ꝙ non: & declarentur hæc omnia vt per eum.

c ¶ Qui leuiter locutus sum &c. Perinde videtur ac si diceret. Sermonem meum defenderem/ si hunc cum rationis pondere protulissem. At postq̃ lingua/ leuitate vsa conuincitur: quid restat nisi vt conticendo refrenetur. Pro hac declaratione (quæ est glo. ordi.) facit bonus tex. in argumẽ. in c. Consideret. versi. Tanto itaq; magis. de pœnitẽ. distinc.5. dum ibi dicitur. Tanto magis sibi caueat & cohibeat se anima: quæ sæpe vel semel rapta & corrupta est/ timeatq; iam docta experimento quod ignorauit. Hæc ibi.

d ¶ Vnum locutus sum &c. Vnum loqui/ illicite (dicit glo. ordi.) est res flagello dignas agere. Aliud vero loqui: est etiam de flagello murmurare. Vnde est sensus. Rectum quidẽ me inter homines credidi/ sed te (domine) loquente: & ante flagella prauum/ & post flagella me rigidum inueni. In conspectu enim dei nemo mundus est dicit textus citans quod habetur Iob.26. in c. Si enim. col.ũ. pe. de pœni. distinc.2.

e ¶ Iob seruus meus orabit pro vobis &c. Quia amici Iob speciẽ hæreticorum tenent/ per Iob offerre iubentur: quia iram domini sacrificio placare non possunt/ nisi ad catholicã fidem quã Iob significat conuertantur. vt salutem eius precibus obtineãt/ cuius fidem peruersis assertionibus impugnabant. Tex. est hoc dictum (quod est glo. ordi.) probans in c. Sic populus. in cap. Odit deus. & in c. Illi offerunt. 1. quæsti.1. iuncto c. Ad abolendam. ibi: errorem suum abiurauerint. de hære. & c. Super eo. ibi: ecclesia nulli claudit gremium redeũti. eodẽ ti. lib.

sexto. Sola quippe ecclesia est per quam sacrificium dominus accipiat libenter: sola quę pro errantibus interce-dat fiducialiter. Vnde etiam de agni hostia dñs pręcepit/ dicens. In vna domo comedetis: nec efferetis de carni-bus eius foras. Ita dicit Gregorius hic. & habetur in c. Quia ex sola ecclesia. 24: quęsti. 1.
f ❡ Dominus benedixit nouissimis Iob magis q̃ principio. Licet hęc iuxta historiã veraciter dicta sunt: ta-men sub typo gesta sunt sanctę ecclesię: quę etsi multos nunc tentatione percussionis amittit: in fine tamen du-plicia recipit/ quando susceptis gentibus ad fidem etiam Iudæa consentit. Pro hoc dicto glo. ordi. facit quod notat Archi. in c. Semel. 2. de cõse. distic. 2. de quo dictũ est in verb. Cõuertere. super illud Psalmistę. Conuertentur ad vesperam/ & famẽ patiant vt canes/ & circuibũt ciuitatem.

tes/ & Sophar Naamathites: & fecerunt sicut locutus fuerat dominus ad eos. & suscepit dominus faciem Iob. Dominus quoq; cõuersus est ad pœnitentiam Iob/ cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit dominus omnia quęcunq; fuerant Iob duplicia. Venerunt autem ad eũ omnes fratres sui/ & vniuersæ sorores suæ/ & cuncti qui nouerãt eum prius: & comederunt cum eo panem in domo eius. Et mouerũt super eum caput: & cõsolati sunt eum super omni malo/ quod intulerat dominus super eum. Et dederunt ei vnusquisq; ouem vnam/ & inaurem auream vnam. Dominus [f] autem benedixit nouissimis Iob magis/ q̃ principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium/ & sex milia camelorum/ & mille iuga boum/ & mille asinæ: & fuerunt illi septẽ filij & tres filiæ. Et vocauit nomen vnius Dien: & nomen secundę Casiam/ & nomen tertiæ Cornustibij. Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ/ sicut filiæ Iob in vniuersa terra. Deditq; [g] eis pater suus hæreditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post flagella hæc/ centum qudraginta annis: & vidit filios suos/ & filios filiorũ suorum/ vsq; ad quartam generationem: & mortuus est senex/ & plenus dierum.

Iacobi. 5. b ❡ Sufferentiam Iob audistis: & finem domini vidistis.

Matth. 3. a. **Ioannes baptista.** ❡ Venit Ioannes baptista predicans [h] in deserto Iudęæ: dicens. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim de quo dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto: parate [i] viam domini/ rectas facite semitas eius.

Matth. 3. a. ❡ Ioannes habebat [k] vestimentum de pilis camelorum/ & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locustæ & mel siluestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma/ & omnis Iudæa & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur [l] ab eo in Iordane/ confitẽtes peccata sua.

Matth. 3. c. ❡ Ioãnes vidẽs multos Phariseorũ & Saduceorũ veniẽtes ad baptismũ suũ: dixit eis. Progenies viperarũ quis demõstrabit vos fugere a ventura ira. Facite [m] ergo fructum dignũ pœnitentiæ. Et ne velitis [n] dicere

g ❡ Dedit eis pater suus hęreditatẽ inter fratres earũ. Idem cautũ est humano iure: vt scilicet sorores cũ fratrib⁹ ad paternã veniant hęreditatẽ. l. Maximũ vitiũ. C. de libe. pręte. l. lege. 12. tabularũ. C. de legi. herę. Anagogice autẽ: pater sorores cũ fratribus ad hęreditatẽ admittit: quia pater noster cœlestis: infirmos cum perfectis ad regnũ suũ recipit. Neq; enim pro solis venit perfectis sed & pro imperfectis/ & vtrisq; verę viam vitę demõstrauit. c. exiit q seminat. §. porro. versi. Nec his quisq;. de ver. sig. libro. 6.

h ❡ Prędicans & dicens/ pœnitẽtiam agite. Beatus Ioãnes baptista & saluator noster: exordium prędicationis suę a pœnitẽtia sumpserũt/ dicentes. Pœnitentiã agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. ostendẽtes ad regna cœlorum neminem posse attingere/ nisi primum per pœnitentiam deo curauerit satisfacere. Ita dicit tex. in c. Voluissent. i fine. de pœni. distinc. 3. alia quæ hic dici possent dicta sunt in verb. Ihesus.

i ❡ Parate viã dñi. In quo supple solo renasci poterãt qui parabãtur. i. exterius abluebãtur. Ita hæc verba declarãtur per textũ cum glo. in c. Nõ regenerabantur. de conse. dist. 4.

k ❡ Habebat vestimentũ de pilis camelorũ: & zonam pelliceã circa lumbos eius. Esca autẽ eius erat locustę. Ioannes in semetipso erudit pœnitẽtes/ & formã vitæ exhibet: in deserto habitans/ de locustis viuens/ & pilos cameli vestiens. In veste enĩ Ioãnis monemur vt asperis vtamur ad refrenationẽ carnis. In cibo: vt non arte paratis/ sed naturalib⁹ cibis vtamur. Hęc declaratio est glo. or. pro qua notetur tex. in c. t. versi. Priscis. 21. quęsti. 4. dũ ibi dicitur. Priscis temporibus omnis sacratus vir/ cũ mediocri aut vili veste conuersabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam/ sed propter venustatem accipitur: elationis habet calumniã. Secundo tex. in c. Nec tales in princi. de conse. distinc. 5. vbi dicitur. Nec tales accipiamus cibos quos aut difficulter digerere: aut comestos magno paratos & perditos labore doleamus. Olerum & pomorum ac leguminũ facilior apparatus est/ & arte impendijsq; cocorum non indiget: & sine cura sustentat humanum genus moderate sumptus: quia nec auide deuoratur quod irritamenta gulę non habet/ & leuiori digestione decoquitur. Nemo enĩ vno aut duobus cibis hisq; vilibus vsq; ad instomachationẽ ventris oneratur. Hæc ibi.

l ❡ Baptisabantur, ab eo confitentes peccata sua. Recurratur ad annotationem istis verbis factam s. in verbo Baptisare.

m ❡ Facite fructum dignũ pœnitẽtię. Non ait simpliciter/ facite fructum pœnitẽtię: sed dignũ. Non enim par debet esse fructus boni operis: eius qui nichil vel minus peccauit/ & eius qui grauius cecidit. Hęc declaratio est glo. or. & eandem ponit tex. expressus in c. quis aliquãdo. col. penul. de pœni. disti. 1. de quo textu dictũ est in annotatione huius sententiæ s. in verb. Dignus.

n ❡ Ne velitis dicere intra vos. patrẽ habem⁹ Abrahã. Id est (dicit glo. iterlinearis.) in semine Abrahę ne

confidatis: quasi ex hoc solo salus sit. Non enim sanctorum filij sunt dicendi/ qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum. c. Non est facile. 40. distinc.

o ℂ Omnis arbor quę non facit fructum bonū/ excidetur. Videatur annotatio in verb. Arbor.

p ℂ Baptiso vos aqua. Recurratur ad verbum Baptisare.

q ℂ Baptisabit in spiritusancto & igne. Idē dicit textus. & ibi glo. in verb. Igne: Ignē exponit pro charitate. in c. Secundū. 19. distinc.

intra vos : patrem habemus Abraham. Dico enim vobis / quoniam potens est deus de lapidibus istis / suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo [o] arbor quæ non facit fructum bonum / excidetur : & in ignem mittetur. Ego quidem [p] baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Qui autem post me venturus est / fortior me est : cuius non sum dignus calciamenta portare : ipse vos baptizabit [q] in spiritusancto & igni. cuius ventilabrum in manu sua : & permundabit aream suam / & congregabit triticum in horreū suum. Paleas [r] autem cōburet igni inextinguibili.

ℂ Venit Ihesus a Galilæa in Iordanem ad Ioannem: vt baptizaretur [s] ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari: & tu venis ad me & cętera. Et supra in verbo Ihesus. Matth. 3. d.

ℂ Ioannes cum audisset in vinculis opera Christi : mittens duos de discipulis suis / ait illi. Tu [t] es qui venturus es : an alium expectamus? Et respondens Ihesus / ait illis. Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis. Cœci vident / claudi ambulant / leprosi mundantur / surdi audiunt / mortui resurgunt / pauperes euangelizantur : & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus / cœpit [v] Ihesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce [x] qui mollibus vestiuntur / in domibus regum sunt. Sed quid existis videre / Prophetam? Etiam dico vobis & plusq̃ prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto [y] angelum meum ante faciem tuam / qui pręparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis: non surrexit maior inter natos mulierum Ioanne baptista. Qui autem minor est in regno cœlorum / maior est illo. A diebus autem Ioannis baptistæ vsq̧ nunc / regnum cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex vsq̧ ad Ioannem prophetauerunt: & si vultis recipere / ipse est [z] Helias qui venturus est. Mat. 11. a. b

ℂ Venit Ioannes neq̧ manducans / neq̧ bibens: & dicunt (Iudęi) dæmonium habet. Matth. 11. c

ℂ Audiuit Herodes tetrarcha famam Ihesu: & ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista : ipse surrexit a mortuis & ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit Ioannem / & alligauit eum / & posuit eum in carcerē propter Herodiadē vxorē fratris sui. Dicebat enim illi Ioānes. Nō licet [a] tibi habere eā. Et volēs [b] eū occidere timuit populum. Mat. 14. a b

r ℂ Paleas comburet igne inextinguibili. Declara vt s. in verbo Ignis.

s ℂ Vt baptisaretur ab eo. De baptismo Christi dictū est in verb. Baptisare. & in verb. Ihesus. vbi videatur.

t ℂ Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Ioannes interficiendus ab Herode interrogat: non quia dubitet / q alijs dixerat. Ecce agnus dei. qui & vocem patris audiuerat. Hic est filius meus dilect⁹: sed vt missi signa videntes / & alij ad ipsorum relationē crederent / & dictis eius opera Christi fidem facerēt: ne alius Christ⁹ expectaretur. Sicq̧ Ioānes non ꝓpter se / sed propter aliorum instructionē misit. Oportet enī prę latum & eum qui aliorum docendorum curam gerit: aliqua nonnunq̃ facere pro aliorum instructione / & suorum dictorum confirmatione: quę alias facturus non esset. prout probat bo. tex. in c. Vnico. col. 1. in fi. de sacra. vnc. & in c. Quatuor. in fine. 12. quęsti. 2.

v ℂ Cœpit Ihesus dicere / vt turbę scirent Ioānem non sibi: sed discipulis quęsijsse vt dictum est annotatione proxima.

x ℂ Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Hęc sententia ponitur in c. 1. 21. quęst. 4.

y ℂ Mitto angelum meum. Qui græce angelus / latinę nuncius dicitur. Recte ergo qui nunciare supernum nūcium venerat / angelus vocat. vt dignitatem seruet in nomine: quam explet in operatione. Hæc declaratio est Grego. pro qua videatur quod dictum est supra in verbo Angelus super illud Psalmistę. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos ignem vrentem.

z ℂ Iste est Helias qui venturus est. Ioannes dicitur Helias non scdm stultos philosophos & quosdam hęreticos: qui reuersionem animarum introducunt. sed ꝙ iuxta aliud testimonium euangelicum venerit in spiritu & virtute Helię / & eandem spiritus vel gratiam habuerit vel mensuram. Sed & vitę austeritas rigorq̧ mētis Helię & Ioannis pares sunt. vterq̧ in eremo zona pellicea cingebatur. Ille quoniā regem Achab & Iezabel impietatis arguit: fugere compulsus est. Iste quia Herodis & Herodiadis illicitas arguit nuptias capite truncatus est. Pro hac declaratione (quę est Hieronymi) est tex. in c. Queritur. versi. Item opponitur. 22. quęsti. 2. de quo tex. dictum est in verb. Helias. in fi.

a ℂ Non licet tibi habere eam. Declaretur vt in verb. Herodes.

b ℂ Volens eum occidere timuit populum. Videatur qd dictum est in verb. Herodes.

c ¶ Cum iuramento pollicitus eſt. Circa hoc iuramentum & eius ſolutionẽ recurratur ad ſcripta in verbo. Herodes.

d ¶ Decollauit Ioannem in carcere. Grego. in tertio moralium. arti. 12. de hac Ioannis morte loquens dicit. Non ſine grauiſſima admiratione perpendo ꝙ ille prophetiæ ſpiritu intra matris vterum impletus atq;(vt ita dixerim) priuſq̃ naſceretur renatus. Ille amicus ſponſi. ille quo inter natos mulierum maior nemo ſurrexit. Ille ſic propheta/ vt plus etiam q̃ propheta/ ab iniquis in carcerem mittitur/ & pro puellæ ſaltatu capite truncatur: & vir tantæ ſeueritatis/ pro riſu turpium moritur. Nunquid non credimus aliquid fuiſſe quod in eius vita ille morte ſic deſpecta tergeret? Sed quãdo ille vel in cibo peccauit qui locuſtas ſolummodo & mel ſyluestre edit? quid deo vel de qualitate ſui regminis deliquit: qui camelorum pilis corpus operuit? Quid de cõuerſatione ſua offendere potuit/ qui de heremo nõ receſſit? Quid illum loquacitatis noxa polluit/ qui diſiũctus longe ab hominibus fuit? Quando illum vel ſilentij culpa attigit/ qui tam vehementer ad ſe venientes increpauit: dicens. genimina viperarum quis demonſtrabit vobis fugere a ventura ira? Quid eſt ergo ꝙ Ioannes dei voce laudatur: & tamen pro temulentis verbis in ſaltationis premium moritur. Quid eſt: ꝙ deus omnipotens ſic vehementer in hoc ſeculo deſpicit/ quos ſic ſublimiter ante ſecula elegit? Niſi hoc ꝙ pietati fidelium patet. quoniã idcirco ſic eos premit in infimis: quia videt quomodo remuneret ſummis/ & ſoras vſq; ad deſpecta deijcit: quia vſq; intus ad incomprehenſibilia perducit. Pro hac ſententia eſt bonus tex. de tribulatitione iuſtorum loquens in cap. Nõ omnis. verſi. Quis nos poteſt, 5. quæſtio. 5. & in cap. Aduerſitas. in principio. 7. quæſtio. 1.

quia ſicut prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis/ ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. vnde cum [c] iuramento pollicitus eſt ei dare quodcunq; poſtulaſſet ab eo. At illa præmonita a matre ſua. Da michi (inquit) in diſco caput Ioannis baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex. propter iuſiurandum autem: & propter eos qui pariter recumbebant: iuſſit dari. Miſitq; & decollauit [d] Ioannem in carcere. Et allatum eſt caput eius in diſco: & datum eſt puellæ/ & illa attulit matri ſuæ. Et accedentes diſcipuli eius tulerunt corpus eius: & ſepelierunt illud.

Lucæ. 1. a. b. ¶ Apparuit Zachariæ oranti angelus domini/ ſtans a dextris altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt videns/ & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia: quoniam exaudita eſt deprecatio tua. Et vxor tua Elizabeth pariet tibi filium: & vocabis nomen [e] eius Ioannem. Et erit [f] gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino. vinum & ſiceram non bibet: & ſpirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ: & multos filiorum Iſrael cõuertet ad dominum deum ipſorum. Et ipſe præcedet [g] ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ: vt cõuertat corda patrum in filios/ & incredulos ad prudentiam iuſtorum parare domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum. Vnde hoc ſciam? Ego [h] enim ſum ſenex: & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens angelus dixit. Ego ſum Gabriel qui aſto ante deum: & miſſus ſum loqui ad te/ & hæc tibi euangelizare. Et [i] ecce

e ¶ Vocabis nomen eius Ioannem. Singularitas huius nominis ex eo ſatis liquet ꝙ ab ipſo deo imponitur. Vnde & Ioannes interpretatur in quo eſt gratia. Ita dicit glo. ordina. Circa quam notari poteſt quod dicit gloſa. Ioannes And. in ſupraſcriptione procemij/ clementinarum. in verbo Ioannes: vbi dicit vnum quod & ipſe dicere poſſum. Gratioſum hoc nomen Ioannes per interpretationes/ deriuationes/ vel ethymologias extollere: non eſt meũ/ ſuſpitionis ratio patet. Hæc glo. Subiungit tamen pro aliquali huius nominis commendatione. ꝙ in apoſtolatu hoc nomen ſuper cetera viguit. Eſt enim. 22. qui clementinas emiſit/ cum tamen reliqua Romanorum pontificum nomina. 11. non tranſcenderint numerum: idq; etiam ſolius benedicti nomen aſcendit. Inter Canoniſtas etiam commentatores hoc nomen viguit. habuimus enim Ioannem Teuthonicũ/ Ioannem Galcñ/ Valteranum/ Ioannem hyſpanum/ Ioannem Fauentinũ. Io. de Faucona. Io. de Acona. Io. de Deo. Ioannem de Languicella Ceſenenatẽ. Ioannem monachum Cardinalem. Ego etiam (dicit Ioan. And. de ſe loquens) qui minor ſum inter duodecim doctores collegij Bononieñ. me quattum fuiſſe Ioannem nunc inter eos ſolus: ſed inter commentatores decimus etiam denigro papyrum/ forte non dignus occupare membranas. Hæc Ioan. And. qui tametſi de ſe humilia loquatur/ canonicã tamen ſapientiam ſuis commentis adeo locupletauit: vt ab annis cẽtum omnes reliquos commẽtatores excellerit. cui etiam principatus omnium conſenſu in eo datus eſt: vt eius commentum textui ſit appoſitum. ita Ioannem Andreæ Franciſcus zabarella in ſuo clemẽtinarum procemio commendat. Mea autem tempeſtate duos noui huius nominis non infimos ſcriptores. Alter eſt Ioannes Malleret doctor Pictauenſis regiuſq; apud Burdegalos ſenator: quo præceptore aliquando vſus ſum. Hic emiſit ſolennem tractatum de electione. Alter eſt Ioan. de Selua Lemouicus pariſiaco ſenatui nunc aſcriptus: qui celebrem edidit tractatum de beneficio: qui propter vberem eius ſynceramq; doctrinam ſic ſe commendat vt aliena non egeat commendatione. Taceo ꝙ ego huius nominis nunc ſcribam. Neq; enim ſcriptoribus aſcribi dignus. Vtinã autem alijs ſcribendi obtuliſſe argumentum habeat non indignus.

f ¶ Et erit tibi gaudium & exultatio. Monentur parentes non minus gratias agere deo pro ortu ſanctorum filiorum q̃ pro meritis. Non enim paruum munus dei eſt dare liberos propagatores generis & ſucceſſionis hæredes. Agant igitur parentes gratias/ quia genuerunt: filij/ quia generati: matres quia honorantur præmijs coniugij. Pro hac declaratione (q̃ eſt glo. ordi.) videtur quod ſecundum iura humana dictum eſt ſupra in verbo Filius. ſuper illud Sapientis. Ne iocunderis in filijs impijs ſi multiplicentur. vbi habetur de vtilitate prolis.

g ¶ Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ. Videatur quod dictum eſt ſupra. eodem. 3.

h ¶ Ego enim ſum ſenex: & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et ſic communi naturæ curſu filios ſperare nõ poſſumus. l. Si maior. De legi. hære. notatur in. l. Sancimus. C. de nup.

i ¶ Et ecce eris tacens. Intuitu ſacerdotij ei non parcitur dicit Chriſoſtomus ſed ob hoc plectitur amplius: quia circa fidem cæteris preeſſe debebat. prout etiam apud canoniſtas notat Panormitanus in Rubrica de ſumma trinitate & fid. catholic.

k ℭ Vt impleti sunt dies officij eius abijt in domum suam. Quia vicis suæ tempore: pontifices templi officijs mancipati/ non solum a complexu vxorum/ sed etiam a domorum ingressu abstinebant. Nostri autem sacerdotes quibus nō carnalis successio/ sed perfectio spiritualis q̄ritur: quotidie p̄sto esse debent altari: q̄bus perpetua castitas indicitur. Tex. est quo habetur hæc sententia (quam ponit hic glo. ordi.) in cap. Sacerdotibus. iuncto cap. Tenere debet. 31. distinct. & in. c. Recurrat. §. His ita. respondetur. versi. hinc etiam sacerdotibus. 32. q. 4.

eris tacens: & non poteris loqui vsq; in diem quo hæc fiant: pro eo ꝙ non credidisti verbis meis/ quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur ꝙ tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. & cognouerunt ꝙ visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis & permansit mutus. Et factum est vt [k] impleti sunt dies eius officij: abijt in domum suam.

ℭPost hos dies concepit Elizabeth vxor Zachariæ: & occultabat [l] se mensibus quinq;/ dicens. Quia sic fecit michi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Luc. 1. c.

ℭExurgens autem Maria in diebus illis/ abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iudæ/ & intrauit in domum Zachariæ/ & salutauit Elizabeth. Et factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth/ exultauit [m] infans in vtero eius & c. Et supra in verbo Elizabeth. Luc. 1. d.

ℭElizabeth impletum [n] est tempus pariendi: & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius: quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo: venerunt circuncidere puerum/ & uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit. Nequaq̄: sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant [o] autem patri eius/ quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit/ dicens. Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem illico os eius & lingua eius/ & loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum/ & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo/ dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto: & prophetauit [p] dicens. Benedictus dominus deus Israel: quia visitauit/ & fecit redemptionem plebis suæ & c. Luc. 1. f. & g. in princi.

ℭPuer crescebat & confortabatur spiritu: & erat in desertis vsq; in diem ostensionis suæ ad Israel. Luc. 1. in fi.

ℭInterrogabant Ioannem turbæ/ dicentes. Quid faciemus? Respōdens autem dicebat illis. Qui [q] habet duas tunicas/ det vnam non habenti: & qui habet escas: similiter faciat. Luc. 3. b. & f.

ℭVenerunt Publicani vt baptizarentur a Ioanne: & dixerunt ad illum. Magister quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nichil [r] amplius q̄ quod constitutum est vobis/ faciatis. Interrogabant autem eum & milites: dicentes. Quid faciemus & nos? Et ait illis. Neminem [s] concutiatis/ neq; calumniam faciatis: & contenti estote stipendijs vestris. Luc. 3. c.

ℭFuit homo missus a deo: cui nomen erat Ioannes. Hic venit in te- Luc. 1. a.

l ℭ Occultabat se mēsibus quinq; & c. Occultat: quia partꝰ sui erubescit ætatem: ne in senectute libidini vacasse videatur: quę etiā in iuuentute non debet exerceri/ nisi sobolis causa. & tamen lætatur carere opprobrio sterilitatis quia opprobrium est mulieribus non habere filios nō habere premia nuptiarum. Propterea ipsæ nuptiæ celebrantur & coitus carnalis/ in tempore congruo generationi excusatur. Hæc declaratio (quæ est Ambrosij per glo. ordi. citati) probatur per textum apertum in cap. Vir cū propria. 33. quæstione. 4. & in cap. Nerui. in fi. 13. distinc. iuncto. c. Pudor est fœminis nuptiarum premia non habere. 32. quæstio. 2.

m ℭ Exultauit infās in vtero eius. Quia lingua non poterat/ animo exultante salutat/ & suæ præcursionis officium inchoat/ quod postea prædicamdo demonstrat. capitu. Voluissent. in fi. de pœniten. distinct. 1. c. Hæc autem §. Ex his omnibus. paulo ante fiñ. 23. q. 4.

n ℭ Impletū est tempus pariēdi. Videatur quod istis verbis diffuse satis annotatū est in verbo Elizabet. vbi tempora gerendi partus numerata sunt.

o ℭ Innuebant patri eius. Cui (dicit Ambrosius) vt incredulitas affatum/ ita abstulerat anditum. Tametsi enim mutitas & surditas non se semper comitentur. Sepe tamen vbi mutitas est: ibi est & surditas/ & econtra. l. Discretis. in prin. C. qui de. testa. fa. pos.

p ℭ Et prophetauit. Magna largitas diuinæ pietatis. Ecce loquela quæ sola ablata est diffidenti/ cum spiritu prophetiæ restituta est credenti. Sæpe enim deus resurgenti maiorem q̄ antea habuerit gratiam cōfert. capitu. Fidelior. 50. distinct.

q ℭ Qui habet duas tunicas det non habenti. De duabus tunicis diuidendis datur præceptum: quia si vna diuidatur/ nemo vestitur in dimidia tunica: & nudus remanet qui accipit/ & qui dedit. Misericordiæ enim ipsius pro possibilitate humanæ conditionis seruetur mensura. vt non sibi vnusquisq; totum eripiat: sed quod habet cum paupere partiatur capi. In singulis. in fine. vbi habetur hoc dictum/ quod hic ponitur per glo ordina. 86. distinctio.

r ℭ Nichil amplius q̄ quod constitutum est vobis faciatis. Idest nichil pro vectigalibus accipite quod accipi non debeat. Et sic satis innuit statutorum vectigalium exactionem licitam esse. de quo dicetur in verbo Tributum.

s ℭ Neminem concutiatis neq; calumniam faciatis: & contenti estote stipendijs vestris. Videatur quod dictum est in verb. Contentus. in annotatione istorum verborum Contenti estote stipendijs vestris.

ss ¶Helias es tu? Et dixit. Non sum. Ex his verbis nobis quæstio valde implexa generatur. Alioquippe in loco dominus respondit. Si vultis scire: Ioannes/ipse est Helias. Requisitus autem Ioannes/dicit. Non sum Helias. Quomodo ergo propheta veritatis est: si eiusdem veritatis sermonibus concors nõ est. Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur: hoc quod inter se quodammodo contrarium sonuit/quomodo contrarium non sit/inuenitur. Ad Zachariam namq́ de Ioanne angelus dixit. Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ: quia scilicet sicut Helias secundum domini aduentum præueniet/ ita Ioannes præuenit primum. Sicur ille pcursor venturus est iudicis: ita iste præcursor factus est redẽptoris. Ioãnes igitur in spiritu Helias erat: in persona Helias non erat. Quod autem dominus fatetur de spiritu/hoc Ioannes denegat de persona. quia & iustum sic erat/vt discipulis dominus spiritualem de Ioanne sententiam diceret: & Ioãnes turbis carnalibus non de suo spiritu/sꝫ de suo corpore respoderet. Hęc declaratio est Gregorij in homilia. Pro qua facit textus allegatꝰ ꝯ eodẽ.ꝫ. vbi etiam de hac materia dictum est.

stimonium/vt testimonium perhiberet de lumine/ vt omnes crederẽt per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine.

Ioan.1.c.d. ¶Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannem: vt interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus est/ & non negauit. Et confessus est: quia nõ sum ego Christus. Quid ergo/Helias[s] [t]es tu? Et dixit: non sum. Propheta[t] es tu? & respondit/non. Dixeruut ergo ei. Quis es tu? vt responsum demus his qui miserũt nos. Quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamãtis in deserto/dirige viam domini: sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant/erant ex Pharisæis: & interrogauerunt eum/ & dixerunt. Quid ergo baptizas: si tu non es Christus/neq́ Helias/neq́ propheta? respõdit eis Ioannes/dicẽs. Ego [v] baptizo in aqua. medius autem vestrũ stetit/quem vos nescitis: ipse est qui post me venturus est/qui ante me factus est: cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamenti. Hęc in Bethania facta sunt trans Iordanem/ vbi erat Ioannes baptizans.

Ioan.1.d. ¶Vidit Ioannes Ihesum venientem ad se: & ait. Ecce [x] agnus dei: ecce [y] qui tollit peccata mundi. hic est de quo dixi: post me veniet vir qui ante me factus est: quia prior me erat/& ego nesciebam eum: sed vt manifestetur in Israel propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes dicens. Quia vidi spiritum descẽdentem [z] quasi columbam de cœlo/& mãsit super eum: & ego nesciebã eum: sed qui misit me baptizare in aqua/ille michi dixit. Super quem videris spiritũ descendentem/& manentem super eum: hic [a] est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi/& testimonium perhibui: quia hic est filius dei.

Ioan.1.e. ¶Altera die iterum stabat Ioannes/& ex discipulis eius duo: & respiciẽs Iesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei. Et supra Iesus.

Ioan.5.f. ¶Ioannes erat (dixit Iesus) Lucerna ardens & lucens.

Ioan.10.i fi. ¶Iesus abijt trans Iordanem/in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum/& mansit illic. & multi venerũt ad eum/& dicebãt. Quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quęcunq́ dixit Ioãnes/vera erant. Et supra Iesus.

Matth.4.d. **¶Ioannes euangelista.** ¶Vidit Iesus duos fratres Iacobum Zebedei & [b] Ioãnem fratrẽ eius in naui cum Zebedeo patre eorũ reficientes rhetia sua & vocauit eos. Illi autem statim relictis rhetibus & patre secuti sunt eum.

¶Hic Ioannes adfuit Christi transfigurationi. Vide in verbo Iesus. Matth.17.a.

¶Quia scriptura de Ioanne euãgelista persępe loquitur: vel sub nomine discipuli quem diligebat Iesus: vel sub appellatione filij Zebedei. Cętera quæ ipsum concernunt vide in verbo discipulus. Ioan.19.e.&.21.in fine. in verbo Iesus. Matthæi.20,c.&.26.c.&. Ioan.19.e.& in verb. Petrus. Ioã.21.g.

t ¶Propheta es tu? Non.s. Non sum is propheta quem me esse putatis. Respondet enim habita relatione ad suam & ipsorũ/qui eum interrogabant intentionem. Vnde tametsi hæc verba aliquid mendacij videntur includere: cum nedum ppheta/sed plusq̃ propheta esset: tamen apud deum nichil mendacij habent annexum. Diuina em̃ iudicia verba nostra talia foris audiunt/qualia ex intimis proferuntur. capi. Humanæ aures. in princip.22.q.5.& verba deseruiũt intẽtiõi/nõ autẽ intẽtio verbis. c. Secundo requis. de appel.

v ¶Ego baptizo in aqua. &c.s. non ita putetur audaciæ quod ago/quia corpora abluo aqua: non aufero peccata vt sicut nascendo & prædicando p̃cursor sum: ita & baptizando: sꝫ iste mediꝰ inter vos ẽ qui peccata tollit. capi. Nõ regenerabantur. cum ca. Nemo tollit. de cõs. dis.4.

x ¶Ecce agnus dei. Videatur ãnota. in verbo. Ihesus.

y ¶Ecce qui tollit peccata mũdi. Recurrat ad verbum Ihesus.

z ¶Descẽdentẽ quasi colũbã. Videat qd dictũ est ĩ verb. Ihesꝰ. Mat.3. vbi agit de baptismo Chri.

a ¶Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hinc dicit textus (de baptismate quod ab adultero/fure/vel alio criminoso confertur loquens) in cap. Secundum.19.dist. Per talium baptisma munus ad percipientem peruenit illibatum/quia vox illa quę sonuit per columbam. Hic est filius meus &c. Omnium maculam humanę pollutionis exclusit. Quod declaratur cum dicitur: hic est qui baptizat in spũsãcto & igne. Nam si visibilis solis istius radij eum per loca fœtidissima transeunt: nulla contactus inquinatione maculantur. Multo magis ipsius qui istum visibilem fecit virtus: nulla ministri indignitate polluitur. Et idem probatur in cap. Baptismus. in fi. de consecra. distin.4. vbi etiam hæc verba citantur.

b ¶Et Ioannem fratrem eius. Hic est Ioan. euangelista Marie Solomę verbiparę virginis sororis filius: qui gra-

Iocundari. Iocundus et Iocunditas.

¶Ecce q̄ bonum [c] / & q̄ iocundum habitare fratres in vnum. Psal.132.a.

¶Qui sibi nequam [d] est / cui alij bonus? & non iocundabitur in bonis suis. Eccl.14.a.

¶Ne iocunderis [e] in filijs impijs si multiplicētur &c. Et supra Filius. Eccl.16.a.

¶Qui [f] iocundatur in malicia / denotabitur. Eccl.19.b.

¶Iocūditas cordis hæc est vita hominis. & thesaurus sine defectione sanctitatis. & exultatio viri est longæuitas. Eccl.30.d.

Ionas.

¶Factum est verbum domini ad Ionam filium Amathi: Ione.1.a.
dicens. Surge & vade in Niniuem ciuitatem grandem & prędica in ea: quia ascendit malicia eius coram me. Et surrexit [g] Ionas vt fugeret in Tharsis a facie domini. Et inueniens nauem euntem in Tharsis. dedit naulum eius & descendit in eam. Dominus autem misit ventum magnum in mare / & facta est tempestas magna in mari: & nauis periclitabatur conteri. & timuerunt nautæ: & clamauerunt viri ad deum suum. & miserunt [h] vasa quæ erant in naui in mare / vt alleuiaretur ab eis.

¶Descendit Ionas ad interiora nauis: & dormiebat sopore graui. Ione.1.b.c.d.
Et accessit ad eum gubernator: & dixit ei. Quid tu sopore depri meris? Surge / inuoca deum tuum: si forte recogitet de nobis / & non pereamus. Et dixit vir ad collegam suum. Venite & mittamus sortes: & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt [i] sortes: & cecidit sors super Ionam. Et dixerunt ad eum. Indica nobis / cuius causa malum istud sit nobis. quod est opus tuum: quæ est terra tua / & quo vadis / vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego sum: & dominum deum cœli ego timeo: qui [k] fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno: & dixerunt ad eum. Quid hoc fecisti? Cognouerunt

wissim⁹ fuit & schismaticorū & hereticorū insectator. Quę eni de vitandis siue schismaticis siue hæreticis verbis docuit: factis exhibuit. prout est bo. tex. citans auctoritatem discipuli sui Policarpi in c. Ois.24.q̄st.1. de quo textu dictū est §. in verbo Aue. super illud apostoli. Qui dicit ei aue / communicat operibus eius malignis.

c ¶Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum. Videatur quod dictum est in verb. Frater.

d ¶Qui sibi nequam est. &c. Hæc sentētia corticetenus accepta mentē auari describit / qui de bonis proprijs lætari nequit: sed continua cunquirendorum bonorum in hiatione torquetur. cap. Sicut hi l prin.47. dis. Allegorice autem significat philosophos & hæreticos qui sine fide Christi congregant diuitias praui dogmatis: quæ nichil proficiunt eis / immo pœnā conferunt ęternam. cap. Omnem vim inuentorum suorum.37. dist. iuncto cap.3. de hęreti.

e ¶Ne iocunderis in filijs impijs si multiplicentur. Videatur quod istis verbis annotatum est in verb. Filius.

f ¶Qui iocundatur in malicia / denotabitur. Videatur textus allegatus §. in verb. Gloriari. super illud Psalmistę. Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate?

g ¶Surrexit Ionas vt fugeret &c. Putans q̄ iram dei vitare posset in alieno loco / si Iudæam relinquat. in qua solummodo deum notum putabat: & in hoc (dicit glo. interli.) imitatus est Cain qui a facie domini fugit: & cuius exemplo fugiunt a domini conspectu peccatores. capi. Et venit. vbi bonus text⁹. de pœniten. distin.1. & dictum est in verb. Cain.

h ¶Miserunt vasa quæ erant in naui in mare / vt alleuiaretur ab eis. Lege Rhodia cauetur vt si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus est / omnium contributione sarciatur quod pro omnibus datum est. l.1. ff. ad l. Rho. de iac. Vnde si nauis vrbis leuandæ causa (quia intrare flumen vel portum non potuerit cum onere) quædam merces in scapham traiectæ sunt: ne aut extra flumen periclitentur / aut in ipso ostio vel portu. eaq; scapha subuersa est: ratio haberi debet inter eos qui in naue merces saluas haberent / cum his qui in scapha perdiderunt: perinde tanq̄ si iactura facta esset. Idq; Sabinus lib.2. responsorum probat. Textus est ita dicens in l. Nauis onustæ. in princip. ff. eodem. Quod si iactu de naue facto / alicui⁹ res q̄ in naue remanserunt deteriores factæ sunt: videndum est an conferre cogendus sit. quia non debet duplici damno onerari: & collationis & q̄ res deteriores factæ sunt. Sed defendendum est hunc conferre debere. prout est tex. satis diffusus / modū quo hoc casu conferri debet declarans. in d. l. Nauis onustæ. §. Cum autem. ff. ad l. Rho. de Iac. Res autem quæ iactuntur / si postea apparuerint vel exaustæ fuerint: exonerabitur collatio. debent enim eis quorum erant restitui. & damni ex iactatione illati fiet æstimatio. Non autem tales res efficiuntur apprehendentium: quia per iactum ex necessaria causa factum / non fuerunt habitæ pro derelictis. l.2. §. fi. & l. Qui leuandæ. ff. eodē. & §. fi. institu. de re. di. Nisi forsan ex modo iactandi aliud esset præsumendum: vt quia liber apertus fuisset proiectus. tunc enim videretur habitus pro derelicto. l. Falsus. §. Si iactum. ff. de furtis. Et notat Panormi. in cap. Cum dilecti. super glo. in verb. Dilapidatione. de accusa. De rebus vero quę ex naufragio perduntur: an efficiantur occupantium / textus est in auten. Nauigia. C. de furtis: dicens. Nauigia quocūq; loco peruenerint: si quocūq; casu contingente rupta fuerint / vel alias ad terram peruenerint; tam ipsa nauigia q̄ nauigantium bona / illis integre reseruentur ad quos spectabant anteq̄ nauigia huiusmodi periculum incurrissent: sublata penitus omnium locorum consuetudine / quę huic aduersatur sanctioni: nisi talia sint nauigia quę pyraticam exerceant prauitatem: aut sint nobis aut Christiano nomini inimica. & in capi. Excommunicationi.1. respon. de rapto. vbi dicitur. Illi qui Christianos naufragium patientes: quibus secundum regulam fidei auxilio esse tenētur: damnata cupiditate spoliant rebus suis. nisi ablata reddiderint excommunicationi se nouerint subiacere. Hęc ibi. Olim tamen lege Rhodia (sic dicta a Rhodo insula in qua antiquitus magnus mercatorum vsus fuit) naufragium patientes licitum erat spoliare. Textus est cum glo. in cap. Rhodię leges.2. distin.

i ¶Miserunt sortes / & cecidit sors super Ionam. Q: hic fugitiuus sorte deprehenditur / non agitur virtute sortium sed voluntate dei. Non ergo hoc exemplo debemus credere vel vti sortibus: quia priuilegia singulorum non possunt legem facere commvnem. Tex. est in cap. Non exemplo (vbi hęc verba quę sunt glo. ordi. hic ponuntur.) 26. quęst.2. & idem probatur in c. Non statim. eadē causa. & q.

k ¶Qui fecit mare & aridā. Cū confiteaī creatorē maris: & aridę: cur aridā relinquēs arbitraī se conditorē maris in mari posse vitare? Recogitare poti⁹ debuit & dicere. Si ascēdero in cœlū tu ib

lic es: si descendero in infernũ ades. Vnde & super eo versu posuit Anselmus hoc distichõ. Quo fugis enchatade quascũq; accesseris oras. Sub ioue semp eris: bene fac si viuere q̃ris. glo. est hęc dicta ponens in c. Et venit. i verbo abscondi. de pœnitentia disti. 1.

l ℭ Tollite me & mittite in mare. Fatetur crimen morte dignum: & confessioni suę/ maresęuiens/ ipsius p sortem depræhensio/ & futura maris quietatio astipulãtur. Vnde recte missus in mare videtur iure humano cõsiderato. Vbi eñ cũ cõfessione mortiferum crimẽ fatentis alia adsunt adminicula/ stari põt illi confessioni. prout est bo. tex. in l. Qui sententiam. C. de pœnis. & notatur in l. 1. §. Si quis vltro. ff. de quæstio.

enim q; a facie domini fugeret/ quia indicauerat eis Ionas: & dixerũt ad eum. Quid faciemus tibi: & cessabit mare a nobis? Et dixit ad eos. Tollite [l] me/ & mittite in mare: & cessabit mare a vobis. Scio enim ego: quoniã propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridam/ & non valebant: quia mare ibat & intumescebat super eos. Et clamauerunt ad dominum: & dixerunt. Quæsumus domine/ ne pereamus in anima viri istius: & ne des super nos sanguinem innocentẽ: quia tu domine sicut voluisti fecisti. Et tulerunt Ionam & miserunt in mare: & stetit mare a feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dominum: & immolauerunt hostias domino & vouerunt vota.

Ionæ. 2. c. integrum. ℭ Pręparauit dominus piscem grandem vt deglutriet Ionam. Et erat Ionas [m] in vẽtre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad dominũ deũ suum de vtero piscis: & dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dominum: & exaudiuit me. De ventre inferi clamaui: & exaudisti vocem meã. Et proiecisti me in profundum in corde maris: & flumen circundedit me. Omnes gurgites tui/ & fluctus tui super me trãsierunt. Et dixi. Abiectus sum a facie oculorum tuorũ. verũtamen rursus videbo templum sanctũ tuum. Circũdederunt me aquæ: vsq; ad animam abyssus vallauit me: pelagus operuit caput meum. Ad extrema mõtium descendi: terræ vectes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitam meam/ domine deus meus. Cum angustiaretur in me anima mea: domine recordatus sum/ vt veniat ad te oratio mea/ ad templum sanctum tuum. Qui [n] custodiunt vanitates/ frustra misericordiam suam derelinquẽt. Ego autẽ in voce laudis immolabo tibi: quæcunq; voui pro salute mea domino. Et dixit dominus pisci. Et euomuit Ionam in aridam.

Ionę. 3. c. totum. ℭ Factum est verbum domini ad Ionã secundo/ dicens. Surge & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prędica in ea prædicationẽ quam loquor ad te. Et surrexit Ionas/ & abijt in Niniuen iuxta verbum domini. Et Niniue erat ciuitas magna/ itinere trium dierum. Et cœpit Ionas ĩtroire ciuitatẽ itinere diei vnius/ & clamauit/ & dixit. Adhuc [o] quadragita dies: & Niniue subuertetur. Et crediderũt viri Niniuitæ in domino: & prædicauerunt ieiunium. & vestiti [p] sunt saccis a maiore vsq; ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue. Et surrexit de solio suo/ & abiecit vestimentũ suũ a se: & indutus est sacco/ & sedit in cinere: & clamauit & dixit. In Niniue ex ore regis & principum eius: dicens. Homines [q] & iumenta & boues & peccora non gustent quicq̃/ nec pascantur/ & aquam non bibant: & operiantur saccis homines/ & iumenta/ & clament ad dominum in fortitudine: & conuertatur vir a via sua mala/ & ab iniquitate quæ est in manibus

m ℭ Et erat Ionas in ventre cete trib⁹ diebus & tribus noctibus. Sic fuit Christus in ventre terræ trib⁹ diebus & tribus noctibus. Declarando vt dictum est i verbo Ihesus.

n ℭ Qui custodiũt vanitates/ frustra misericordiam suam derelinquunt. Cum omnia sint vanitas/ oẽs faciunt vanitatem: non oẽs tamẽ custodiũt. Solis ergo custodientibus vanitatem id est in vanitate criminũ perseuerantib⁹: tãq̃ derelinquentibus eum q̃ misericordia ẽ: denegat misericordia. Pro hoc dicto qđ est de mẽte glo. or. est bo. tex. i c. fina. §. Charitas aũt. ibi: omnis homo mẽdax/ & vanitati similis factus dicitur. de pœ. dist. 2. iuncto c. fi. in fi. ibi qui impœnitẽs moritur/ oĩno moritur & ęternaliter cruciatur. de pœni. dist. 7.

o ℭ Adhuc quadragita dies & Niniue subuertet. Hęc erat diuina sententia/ quæ tñ postea Niniuitis agẽtibus pœnitentiã immutata est. Vnde videant tex. in c. Vnusquisq;. in fi. in cap. Incõmutabilis. & in c. Non semper. 22. q. 4. & alij allegati s̃. in verbo deus. super illđ Exodi. Non est deus vt homo vt mentiat: neq; vt fili⁹ hominis vt mutet. & addatur tex. de Niniuitis loquens i c. Voluissent §. Deniq;. versi. Niniuitæ. de pœni. distin. 1. vbi dicitur. Niniuitæ cum audirent adhuc. xl. dies/ & Niniue subuertetur: ex edicto regis & principum/ pœnitentiã egerunt dicentes. Quis scit si cõuertatur & viuat & ignoscat deus: & relinquat post se benedictionem? Hac humilitate & satisfactione/ iminentem subuersionem euadere meruerunt: quorum exemplis euidenter ostenditur q; nullus a deo consequatur veniam nisi primum satisfecerit sibi per pœnitentiam. Hæc ibi.

p ℭ Vestiti sunt saccis a minore vsq; ad maiorẽ. Quia (dicit glo. interli.) null⁹ sine peccato/ nec infans vni⁹ diei. put etiam post Iacobum dicit tex. in c. Si enim §. Eligat. de pœni. dist. 2.

q ℭ Homines & iumenta/ boues & pecora non gustent quicq̃. i. nedũ rationales sed & stulti: & nedũ prudẽtes: sed & simplices ieiunent. Hanc declarationem ponit glo. interli. circa quam posset hęsitari: an istud sit necessitatis in ieiunijs indictis ab ecclesia: vt scilicet nedum mali/ sed & boni & recte ac scđm deum viuẽtes ieiu-

nent. in qua dubitatione videt Panor. tenere ꝙ non: dum dicit ꝙ sufficit ꝙ non ieiunans non offendat finē propter quē ieiunia videntur esse instituta. Ita sentit Panor. in cap. Quoniam contra falsam. in vlti. no. de proba. Verius tamen est ꝙ imo omnes tenentur: quia potuit præcipiens ex multis causis moueri: & cū leges constitutæ sunt nō licet. de ipsis sed scdm ipsas iudicare. c. In istis. 4. dist in. Ita dominus meus Decius/ qui diffusius loquitur in d. cap. Quoniam. in vltimo notabili.

eorum. Quis [r] scit si conuertatur & ignoscat deus: & reuertatur a furore iræ suæ & non peribimus? Et vidit deus opera eorum: quia conuersi sunt de via sua mala / & misertus [s] est deus super maliciā quam locutus fuerat/ vt faceret eis & non fecit.

¶ Afflictus est Ionas afflictione magna/ & iratus est: & orauit ad dominum/ & dixit. Obsecro domine: nunquid non hoc est verbum meū cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharsis. Scio [t] enim quia tu deus clemens & misericors es: patiens & multæ miserationis / & ignoscens super malicia. Et nunc domine tolle quæso animā meā a me: quia melior est michi mors q̄ vita. Et dixit dominus. Putasne bene irasceris tu? Et egressus est Ionas de ciuitate / & sedit contra orientem ciuitatis. Et fecit sibimet vmbraculum ibi: & sedebat subter illud i vmbra/ donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit dominus hederam & ascendit super caput Ionæ: vt esset vmbra super caput eius & protegeret eū. Laborauerat enim. & lætatus est Ionas super hedera letitia magna. & parauit deus vermē ascēsu diluculi in crastinum: & percussit hederam/ & exaruit. Et cum ortus fuisset sol/ præcepit dominus vento calido & vrenti: & percussit sol super caput Ionæ/ & æstuabat. Et petiit animæ suę vt moreretur. Et dixit. Melius est michi mori q̄ viuere. Et dixit dominus ad Ionā. Putasne bene irasceris tu super hederam? Et dixit. Bene irascor ego vsq ad mortem. Et dixit dominus. Tu doles super hederā in qua non laborasti/ neq fecisti vt cresceret: quę sub vna nocte nata est/ & sub vna nocte periit. Et ego [v] nō parcam Niniue ciuitati magnæ: in qua sunt plus q̄ centū viginti milia hominum/ qui nesciūt quid sit inter dexteram & sinistram suam/ & iumenta multa. Ionæ.4.c. totum.

Ionathas.

¶ Vide supra in verbo Dauid.

Ioseph filius Iacob filii Isaac.

¶ Recordatus est dominus Rachelis vxoris Iacob/ & exaudiuit eam/ & aperuit vuluam eius: quæ concepit & peperit filium/ dicens. Abstulit deus [x] opprobrium meum: & vocauit nomen eius Ioseph. Gene. 30. c.

¶ Ioseph cum sedecim annorum esset/ pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer: & erat cum filiis Balæ & Zelphę vxorum patris sui: accusauitq fratres suos apud patrem crimine pessimo. Gene. 37. a.

¶ Israel seu Iacob [y] diligebat Ioseph super omnes filios suos: eo ꝙ in senectute genuisset eum / fecitq [z] ei tunicam polymitam. Ge. 37. a. bc

r ¶ Quis scit si conuertat & ignoscat de⁹. &c. Videatur quod annotatum est his verbis in verbo ignoscere.

s ¶ Et misertus est. &c. Recurrat ad annotationem factā s. eodē. o.

t ¶ Scio dñe q̄a tu deus clemens & misericors es. &c. Hinc dicit Augu. Quia diuinitatis natura est clemēs & pia: magisq ad indulgentiā q̄ ad vindictā prona: q̄a non vult mortē peccatoris/ sed vt cōuertatur & viuat: si quis post lapsum peccatorum ad verā pœnitentiam se conuertit/ cito a misericorde iudice venia impetrabit. c. Quia diuinitatis. vbi hęc sententia Aug. ponitur. de pœ. dist. 1.

v ¶ Et ego nō parcam Niniue ciuitati in qua sunt. &c. Pepercit ergo dñs Niniue ciuitati propter puulos & innocentes in ea existētes: cū tñ Sodomam deleuerit nulla paruulorum habita ratiōe. Quid ergo diuersū? Dici pōt q ratione quadruplici pepercit domin⁹ Niniuitis. Prima ꝑpter misericordiā suā quā ex inscrutabili suo iudicio vni dat & alteri non dat. Hunc enim humiliat/ & hunc exaltat: quia calix in manu dñi vini meri plen⁹ mixto. Pro hac rōne est textus apertus Augu. in c. Si ex bono. i pri. de pœ. dist. 4. & in c. Nabuchodonósor. 23. q. 4. Secundo propter pœnitentiā & morū conuersionem. ꝑvt hic diffuse habetur in textu. & in c. Voluissent. §. Niniuitę. & in c. q̄obrem. paulo post pri. de pœni. distin. 1. Tertio propter Iudęorum & populi Israel partem/ quæ tunc exul erat in ciuitate Niniue qui boni erant & deū diligentes ac p̄dicantes. Vñ ipsorū merita cęteris malis ꝓfuerunt. Quādoq em̄ quis per alium consequitur/ qđ ex se ipso consequi non posset. l. Si cōmunē. ff. quēad. serui. amit. Et quarto ꝓpter paruulos quorū dñs innocentiā voluit respicere. ꝑut etiā in punienda vniuersitate/ habet nonnūq innocentię paruulorū rō. c. Romana. §. Vniuersitatis. de sen. excō. lib. 6. Has rōnes (quas iuribus confirmaui) ponit frater Io. Raulin⁹ in sermonibus suis quadragesimalibus. sermone. 3. col. ff.

x ¶ Abstulit deus opprobrium meum. Declara vt in supⁱ dictū est s. in verb. Io. baptista. t.

y ¶ Israel diligebat Ioseph sup oēs filios suos: eo ꝙ in senectute genuisset eū. Ioseph vn⁹ ex. 12. filiis Iacob prę cæteris patri dilectus. Chrm significauit (dicit glo. or.) quē deus pater secundū carnē datū: cæteris fratrib⁹ ex Abrahę stirpe ꝓgenitis prętulit. De eo qppe dixit. Hic est filius meus dilectus in quo michi bñ cōplacuit ipm audite. c. ff. de conse. dis. 3. Vñ amabat eū Iacob eo ꝙ in senectute genuisset eū. Senescēte em̄ mūdo filius dei de virgie natus fuit/ dicit iex. in epistola. Reddentes honorem. §. Et qm. ibi: in vltimis dieb⁹. C. de sum trinitate.

z ¶ Fecitq ei tunicam polymitam. Ioseph qui inter fratres vsq in finem iustus perseuerasse describit sola

talarē tunicā habuisse perhibetur. Nam quid est talaris tunica nisi actio consummata? Quasi enī protensa tunica/ talū corporis operit:cū bona actio ante dei oculos/vsq ad vitę nos terminū tegit. Hinc ē q p Moysen caudam hostię in altari offerre pręcipimur: vt videlicet omne bonū quod incipim⁹/etiā perseuerantiæ fine cōpleamus. Circa hoc dictū(quod Gregorij est in primo lib.moraliū. versi. si.)notet text⁹ sumptus ex Ezechiele in c. Si auerterit.& in c. Si refugientes. de pœ.dist.4.vbi ostēditur iustitiam priorē non prodesse/si posteriora fuerint iniustitiæ sordibus maculata. Qualis ei qsq hinc exit/talis iudicabitur. dicit textus in cap. Qualis.25.dist. Erat autē hęc tunica talaris polymita.i.varietate colorum distincta: quā & oipotens pater dedit filio suo/dādo quidē quosdā apl'os/quosdā aūt pphetas/alios vero euangelistas/alios pastores & doctores. Ita de hac veste polymita loquitur Bernar. in apologia sua ad Vuillermū abbatē Cluniacensem.folio.1. col.2. Circa quā videri pōt tex.(hanc varietatē apostolorū/ prophetarum/ euangelistarū/& doctorum ponens)in c. Cū ex iniuncto. circa prin.& i c.Sicut in vno. de hære.

Videntes [a] autem fratres eius quia a patre plus cūctis filijs amaretur: oderant eum/ nec poterant ei quicq̄ pacifice loqui. Accidit [b] quoq vt visum somnium narraret fratribus suis: quę causa/ maioris odij seminarium fuit: dixitq Ioseph fratribus suis. Audite somnium meum quod vidi. Putabam [c] nos ligare manipulos in agro;& quasi consurgere manipulū meum & stare: vestrosq manipulos circūstātes adorare manipulum meum. Respōderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris;aut subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorū atq sermonum/inuidiæ & odij fomitē fratribus ministrauit. Aliud quoq vidit somniū quod narrās fratrib⁹ ait. Vidi per somnium/quasi solem & lunam & stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo & fratribus retulisset:increpauit eū pater suus/& dixit. Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant igitur ei fratres sui. Pater vero rem tacitus considerabat.

Gene.37.d. ¶Ioseph perrexit post fratres suos pascentes gregem patris sui. Qui cum vidissent eum procul/anteq accederet ad eos cogitauerunt illum occidere;& mutuo loquebantur. Ecce somniator venit;venite occidamus eum/ & mittamus in cisternam veterem: dicemusq fera pessima deuorauit eum. & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hæc Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum; & dicebat. Non interficiamus animam eius/nec effundamus sanguinem eius;sed proijcite in cisternam veterem quę est in solitudine;manusq vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat volēs eripere eum de manibus eorum:& reddere patri suo.

Gene.37.e.f.g. ¶Confestim vt Ioseph peruenit ad fratres suos: nudauerūt [d] eū tunica talari & polymita. Miseruntq eum in cisternam veterem: quæ nō habebat aquam. Et sedentes vt comederent panem;viderunt viatores Ismaelitas venire de Galaad; & camelos eorum portantes aromata/ & resinam & stacten in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus suis.

a ¶Videntes fratres eius: q a patre plus cunctis filijs amaret oderant eū/nec poterant ei quicq̄ pacifice loqui. Fratres Chri scdm carnē Iudæi/de quorū cognatione carnem suscepit (vt ē bo.tex.in c. Cū igitur.§. Hac itaq. versicu. Est & alia causa. ibi: qui sibi carnis ppinquitate erat coniunct⁹.35.q 1.)quia videbāt q gratia virtutū in eo fiebat/quod testabatur patris pręcipuam dilectionem. Eos enī deus plus diligere præsumitē quibus plus perfectiōis tribuit(dicit glo. I cap. Principium. in verb varia.de pœni.dis.2.)Inuidebant nec poterant ei quicq̄ pacifice loqui/ sed varijs contumelijs eum afficiebāt. c. Suggestū ē. versi. Ideo fratres.7. q.1.& virtutes suas calumniātes/eū in pncipe dęmoniorū dęmonia eijcere blasphemabant.§.1.21.dist.

b ¶Accidit quoq vt visum somniū referret fratrib⁹ suis, &c. Siquis contēdat in eo/q somnia sua Ioseph adhuc adolescentulus narrabat: quorū tunc mysteriū ignorabat vanitatem posse notari. Ego tn mysterio magis siue simplicitati pueri deputandū arbitror/q̄ vanitati. Quę tamen(si qua fuit)per ea quę passus legitur/potuit expiari. Nōnullis enī/aliqua aliquando de se per reuelationem iocunda monstrant: quę etsi humanus animus absq vlla vanitate scire non pōt/ non minus ideo eueniet qd monstratum est: sic tamē vt illa vanitas impunita non sit/ qui de magnitudine reuelationis aut permissionis in se vel leuiter exaltauit. Sicut enī medicus nō solum vnguento/sed igne vtitur & ferro:quo omne qd in vulnere sanādo superfluum excreuerit secet & vrat/ne sanitatem quæ ex vnguento procedit impediat: sic medicus animarū deus/huiusmodi animę procurat tētationes/immittit tribulationes/quibus afflicta & humiliata; gaudium vertat in luctum/ & reuelationem putet illusionem. Vnde fit: vt & vanitate careat/ & veritas reuelationis non pereat. Sic Pauli extollentia p stimulos carnis opprimitur:& ipse reuelationibus crebris attollitur. Sic zacharię infidelitas/linguæ obligatione mulctatur: & angeli veritas suo in tempore manifestanda non mutatur. Hæc tota sententia est Bernardi in suo tractatu de gradibus humilitatis/in primo gradu.e.fi. Circa quam videātur quę de somniorum vanitate dicētur in verbo somniū.& bo. tex (de iustorum tribulatione p omnimoda ipsorū expiatione & virtutum luarū tuitamine loquens)in d.c.Non omnis. versi. Quis nos pōt.5.q.5.& in c. Quid ergo.circa me.de pœ.dist.3.

c ¶Putabam nos ligare manipulos. &c. Hoc spiritualiter in Christo impletum est. Vnde adorabūt eum omnes reges/omnes gentes seruient ei. Et in noie Ihesu omne genu flectatur/cœlestiū/terrestriū & infernorū. cap. Decet domum.de immu. eccle.lib.vj.

d ¶Nudauerunt eum tunica talari & polymita:miseruntq in cisternam veterem quæ nō habebat aquā. Sic Christus expoliatus carne humana missus est in cisternam.i.descendit in infernum seu limbum/in quo non erat aqua: id est refrigerium diuinæ visionis.prout post Albericum de Rosate dictum est s.in verbo infern⁹.

e ℂ Acquieuerunt fratres sermonibus eius & prætereuntibus Madianitis. &c. Sic Christus a fratribus repulsus/ a gentibus fidei merito est acquisitus. d. c. Cum igitur. §. Hac itaq͂. versi. Deinde in cæcitate suæ perfidiæ. 35. quæstione prima.
f ℂ Vendiderunt viginti argenteis. Ioseph per Iudæ consiliũ distrahit. & Christus per consiliũ Iudæ Scariothis venundatur. c. Qui studet. versi. Iudas. 1. q. 1.

Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum: & cælauerimus sanguinē ipsius. Melius est vt vendatur Hismaelitis: & manus nostrę non polluatur. Frater enim/ & caro nostra est. Acquieuerunt [e] fratres sermonibus illius: & pretereuntibus Madianitis negociatoribus: extrahentes eum de cisterna vendiderunt [f] eum Hismaelitis negociatoribus viginti argenteis: qui duxerunt eum in Aegyptum. Reuersusq͂ Ruben ad cisternam/ nō inuenit Ioseph: & scissis vestibus reuersus ad fratres ait. Puer non comparet: & ego quo ibo. Tulerunt autem tunicam eius: & in [g] sanguine hedi quem occiderant tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem: & dicerēt. Hanc inuenimus: vide an tunica filij tui sit/ an non? Quam cũ cognouisset pater: ait. Tunica [h] filij mei est. Fera pessima deuorauit Ioseph. Scissisq͂ vestibus īdutus est cilicio/ lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius: vt lenirent dolorem patris/ noluit cōsolationem accipere: sed ait. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegypto Putiphari eunucho Pharaonis magistro militum.

ℂ Inuenit Ioseph gratiam corā domino suo/ & ministrabat ei: a quo Gene. 39. a.
præpositus omnibus gubernabat creditā sibi domũ/ & vniuersa quæ ei tradita fuerant. Benedixitq͂ dominus domui Aegypti propter Ioseph: & multiplicauit tam in ædibus/ q̃ in agris cunctam eius substātiam: nec quicq̃ aliud nouerat nisi panem quo vescebatur.

ℂ Erat Ioseph pulchra facie & decorus aspectu. Post multos itaq͂ dies Gene. 39. b. vsq͂ ad finē.
iniecit domina [i] sua oculos suos in Ioseph: & ait. Dormi mecũ. Qui nequaq̃ [k] acquiescens operi nefario: dixit ad eā. Ecce dominus meus/ omnibus michi traditis ignorat quid habeat in domo sua: nec quicq̃ est q͂ non in mea sit potestate vel non tradiderit michi/ præter te quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malum facere: & peccare in dominum meũ? Huiuscemodi verbis per singulos dies loquebantur: & mulier molesta erat adolescenti. Et ille [l] recusabat stuprum. Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domũ/ & operis quippiam absq͂ arbitris faceret: & ipsa apprehensa lacinia vestimēti eius diceret. Dormi mecum. Qui relicto [m] in manu eius pallio: fugit & egressus est foras. Cumq͂ vidisset mulier vestem in manibus suis/ & se esse contemptam: vocauit ad se homines domus suæ & ait ad eos. En introduxit virum hebræũ/ vt illuderet nobis. Ingressus est ad me vt coiret mecũ.

g ℂ In sanguine hedi quē occiderant tinxerunt. Sic & Iudęi Christi vitam infamare nitebantur: dicentes. q͂a Samaritanus es & dęmoniũ habes. c. Nonne benedicimus. de præsump.
h ℂ Tunica filij mei est. Sic & testimoniũ p̄hibuit Christo oīpotēs pater dicens. Hic est filius meus. d. c. si. de cōsecra. distin. 3.
i ℂ Domina sua. i. vxor Putiphari eunuchi Quomodo aũt vxorē habebat q eunuchus erat: proindeq͂ rei vxorię operam dare non poterat? Sed q͂dā sunt eunuchi nō vtroq͂ s3 altero tm̄ genitali carētes q possunt generare. l. Pōponius. cum l. se. ff. de edi. edic. & notatur per do. meũ Iaso. in §. Sed & illud. institu. de adop.
k ℂ Qui nequaq̃ acquiescens operi nefario dixit ad eam. Ecce dñs meus &c. Qui mũdi successibus eleuatus/ luxuria se tētari sentit: si Ioseph ad memoriā reuocat in arce se castitatis seruat: qui dũ sibi a dña conspiceret pudicitiæ damna suaderi: ait. Ecce dominus meus &c. Quibus verbis ostēdit: q͂a bona quæ assecutus fuerat/ repēte memoriæ intulit: & malũ quod se pulsabat/ uicit: & quia perceptæ gratiæ meminit/ vim culpæ imminētis fręgit. Cum eñ voluptas lubrica tentat in prosperis. hęc ipsa sunt prospera aculeo tētatiōis opponēda/ vt eo erubescamus praua cōmittere: quō nos a deo meminimus gratuita dona recepisse: & illatam gratiam exteriorum munerũ vertamus in arma virtutũ/ vt sint ante oculos q̃ percepimus/ & quę nos illiciunt iudicamus. Quia eñ voluptas ipsa ex p̄speritate nascitur/ eiusdem p̄speritatis est consideratione feriēda: quatenus hostis noster vnde oritur/ inde moriatur. Considerandũ quippe est ne acceptũ munus vertamus in vitiũ/ ne per fauorē vitę nos absorbeat vorago nequitię. Irā nāq͂ cōtra nos superni iudicis inextinguibiliter accendimus/ si contra benignitatē illius etiam ex ipsa sua largitate pugnamus. Hæc tota sententia est Gregorij in tertio libro moraliũ. versi. 37. Circa quā notes tex. ex Osee p̄pheta sumptus. in c. Vę eis. de pœ. dist. 4. dũ ibi dr̃. Vę eis qui recesserunt a me/ q̃m vastabunt: quia præuaricati sunt in me. Ego tamē redemi eos: & ipsi locuti sũt contra me mendacia/ & non clamauerũt ad me in corde suo/ sed vlulabant in cubilibus suis/ sup triticũ & vinum ruminabāt: & recesserunt a me/ & tamē ego erudiui eos & confortaui eos/ & confortaui brachia eorũ/ & in me cogitauerunt maliciam. Hęc ibi. vbi glo. in verb. Ruminabant dicit tales increpari: quia abũdātiā rerũ quā habebant nō ad deũ referentes/ sæpius ad voluptatē/ q̃ ad fauces reuocabant/ vt inde delectabilius pascerēt: nichil nisi cibos & luxurias quęrentes.
l ℂ Ille recusabat stuprũ. Stuprum p̄prie virginũ est illicita defloratio. c. 2. §. Stuprũ. 36. q. 1. Quādoq͂ tñ largius sumit pro actu sc3 carnali cũ vidua. l. Inter stuprum. ff. de verb. si. & q̃nq͂ etiā p̄ adulterio. put hic sumit. & in c. Nemo. in pri. 32. q. 4. & notat glo. in d. c. §. stuprum.
m ℂ Relicto in manu eius pallio fugit/ & egressus est foras. Allegorice dũ synagoga Christum purũ hominē

credens/adulterino cōplexu constringere voluit: ipse tegimen literę oculis eius obiecit. Et ad cognoscendi di-
uinitatis potentiā conspicuum se gentibus præbuit. Hæc allegorica declaratio est Gregorij in secundo lib. mo-
ralium. versi. 69. in prin. pro qua facit tex. s. allegatus in c. Cum igitur §. Hac itaq. versi. deinde 35. q. 1.
n ¶ Iratus est valde. Nec id quidem iniuria/ si verbis vxoris veritas respōdisset. Quid enim marito grauius
vxoris adulterio? l. Codicillis. §. Instituto. ibi. sed & alia michi deteriora fecit. ff. de leg. 2. & dictū est s. in verb.
adulter. c.

Cumq ego succlamassem & audiuit vocē meā: reliquit palliū quod tenebam/ & fugit foras. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum: & ait. Ingressus est ad me seruus hebræus quem adduxisti vt illuderet michi. Cumq audisset me clamare: reliquit palliū quod tenebam & fugit foras. His auditis & nimium credulus verbis cōiugis/ iratus [n] est valde: tradiditq Ioseph in carcerem vbi vincti regis custodiebantur. & erat ibi clausus. Fuit autem dominus cum Ioseph & misertus est illius: & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui [o] tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebantur: & quicquid fiebat/ sub ipso erat: nec nouerat aliquid cunctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo: & omnia opera illius dirigebat.

Gene. 40. toto capite. ¶ Ioseph duorum vinctorum/ pincernæ scilicet regis Aegypti & pistoris/ interpretatus est somnia: & tamē omnibus prospere succedentibus prępositio pincernarum/ oblitus est interpretis sui. vbi diffusius de dictis somnijs/ & eorum interpretatione videri potest.

Ge. 41. d. e. f ¶ Ioseph Pharaonis Aegypti regis somnium declarans/ dixit. Ecce septē anni fertilitatis magnæ venient in vniuersa terra Aegypti: quos sequentur septē anni alij tātæ [p] sterilitatis/ vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia. Consumptura est enim fames omnem terram: & vbertatis magnitudinem/ perditura est inopiæ magnitudo. Quod autem vidisti secundo: ad eandem rem pertinens somnium firmitatis indiciū est. eo q fiat sermo dei/ & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex virū sapiētem & industrium: & pręficiat eū terræ Aegypti/ qui constituat prępositos per cunctas regiones: & quintam partē fructuum per septem annos fertilitatis/ qui iam nunc futuri sunt/ congreget in horrea: & omne frumētum sub Pharaonis potestate condatur: serueturq in vrbibus/ & præparetur futuræ septem annorum fami/ quæ oppressura est Aegyptum: & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consiliū & cunctis ministris eius. Locutusq est ad eos. Num inuenire poterimus talem virum/ qui spiritus dei plenus sit. Dixit ergo ad Ioseph: quia ostendit tibi deus omnia quę locutus es: nunquid sapientiorem & similem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam: & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tantum regni solio te pręcedā. Dixitq rursum Pharao ad Ioseph. Ecce [q] constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tulitq annulum de manu sua/ & dedit eum in manu eius: vestiuitq eum stola bissyna/ & collo torquē auream circūposuit. Fecitq eum ascendere super currum suum secundum: clamante pręcone vt omnes coram eo genu flecterent: & prępositū esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoq rex Aegypti ad Ioseph. Ego sum Pharao: absq tuo imperio/ non mouebit quisq manum aut pedem in omni terra Aegypti. vertitq nomē eius & vocauit eum lingua Aegyptiaca/ saluatorem mundi. Deditq illi vxorem Assenech filiam Putifaris sacerdotis Heliopoleos.

Gene. 41. g. ¶ Egressus est itaq Ioseph ad terram Aegypti. Trigita autem annorum erat Ioseph quādo stetit in cōspectu regis Pharaonis: & circuiuit omnes regiones Aegypti. Venitq fertilitas septem annorū: & in manipulos redactæ segetes/ congregatæ sunt in horrea Aegypti. Omnis

o ¶ Qui tradidit in manu ipsius vniuersos vinctos. &c. An principi carceris licuerit hoc facere. Videatur bo. text. in l. Nō est facile. ff. de custo. reo. vbi di. Nō est facile tyroni custodia credenda. Nā ei prodita is culpę reus est/ qui eā cōmisit. nec vni sed duobus custodia cōmittenda est. Hęc ibi.

p ¶ Tātę sterilitatis/ vt obliuioni tradatur cuncta retro abūdātia. Hoc casu quādo vbertas a sterilitate superatur/ debet iure humano/ solitæ mercedis remissio fieri colonis/ seu conductoribus agroꝝ (docente Grego. ix. in c. Propter sterilitatē de loca.) Propter sterilitatē afficientē magno incōmodo cōductores colonis pro rata pensionis remissio est faciēda: nisi cum vbertate pcedentis vel subsequētis anni valeat sterilitas cōpensari. Vnde dicit tex. in l. Licet. C. de loca. Licet certis annuis qtitatibus fundū conduxeris/ si tamen expressum nō est/ vt si cum lue tēpestatis/ vel alio cœli vitio accidissent dāna/ ad onus tuum pertinerent: & quæ euenerunt sterilitates/ vbertate aliorum annorū repensatę nō pbabūtur. Rationem tui iuxta bonā fidem haberi recte postulabis. Hęc ibi. Dicitur aūt sterilitas vbertatē superare/ qtū ad hoc vt hæc remissio fieri debeat/ qn habita vbertatis & sterilitatis ratiōe/ adhuc colonus seu cōductor soluendo integram pensionē remaneret deceptus vltra dimidiā iusti precij. Ita dicūt Bar. & Bal. in d. l. Licet. Salycetus tamen ibi dicit ad opinionem rusticorum esse recurrendum.

q ¶ Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti &c. Ioseph de carcere eductus super Aegyptum constituitur: & Christus resurgēs accepit nomē quod est super omne nomen/ vt in noie Iesu omne genu flectat cœlestium terrestriū &

infernorum.d.cap. Decet domum. de immu.eccle.lib.6.

r ¶ Quibus ille respondit. Ite ad Ioseph. In angustia spiritualis famis (dicit glosa interlinearis) consilium vnicum est vt recurramus ad horrea Ioseph: id est sacratas scripturas/a sanctis patribus nobis ad consolationem inopię reseruatas. Pro hac sententia est bo. tex. qui in superioribus transcriptus est. in c. Sicut stellas cœli. 38. distin.

s ¶ Aperuitq; horrea. &c. Vt aperiantur horrea tempore famis/potest fieri compulsio. Tametsi enim regula sit neminẽ vt vendat esse cõpellendũ: tamẽ nõ pcedit famis tẽpore. Tunc enim horrea aperire & grana vendere quilibet his abundans cõpelli potest. Ita sentit Bar. i l. Annona. ff. de extraor. crimi. in l. 1 §. Cura carnis. ff. de offi. pfec. vr. Bal. in l. 1. C. de epis. audien. & do. meus Iason. in l. Nec emere. in prin ci. C. de iure delibe. & s. dictum est.

t ¶ Triticũ venũdetur. Triticũ generale nomẽ est ad omne quod in area teritur. l. Triticũ. vbi notat. ff. de ver. obliga.

v ¶ Per salutẽ Pharaonis nõ egrediemini hinc &c. Circa hæc verba notetur textus in c. Mouet §. Alia quæstio. versi. sic etiã. 22. q. 1. vbi dicitur. Iurare per creaturas malũ est: qa a deo prohibitũ est. Sed seruare quod iuratur bonum est/ vt euitet peccatũ mẽdacij & dolositatis. Sed obijcitur ꝙ Ioseph vir sanctus per creaturas iurauit dũ dicit fratribus suis. Per salutẽ Pharaonis nõ egrediemini hic. Sed sciendum est ꝙ sancti non tam per creaturas/q̃ per creatorẽ creaturarum iurabant: nec i creaturis aliud q̃ creatorẽ ipsarũ venerabantur sicut Ioseph qui p Pharaonẽ iurando/hoc i eo veneratus est: ꝙ dei iudicio positus erat in infimis. Vñ aplus ait. Oĩs potestas a domino deo est. Deus aũt per creaturas iurare prohibuit/ne vel more gentilium aliquod numen deitatis creaturis inesse crederetur/ vel ne creaturas contemptibiles iudicando/cõmissa pro nichilo duceremus. ri ęcibi.

x ¶ Vos aũt eritis in vinculis. An de iure hũano qui custodię carcerali mancipat debeãt vinculari/est celebris textus. in l. 1. C. de custo. reo. de quo dictũ est s. i verbo Hieremias. f.

y ¶ Eo ꝙ per interpretẽ loqueretur ad eos. Quasi non intelligẽs linguam eorum: quo casu

etiam frugum abundãtia in singulis vrbibus cõdita est. Tantaq; fuit multitudo tritici/vt arenę maris coęquaret/& copia mẽsurã excederet.

¶Nati sunt Ioseph filij duo anteq̃ veniret fames quos peperit ei Assenem filia Putipharis sacerdotis heliopoleos. *Gene.41.g.* Vocauitq; nomẽ primogeniti Manasses / dicens. Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum/& domũ patris mei. Nomẽ quoq; secũdi appellauit Ephraĩ/ dicens. Crescere me fecit deus in terra paupertatis meæ. Igitur transactis septem vbertatis annis qui fuerant in Aegypto: cœperũt venire septem anni inopiæ/quos prędixerat Ioseph. Et in vniuerso orbe fames præualuit. In cuncta autẽ terra Aegypti fames erat: qua esuriẽte clamauit populus ad Pharaonem/alimẽta petens: quibus [r] ille respõdit. Ite ad Ioseph & quicquid ipse vobis dixerit/facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitq; [s] Ioseph vniuersa horrea & vendebat Aegyptijs: nam & illos oppresserat fames. Omnesq; prouinciæ veniebãt in Aegyptũ vt emerẽt escas/& malũ inopię tẽperarẽt.

¶Audiens Iacob ꝙ alimenta venderẽtur in Aegypto: dixit filijs suis. *Gene.42.a.* Quare negligitis/audiui ꝙ triticum [t] venditur in Aegypto: descẽdite & emite nobis necessaria/vt possimus viuere: & non cõsumamur inopia. Descẽderunt igitur fratres Ioseph decem vt emerent frumenta in Aegypto: Beniamin domi retento a Iacob: qui dixerat fratribus eius/ ne forte in itinere quicq̃ patiatur mali. Ingressi sunt terram Aegypti cum alijs qui pergebant ad emendum.

¶Cum adorassent Ioseph fratres sui/& cognouisset eos: quasi ad alienos durius loquebatur. *Gene.42.b c.d.e.f.g.* interrogans eos/vnde venistis? Qui responderunt. de terra Chanaam/vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens/non est cognitus ab eis. Recordatusq; somniorũ quæ aliquando viderat: ait ad eos. Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ/venistis. Qui dixerunt. Nõ est ita domine: sed serui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri sumus. Pacifici venimus/nec quicq̃ famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit. Aliter est/immunita terræ huius considerare venistis. At illi dixerunt. Duodecim (inquiunt) fratres serui tui/ sumus filij viri vnius in terra Chanaam: minimus cum patre nostro est/ alius non est similis. hoc est ait quod locutus sum. Exploratores estis: iam nunc experimẽtum vestri capiam. Per salutem [v] Pharaonis non egrediemini hinc: donec veniat frater vester minimus. Mittite ex vobis vnum vt adducat eum: vos [x] autem eritis in vinculis/ donec probẽtur quæ dixistis/ vtrum vera an falsa sint. Alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus: die autem tertio eductis de carcere/ait. Facite quæ dixi & viuetis: deum enim timeo. Si pacifici estis / frater vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite & ferte frumenta quæ emistis in domos vestras: & fratrẽ vestrũ minimũ ad me adducite/ vt possim vestros pbare sermones/ & nõ moriamini. Fecerunt vt dixerat: & locuti sunt ad inuicem. Merito hæc patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum/videntes angustias animæ illius dum deprecaretur nos/& non audiuimus. Idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus Ruben ait. Nunquid non dixi vobis/nolite peccare in puerum: & non audistis me? En sanguis eius exquiritur. Nesciebãt autẽ ꝙ intelligeret Ioseph/eoq; [y] per iterpretẽ loqueretur ad

etiã iure hũano loquitur alter ad alterum p interpretẽ. Vnde inter hoies diuersarum linguarũ se inuicẽ nõ intelligentiũ/põt cõtrahi stipulatio mediãte interpte. Tex.est vnicus & singularis in iure. tn. l. i.§.fi.ff.de verbo. obliga. Et eodẽ modo iter psonas se inuicẽ non intelligentes/põt contrahi matrimoniũ per interptem. Ita Panor. in c. Ex lris. de spõsali. Silr iudex põt ferre sniam iter psonas diuersarũ linguaꝝ/adhibito iterpretẽ:q linguã iudicis ptibus exponat. Ita Bal.in l. iudices. C.de sen. & interlo. omni. iudi.

eos. Auertitq; se parũper/& fleuit:& reuersus locutus est ad eos. Tollensq; Simeon:& ligans illis prçsentibus/iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico:& reponerẽt pecunias singulorum in saccis suis/ datis supra cibarijs in via. Qui fecerunt ita. At illi portantes frumẽta in asinis suis/profecti sunt. Apertoq; [z] vnus sacco vt daret iumẽto pabulũ in diuersorio: contẽplatus pecuniã in ore sacculi: dixit fratribus suis. Reddita est michi pecunia: en habetur in sacco. Et obstupefacti/ turbatiq; mutuo dixerũt. Quidnã est hoc quod fecit nobis deus? Venerũtq; ad Iacob patrẽ suũ in terra Chanaã & narrauerũt ei omnia q̃ accidissent sibi/dicẽtes. Locutus est nobis dominus terræ dure:& putauit nos esse exploratores prouĩciç. Cui respõdimus. Pacifici sumus/ nec vllas molimur insidias. Duodeci fratres vno patre geniti sumus: vnus nõ est super. minimus cũ patre nostro est in terra Chanaã. Qui ait nobis. Sic pbabo q; pacifici sitis. Fratrẽ vestrũ vnũ dimittite apud me/& cibaria domib9 vestris sumite & abite. Fratrẽq; vestrũ minimũ adducite ad me: vt sciã q; nõ sitis exploratores:& istũ q tenetur in vinculis/recipere possitis: ac deiceps q̃ vultis emendi habeatis licẽtiã. His dictis: cũ frumẽta effunderẽt/ singuli repererũt i ore sacculorũ ligatas pecunias: exterritisq; simul oibus/dixit pater Iacob. Absq; liberis me eẽ fecistis. Ioseph nõ est sup. Simeõ tenet i viculis/& Bẽiami auferetis. In me hæc oia mala reciderũt. Cui respõdit Rubẽ. Duos [a] filios meos iterfice si nõ reduxero illũ tibi. Trade illũ i manu mea. Ego eũ tibi restituã. At ille. nõ descẽdet (inquit) filius meus vobiscũ. frater eius mortuus est/& ipse solus remansit. Siquid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis: deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Gene.43.d. ❡ (Dicẽte Iuda ad patrẽ. Nisi reduxero & reddidero Bẽiami tibi/reus ero peccati i te omni tẽpore) Tulerũt fratres Ioseph mũera & pecuniã duplicẽ & Bẽiami (eorũ patre Iacob vt ita facerent annuẽte) descẽderũtq; in Aegyptũ & steterũt corã Ioseph: quos cũ ille vidisset & Bẽiami simul/pcepit dispẽsatori domus suæ: dicẽs. Introduc viros domũ/ & occide victias & istrue cõuiuiũ: qm̃ hodie mecũ sũt comesturi meridie. Fecit ille quod sibi fuerat iperatũ/& itroduxit viros domũ. Ibiq; exterriti dixerũt mutuo. Propter pecuniã quã retulimus prius i saccis nostris itroducti sum9/vt deuoluat i nos calũniã: & violẽter subijciat seruituti & nos & asinos nostros. Quãobrẽ i ipsis forib9 accedẽtes ad dispẽsatorẽ locuti sunt. Oramus dñe vt audias nos. Iã ante descẽdim9 vt emeremus escas: quib9 emptis cũ venissem9 ad diuersoriũ aperuim9 saccos nostros/& iuenim9 pecuniã i ore saccorũ: quã nũc eodẽ põdere reportauimus. Sed & aliud attulimus argẽtũ/vt emamus q̃ nobis necessaria sunt. Nõ [b] est in nostra cõsciẽtia quis posuerit eã i marsupijs nřis. At ille respõdit. Pax vobiscũ: nolite timere. deus vester & de9 patris vestri det vobis thesauros i saccis vestris: nã pecuniã [c] quã dedistis michi/pbatã ego habeo. Eduxitq; ad eos Symeõ. Et itroductis domũ attulit aquã/& lauerũt pedes suos: deditq; pabulũ asinis eorũ. Illi vero parabãt mũera donec igrederet Ioseph meridie. Audierãt eni q; ibi essent cõmesturi panẽ. Igit igress9 est Ioseph domũ suã: obtulerũtq; ei mũera/tenẽtes i manib9 suis:& adorauerũt pni i terrã. At ille clemẽter resalutatis eis iterrogauit eos/dicẽs. Sanus ne est pater vester senex

z ❡ Apertoq; &c. Fratres Ioseph dant argentum: quia iudæi conuersi/dimittũt literam occidẽtẽ & accipiũt spiritũ viuificantẽ. Reperitur tñ argẽtũ in ore saccorũ: qa propter fructũ spiritualis intelligẽtiæ nõ deseritur nitor eloquentiæ. Hoc dictum est glo. or. circa qd videri põt tex. in c. Legim9. i. versi. Legit etiã. & vers. in Leuitico. 37. distin.
a ❡ Duos filios meos interfice &c. Ruben dixit patri: duos filios meos interfice/si nõ reduxero illũ tibi: nec tamẽ obtinuit. At Iudas: dicẽs. Reus ero peccati i patrẽ si non reduxero/ impetrauit. pront habet in c. seq. Plus ergo ẽ reũ esse peccati q̃ corporaliter occidi. Ita dicit glo. or. hic. p qua est tex. rotũd9 in c. Ita ne. 32. q. 5. & in c. Sacris. qd me. cã.
b ❡ Non est in nřa cõsciẽtia qs posuerit eã i marsupijs nostris. Ex pptera furti argui non possunt: cũ furtu sine voluntate furandi nõ committat. l. i. ff. de fur. §. i. insti. de obli. q ex delic. nascuntur. Sufficit tñ q; anim9 furãdi sit in principali/quis nõ sit in accessorio. Vnde dicit tex. i l. Qui saccũ. ff. de fur. Qui saccum habentẽ pecuniam substraxit/ furti actiõe etiã sacci noie tenetur. Qm̃uis nõ sit eius animus sacci furti pfedi. Hæc ibi.
c ❡ Pecuniã quã dedistis michi/ pbatã ego habeo. Mendaciũ videt: sed aliqd significare credẽdũ est. Argentũ eñ qd dat & non minuit/qd & pbatũ appellatũ est: illd forte est de quo dr psal. 11. Eloqa dñi/eloquia casta: argẽtũ igne examinatũ/ pbatum terrç/purgatum septuplũ. i. pbatũ pfecte. Hçc declaratio est Aug. p glo. or. citata. p qua facit bo. tex. i sçpe allegato. c. Reuertimini. in fi. 16. q. i vbi pbat/ Eloqa dñi i alios dispsa: nõ minuere eius q ea seminat eruditionẽ/sed augere. & sic q; pecunia veroi dei data non minuitur/ sed probata retinetur.

de quo dixeratis michi. Adhuc viuit? Qui respõderũt. Sospes est seru⁹ tuus pater noster: adhuc viuit. Et incuruati adorauerũt eũ. Attollẽs autem Ioseph oculos vidit Bẽiamin fratrem [d] suum vterinum/ & ait. Iste est frater vester paruulus de quo dixeratis michi. Et rursum. Deus inquit. Misereatur tui fili mi. Festinauitq; i domum: quia commota fuerant viscera eius super fratre suo/ & erumpebant lachrymæ. & introiens cubiculum fleuit. Rursumq; lota facie egressus continuit se/ & ait. Ponite panes. Quibus appositis: seorsum Ioseph/ & seorsum fratribus/ Aegyptijs quoq; qui vescebantur simul seorsum. Illicitum [e] est enim Aegyptijs comedere cum Hebræis: & prophanum putant huiuscemodi conuiuium. Sederunt [f] coram eo primogenitus iuxta primogenita sua/ & minim⁹ iuxta ætatẽ suã: & mirabãt nimis sumptis partibus quas ab eo acceperant. Maiorq; pars venit Beniamin: ita vt quinq; partibus excederet. Biberuntq; & inebriati sunt cum eo.

¶ Præcepit Ioseph dispẽsatori domus suæ dicens. Imple saccos eorũ frumento q̃tum possunt capere: & pone pecuniam singulorũ in summitate sacci. Cyphum autem meũ argẽteũ & preciũ quod dedit tritici pone in ore sacci iunioris. Factũq; est ita. Et orto mane dimissi sunt cum asinis suis. Iamq; vrbem exierant/ & processerant paululum: tũc Ioseph accersito dispẽsatore domus/ ait. Surge (inquit) persequere viros: & apprehensis dicito. Quare [g] reddidistis malũ p bono. Cyphus quem furati estis/ ipse est in quo bibit dominus meus: & in quo augurari solet. Pessimã rem fecistis. Fecit ille vt iusserat & apprehensis per ordinem/ locutus est. Qui responderunt. Quare sic loquitur dominus noster vt serui tui tãtũ flagitij cõmiserit. Pecuniã quam inuenimus in summitate saccorũ reportauim⁹ ad te de terra Chanaã. Et quomodo consequẽs est/ vt furati simus de domo dñi tui aurũ vel argẽtũ? Apud quẽcunq; fuerit inuentũ seruorũ tuorũ quod quæris moriatur: & nos erimus serui dñi nostri. Qui dixit eis. Fiat iuxta vestrã sentẽtiã. Apud quẽcunq; fuerit inuẽtum: ipse sit seruus meus: vos autem eritis innoxij. Itaq; festinato deponẽtes in terrã saccos/ aperuerũt singuli. Quos scrutatus/ incipiẽs a maiore vsq; ad minimũ: inuenit [h] cyphũ i sacco Beniami. At illi scissis vestibus/ oneratisq; rursum asinis: reuersi sunt in oppidum: primusq; Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph. Necdum enim de loco abierat. Omnesq; ante eum pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait. Cur sic agere voluistis? An ignoratis [i] q nõ sit similis mei i augurãdi sciẽtia? Cui Iudas. Quid respõdebimus (inquit) dño meo vel quid loq̃mur: aut iuste poterimus obtẽdere? De⁹ inuenit iniquitatẽ seruorũ tuorũ. En oẽs serui sum⁹ dñi mei: & nos/ & apud quẽ iuẽtus est cyphus. Respõditq; Ioseph. Absit a me vt sic agã. Qui furatus est cyphũ/ ipse sit seruus meus. vos autẽ abite liberi ad patrẽ vestrũ. Accedẽs autẽ propius Iudas cõfidẽter ait. Oro dñe audi me vt loquatur seruus tuus verbũ in auribus tuis: & ne irascaris famulo tuo. Tu es eñi post Pharaonẽ dñs me⁹. Interrogasti pri⁹ seruos tuos: habetis patrem aut fratrem? & nos respõdimus tibi domino meo. Est

Gene.44.c. totum.

d ¶ Fratrem suum vterinum. Iacob & Beniamin eisdẽ patre & matre/ Iacob scz & Rachel/ nati erãt. put de Ioseph habetur. Gene.30.c. & de Beniamin. Gene.35.c. Vnde inspecto iure hũano Beniamin nõ poterat dici frater vterinus Ioseph. Is enim frater vterinus dicitur qui ab eadem matre sed diuerso patre natus est/ dicit glo. in l. Licet. C. de inoffi. testa. in verbo vterini/ & in Auctẽn. de consan. & vte. fratri. in verb. vterini. colla. 7. & notat Aretin⁹ in. §. 1. in fi. insti. de legi. agna. succes. Sed dicẽdus erat frater simpliciter/ aut frater cõsanguine⁹. Cõsanguine⁹ eñ frater dr nõ solũ q ab eodẽ patre & diuersa matre natus est: sed etiam qui natus est ab eisdem patre & matre. put est bonus textus in dicto. §. 1. in principio. instituti. de legiti. agna. successione. Refert autem plurimum inter fratres vtriq; coniunctos/ & fratres coniunctos ex vno latere tantum. Et rursus refert inter fratres coniũctos ex parte patris/ & fratres cõiunctos ex parte matris. prout hæc pbant in d. l. Fratres. C. de inoffi. testa. iũcta Auctẽn. post fratres. C. de legi. here. & dictũ est aliquid s. in verb. Frater.

e ¶ Illicitũ ẽ Aegyptijs comedere cum hæbręis. Videatur quod dictum est in annotatione isti⁹ sententię ã. in ver. Conuiuium.

f ¶ Sederunt corã eo: primogenitus iuxta primogenita sua/ & minimus iuxta ętatẽ suam. Aetati maiori in honorib⁹ defert. put late dictum est ã. in verb. Antiquus. Quãdoq; tamẽ nõ ętas maior/ sed vel antiquior receptio/ vl potioritas ordis in honorib⁹ deferendis attenditur. prout diffuse notat p canonistas in c. Statuim⁹. de maio. & obe.

g ¶ Quare reddidistis malũ p bono. Duæ sunt retributiones iniquorũ. Alterũ est nõ reddere bonũ p bono. Alterum reddere malũ p bono. Sed hoc posteri⁹/ deteri⁹ est. c. Sex differẽtię primo rñso. 23. q. 3. & dictũ est in verb. Dauid.

h ¶ Inuenit cyphũ in sacco Beniamin. Beniamin q fratrũ minim⁹ erat significat Paulũ q minimũ se dixit apostolorũ. Per hoc aũt q inuẽtus ẽ cyph⁹ in sacco Beniamin qd aliud indicat: nisi qa i corde Pauli/ cœlestis doctrinæ iam psulgebat eloquium dũ esset erudit⁹ i lege? Sed qa sub tectus non erat deo: itra saccũ erat cyphus/ doctrina itra legẽ/ lucerna intra modiũ. Missus tñ Ananias manũ iposuit/ marsupiũ soluit: & argẽtũ resplẽduit. & decidẽtib⁹ squamis q̃si sacci vinculis/ soluto sacco. deposito legis velamie adeptus ẽ g̃ræ libertatẽ & reuelata facie euangeliũ pdicat. Hæc mystica declaratio est Isidori/ circa quã videdus tex. Aug. vbi q̃ hic dicunt de Paulo pbantur. in cap. Quis nos pot. 23. q. 4.

i ¶ An ignoratis quod non sit similis mei

nobis pater senex / & puer paruulus : qui in senectute illius natus est / cuius [ii] vterinus frater mortuus est : & ipsum solum habet mater sua: pater vero tenere diligit eum. Dixistiq; seruis tuis. Adducite eum ad me / & ponam oculos meos super illũ. Suggessimus tibi domino meo. Non potest puer relinquere patrem suum. Si enim illum dimiserit / morietur. Et dixisti seruis tuis. Nisi venerit frater vester minimus vobiscum / non videbitis amplius faciem meam. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum / narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus. Et dixit pater noster. Reuertimini & emite nobis parum tritici. Cui diximus. Ire non possumus. Si frater noster minimus descenderit nobiscum / proficiscemur simul: alioquin illo absente non audemus videre faciem viri. Ad quæ ille respondit. Vos scitis ꝙ duos filios genuerit michi vxor [k] mea. Egressus est vnus & dixistis : bestia deuorauit eum : & hucusq; non comparet. Si tuleritis & istum / et aliquid ei in via contigerit: deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum / & puer defuerit : cum anima illius ex huius anima dependeat: videritq; eum non esse nobiscum morietur. & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego proprie seruus tuus sum qui in meam hunc recepi fidem: & spopondi / dicens. Nisi reduxero eum peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaq; seruus tuus pro puero in ministerio domini mei: & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero: ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum testis assistam.

Gene.45.a.b.c.d. ¶Non se poterat vltra cohibere Ioseph multis corã astantibus. vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras : & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitq; vocem cum fletu quam audierunt Aegyptij / omnisq; domus Pharaonis : & dixit fratribus suis. Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille cleme͂ter. Accedite (inquit) ad me. Et cum accessissent prope. Ego sum (ait) Ioseph frater vester quem vendidistis in Aegyptum. Nolite pauere. Neq; vobis durum esse videatur ꝙ vendidistis me in his regionibus. Pro salute enim vestra misit me deus ante vos in Aegyptum. Biennium est enim ꝙ cœpit fames in terra esse : & adhuc quinq; anni restant quibus nec arari poterit nec meti. Præmisitq; me deus vt reseruemini super terram: & escas ad viue͂dum habere possitis. Non [l] vestro consilio / sed dei voluntate huc missus sum. qui fecit me quasi patrem Pharaonis & dominum vniuersæ domus eius: ac principem in omni terra Aegypti. Festinate & ascendite ad patrem meum: & dicetis ei. Hæc mandauit filius tuus Ioseph. Deus fecit me dominum vniuersæ terrę Aegypti. Desce͂de ad me ne moreris: & habita in terra Iessen. Erisq; iuxta me tu & filij tui / & filij filiorum tuorũ: oues tuę & armenta tua & vniuersa quæ possides: ibiq; te pascam. Adhuc enim quinq; anni residui sunt famis: ne & tu pereas & omnis domus tua / & omnia quæ possides. En oculi vestri & oculi fratris mei Beniamin vide͂t / ꝙ os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuersam gloriam meam: & cũcta quæ vidistis in Aegypto. Festinate & adducite eum ad me. Cumq; amplexatus recidisset in collũ Beniamin fratris sui / fleuit [m] : illo quoq; similiter fle͂te super collũ eius. Osculatusq; est Ioseph omnes fratres suos / & plorauit super singulos.

Gene.45.f.g ¶Ioseph fratribus suis in terrã eorũ redeũtibus / dedit plaustra secũdũ

in augurãdi sciat? Quid hoc sibi velit q̃ri solet. An quia nõ serio sed ioco dictũ est / vt exitus docet: non est habendũ me͂dacium. Me͂dacia enim a mendacibus serio agũtur non ioco. Cum aute͂ quæ non sunt tanq̃ ioco dicuntur / non putantur mendacia. Ita dicit Augustinus / relatus p glosam ordina. hic. & habetur in c. Quod aute͂ fratribus. 22. q̃stio. 2. vbi de hoc dicto facta argumentatione: id probandũ / ꝙ ea non imputentur me͂dacia quæ ioco dicũtur. Subiũgitur pro solutione. Sed in veteri testame͂to multa permittebantur: quorũ exe͂plis hodie vti nõ licet. Vñ Grego. Si qs p vet⁹ testame͂tum vult suũ tueri me͂daciũ: qa minus illic quibusdã fortasse nocuerit / dicat necesse est: rerum alienarum raptum / retributionem iniuriæ: quæ infirmis illis concessa sunt / sibi nocere nõ posse. quæ omnia cunctis liquet / q̃ta animaduersione veritas insequitur: quæ nobis iam significationis suæ vmbra postposita / i vera carne declaratur. Hæc sunt verba tex. in dicto cap. Quod aũt. in fine. iuncto cap. Si quis per vetus. quod est c. sequens. eade͂ causa & q̃st. ii

ii ¶Cuius vterinus frater. &c. Videatur quod dictum est supra eodem. d.

K ¶Vxor mea. Ista est Rachel / quæ fuit pricipalis & prima vxor ei⁹ & etiam sola q̃tum fuit ex petitione Iacob. quia Lia fuit sibi coniuncta per deceptionem Labã: & duę ancillę ad petitione͂ Rachelis & Liæ. prout de his omnibus visum e͂s. in verb. Iacob.

l ¶Non vestro cõsilio sed dei huc voluntate missus sum. Hominis est enim præparare viam: sed domini est dirigere gressus. cap. Sit rector. in fine. 43. disti.

m ¶Fleuit. Hæ lachrymæ / non ex tristitia sed ex gaudio & pietate prodeunt : prout etiam de talibus lachrymis est textus in clementina. Si dominum. colũ. tertia. de reliq. & venera. sancto.

n ℭ Beniamin vero dedit trecentos argenteos cum quinq; ſtolis optimis. Cũ apoſtoli binas ſtolas.i. ſciẽtiam diuinitatis & humanitatis Chriſti receperint/poſteaq; ad prædicandum miſſi fuerint.c. Qui eccleſiaſticis.§. Ecce 36.diſt. Beniamin.i.Paulus accepit ampliora munera: & plus cæteris omnibus laborauit.d.c. Quis nos poteſt:in fine,23.q.4.

o ℭ Inter amplexus fleuit. Videatur quod dictum eſt ſecunda ſuperiori annotatione.

Pharaonis imperiũ/& cibaria in itinere. Singulis quoq; proferri iuſſit binas ſtolas: Beniamin [n] vero dedit trecentos argenteos cum quinq; ſtolis optimis: tantundem pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo: addens ei aſinos decem / qui ſubueherent ex omnibus diuitijs Aegypti: & totidem aſinas triticum in itinere paneſq; portantes. Dimiſit ergo fratres ſuos: & proficiſcentibus ait. Ne iraſcamini in via. Qui aſcendentes ex Aegypto/ venerũt in terram Chanaã ad patrem ſuũ Iacob: & nunciauerunt ei/dicentes. Ioſeph filius tuus viuit. Et ipſe dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito Iacob quaſi de graui ſomno euigilans/tamẽ non credebat eis. Illi econtra referebant omnem ordinem rei. Cũq; vidiſſet plauſtra & vniuerſa quæ miſerat: reuixit ſpiritus eius/& ait. Sufficit michi ſi adhuc filius meus Ioſeph viuit. vadã & videbo illum anteq̃ moriar.

ℭ Iacob dei voce premonitus profectus eſt in Aegyptũ. Omnes autẽ animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptum fuere ſeptuaginta. Miſit autem Iudam ante ſe ad Ioſeph in Aegyptum/ vt nunciaret ei: & ille occurreret in Ieſſen. Quo cum perueniſſet: iuncto Ioſeph curru ſuo/aſcẽdit obuiam patri ad eundẽ locum. Videnſq; eum irruit ſuper collum eius: & inter [o] amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Ioſeph. Iam lætus moriar: quia vidi faciẽ tuã/& ſuperſtitẽ te reliquo. Gene.46. paulo ãte finẽ. vbi de alijs verbis Ioſeph ad patrẽ & fratres.

ℭ Ioſeph patri (prius per eum Pharaoni oblato) & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Aegypto/in optimo terræ loco Rameſſes: vt precperat Pharao. & [p] alebat eos/omnemq; domum patris ſui: prebens cibaria ſingulis. Gene.47.c.

ℭ Ioſeph (pecunia & pecoribus pro alimentorum diſtributione iam acceptis) emit omnẽ terram Aegypti: vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas pre magnitudine famis. Subiecitq; eam Pharaoni: & cũctos populos eius / a nouiſſimis terminis Aegypti vſq; ad extremos fines eius: preter terram ſacerdotum quæ a rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis prebebantur. Et idcirco nõ ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixitt ergo Ioſeph ad populos. En vt cernitis & vos & terram veſtram Pharao poſſidet: accipite ſemina & ſerite agros vt fruges habere poſſitis. Quintam partem regi dabitis / quatuor reliquas permitto vobis in ſementem/& in cibum familijs & liberis veſtris. Qui reſponderunt. Salus noſtra in manu tua eſt. Reſpiciat nos tantum dominus noſter: & læti ſeruiemus regi. Ex eo tempore vſq; in preſentem diem in vniuerſa terra Aegypti regibus quinta pars ſoluitur: & factum eſt quaſi in legem abſq; terra ſacerdotali quæ libera ab hac conditione fuit. Gc.47.ef.

ℭ Habitauit Iſrael (hoc eſt Iacob) in Aegypto/id eſt in terra Ieſſen: & poſſedit eã. Auctuſq; eſt & multiplicat⁹ nimis: & vixit in ea decem & ſeptem annis. Factiq; ſunt omnes dies vitæ illius centũ quadraginta ſeptem annorum. Cũq; appropinquare cerneret diem mortis eius: vocauit filium ſuum Ioſeph/& dixit ad eum. Si inueni gratiam in cõ- Gene.47.in fine.

p ℭ Et alebat eos. Et ſi iure hũano fili⁹ patrẽ egẽtem debet alere/ idq; vt faciat officio iudicis cogitur.l. Si qs a liberis. in prin.ff.de liberis agnoſ. Extranei tñ heredes filij: ad ea preſtanda q̃ viuus filius ex officio pietatis ſuæ dabat/inuiti cogi nõ debent: niſi in ſummã egeſtatem pater deductus eſt.d.l. Si quis a liberis.§. Itẽ reſcriptũ eſt.ff.de li.ag.

q ℭ Preter terrã ſacerdotũ &c. Circa hæc verba notãdus eſt tex.in c. Tributũ.§. q̃uis. cũ c. ſeq.23.q.8. vbi dr̃. Impialibus exactionib⁹/eccleſiaſtici prouẽt⁹ nõ vidẽt ſubijciendi. Nam cũ tẽpore famis cunctorũ Aegyptiorũ terrã ſibi emeret Pharao atq; ſub eadẽ fame/ſue ſeruituti cunctos ſubijceret/ſacerdotibus ita neceſſaria ſubminiſtrauit: vt nec poſſeſſionib⁹/nec libertate nudarẽt. dño extũc pnũciãte: ſacerdotes i omni gẽte liberos eſſe oportere. Vnde Cõſtãtinus & Cõſtans hanc immunitatẽ dederunt ecclĩæ/dicẽtes. In qualibet ciuitate/ in quolibet oppido/ vel vico/ vel caſtello/ vel municipio/ quicũq; voto Chriſtianæ religiõis meritũ/ eximiæ ſingulariſq; virtutis oib⁹ intimauerit: ſecuritate ppetua potiat: gaudere eũ & gloriari ex fide ſemp volumus. Sciẽtes magis religionibus/q̃ officijs & labore corporis/ vel ſudore: noſtrã rẽp. cõtineri. Valẽtinian⁹ quoq; & Valens decreuerũt / dicentes. Vniuerſos quos cõſtiterit cuſtodes ecclĩaR eſſe/ & ſanctorũ locorũ ac religioſis obſeqis deſeruire: attentatiõis nullã moleſtiã ſuſtinere decreuim⁹. Impator quoq; Iuſtinianus / Sancimus (ait) res ad venerabiles eccleſias vel xenõces/ monaſteria vel ptochotrophia vel brephotrophia vel orphanotrophia vel hierocomona / vel ſi qd taie aliquod conſortium eſt deſcendentes ex qualicũq; curiali libertate ſiue inter viuos ſiue mortis cauſa ſiue in vltimis voluntatibus/habita lucratiuorum inſcriptionibus liberas eſſe/ & immunes: lege ſcilicet quæ ſub huiuſmodi inſcriptionibus poſita eſt. In alijs quidem perſonis ſuum robur obtinente in parte autem eccleſiaſtica vel aliarum domuum quæ his pijs conſortijs deputatæ ſunt / ſuo vigore pietatis intuitu mitigando.

Hinc etiam in Parisiensi concilio legitur. Secundum canonicam authoritatem & cōstitutionem domini impatoris Lodouici: de ecclesiastico agro & manso vel si quilibet pro loco sepulturę aliquid largitus ecclesiæ fuerit: de decimis etiā & oblationib⁹ fideliū/null⁹ quēquem prǫsbyterorum aliquem censum persoluere cogat: nec q̄sq̄ cuiuslibet ordinis vel dignitatis exinde quicq̄ substrahat/aut redhibitionem quamcūq; exigat temporalem. Quod si fecerit: cōmunione vsq; ad satisfactionem priuetur: & regia potestate dare cogatur. Hæc ibi. Secundo notetur tex. in c. Nō minus. i prin. de immu. eccle. dum ibi dicitur. In diuersis mūdi partibus cōsules ciuitatum & rectores / necnon & alij q̄ potestatem habere vidētur: tot onera frequēter imponūt ecclesijs vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotiuз videatur q̄ sub Pharaōe fuerit q̄ legis diuinę notitiā nō habebat. Ille qdē omnibus alijs subactis: sacerdotes & possessiōes eorum in pristina libertate dimisit: & eis alimoniam de publico administrauit. Isti vero onera sua fere vniuersa imponūt ecclesijs: & tot angarijs eas affligunt/ vt eis quod Hieremias deplorat cōpetere videatur. Princeps prouinciarū facta est sub tributo. Hæc ibi. Cętera quæ p resolutione materiæ (an scз ecclesiæ cōpelli possint ad aliqua onera reip. supportanda de eorum bonis et prouētibus) possēt hic dici: dicentur in verbo tributum.

spectu tuo t pone manum tuā sub fœmore meo: & facies michi misericordiam & veritatem: vt nō [r] sepelias me in Aegypto/sed dormiam cum patribus meis: & auferas me de hac terra/condasq; in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph. Ego faciam quod iussisti. Et ille. Iura [s] ergo (inquit) michi. Quo iurante adorauit Israel dominum conuersus ad lectuli caput.

Gene.48.a ¶Nūciatum est Ioseph q̄ ægrotaret pater suus. Qui assumptis duobus filijs Manasse & Ephraim ire perrexit.

Gene.48.b. ¶Videns Iacob duos filios Ioseph/ dixit ad eum. Qui sunt isti. Respondit. Filij mei sunt quos dedit michi dominus in loco isto. Adduc (inquit) eos ad me vt benedicam [t] illis. Oculi enim Israel caligauerāt prę nimia senectute/& clare videre nō poterat. Applicatosq; ad se deosculatus & circumplexus eos / dixit ad filium suum. Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit michi deus semen tuum. Cūq; tulisset filios suos Ioseph de gremio patris/ adorauit pronus in terrā: & posuit Ephraim ad dexteram suam / id est ad sinistram Israel: Manassen vero in sinistra sua/ad dexteram scilicet patris/ applicuitq; ambos ad eum. Qui extēdēs manum dexterā posuit super caput Ephraī iunioris fratris: sinistram autem super caput Manasse qui maior natu erat commutans manus.

Gene.48.d. ¶Videns Ioseph q̄ posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim: grauiter accepit. Et apprehēsam manum patris/leuare conatus est de capite Ephraim & transferre super caput Manasse. Dixitq; ad patrem. Non ita conuenit pater: quia hic est primogenitus. Pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens/ait. Scio fili mi scio: & iste quidem erit in populos/& multiplicabitur: sed frater eius iunior/maior erit illo: & semen eius crescet in gentes. Benedixitq; [v] eis in ipso tempore.

Gene. vltio a.&.b. ¶Iacob finitis mandatis quibus filios instruebat: collegit pedes suos super lectulum & obijt. Appositusq; est ad populum suum. Quod cernens Ioseph ruit super faciem patris/ flens & deosculans eum. Præcepitq; seruis suis medicis / vt aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus transierunt quadraginta dies. Iste quippe mos erat cadauerum conditorum. Fleuitq; [x] eum Aegyptus septuaginta diebus. Et expleto planctus tempore locutus est Ioseph ad Pharaonis familiam. Si inueni gratiam in conspectu vestro loquimini in auribus Pharaonis: eo q̄ adiurauerit me pater meus/ dicēs. En morior: in sepulchro meo quod fodi michi i terra Chanaā/ sepelies me. Ascendā igitur & sepeliam patrē meū ac reuertar. Dixitq; ei Pharao. Ascende & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. Quo ascēdēte ierūt cū eo omnes senes dom⁹ Pharaonis: cūctiq; maiores natu terræ Aegypti: domus Ioseph cum fratribus suis/absq; paruulis & gregibus atq; armētis/q̄ dereliquerūt in terra Iessen. Habuit quoq; in

r ¶Vt non sepelias me i Aegypto. Instar huius sancti patriarchæ possumus de sepultura/ in loco maiorum habenda/ solicitos nos ostendere. De quo dicetur in verbo Sepultura.

s ¶Iura ergo michi. Pro veritatis confirmatiōe iuramentū exigi potest/nisi eum a quo exigimus sciremus aut speraremus deieraturū. Pro vtroq; dicto est bonus textus Augustini. in cap. Qui exigit. 22. q. 4. vbi dicitur. Qui exigit iurationem: multuз interest si nescit illū iuraturum falsum/ an scit. si enim nescit/ & ideo dicit: iura michi vt fides ei sit/non est peccatum: tamen humana tētatio ē. si aūt scit eū fecisse & cogit eū iurare/homicida est. Ille enim suo periurio se interimit: sed iste manum interficiētis & impressit & pressit. Hæc ibi. Cætera dicentur. ī. iurare.

t ¶Vt benedicam eis. Quē effectū habeat benedictio paterna/notāt Bal. in proœ. decre. & do. me⁹ Iason in Auctēn. Non licet. C. de libe. p̄te. & dictū est s. in verb. Esau.

v ¶Benedixitq; eis. Glo. in cap. Ecclesiarum. 11. dist. dicit hanc benedictionem Ephraim & Manasse fuisse a Iacob factam cancellatis manibus.

x ¶Fleuitq; eum Aegyptus triginta diebus. Videatur quod de obseruatione dierū in lugendis mortuis.

dictum est ℥.in verbo flere. super illd Numeri. Omnis multitudo videns occubuisse Aaron fleuit super eo trigīta diebus. y ¶ Sepelierunt eum in spelūca duplici. De hac duplici spelūca est textus in c. Ebron. 13.q.2.de quo dictum est ℥.in verbo Abraham.

z ¶ Reuersus est Ioseph i Aegyptū patre sepulto. His ꝗ pietatis officia cōcernūt expletis/ad domestica curanda negocia possumus redire. prout & Moysem fecisse legit.e.ſi.88.dist.c.Nisi cum pridē.colū.pe.de renūci.

comitatu currus & equites: & facta est turba non modica. Venerūtq; ad aream Azad quæ sita est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atq; vehementi impleuerunt septem dies. Quod cum vidissent habitatores terræ Chanaam: dixerunt. Plāctus magnus est iste Aegyptiis. Et idcirco appellauerūt nomen loci illius/plāctus Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis: & portātes eum in terram Chanaam/ sepelierunt [y] eum in spelūca duplici quam emerat Abrahā cū agro in possessionem sepulchri ab Ephron Etheo/ contra faciem Mambre.

¶Reuersus [z] est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis/ & omni comitatu sepulto patre. Quo mortuo timētes fratres eius/& mutuo colloquentes. Ne forte memor sit iniuriæ quam passus est/& reddat nobis omne malum quod fecimus: mandauerunt ei dicentes. Pater tuus præcepit nobis anteq̄ moreretur vt hæc tibi verbis illius diceremus. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum/ & peccati atq; maliciæ quam exercuerunt in te. Nos quoq; oramus vt seruo dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Veneruntq; ad eum fratres sui: & proni adorantes in terram dixerunt. Serui tui sumus. Quibus ille respondit. Nolite timere. Nū dei possum resistere volūtati? Vos [a] cogitastis de me malum/sed deus vertit illud in bonū: vt exaltaret me sicut in presentiarum cernitis: & saluos faceret multos populos. Nolite timere. Ego pascam vos & paruulos vestros. Consolatusq; est eos/& blāde ac leniter locutus est. & habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui. Vixitq; centūdecē annis: & vidit Ephraim filios vsq; ad tertiam generationem. Filij quoq; Machir filii Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus transactis locutus est fratribus suis. Post mortem meam deus visitabit vos: & ascendere vos faciet de terra ista/ad terram quam iurauit Abrahā Isaac & Iacob. Cūq; adiurasset eos atq; dixisset. Deus visitabit vos: asportate [b] ossa mea vobiscum de loco isto. Mortuus est expletis cētum decem vitæ suæ annis: & conditus aromatibus/repositus est in loculo in Aegypto.

Gene. vltio. e.d.

¶Ioseph princeps fuit fratrū: firmamentū gentis/rector fratrū: stabilimētū populi: & ossa ipsius visitata sunt/ & post mortē ꝓphetauerūt. Eccli.49.d.

a ¶ Vos cogitastis de me malum/ & de⁹ vertit illd in bonum: vt exaltaret me sicut in p̄sentiarū cernitis. Circa hęc verba/& pro cōpendiosa historię Ioseph collectione/ notandum venit quod dicit Gregori⁹. in 6.moraliū. versi.32. vbi dicit. Ioseph somniū viderat ꝙ suo manipulo fratrum eius se manipuli prosternebāt. Somniū viderat ꝙ sol & luna se cū reliquis stellis adorabant. Quę quia pure fratribus retulit/ eorū corda protin⁹ futuræ dñationis inuidia/ pauorq; percussit: cūq; hunc ad se venire conspicerent malicia feruētes dixerunt. Ecce somniator venit: venite occidamus eum/ & videam⁹ quid illi ꝓfuerint somnia sua. Cūq; se eius dominio subijci metuunt/ somniatorē in puteum deponūt/ cūq; Hismaelitis transeuntibus vēdūt: qui i Aegyptum ductus/ seruituti subditus/ luxurię accusatione dānatus/ castitatis merito adiut⁹/ ꝓphetiæ iudicio ereptus/ oi Aegypto pręlatus est: per supernam vero sapientiā ꝓuidus frumenta cōgessit/ ꝗ̄ futuro periculo necessitatis obuiauit. Cūq; i orbem fames irruit: de alimentorum præparatiōe sollicitus Iacob/ filios i Aegyptum misit: qui frumentorum dispēsatiōi pręposítū Ioseph nescientes inueniunt. Atq; vt mererentur alimenta percipere ei eorum dispensatorem compulsi sunt prouis in terram ceruicibus adorare. Pensemus igitur gestæ rei ordinē: pensemus quō sapientes in ipsa sua astutia vis diuina cōphendat. Ideo ab eis venditus fuerat Ioseph ne adoraretur: sed ideo est adoratus/quia venditus. Astute nāq; aliquid agere ausi sunt/ vt dei consiliū mutarent: sed diuino iudicio quod declinare conati sunt/ renitendo seruierunt. Inde quippe coacti sunt dei voluntatē peragere/ vnde hanc moliti sunt astute cōmutare. Sic sic diuinū consilium dū deuitatur impletur: sic humana sapientia dum reluctatur cōprehenditur. Timuerunt fratres ne Ioseph super eos excresceret: sed hoc quod diuinitus dispositū fuerat/ cauendo factum est vt eueniret. Humana ergo sapientia in seipsa comprehensa est: quę voluntati dei vnde per intentionē restitit/ inde eius impletioni militauit. Pro his verbis Ioseph & eorū declaratione per Gregoriū: sufficiat citare quod dicit textus cum glosa in allegato cap. Et venit. de pœ.dist.1. dum ibi dicitur. Adam fugit a cōspectu dei: & interrogatus respōdit. Audiui vocem tuam & abscondi me: sed (dicit glosa) frustra se a conspectu dñi quis abscondit: quia si ascendero in cœlum tu illic es/ si descendero in infernū ades. quasi velit dicere. Frustra quis diuinæ nititur contraire voluntati: quia dū eam se declinare putat/ ab ea capitur.

b ¶ Asportate ossa mea. De hac sepultura Ioseph sic loquitur textus. cū glo. i d.c. Vnaquęq;. versi. Ioseph 13.q.2. Ioseph moriens in Aegypto: rogauit fratres suos vt tēpore visitationis suæ/ ossa sua secū deferrent: & in sepulchro patrū suorū ea collocarēt. vbi glo. in verb. Visitatiōis dicit. Ioseph hoc petijsse vel qa tūc ignominiosum erat nō sepeliri cū patribus/ vel qa ꝓuidit in spū qa dñs resurgere deberet ibi: & multos resurrecturos cū illo/ quorū forte erat vnus. c ¶ Ossa ipi⁹ visitata sunt/ & post mortē ꝓphetauerūt. Significat his verbis ꝙ ossa Ioseph post mortē suā fuerūt visitata. i. accepta a filijs Israel ac delata in Sichem ꝓ sepultura: put ipe eis iniunxerat/ prophetizando de his quę post mortē suā erāt eis obuētura. put habet in supiori ꝓxima sentētia.

Hæc declaratio est de mente glo. or. hic: & glo. interli. in Exodo.c.13. In expositione illorum verborum. Tulit Moyses ossa Ioseph secum: eo q adiurasset filios Israel: dicens. Visitabit vos deus efferte ossa mea hinc vobiscū. Vñ aduertendum est q circa deferenda mortuorū ossa ad lōginquas partes sepulturę sortiendæ gratia/ magnus nonnūq abusus fuit obseruatus: quē constitutione sua Bonifacius octaus extirpare volēs sic statuit. Detestādæ feritatis abusum/ quē ex quodam modo horribili nōnulli fideles improuidæ prosequūtur: nos pię deuotionis

Joseph sponsus verbipare virginis Marie.

Matth.1.b. ¶ Iacob [d] genuit Ioseph virum [e] Mariæ/ de qua [f] natus est Ihesus qui vocatur Christus.

Matth.1.c. ¶ Cum esset desponsata mater Ihesu Maria Ioseph: anteq̄ [g] conuenirent/ inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Ioseph [h] autem vir eius: cum esset iustus/ & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hæc autē eo cogitāte: ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph: dicens. Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam cōiu-

ducti proposito: ne abusus pdicti seuitia vlterius corpora humana dilaceret/ mentesq fidelium horrore cōmoueat & cōturbet auditū. digne decreuimus abolēdū. Præfati nāq fideles huius suæ improbandę vtiq cōsuetudinis vitio intendentēs. Si quisq̄ ex eis genere nobilis vel dignitatis titulo insignis/ prętertim extra partiū suarum limites debitum naturę persoluat/ in suis vel alijs partibus sepultura electa/ defuncti corpus ex quodā impietatis affectu truculenter exenterent: ac illud membratim vel in frustra immaniter cōcidentes/ ea subsequēter aquis immersa exponunt ignibus decoquēda. Et tandē ab ossibus tegimento carnis excusso: eadē ad partes prædictas mittunt seu deferunt tumulanda. Quod non solū diuinæ maiestatis conspectui abominabile plurimū reddit: sed etiam hūanæ considerationis obtutibus occurrit vehementer abhorrendum. Volentes igitur (prout officij nostri debitum exigit) illud in hac parte remediū adhibere/ per quod tantæ abominationis tanteq immanitatis & impietatis abusus penitus deleatur/ nec extēdatur ad alios: apostolica authoritate statuimus & etiā ordinamus: vt cūquis/ & cuiuscūq status aut generis seu dignitatis extiterit/ in ciuitatibus/ terris seu locis in quibus catholicę fidei cultus viget/ diem de cetero claudet extremū: circa cadauera defunctorum huiusmodi abusus vel similis nullatenus obseruetur: nec fideliū manus tanta imanitate fœdet. Sed vt defunctorum corpora/ sic impie ac crudeliter non tractentur: deferant ad loca in quibus viuentes elegerit sepeliri: aut in ciuitate/ castro vel loco vbi decesserunt: vel loco vicino ecclesiasticę sepulturę tradātur ad tempus: ita q demum incineratis corporibus: aut alias vbi sepulturam elegerint deportent & sepeliātur in eis. Alioquin prędicti defuncti executor vel executores aut familiares eius seu quiuis alij cuiuscūq ordis/ conditionis/ status aut gradus fuerint/ etiā si pontificali dignitate prefulgeant. Qui contra huius nostri statuti & ordinationis tenorē præsumpserint defunctorū corpora sic inhumaniter & crudeliter pertractare vel facere pertractari: excōicationis sententiā/ quā ex nunc in ipsos pferimus/ ipso facto se nouerint incursuros. A qua non nisi per apostolicā sedē (pręterq̄ in mortis articulo) possint absolutionis bñficium obtinere. Et nichilominus ille cuius corpus sic inhūanę tractatum fuerit/ ecclīastica careat sepultura. Hæc est Bonifacij octaui constitutio: quæ habetur in extrauaganti. detestandę. in titulo de sepulturis.

d ¶ Iacob genuit Ioseph. Matthęus dicit Ioseph filiū fuisse Iacob filij Mathan. Lucas aūt dicit eū fuisse filiū Heli filij Mathat. Quid igitur (An contrarij sint euangelistę(Sed Matthęus filiationem naturæ. Lucas vero filiationē legalē respicit. Vnde sciendū q (vt refert Eusebius Cęsariensis in sua historia ecclesiastica. lib.1.c.6.) Mathan & Mathat diuersis temporibus de vna eadēq vxore Hesta noie singulos filios pcrearūt: quia Mathan qui per Salomonē descendit/ vxorē eam primus acceperat: & relicto vno filio Iacob noie/ defunctus est: post cuius obitum (qm̄ lex/ viduam alij viro nō vetat nubere) Mathat q per Nathan genus ducit cū esset ex eadē tribu: sed non ex eodem genere. relictam Mathan accepit vxorē: ex qua ipe suscepit filiū nomine Heli. sicq ex diuerso patrū genere efficiunt Iacob & Heli vterini fratres: quorū alter. i. Iacob fratris Heli sine liberis defuncti vxorem ex mandato legis accipiens/ genuit Ioseph: natura quidē germinis suum filiū. Propter qd & scribitur Iacob genuit Ioseph: scdm vero legis pceptum/ Heli efficitur filius: cuius Iacob/ quia frater erat: vxorem ad suscitandū fratris semen acceperat. Pro hac declaratione facit quod habet in l.1. in prin. ff. de adop. vbi dicit iurisconsultus/ filios non solū natura verumetiā adoptiones faciunt. Et sic duo patres haberi possunt. Alter naturalis p generationem: alter legalis per adoptionem. Et idē probat in l 2. versic. Imperio magistratus. eodē ti. Pro hac etiam declaratione facit quod habet in c. Hismael. 50. dist. de quo dictū est s. in verb. Ihesus. Lucæ.3. in annotatione illorum verborū. Qui fuit Heli. vbi etiam hęc declaratio data est: sed nō ita protense.

e ¶ Virum Mariæ. Videatur quod istis verbis annotatū est. in verb. Generare. & ibi dictis addendo notetur/ q verum & perfectū matrimoniū fuit inter Mariam & Ioseph: & propterea merito Ioseph Mariæ vir appellatur: sufficit em̄ solus consensus eorū de quorū quarūq consensu & coniūctionibus agitur: qui solus si defuerit/ cętera etiā cum ipso coitu celebrata frustrantur. dicit tex. in c. Sufficit.27.q.2. Cum ergo inter Mariam & Ioseph verus matrimonij consensus accesserit. (put habetur in c. Beata. versi. Consensus. eadē causa & qst10.) Verum inter eos matrimoniū fuit: tametsi oino in copulam nō cōsenserit/ sed se diuinę voluntati cōmiserit prout probat in d.c. Beata de quo dictū est s. in verbo Cognoscere sup illd Matth. Quomodo fiet istud/ qm̄ virum non cognosco. Et ita etiam transit Panor. in c. Cōmissum. in primo nota de sponsali. & pro hoc est ibi bo. tex. Ibi em̄ probatur q si is qui cum aliqua contrahere matrimonium iurauit: ingredi velit monasteriū: debet (vt eius iuramentum exoluat) dare ei consensum matrimonij per verba de pręsenti: & postea ante copulā ingredi religionem. Sic ergo cōtrahit matrimoniū/ & tamen nō habet consensum in copulā: imo habet contrarium cōsensum igit &c. Secundo facit: quia matrimoniū verum & perfectū cōtrahi potest ab eo qui est in extremis cōstitutus. & sic qui nullā de cōsummando matrimonio per copulā carnalē spē habet/ & intātū q per illud matrimonium legitimabunt filij prius ex concubina suscepti. Ita tenet Io. An. in c. Tanta. Qui filij sunt legiti. & in regula. Sine culpa. col.2. versi. In cōtrarium. de regu. iu. in vj. igitur. &c.

f ¶ De qua natus est Ihesus. Videatur annotatio in verbo Generare.

g ¶ Anteq̄ conuenirent. Tex est hęc verba declarans in c. Quod dicitur. de verbo. signi. de quo textu dictū est s. in verb. Conuenire. Non dicitur autē hic anteq̄ in seu priusq̄ sponsi adduceretur domum. hunc enim morem seruabat antiquitas vt sponsę in sponsorū domibus haberent. c. Priusq̄.27.q.2.

h ¶ Ioseph autem vir eius cum esset iustus/ & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Aug. de verbis dñi hanc sententiā declarans/ ait. Si solus nosti quia aliqs peccauerit in te: & eū vis corā oibus arguere/ non es corrector/ sed pditor. Vñ vir iustus Ioseph tāto flagitio qd de vxore fuerat suspicatus magna benignitate

pepercit. Aestuabat itaq; certa adulterij suspicio: & tamen quia ipse solus sciebat/noluit diuulgare/sed occulte dimittere: volens prodesse peccanti/non punire peccantem. Pro hac declaratione est textus rotondus in cap. Si peccauerit. 2. quæstione prima. in prima colū. de quo textu dictum est in verbo dimittere. in annotatione huius sententiæ.

i ¶ Quod enī in ea natū est/de spiritu sancto est. Videat quod istis verbis annotatū est ẞ. in verb. Ihesus.

gem tuam. Quod [i] enim in ea natum est/de spiritusancto est &c. Et supra in verbo Ihesus.

¶Exurgēs Ioseph a somno/ fecit sicut præceperat ei angelus domini: & accepit [k] coniugem suā/& nō [l] cognoscebat eam donec peperit filiū suum primogenitum; & vocauit [m] nomen eius Ihesum. Mat.1.i &.

¶Ioseph commonitus ab angelo/accepit [n] puerum Ihesum & matrē eius nocte/& secessit in Aegyptum. Et diffusius supra in verbo Ihesus. Matth.2.c.

¶Ioseph in Aegypto angelus domini in somnis apparuit/dicēs. Surge & accipe puerum & matrem eius / & vade in terram Israel; defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Cōsurgens autem accepit puerum & matrem eius/& venit in terram Israel. Audiens autem ꝙ Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo timuit illo ire: & admonitus in somnis secessit in partes Galilææ: & veniēs habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth. Et supra in verbo Ihesus. Mat.2.d.e.

¶De Ioseph/qui cum Maria desponsata sibi vxore prægnante ascēdit in Bethleem ciuitatē Dauid/ vt ibidem profiteretur iuxta edictū quod exierat a Cæsare Augusto: vt describeretur vniuersus orbis: habetur Lucæ.2.a.& supra Ihesus.

¶Ihesus putabatur filius Ioseph qui [o] fuit Heli/qui fuit Mathat/ qui fuit Leui/qui fuit Melchi/qui fuit Iamne/qui fuit Ioseph. Lucę.3.e.

¶De Ihesu dicebatur in Nazareth: hic est filius Ioseph.

Ioseph ab Arimathia. ¶Ioseph ab Arimathia vir diues & nobilis decurio/discipulus erat Ihesu: hic accedens ad Pilatum petijt [p] sibi dari corpus Ihesu: quo accepto inuoluit illud in sydone mūda/& posuit in monumento suo nouo/quod exciderat de petra. Mat.27.g.

¶Ioseph ab Arimathia discipulus erat Ihesu / sed occultus propter metum Iudæorum. Ioan.19.g.

Ioseph iustus. ¶Hic Ioseph Christi frater dicebatur. Matth. 13.g. in fine/& Marci.6.a.

¶Ioseph q vocabatur Barsabas qui cognominatus est iustus & Mathia simul statutis/ miserūt apostoli sortes: & cecidit [r] sors super Mathiam &c. Et infra Matthias. actuū.1.is.

¶Ioseph qui cognominatꝰ est Barsabas/ab apostolis leuites quod est interpretatum filius cōsolationis; Cyprius genere/cum haberet agrū vendidit eum: & attulit precium/& posuit [s] ante pedes apostolorum. actuū.4.is.

Iosue. ¶Iosue Moyse orante pugnauit contra regem Amalech: & fugauit eum/& populum eius in ore gladij. Et diffusius infra in verbo Moyses. Exodi.17.d

¶Iosue filius Nun/minister erat Moysi/& electus [t] e pluribus. Numeri.11.

¶Iosue filius Nun/& Caleb filius Iephone qui et ipsi lustrauerūt terram filijs Israel promissam (alijs lustratoribꝰ pleraq; perniciosa de ea referentibus) sciderunt vestimenta sua/& ad omnem multitudinem filiorū Israel locuti sunt. Terra quā circuiuimus valde bona est. Si propitius fuerit dominus: inducet nos in eam / & tradet humum lacte & melle manantem. Nolite rebelles esse contra dominum: neq; timeatis populum terræ huius/quia sicut panem/ ita eos possumus deuorare. Nūeri.14.b

k ¶Accepit Mariā coniugem suam. Non in domo accepit eam: nec enī adhuc dimiserat eam de domo / sed de animo suo deposuerat eam: & iterum in animū suum eam recepit. Hęc declaratio est Chrysosto. pro qua facit d.c. Priusq̄.27.q.2. iuncto d.c. si peccauerit. col.1.2 q.1. i dicto enim c. Priusq̄. satis probatur ꝙ iam in domo eam habebat. i d. vero c. Si peccauerit: ꝙ eā ab aīo suo deposuerat.

l ¶Non cognoscebat eā/donec peperit filium suū primogenitū Ex hac sententia quidā peruersissime suspicant & alios filios Mariā habuisse: cū tamē mos diuinarum scripturarū sit: vt primogenitū nō vocent quem fratres sequūtur/sed eū qui prior natus fuit. Ita dicit textus (qui Hieronymi est) i c. Ioseph. de verb. sig. Qui aūt id crediderūt fuerūt quidā Eluidiani vocati/ qui dixerunt post Christum natum/alios Mariam filios ex Ioseph viro peperisse. c. Quidam. versic. Eluidiani.24.q.3.

m ¶Vocauit nomē eius Ihesum. Videat qd istis verbis annotatū est in verb. Ihesus.

n ¶Accepit puerū & matrem eiꝰ. Recurratur ad verbum Ihesus.

o ¶Ioseph qui fuit Heli / q fuit Mathat. videq̄ dictū est s. eodem. in prima annota.

p ¶Petijt sibi dari corpus. Facta est annotatio s. in verb. Ihesus.

q ¶Inuoluit illud in syndone mūda. Textꝰ est circa hęc verba vidēdus in c. Consulto. de cōsecra. dist.1. de quo dictū est in verb. Ihesus. i annotatione istorum verborum.

r ¶Cecidit sors super Mathiā. Recurrat ad verb. Matthias.

s ¶Et posuit ante pedes apłorū. Vt sic cōeꝫ cū eis viti ageret: de qua cōi vita dictū ē s. i verb. Cōiu. vbi videatur.

t ¶Electꝰ e pluribꝰ. De hac electiōe Iosue dicet i.6. pxima annota.

v ¶ Dominus nobiscum est/ nolite metuere. Non enim in multitudine bellantium victoria belli/ sed in auxilio domini est. c. Si non ex fidei merito. in prin. 23. quęsti: 4. de quo textu dictum est supra in verb. Gedeon. Iudicum. 7. in princip.

x ¶ Soli vixerūt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terram. Hic notetur textus in c. Ieiuniū. versi. In quinto mense. 76. distin. de quo dictum est ſ. in verb. Ieiunium.

Recessit ab ab eis omne præsidium: dominus [v] nobiscū est/ nolite metuere. Cūq; clamaret omnis multitudo/ & lapidibus vellet eos opprimere: apparuit gloria domini super tectū fœderis/ cunctis videntibus filijs Israel.

Nūeri. 14. f ¶ Iosue filius Nū & Caleb filius Iephone soli [x] vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terram.

Nūeri. 27. d ¶ Tolle Iosue filium Nun in [y] quo est spiritus dei (dixit dominus ad Moysem) & pone manum tuam super eum. Qui stabit corā Eleazaro sacerdote/ & omni multitudine: & dabis ei præcepta cunctis videntibus/ & partem [z] gloriæ tue: vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. Pro [a] hoc si quid agendum erit: Eleazar sacerdos consulet dominum. Ad verbum eius ingredietur & egredietur ipse & omnes filij Israel cum eo/ & cætera multitudo. Fecit [b] Moyses vt pręceperat dominus. Cūq; tulisset Iosue/ statuit eum coram Eleazaro sacerdote & omni frequētia populi: & impositis capiti eius manibus/ cūcta replicauit quæ mandauerat ei dominus.

Deute. 34. c ¶ Iosue filius Nun repletus est spiritu sapientæ: quia Moyses posuit super eum manus suas/ & obedierunt ei filij Israel.

¶ Moyse mortuo dixit dominus ad Iosue. Moyses [c] seruus meꝰ mortuus est. Surge & transi Iordanem/ tu & omnis populus tecum in terram quā ego dabo filijs Israel (Et subiungitur) Sicut cum Moyse fui ita ero tecum. Confortare & esto robustus: terram quam daturus sum populo huic/ diuides: pro qua iuraui patribus vt traderem eam illis. Iosue. 1. a. b. vbi alia verba domini ad Iosue videri possunt.

Iosue. 1. c. vsq; ad finē. ¶ Pręcepit Iosue principibus populi/ dicens. Trāsite per medium castrorum & imperate populo/ ac dicite. Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertiū trāsibitis Iordanē/ & intrabitis ad possidēdam terram quam dominus deus vester daturus est vobis. Rubenitis quoq; & Gadditis/ & dimidiæ tribui Manasse ait. Mementote sermonis quē præcepit vobis Moyses famulus domini: dicēs. Dominus deus vester

y ¶ Virum in quo est spiritus dei. Iubetur tamen Moyses manus ei imponere: ne quisq̄ quātalibet pollens gratia/ sacramenta cōfirmationis audeat recusare. Pro hoc dicto (quod est glosę ordinarię) facit quod habet p glo. in c. Remissionem. §. Sed notandū. 1. quęsti. 1. per doc. in c. Veniens. de transac. & in c. Quāto. de cōsuetu. vbi cōcluditur/ hoc sacramentum confirmatiōis esse necessitatis: ita scilicet/ ꝙ ab aliquo salus sine eo haberi non pōt si cōtēnatur & dictū est ſ. in verb. Cōfirmare.

z ¶ Et partem gloriæ tuę. Idest facies eū sociū glorię tuę. Nō eni res huiusmōi quasi partiliter diuisę/ minuūtur: sed totę sunt oībus/ totę singulis qui earū habent societatē. Gratia nanq; cōmunicata cęteris/ augetur potius q̄ minuatur. vt est bo. tex. in c. Reuertimini. in fi. 16. quęsti. 1.

a ¶ Pro hoc si quid agēdum erit: Eleazar sacerdos cōsulet dominū. Per hoc moraliter istruimur (dicit glo. ordīaria) vt quisqs accipiat potestatem in populo/ scdm magisteriū diuinæ legis (quę in sacerdotis officio maxime cōmendatur) vitam suam & subditorum ordinet atq; regat. Epla iterclaras. versi. Quobrē (vbi bo. tex. pro hac declaratione). C. de sum. trini.

b ¶ Fecit Moyses sicut pręceperat ei dominus. Cūq; tulisset Iosue/ statuit eum corā Eleazaro sacerdote & omni frequentia populi. Licet ergo dn̄s de constituendo principe pręcepisset & elegisset: tamen conuocatur etiam synagoga. Requiritur ergo in ordinando sacerdote etiam populi p̄sentia: vt sciant omnes & certi sint/ ꝙ qui præstantior est ex omni populo/ qui doctior/ qui sanctior/ qui in omni virtute eminentior: ille eligitur ad sacerdotiū: & hoc attestante populo/ ne qua postmodū retractatio cuiq̄/ ne qs scrupulus resideret. Hoc est autē qd & apostolus pręcipit in ordinatione sacerdotis/ dicens. Oportet illū & testimonium habere bonū ab ijs qui foris sunt. Ego tamen & amplius aliquid video in eo quod dicit (quia conuocauit Moyses omnē synagogā) vt hoc sit/ colligere omnes animi vires & in vnū cōgregare virtutes: vt cū sermo de sacerdotalibus habet sacramētis: vigilent omnes animi virtutes & intentę sint/ vt nichil sciētię/ nichil in eis sapientię/ nichil desit industrię: sed adsit omnis multitudo sensuū/ adsit omnis cōgregatio sanctaꝝ cogitationum: vt quid sit pontifex/ quid vnctio/ qd indumēta eius: cōferens intra sacrariū cordis sui possit aduertere. Ita dicit textus in c. Licet ergo. 8. quęsti. 1. qui de hoc facto Moysi/ & assumptione Iosue in principē populi loqtur: tāets ibi de synagoga/ hic vero de frequētia populi textꝰ loquat. sed ille textꝰ literā. 70. interpretū respicit: hic aliā. Ita sentit Archi. in c. Si ergo. circa prin. eadē causa & quęsti. Qz tn̄ in d. c. Licet. dicit populū in electiōe sacerdotis conuocandū: intelligendū est hodie nō vt vocē det/ & cū clericis sacerdotē eligat: hoc eni inhibitū est. c. Messana. c. Quisqs. de elec. sed vt electio facta p eccl'iasticos populo publicet: vt sic omniū & eccl'iasticoꝝ & seculariū assensu pmoueatur: quē tn̄ assensum/ si non vellet populus pręstare/ non p hoc irritaret electio dicit glo. in c. 1. in verb. Plebibus. 62. dist. Sed tn̄ papa posset eū cogere vt cederet/ assignato tamen sibi bono cambio. Neq; enim cū scandalo populi debet aliquis preesse. Ita Inno. in c. Nisi cū pridē. de renū. De hac etiā assumptione Iosue in ductorē populi ex pręcepto dn̄i/ est celebris tex. in d. c. Si ergo. de quo videat ſ in verb. Ihesus. in. 2. annota.

c ¶ Moyses seruus meus mortuus est (subiungitur) Sicut fui cum Moyse &c. Ex hoc testimonio & alijs pbatur Moyses defunctus vt dei famulus & deo placens. quis in eo illa vindicta completa sit/ ꝙ non in terram promissionis intrauerit. Ex qua datur intelligi: deum in bonis seruis suis aliqua corporaliter vel temporaliter vindicare: & tamen eos inter vasa honesta & vtilia habere. Pro hoc dicto (quod est glo. ordi. est clarus textꝰ in sæpe allegato c. Non omnis. in fine, 5. quęsti. 5.

d ¶Qui non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei / moriatur. Similis est textus ex apostolo sumptus in c. Qui resistit. 11. questi. 3.

e ¶Siccato Iordanis alueo. De hac siccatione aluei Iordanis est textus in c. Reuera. versi. Iordanis. de cõsecra. distinc. 2. de quo textu dictum est s. in verb. Ihesus. Matth. 26.

f ¶Solue calciamentũ tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas sanctus est. Nos etiam si vita & meritis accedamus ad deum / & digni efficiamur vt assistat nobis deus: dicetur nobis vt soluamus a pedibus animę nostrę / si qd in eis est mortalis vinculi. Qz si ab anima nostra & sensibus / omne vinculũ mortalis culpę absoluimus: cõtinuo libenter adhæret nobis & assistit de9. Hęc sentẽtia est glo. ord. p qua est tex. clarus sępe s. allegatus in c. Si em. col. 2. de pœni. dis. 1.

g ¶Circuite vrbem &c. Hierico luna interpretatur dicit Isidor9. & est tex. i c. Ecclesia. §. his ita. versi. Hierico. 1. q. 4. Luna vero mundũ significat. d. c. Ecclesia. versi. Hierico. Quia sicut luna menstruis cõpletionibus deficit / ita mundus ad cõsummationẽ temporum currẽs quotidianis defectibus cadit. c. De quotidianis. in prin. de cõse. distinc. 3. & c. Adhuc psldi instant. in fi. de pœni. distic. 3. In arca vero ecclesia figuratur. prout est tex. in extrauag. vnã sanctam. in titu. de maio. & obed. Fortes prędicatores in tubis æneis. Vnde & dictum est. Quasi tuba exalta vocem tuã ca. Sit rector. col. 2. 43. distinc. Hanc autẽ vrbem Hierico septem diebus ferentes archam Israelitę / in æneis tubis clangentib9 circũeunt: & muri eius p arcę pręsentiã et tubarũ sonitum cadunt: quia in hoc tempore: quod septẽ dierũ vicissitudine voluitur / dum archa fertur: idest dum orbem terrarũ circumiens ecclesia / mouemur ad prędicatorum voces quasi ad tubarum sonum muri Hierico: id est elatio mũdi & superba infidelitatis obstacula corruunt. c. Fundamẽta. in prin. de elec. lib. 6.

h ¶Illato anathemate. Israelitæ iterpretãtur viri videntes deũ: & significant multitudinem sanctorum. Lapides ergo & thesauri Hierico anathematizãtur: vt significetur q muri vitiorum & huius mundi thesauri (qui per lapides & thesauros Hierico designantur) non debent transire in sortem sanctorum. Ita dicit tex. in ca. Ecclesia. §. his itaq;. 1. questi. 4. in versi. Israelitæ.

dedit vobis requiem & omnem terram. Vxores vestræ & filij vestri ac iumenta manebũt in terra quã tradidit vobis Moyses trans Iordanẽ. Vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu: & pugnate pro eis donec det dominus requiem fratribus vestris / sicut & vobis dedit: & possideant ipsi quoq; terram quã dominus deus vester daturus est eis. & sic reuertimini in terram possessionis vestræ / & habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanem contra solis ortum. Responderuntq; ad Iosue atq; dixerunt. Omnia quæ præcepisti nobis faciemus: & quocunq; miseris ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi / ita obediemus & tibi: tantum sit dominus deus tecum / sicut fuit cũ Moyse. Qui contradixerit ori tuo / & non obedierit[d] cũctis sermonibus quos pręceperis ei: moriatur. Tu tantum confortare & viriliter age.

¶Misit Iosue filius Nun de Sethim duos viros exploratores in abscõdito: & dixit eis. Ite & considerate terram vrbemq; Hierico. Et per discursum capituli habetur de dictis exploratoribus / & Raab meretrice in cuius hospitio fuerunt excepti. Iosue.2.a.

¶(Siccato[e] / pro trãsitu Iosue & populi Israel sibi cõmissi / Iordanis alueo. Positisq; duodecĩ lapidibus in alueo / & totidẽ in sicco: ĩ perẽnẽ siccati Iordanis memoriam. prout habetur Iosue.3. toto capite &.4.a.b.) Magnificauit dominus Iosue coram omni Israel / vt timerent eũ sicut timuerant Moysem dum adhuc viueret. Iosue.4.c.

¶De secunda circũcisione facta per Iosue: habetur Iosue.5.a. & diffuse in verbo circuncidere.

¶Cum esset Iosue in agro vrbis Hierico / leuauit oculos & vidit virũ stantem contra se euaginatum / tenentẽ gladium: perrexitq; ad eum / & ait. Noster es: an aduersariorũ? Qui respõdit. Nequaq̃: sed sum princeps exercitus domini: & nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terrã: & adorans ait. Quid dominus meus loquitur ad seruũ suum? Solue[f] (inquit) calciamentum tuum de pedibus tuis. locus enim in quo stas sanctus est. Fecitq; Iosue vt sibi fuerat imperatum. Iosue.5.d.

¶Dixit dominus ad Iosue. Ecce dedi in manu tua Hierico / & regem eius / omnesq; fortes viros. Circuite[g] vrbem cũcti bellatores semel per diem: sic facietis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollẽt septẽ buccinas / quarũ vsus est ĩ iubileo: & pręcedẽt archã fœderis. Septiesq; circuibitis ciuitatem / & sacerdotes clangẽt buccinis. Cũq; insonuerit vox tubæ longior atq; cõcisior: & in auribus vestris increpuerit. conclamabit omnis popul9 vociferatione maxima: & muri funditus corruent ciuitatis / ingredienturq; singuli per locum contra quẽ steterint. Iosue.6.a.

¶(His quæ iusserat dominus peractis / Illatoq;[h] per Iosue in ciuitatẽ & omnia quæ in illa erant anathemate) muri ciuitatis Hierico illico corruerunt. Et ascendit vnusquisq; per locũ qui contra se erat. Ceperuntq; ciuitatem / & interfecerunt omnia quę erant in ea: a viro vsq; ad mulierẽ / ab infante vsq; ad senẽ. Boues quoq; & oues & asinos in ore gladij percusserunt. Duobus autẽ viris qui exploratores missi fuerant: dixit Iosue. Ingredimini domũ mulieris meretricis: & produ- Iosue.6.e.

i ¶ Raab veró meretricem & domũ patris eius &c. Qui inuenti sunt in domo Raab/saluati sunt ab interitu vrbis: & quicunq; vere intra ecclesiam reperiuntur saluãtur. Extra hanc domum.i. extra ecclesiã nemo saluatur. c. Quia ex sola (vbi hoc dictum glo. ordi. probatur). 24. questi. 1.
ii ¶ Posuit insidias. Recurratur ad verbum insidię.
k ¶ Deposuerunt cadauer eius de cruce. Videatur qd de cadaueribus punitorũ deponendis dictũ est s. in verb. Cadauer. & diffusius dicetur in verb. Patibulum.

cite eam/& omnia quæ illius sunt: sicut illi iuramento firmastis. Ingressiq; iuuenes eduxerunt Raab & parẽtes eius/fratres quoq; & cunctam suppellectilem ac cognationem illius: & extra castra Israel manere fecerunt. Vrbem autem & omnia que inuenta sunt in ea/succenderunt: absq; auro & argento & vasis æneis ac ferro/quæ in ærarium domini consecrarunt. Raab ⁱvero meretricem & domum patris eius & omnia q̃ habebat fecit Iosue viuere/& habitauerũt in medio Israel vsq; in presentem diem/eo q̄ absconderit nuncios quos miserat vt exploraret Hiericho. In tempore illo imprecatus est Iosue dicens: Maledictus vir coram domino qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Hiericho. In primogenito suo fundamenta illius iaceat: & in nouissimo liberorũ ponat portas eius. Fuit ergo dominus cum Iosue: & nomen eius vulgatum est in omni terra.

¶ De Achã qui anathemate reus factus/iussu Iosue lapidatus est: habetur Iosue.7. Et supra Anathema.

Iosue.8.a.b.c.d. ¶ Iosue (expugnaturus ciuitatem Hai/vniuersumq; ciuitatis populũ delere volens) posuit ⁱⁱ insidias post ciuitatem: quę (egressis de ciuitate perq̃multis ad debellandum Iosue) confestim surrexerunt/& pergentes ad ciuitatem ceperunt & succenderunt eam.

Iosue.8.f. ¶ Iosue fecit ciuitatem Hai tumulum sempiternum: regẽ quoq; eius suspendit in patibulo vsq; ad vesperã & solis occasum. Præcepitq; Iosue/& deposuerũt ᵏ cadauer eius de cruce: proieceruntq; in ipso introitu ciuitatis/congesto super eo magno aceruo lapidum: qui permanet vsq; in præsentem diem.

Iosue.8.f.g ¶ Tunc ˡ ædificauit Iosue altare domino deo Israel in monte Hebal: sicut præceperat Moyses famulus domini filijs Israel. Et scriptum est in volumine legis Moysi altare de lapidibus impolitis quos ferrũ non tetigit. & obtulit super eo holocausta domino: immolauitq; pacificas victimas. & scripsit super lapides deuteronomium legis Moysi: quod ille digesserat corã filijs Israel. Omnis autẽ popul⁹/& omnes maiores natu ducesq; ac iudices/stabãt ex vtraq; parte arcæ in cõspectu sacerdotum qui portabant archam fœderis domini: vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta mõtem Garizim/& media iuxta mõtẽ Hebal/sicut præceperat Moyses famulus domini. Et primũ quidẽ benedixit populo Israel. Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis & cuncta quæ scripta fuerant in legis volumine. Nichil ex his quæ Moyses iusserat reliquit intactum: sed vniuersa replicauit coram omni ᵐ multitudine Israel/mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

¶ De Iosue a Gabaonitis per eorum simulationem decepto: habetur Iosue. 9. & diffuse in verbo Gabaon.

¶ De varijs prelijs strenuissime gestis a Iosue: habetur Iosue.10.&.11.

Iosue.10.b. ¶ Locutus est Iosue domino in die qua tradidit Amorreũ in cõspectu filiorum Israel: dixitq; coram eis. Sol contra Gabaon ne mouearis: & luna contra vallem Hailon. Steteruntq; sol & luna/donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum?

l ¶ Tunc ędificauit altare de lapidib⁹ impolitis quos ferrũ non tetigit. Omnes qui in Christũ credimus lapides viui esse dicimur. Sicut autẽ lapides validiores primi iaciũtur in fundamẽto: vt ipsis supponi possit ędificij pondus. Secũdi veró & paulo inferiores proximi ordinantur sic intelligendũ est de lapidibus viuis. Apostoli enĩ & pphetę sunt in fundamẽtis: vnde superędificati super fundamẽtum apostolorũ & prophetarũ ipso summo angulari lapide Christo Ihesu. Ipẽ autẽ Christus spiritualis ędificij fundamentum est. Vnde fundamentum aliud nemo potest ponere preter id qd positũ est: quod est Ihesus Christ⁹. In hoc ædificio oportet esse altare de lapidib⁹ viuis/quos ferrum nõ tetigit. i. oportet eos q spiritualeędificiũ volunt ædificare: esse itegros carne & spiritu. i. ab omni labe purgatos & vnanimitatem & concordiã inter se obseruare. Hęc moralis declaratio videt esse de mẽte glo. or. qoꝫ pbat in quatuor textib⁹ simul iunctis: scilicet in c. Fundamẽta. in prin. de elec. in. 6. in c. Cum Paulus. 1. q. 1. in c. Si enĩ. colũ. 5. ibi: diabolus cũ viderit nos ædificasse fœnũ &c. de pœnitẽ. dist. 2. & in c. Perlatũ est. in fi. 50. dist. In dicto enĩ c. Fundamẽta. pbatur aplos & prophetas fundamẽta eẽ militantis ecclesiæ. in dicto aũt c. Cum Paulus/Christũ totius esse boni operis fundamentũ. In dicto vero c. Si enĩ/vt validum sit spirituale ædificiũ ab omni nos macula esse purgãdos. & in d. c. perlatũ: dissidẽtes & inter se non vnanimes ab ecclię cõione eẽ pellẽdos/& sic ędificium spũale facere non posse cũ extra ecclesiam nichil vtiliter ędificari possit. d. c. qa ex sola 24. q. 1.

m ¶ Corã omni multitudine Israel/mulieribus ac paruulis & aduenis. Et sic omnibus lex dei debet enunciari. Ardua tamen perfectioribus/minora infirmioribus enuncientur. c. In mandatis. c. si. versi. Pariter. 43. distinc.

Stetit itaq; sol in medio cœli: & nō festinauit occumbere spacio vnius diei. Non fuit antea & postea tam longa dies obediente domino voci hominis: & pugnante pro Israel.

℄ Cepit [n] Iosue omnem terram sicut locutus est dominus ad Moysem: & tradidit eam in possessionem filijs Israel secundū partes & tribus suas: quieuitq; terra a prelijs. Iosue.11.in fine.

℄ Omnes reges/quos deuicit Iosue/triginta vnus. Iosue.12.fi.

℄ Iosue (diuisa inter filios Israel promissionis terra prout habetur Iosue.13.& sequentibus vsq; ad.23. Recensitisq; eis amplissimis in ipsos dei beneficijs : prout habetur Iosue vltimo.a .b. c. & interrogatione eis facta: an deo vero/vel dijs alienis vellent seruire. Ipsisq; dicētibus. Absit a nobis vt seruiamus dijs alienis & relinquamus dominum/& rursum domino deo nostro seruiemus & obediētes erimus præceptis eius) Percussit fœdus & proposuit populo præcepta atq; iudicia i Sichem. Scripsit quoq; omnia verba hæc in volumine legis domini: & tulit lapidem prægrandem/posuitq; eum super quercum quæ erat in sanctuario domini: & dixit ad omnem populum. En lapis [o] iste erit vobis in testimonium q; audieritis omnia verba domini quæ locutus est vobis: ne forte postea negare velitis: & mentiri domino deo vestro. Dimisitq; populum/singulos in possessionē suam. Post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus domini centum & decem annorum. Sepelieruntq; eum in finibus possessionis suæ in Thānathsare quæ est sita in monte Ephrai a septētrionali parte mōtis Gaas. Seruiuitq; Israel domino cunctis diebus Iosue & seniorum/qui longo tempore vixerāt post Iosue/ & qui nouerāt omnia opera domini quæ fecerāt in Israel. Cætera quæ dicit scriptura de Iosue sub nomine Ihesus naue : videātur in verbo Ihesus.circa principium. Iosue.vltio 8.

Irasci. Iratus. Iracūdus. Ira & Iracūdia.

℄ Cum iratus fueris (domine) misericordiam facies: & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Thobię.3.c.

℄ Simulatores & callidi prouocant iram [p] dei. Iob.36.b.

℄ Non [q] te superet ira vt aliquem opprimas. Iob.36.c.

℄ Irascimini [r] & nolite peccare : quæ dicitis in cordibus vestris/ & in bilibus vestris compungimini. Psal.4.c.

℄ Domine [s] ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Psal.6.a.

℄ Nunquid irascetur dominus per singulos dies? psal.7.c.

℄ Psallite domino omnes sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius: & vita in volūtate eius. psal.29.a.

℄ Conturbatus est ira oculus meus: anima mea & venter meus. Psal.3.a.

℄ Iratus es domine: & misertus es nobis. Psal.59.a.

n ℄ Cepit Iosue omnem terram &c. Circa hæc verba notetur textus in c. fi. versi. Per scientes.23.quęsti.5. vbi dicitur. Deus per filios Israel/voluit peccata punire Amorreorū & Chananeorū & aliarum gentium/quarū terram Israelitis possidendā dedit: quibus etiam pręcepit vt nemini eorum parcerent/sed omnes morti traderent. Quod autē propter peccata eorū hoc illis cōtigerit: ex verbis domini apparet/qui cum diceret ad Abraham. Semini tuo dabo terram hanc: veluti quęreret. quare non modo eam das michi: audiuit. Nondū enī sunt peccata Amorreorū consummata. quę tunc intelligūtur fuisse cōsummata/cū populus ille de ægyptiaca seruitute liberatus/ terram eorum: sicut Abrahę pmissum fuerat/ in hæreditatem accepit. Hęc ibi.

o ℄ En lapis iste erit vobis in testimoniū. Hęc verba qui altius pscrutātur (dicit glo. ordi.) tantū virum tam insipientē non putant: vt verba dei quæ locutus est populo/ lapidem audisse credidderit. qui etiā si in hominē effigiatus esset/aures haberet & non audiret: sed per hunc lapidē illum significauit q est lapis offensionis non credētibus Iudęis : & petra scādali/ quem reprobauerūt ędificantes: & factus est i caput anguli: de quo dicit. Bibebāt autem de spirituali consequente eos petra. Petra autē erat Christus. c. Reuera . versi. Si illud qd miraris. de consecra. distinc.2. & notat Archi. in c. Fundamēta. super verb. Angulari lapide. de elec. lib.6.

p ℄ Iram dei. Ira dei non est vt hominis. i. pturbatio conciati animi : sed tranquilla iusti supplicij constitutio. Ita dicit tex. in c. pductior. versi. fina. de pœni. dist. 3. & idē probat text9 in c. Episcopus §. Si ergo iniuste. versi. Vnde Beda. 11. quęsti.3.

q ℄ Non te superet ira vt aliquē opprimas. Pro hoc dicto est bo. tex. in c. Ira. 11. q.3. de quo dicetur statim. ad Rom 12.

r ℄ Irascimini & nolite peccare. Id est irascimini vobis de pręteritis peccatis/ & vlterius nolite peccare. Hęc declaratio est glo. interli. & probatur in c. Irrisor. cū sex sequētibus. de pœni. dis. 3. vel irascimini peccatis aliorum: non alios dedignando/sed eorū peccata misericorditer corripiendo. Ita enim continget vos non peccare. c. Vera iustitia. 45. distinc. Est enim quędam ira per vitiū/ & quędā ira per zelum. Prima excœcat/& ista est mala. Prouer.27. Ira non habet misericordiā/ nec erumpens furor. Secunda ira turbat/& est bona: tum quia peccata punit incorrigibiliū vt patet de Matathia.1. Ma.2. & de Phinees Numeri.25. & .23.q. 8.c. Occidit. tum quia peccata corrigit erubescentiū. Vnde Psal. Irascimini & nolite peccare: tum qa peccatis cōpatitur ex infirmitate peccantiū. Exodi.16. dimiserūt vsq; mane. & sequit. Iratus est Moyses. Ita notāter dicit Archi. in c. Aduersitas. col.2. i fi. 7. q. 1. vel irascimini & nolite peccare. i. si motus surgit animi q nō est in potestate/ non ei cōsentiat ratio: qd ergo cōsuetudinis est pmittit/qd culpę phibet. Pro hac declaratiōe glo. or. facit tex. Augustini sępe ā allegatus in c. Sed pensandū. 5. distinc.

s ℄ Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Videatur quod annotatū est isti sen-

tentiæ s. in verb. Furor. & addatur: ꝙ deus proprie non dicit irasci hominibus sed vitijs. Tex. est in c. Quobrē. versi. Rursum asserit. de pœniten. distinc. 1.

r ℭ Effunde iram tuam &c. Per Antiochum cū idolatriā Iudaicæ plebis dn̄s puniret: & pacem quā ex lege dei abiecta / & ex sacris nationū assumptis quęrebāt / illis in perniciē verteret: quia dei dispositionē ignorans / suę facultati deuastationē illius plebis attribuit: imprecatur in eum propheta dicens. Effunde iram tuā in gentes quę te non nouerūt: & in regna quę non inuocauerunt nomen tuū. ne forte dicant in gētibus / vbi est deus eorū. Ita dicit tex. in c. fi. §. Hinc notandū. 23. q. 5. vbi Archi. exponendo / dicit. Effunde iram tuam. i. plenariā iram tuam mitte / & hoc in futuro: in gentes quę te non nouerūt. i. quę te noscere non voluerūt & in regna. i. in principes illarū gentiū quę nomen tuum non inuocauerūt. Nec hoc est cōtrariū euāgelicę lectioni siue sententiæ qua dicitur. Seruus q̄ nescit voluntatē dn̄i sui / plagis vapulabit paucis. Quia loquitur de seruis tantū: & multū distat inter seruos voluntatē dn̄i sui nesciētes / & tamen in familia eius & domo viuentes: & inter inimicos voluntatē eius scire nolentes nec eum inuocantes: & insuper in seruis eius eum impugnantes. Hæc Archi.

v ℭ Munus absconditū extinguit iras. Videatur qd dictum est s. in verb. Eleemosina. super illud. Ignē ardentē extinguit aqua / & eleemosina resistit peccatis.

y ℭ Ne sis velox ad irascendū. Consimile videtur quod dicit Hiero. in c. Nunq̄. in princi. de conse. distinc. 5. vbi dicit tex. Irā vince patiētia.

z ℭ Aufer irā a corde tuo: & maliciam a carne tua. Circa hanc sententiam notetur quod dicitur per Archidia. in c. Si euāgelica. in princi. 55. distic. ꝙ scilicet tres sunt irę species. Nam quędā in animo nascitur / sed vsq; ad exteriorē iniuriam non producitur: & hęc est de qua dicit. Qui irascitur fratri suo / reus erit iudicio. i. qui interius iram cōcipit retinens / ęternę dānationis iudiciū non euadit. Hęc ira significat per filiā archisynagogi defunctā in thalamo. Alia est ira quę procedit vsq; ad generales contumelias. De hac dicit. Qui dixerit fratri suo Racha. i. cōtumelias ei ingesserit / reus erit consilio. i. grauiori iudicio reus erit. Et hęc figurat per filiū viduę qui deferebatur mortuus extra ciuitatem: quia cum extra mentē ad actum ira prouocatur / anima extra septa mētis vsq; ad exercitiū prauę actionis siue operationis / mortua defertur. Quādo vero vsq; ad speciales cōtumelias prorumpit / grauius facit. De qua dicit. Qui dixerit fratri suo fatue / reus erit gehēnę ignis: quia q̄to grauiores sunt cōtumelię / tāto illum qui cōtumelias ingerit / infamię fœtor corrumpit. Ergo oīs homo tu iram fuge / quę hostis est sapiētię / degenerat a ratione / excedit mensuram iustitię: amicitias rumpit / fœdera diuidit / concordias perimit, aufert pacē pectoris / excludit sabbatum perennitatis. Cuius consilij pōtest esse capax / cuius deliberationis corpus quod ira inflāmat / furor exasperat. Hæc Archidi.

Psal. 78. b. ℭ Effunde [t] domine iram tuam in gentes / quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Psal. 89. c. ℭ Quis nouit dn̄e ptātē iræ tuę & prę timore tuo irā tuā dinumerare.

puer. 12. c. ℭ Fatuus indicat statim iram suam.

puer. 15. a. ℭ Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.

puer. 15. b. ℭ Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est mitigat suscitatas.

prouc. 17. d. ℭ Ira patris / filius stultus: & dolor matris quæ genuit eum.

puer. 21. b. ℭ Munus [v] absconditum extinguit iras: & donū in sinu / indignationem maximam.

proūe. 27. a ℭ Ira non habet misericordiam.

prouc. 26. b ℭ Iras mitigat qui stulto imponit silentium.

Eccli. 7. a. ℭ Melior est ira risu: qa p tristitiā vult⁹ / corrigitur anim⁹ delinquētis.

Ecclēs. 7. b. ℭ Ne [y] sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.

Eccli. 11. d. ℭ Aufer [z] iram a corde tuo: & amoue maliciam a carne tua.

Eccli. 4. a. ℭ Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram.

Eccli. 5. b. ℭ Misericordia & ira a deo cito proximant: & in peccatores respicit ira illius.

Eccli. 7. b. ℭ Memento iræ quoniam non tardabit.

Eccli. 8. d. ℭ Cum iracundo non facias rixam.

Eccli. 16. a. ℭ In gente incredibili exardescet ira.

Eccli. 18. c. ℭ Spiritum ad irascendum facilem / quis poterit sustinere?

Eccli. 19. d. ℭ Est correctio [a] mendax in ira contumeliosi.

Eccli. 20. a. ℭ Q̄ᷓ bonum [b] est arguere / q̄ irasci.

Eccli. 25. c. ℭ Non est ira super iram mulieris.

Eccli. 27. in fi ℭ Ira & furor / vtraq; execrabilia sūt: & vir [c] peccator cōtinēs illorū erit

Ecci. 28. a. ℭ Homo [d] homini reseruat iram / & a deo quęrit medelam. In hominē similē sibi non habet misericordiā / & de peccatis suis deprecat. Ipse dū caro sit / reseruat iram: & propitiationem petit a deo. Quis exorabit pro peccatis illius?

Ecci. 30. d. ℭ Zelus & iracundia minuent dies.

Ecci. 39. c. ℭ Quomodo cathaclismus aridam inebriauit. ita ira [e] dei gētes quæ non exquisierunt eum hæreditabit.

Esaię. 64. c. ℭ Ne irascaris domine satis: & ne vltra memineris iniquitatis nostrę.

Matth. 5. c. ℭ Omnis [f] qui irascitur fratri suo / reus erit iudicio. Qui autem dixerit

a ℭ Est correctio mendax in ira contumeliosi. Videat quod in huius annotatione sententiæ dictum est satis diffuse s. in verb. Contumeliosus.

b ℭ Q̄ᷓ bonum est arguere / q̄ irasci. Ira enī iustitiā dei operatur. c. Eps. §. Si ergo. versi. Si ex aio. 11. q. 3.

c ℭ Vir peccator cōtinēs illoꝝ erit. Ira si qdē trāsitoria est / veniale est peccatū: si pseueret / est mortale. Ita Archi. in c. Vnū orariū §. Aitas. col. 3. 25. dist.

d ℭ Homo homini reseruat iram &c. Videatur qd dictum est superiori proxima annotatione.

e ℭ Ira dei gentes quę non exquisierūt eum / hęreditabit. Recurrat ad ea quæ dicta sunt s. eodē. t in fine.

f ℭ Qui irascitur fratri suo / reus erit iudicio &c. Pro declaratione istorum trium dictorum recurrat ad ea quę dicta sunt s. eodē. 3. & s. in verb. Frater. Matthęi. 5.

g ¶ An deus iniquus est qui infert iram? Absit. Facit textus in c. Quid ergo. 23. quęsti. 5. de quo dicetur infra in verb. Iudicare. super illud Naum prophetę. non iudicat deus bis in idipsum.

h ¶ Non vos defendentes: supple animo vindicandi. Hanc declaratione͂ sentit subsequens ratio ibi. scriptu͂ est em͂. michi vindicta͂/ & ego retribua͂. Ratio em͂ declarat dictu͂ l. Cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. & ita etia͂ hęc verba sentit esse declara͂da textus circa tota͂ hanc sententia͂ vide͂dus. in c. Ira. 11. q. 3. vbi dicit. Ira sæpe etia͂ innoce͂tes ad crime͂ adducit: qa du͂ iusto amplius irascimur & volumus aliena coercere peccata/ grauiora co͂mittimus. Ideo apostolus ait. Non vos vindica͂tes charissimi/ sed date locu͂ irę: hoc est declinemus ea͂ ne nos illa corripiat. Vnde dn͂s Ihesus mitte͂s ad eua͂gelisandu͂ discipulos/ misit eos sine auro/ sine argento/ sine pecunia/ sine virga: vt ince͂tiua litis/ & instrumenta eriperet vltionis. Hęc ibi. Cętera dicent in ver. Vindicta.

fratri suo racha/ reus erit co͂silio. qui autem dixerit fatue/ reus erit gehennæ ignis.

¶ Qui incredulus est filio/ no͂ videbit vita͂: sed ira dei manet sup eum. Ioan. 3. d.

¶ Reuelabitur ira dei de cœlo super omnem impietatem &c. Et supra impietas. ad ro͂a. 1. b.

¶ Secu͂dum duritiam tuam & impœnitens cor/ thesaurizas tibi ira͂ in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei &c. ad ro͂a. 2. a.

¶ Nunquid iniquus est deus qui infert[g] iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? ad ro͂a. 3. a.

¶ Non vosmetipsos (sitis) defendentes charissimi: sed date locu͂ iræ/ sicut scriptum est. Michi vindictam/ & ego retribuam dicit dominus. ad ro͂a. 12. d

¶ Ira opus est carnis. Et supra caro. Ad gala. 5. d

¶ Eramus[i] natura filij iræ sicut & cæteri. ad ephe. 2. a

¶ Sol[k] non occidat super iracundiam vestram. ad ephe. 4.

¶ Vos patres nolite ad iracundia͂ prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correctione domini. Ephe. 6. a.

¶ Non posuit nos deus in terram: sed in acquisitionem salutis. 1. thessa. 5. b

¶ Episcopum oportet esse non[l] iracundum. Ad titu͂. 1. b

¶ Ira[m] viri iustitiam dei non operatur. Iacobi. 1. c.

¶ Diabolus habens[n] iram magnam ad vos descendit. Et latius supra in verbo diabolus. Apoca. 12. c

Irreprehensibilis.

¶ Oportet episcopum irreprehensibilem[o] esse. 1. timo. 3. a.

Irridere.

¶ Peccatum eoru͂ domine cora͂ facie tua non deleatur: quia irriserunt ædificantes. 2. esdrę. 4. a

¶ Fœdum est apud Assyrios si fœminam irrideat virum agendo: vt immunis ab ea transeat. Iudith. 12. c

¶ Nunquid[p] cum cæteros irriseris non confutaberis? Iob. 11. a.

¶ Obseruabit peccator iustum/ & stridebit super eum dentibus suis: dominus autem irridebit eum. quoniam prospicit q̄ veniat dies eius. Psal. 36. b.

¶ Stultus irridet disciplinam patris sui. puer. 15. a.

¶ Non irrideas hominem in amaritudine animæ suæ. est enim qui humiliat & exaltat circunspector deus. Eccli. 7. a.

¶ Quotiens & quanti irridebunt fatuum. Et. s. in verbo fatuus. Eccli. 20. b.

i ¶ Eramus natura filij irę sicut & cęteri. Recurrat ad verbu͂ filius.

k ¶ Sol non occidat super iracundia͂ vestra͂. Hac sententia monemur ne si qua aliqua͂do in nobis ira subrepat/ sinamus ea͂ durare. Ea em͂ quę cito extirpat/ paru͂ obest. Vnde dicit tex. in c. Si qs iratus. in princi. 2. q. 3. Si quis iratus crimen alicui temere obiecerit: co͂uitiu͂ non est pro accusatione habendu͂. sed permisso tractandi spacio: si id qd iratus dixit/ p scriptura͂ sese probaturu͂ fateat. q̄ si forte resipisce͂s/ quæ per iracundia͂ dixerit iterare aut inscribere noluerit: no͂ vt reus criminis teneatur. Hęc ibi. Et in l. Quicquid calore. ff. de regu. iur. dr Quicqd calore iracu͂dię vel fit vel dicit: non prius ratu͂ est/ q̄ si perseuerantia apparuerit iudiciu͂ animi fuisse. Ideoq̄ in breui reuersa vxor/ nec diuertisse videtur. Hęc textus. d. l. qcquid. De qua l. notabiliter scribit Ludo. Ro. in singu. suis. singulari. 508. & facit textus in l. Licitatio. in princip. ff. de publicanis.

l ¶ Non iracundum. Videatur annotatio in verb. Episcopus.

m ¶ Ira viri iustitia͂ dei non operatur. Circa hanc sententia͂ notetur primo tex. in c. Episcopus. §. si ergo. versi. Ex animo. 11. quęsti. 3. vbi dicitur. Ex animo est iniusta sente͂tia/ cum aliquis seruata integritate iudiciarij ordinis/ in adulterum vel in quemlibet criminosum: non amore iustitię sed liuore odij inductus/ sententia͂ profert. Vnde Beda super epistolam Iacobi ait. Ira viri iustitiam dei non operatur: quia qui iratus in aliqua͂ sententiam profert. etsi ille q̄tum ad se/ iustam reportet sententiam: iste tamen qui non amore iustitię sed liuore odij in eum sententia͂ dedit: iustitiam dei in quem perturbatio non cadit/ non imitatur. Hæc ibi. Scdo textus in c. Illa pręposítoru͂ cade͂ cau. & quęsti. vbi dicitur. Illa pręposítorum solicitudo vtilis est: illa est cautela laudabilis/ in qua totum ratio agit/ & furor sibi nichil vendicat: restringenda sub ratione potestas est/ nec quid agendum priusq̄ concitata ad tranquillitate͂ mens redeat. Nam co͂motionis tempore iustum putat omne quod fecerit. Hęc tex. d. c. Illa. cui astipulatur textus in c. Relatum. in si. 5. quęsti. 2. Tertio tex. in c. Su͂t qui opes. 17. quęsti. 4. vbi dicitur. Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu vbi ecclesiæ contulerint/ postea reuoca͂das putauerunt: quibus nec prima merces gratia est nec secu͂da: quia nec prima merces iudicium habuit/ & secunda habuit sacrilegium.

n ¶ Habens iram magnam. Diabolus em͂ appellat ira & furor dei dicit tex. in c. Non solu͂. in si. 23. q. 5.

o ¶ Irreprehensibilem. Declaretur vt dictum est s. in verb. Episcopus.

p ¶ Nunquid cum cęteros irriseris non confutaberis? Facit tex. in c. 1. 21. q. 4. de quo in verb. Deridere.

q ¶ Dixit enim in corde suo nõ requiret. Qui deũ nõ esse malorũ punitorẽ dicit/ipsum irritat. Siquidẽ vt nullũ relinquit bonũ irremuneratũ/ita nullũ relinquit malũ impunitũ.c.qd ergo.circa mediũ.de pœni.dis.3.

r ¶ Non irritatur. Id est non prouocatur ad iram. Est enim passionum omnipotentissima dicit tex. in c. Charitas est vt michi videtur. de pœni. distinc.2.

s ¶ Abijt Isaac ad Abimelech regẽ Palestinorum. Sic refutante Iudęa verbũ euãgelij.i.panẽ verbi dei: Christus trãsijt ad gẽtes quæ per naturalẽ rationẽ credebant. verum creatorẽ quẽ significat Abimelech qui interpretatur pater meus tex. hoc dictum est glosę interlinearis. & probatur in c. Cũ igitur.§. hac itaq. versi. Deinde. 35. quęsti.1.

Psal.5.c. **Irritare.** ¶ Secundum multitudinem impietatum eorũ expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

Psal.9.f. ¶ Irritauit impius deum: dixit [q] enim in corde suo non requiret.

1.cori.13.b. ¶ Charitas non [r] irritatur. Et supra charitas.

Isaac. ¶ De prenunciatione cõceptionis Isaac/ eiusq natiuitate/ circuncisione/ac eiusdem patri suo precepta immolatione: habetur in verbo Abraham. Genesis.17.21.22.&.24.

¶ De duobus filijs Isaac Esau & Iacob: habetur in verbo Esau & in verbo Iacob. Genesis.25.&.27.

Gene.26.a. ¶ Orta fame super terram/post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abrahã: abijt [s] Isaac ad Abimelech regẽ Palestinorum i Gerara. Apparuitq ei dominus/& ait. Ne descendas in Aegyptũ: sed quiesce in terra quam dixero tibi/& peregrinare in ea: eroq tecum & benedicam tibi. Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has/complens iuramentũ q spopõdi Abrahã patri tuo: & multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas cœli. Daboq posteris tuis vniuersas regiões has/& bñdicẽtur in semie tuo oẽs gẽtes terrę: eo q obedierit Abrahã voci meæ & custodierit pcepta & mãdata mea: & cerimonias legesq seruauerit.

Ge.26.b.c. ¶ Mansit itaq Isaac in Geraris. Qui cum interrogaretur a viris loci illius super vxore sua: respondit. Soror [v] mea est. Timuerat [x] enim cõfiteri q sibi esset sociata coniugio: reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cumq pertransissent dies plurimi: & ibidẽ moraretur / prospiciẽs Abimelech rex Palestinorũ per fenestrã vidit eum iocãtẽ cũ Rebecca vxore sua: & accersito eo/ait. Perspicuũ est q vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? respondit. Timui ne morerer propter eã. Dixitq Abimelech. Quare imposuisti nobis. Potuit coire quispiã de populo cũ vxore tua: & induxeras [y] super nos grande peccatum. Præcepitq omni populo/dicens. Qui [z] tetigerit hominis eius vxorem/morte morietur.

Ge.26.c.d.e ¶ Seminauit autem Isaac in terra illa & inuenit in ipso anno centuplum. Benedixitq ei dominus: & locupletatus est homo. & ibat proficiẽs atq succrescens/donec magnus vehemẽter effectus est: habuitq possessiones ouium & armentorum & familiæ plurimum. Ob hæc [a] inuidẽtes ei palestini: omnes puteos [b] quos foderant serui patris illius Abraham/illo tempore obstruxerunt/implentes humo: in tantum vt ipse Abimelech diceret ad Isaac. Recede a nobis quoniã potentior factus es nobis valde. Et ille discedens vt veniret ad torrentem Geraræ/ habitaretq ibi: rursum fodit alios puteos quos foderant serui patris sui Abraham: & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistini. Appellauitq eos ijsdẽ nominibus quib9 ante pater vocauerat. Foderũtq in torrente & repererunt aquam viuam. Sed & ibi iurgiũ fuit pastorũ Geraræ aduersus pastores Isaac: dicentiũ. Nostra est aqua. Quãobrẽ nomẽ putei ex eo q acciderat vocauit calumniã. Foderũt autẽ & aliũ/ & p illo quoq rixati sunt: appellauitq eũ inimicitias. Profectus inde

v ¶ Soror mea est. Vide textũ qui hic posset accõmodari in c. quęrit. 22. quęsti.2. de quo dictũ est s. in verb. Abraham. Gene.20.

x ¶ Timuerat enim confiteri. Non fuit cõfessus sed non negauit. Veritas enim quãdoq cęlari potest/sed non falsitas exprimi. d.c. quęrit. iuncto c. primũ & capitale. eadẽ cau. & quęsti.

y ¶ Induxeras super nos grande peccatũ. Videtur tamen dici posse q cum ei non fuisset adulteriũ cõmissum: quia sine dolo seu scientia nõ cõmittitur. l. penul. ff. de adul.

z ¶ Qui tetigerit huius hominis vxorẽ/morte morietur. Videat qd dictũ est s. in verb. Adulteriũ. in. 1. anno. & vlterius aduertatur/ q vxor adultera/adulterij pœnã nõ euadit/tametsi dicat q marit9 suus adulterio suo causam dedit/ sibiq lenociniũ exhibuit. Textus est in l.2.§. si publico. ff. de adul. & notat in l. Cũ mulier. ff. solu. ma. quod verum est de pœna criminali/de pœna autẽ ciuili aut sepationis thori dicatur vt ibi.

a ¶ Ob hęc inuidentes &c. Inuidia enim ex auctis aliorũ facultatib9 solet plerũq suboriri. vt est bonus tex. cũ glo. in verb. Inuidiã. in l. Nec quicq.§. Obseruare. ff. de offi. procon. & lega.

b ¶ Puteos quos foderũt serui patris illius/ illo tẽpore obstruxerunt implẽtes humo. Nos puteos fodimus/cũ scriptura alta penetramus quos occulte Allophili replẽt: quia terrenas cogitationes ingerunt/ & diuinæ scientiæ aquam tollunt. Vnde Psal. Declinate a me maligni & scrutabor mandata dei mei. Sæpe enim cum verbis diuinis intendimus/ dæmonum insidias grauius toleramus: qui menti nostrę terrenarum cogitationum puluerem aspergunt/ vt intentionis oculos a luce intimę visionis obscurẽt. Hæc declaratio est glo. ordi. quæ confirmari potest per textũ sæpe s. allegatum in c. Nulli dubium est. versi. Nam diabolus.3. quęsti.1.

c ¶ Edificauit tibi altare. An quolibet loco possit altare extrui. est bonus tex. §. transcriptus in c. Placuit. vt altaria. de conse. distinc. 1. d ¶ Iurauerūt sibi mutuo surgentes mane. Id est iurauerūt saliua ieiuna propter reuerentiā iuramenti. Hęc declaratio est de Lira. pro qua est tex. apertus in c. Honestū etiā videtur 22. q. 5. vbi dr. Iuramēta de honestate esse a ieiunis pstanda. e ¶ Sepultus est cū Rebecca cōiuge sua. Idē dicit tex. in c. Ebron. 13. q. 2. de quo & cęteris quę hic dici possent videatur §. in verb. Abraham. Gene. 25. e.

f ¶ Isai genuit Dauid regē. Idē tex. in c. Dominus. in §. 56. distinc. g ¶ Beat⁹ tu Israel. Vere beatus Israel. i. vidēs deū: sic eīn Israel interpretatur. c. Ecclia §. His ita respondet. versi. Israelitę. 1. q. 4. Dicit tñ Archi. i c. Si ergo. colū. t. 8. q. 1. q Hieronym⁹ hāc interpretationē nō approbat/ sed scdm eū interptatur a dño directus. h ¶ Iratusq dñs tradidit eos &c. Circa haec verba notādus est tex. in c. si. Paulopost princi. 23. q. 5 vbi dicit. Puniūtur peccata per hoies sicut p iudices q potestate ad tēpus viuntur. Puniuntur peccata etiā per populos sicut legimus: quia sæpe ab alienigenis dei iussu excitatis propter diuinę maiestatis offensam subactus est populus Iudęorum. Hinc notandū est q aliqñ punit deus peccata per nescientes: aliqñ per sciētes. Per nesciētes peccata punit/ sicut p nōnullos reges gētiliū populū Israeliticū delinquentē. aliquando afflixit/ aliqñ captiuauit &c. Hęc ibi. i ¶ Audiebat afflictorum gemitus/ & liberabat eos de manu vastātiū. Tex. est similis sententiæ i c. voluissēt. §. ex his. versi. denique plebs. de pœnitē. disti. 1. vbi dicitur. Plebs Israelitica ob culpā suę trāsgressionis captiuitati tradita: nō ante liberari meruit/ q̄ sua peccata cōfitens: Danielis & aliorū sanctorū pcibus veniā accepit. Hęc ibi. k ¶ Vt in ipsis experiar Israel. Experientia pprie fit vt cognoscatur aliquid ignotum: & ideo nō experit deus aliquid ad hoc q aliquid fiat sibi notū: cū nichil ipsum lateat: sed dicitur experiri aliquid: vt p hoc aliqua fiant nota alijs/ quę erāt eis ignota. & hoc modo deus experiebatur filios Israel in gentibus alijs: quia q̄diu seruiebāt dño præualebant eis: quādo autē derelinquebāt dñm eis subijciebātur. & per hoc obedientia & inobedientia filiorū Israel ad deū hoibus erant notæ. Hęc declaratio est Nico-

fodit alium puteum/ pro quo non contēderunt. Itaq vocauit nomen ei⁹ latitudo: dicēs. Nūc dilatauit nos dñs/ & fecit crescere super terrā.
¶ Ascēdit autē Isaac ex illo loco i Bersabee: vbi apparuit ei dñs i ipsa nocte/ dicēs. Ego sū deus Abrahā patris tui: noli timere/ quia ego tecū sū. Benedicā tibi/ & multiplicabo semē tuū ppter seruū meū Abrahā. Itaq ędificauit[c] ibi altare dño: & iuocato nomine dñi extēdit tabernaculū: pcepitq seruis suis vt foderēt puteū. Ad quē locū cū venissēt de Geraris Abimelech & Ochozat amicus illius & Phicol dux militū/ locutus est eis Isaac. Quid venistis ad me hominē quē odistis & expulistis a vobis? Qui respōderūt. Vidim⁹ tecū esse dominū: & idcirco nūc diximus. Sit iuramētū iter nos: & ineamus fœdus/ vt nō facias nobis quicq̄ mali: sicut et nos tuorū nichil attigimus/ nec fecimus qd te læderet: sed cū pace dimisim⁹ auctū benedictiōe dñi. Fecit ergo eis cōuiuiū: & post cibum & potū surgētes mane iurauerūt[d] sibi mutuo: dimisitq eos Isaac pacifice i locū suū. Ecce autē venerūt in ipso die serui Isaac: ānūciātes ei de puteo quē foderāt atq dicētes. Inuenim⁹ aquā. Vñ appellauit eū abūdātiā. & nomē vrbi ipositū est Bersabee vsq i pñtē diē. Gene. 26. f g
¶ Cōpleti sunt dies Isaac cētū octogita annorum. Cōsūptusq ætate/ mortu⁹ est senex & plen⁹ dierū: & sepelierūt eū Esau & Iacob filij sui. Gene. 35. d.
¶ Sepultus[e] est Iacob in spelunca duplici cum Rebecca coniuge sua. Gene. 49. d.

Isai. ¶ Obeth genuit Isaai: Isai[f] genuit Dauid regem. Ruth. vltio in fine.

Israel. ¶ Erant filij Iacob (qui & Israel) duodeci. Filij Lię primogenitus Rubē & Symeon & Leui & Iudas & Isachar & Zabulō. Filij Rachel/ Ioseph & Bēiamin. Filij Bale ancillę Rachelis/ Dan & Neptalim. Filij Zelphe ancillę Liæ/ Gad & Aser. Gene. 35. d.
¶ Beat⁹[g] tu Israel qs similis tui popule q saluaris i dño? scutū auxilij tui & gladius glię tuę. Negabūt te inimici tui & tu eorū colla calcabis. Deute. 33. d.
¶ (Mortuo Iosue alijsq q nouerāt q̄ fecerat dñs cū Israel) surrexerūt alij q non nouerāt dñm/ & opa q̄ fecerat cū Isrl. Fecerūtq filij Isrl malū i cōspectu dñi: & seruierūt Baali/ ac dimiserūt dñm deū patrū suorū q eduxerat eos de terra Aegypti: & secuti sūt deos alienos: deos quoq populorū qui habitabāt i circuitu eorū & adorauerūt eos/ & ad iracūdiā cōcitauerūt dñm: dimittētes eū & seruientes Baal & Astaroth. Iratusq[h] dñs cōtra Israel tradidit eos i man⁹ diripiētiū. qui cœperūt eos & vēdiderūt hostib⁹ q hitabāt per gyrū: nec potuerūt resistere aduersarijs suis/ sed quocūq pgere voluissēt man⁹ dñi sup eos erat/ sicut locut⁹ est/ iurauit eis: & vehemēter afflicti sūt. Suscitauitq dñs iudices q liberarēt eos de vastātiū manib⁹: sed nec eos audire voluerūt fornicātes cū dijs alienis & adorātes eos. Cito deseruerūt viā p quā igressi fuerāt patres eorū: & audiētes mādata dñi oia fecere cōtraria. Cūq dñs iudices suscitaret/ i dieb⁹ eorū flectebat mia & audiebat[i] afflictorū gemit⁹: & liberabat eos de cęde vastātiū. Postq̄ aūt mortu⁹ eēt iudex: reuertebāt & multo faciebāt maiora q̄ fecerāt patres eorū: sequētes deos alienos seruiētesq eis & adorātes illos. Nō dimiserūt adinuētiones suas & viā durissimā p quā ambulare cōsueuerāt. Iratusq est furor dñi in Israel: & ait. Quia irritū fecit gens ista pactum meum qd pepigerā cū patribus eorum/ & vocē meam audire cōtempsit: & ego non delebo gentes quas dimisit Iosue & mortuus est/ vt[k] in ipsis experiar Israel verū custodiāt Iudicū. 2. b. vsq ad finē.

colai de Lira. est optimus text9 in simili in c. Nec mirū. in fi.26.q.6. vbi exponēdo illud Deutero.13. Si surrexerit in medio tui ppheta/aut qui somniū dicat se vidisse &c. nō audies verba pphetę aut somniatoris: qa tentat vos dñs de9 vester/ vt palā fiat vtrū diligatis eum an non. Dicit tex. Quasi quęreret cur ea quę a pseudo pphetis dicūtur/ pmittat deus euenire/ causam tētationis exposuit: ad cognoscendū vtiq eo⁊ dilectione/ vtrū eam habeant erga deū suum. cognoscendū vero ab ipsis potiusq̄ ab illo qui scit omnia anteq̄ fiant. Hęc ibi.

viam domini/& ambulēt in ea sicut custodierūt patres eorum an nō.
Dimisit ergo dñs omnes nationes has/& cito subuertere noluit/nec tradidit in manus Iosue.
¶De filiorū Israel prǽuaricationibus/ & a qbus fuerint gentibus oppressi / & per quos iudices ex copiosa ī eos diuina clemētia ab oppressionibus erepti/habetur Iudicum.3.6.vsq ad.11.
¶De filijs Israel qui petierunt sibi dari regem: habetur diffuse in verbo Rex.1.Regum.8.
2.para.9.b ¶Diligit deus Israel: & vult sanare eum in æternū (dixit regina Saba ad Salomonem) Idcirco [l] posuit te super eum regem.
psal.75.a. ¶Notus in Iudęa deus: in Israel magnum nomen eius.
Psal.134.a. ¶Iacob elegit sibi dominus: & Israel in possessionem sibi.
psal.146.a. ¶Aedificās Hierusalē sibi dominus/dispersiones Israelis cōgregabit.
Esaię.1.a. ¶Cognouit bos possessorē suum/& asinus presepe domini sui. Israel autem me non cognouit: & populus meus non intellexit: dicit dñs.
Hiere.31.a.b.c. ¶In illo tēpore: dicit dominus. Ero [m] deus vniuersis cognationibus Israel: & ipsi erunt michi in populum. Hæc dicit dominus. Inuenit [n] gratiam in deserto populus qui remanserat gladio. Vadet ad requiem suam Israel. Lōge dominus apparuit michi: & in charitate perpetua dilexi te. Ideo attraxi te miserans. Rursumq; ædificabo te: & ædificaberis virgo Israel. Adhuc ornaberis tympanis tuis: & egredieris i choro ludētium. Adhuc plātabis vineas in mōtibus Samariæ. Plātabunt plātātes: & donec tēpus veniat nō vindemiabūt: quia erit dies in qua clamabunt custodes in mōte Samariæ/& in mōte Ephraim. Surgite: & ascēdamus in Siō ad dominū deū nostrū: quia hæc dicit dominus. Exultate in lætitia Iacob & hinnite cōtra caput gentium: personate/ canite/& dicite. Salua dñe populū tuū reliquias Israel. Ecce ego adducam eos de terra aquilonis: & cōgregabo eos ab extremis terræ. Inter quos erūt cęcus & claudus/& pregnās & pariēs/ simul cœt9 magnus reuertentiū huc. In fletu veniēt: & in mīa reducā eos. Et adducā eos p torrētes aquarū in via recta: & nō ipigēt in ea: quia factus sum Israeli pater: & Ephraim primogenitus meus est. Audite verbū dñi gētes: & annūciate in insulis quæ procul sunt: & dicite. Qui dispersit Israel/cōgregabit eū: & custodiet eum sicut pastor gregē suū. Redimet eū dñs Iacob: & liberabit eū de manu potētioris. Et veniēt/& laudabūt i mōte Siō: & cōfluēt ad bona dñi sup frumēto/vino/& oleo/& fœtu pecorū/& armētorū: eritq; aīa eorū quasi hort9 irrigu9: & vltra nō esuriēt. Tūc letabit virgo i choro: iuuenes & senes simul. Et cōuertā luctū eorū in gaudiū/& cōsolabor eos/& lætificabo a dolore suo. Et inebriabo aīam sacerdotū piguedie: & popul9 me9 bonis meis adiplebit: ait dñs.
Amos.2.b. ¶Super tribus sceleribus Israel &c. Vt infra in verbo scelus.
ad rōa.9.b. ¶Non omnes qui ex circuncisione sunt Israel/Israelitę [o] sunt.
Oseę.3.i fi. ¶Filij Israel dies multos sedebūt sine rege & sine principe/ & sine sacrificio/& sine altari/& sine ephot/ & sine theraphim. Et post hæc reuertētur filij Israel/& querēt dominū deum suum: & Dauid regē suū: & paucbunt ad dominum & ad bonum eius in nouissimo dierū.

puer.26.a. **Iterare.** ¶Sicut [p] canis qui reuertitur ad vomitū: ita imprudens qui iterat stultitiam suam.
Eccli.7.b. ¶Non [q] iteres verbum in oratione tua.

l ¶Idcirco posuit te super eum regē. Facit tex. in c. Audacter. versi. Tale ergo. 8. qsti.1. vbi dicitur. Promeritis populi/aut i verbo aut opere potens: a deo tribuitur rector ecclesię.
m ¶Ero de9 vniuersis cognationib9 &c. Hęc tota sentētia literaliter accepta id dicere videtur qd dicit psalmograph9. Cōuertētur (inquiēs) ad vesperā/& famē patientur vt canes: & circuibūt ciuitatem. quem versiculū de Israelitis itelligit Archi. in c. Semel.2. de cōsecra. distinc.2.
n ¶Inuenit gratiā in deserto populus q remāserat gladio. Qui eñi exierunt ab ægypto mortui sunt in deserto: & sic populus q inuenit grām fuerūt eo⁊ filij q terrā pmissionis acceperūt. Hęc declaratio ē de Lira/circa quā notet tex. in c. qd ergo: ibi. Israelitarū cadauera prostrauit i eremo.23.quęsti.5.
o ¶Hi sunt Israelitę. Idest ad Israel vere ptinentes p imitationē fidei. Nō eñi veri sancto⁊ filij sunt qui tenent loca scto⁊/ sed q exercēt opa eo⁊/ dicit tex. sępe ā. allegat9. in c. Non est facile. i fi.40.dis.
p ¶Sicut canis &c. Canis vomēs cibū quo pect9 ei9 pmebat abijcit. Cū redit ad vomitū/quo leuiatus fuerat onerat: & q admissam plangūt neqtiā q mētis itinia deprimebat/ cōfitēdo pijciunt: quā post cōfessionē dū appetūt resumūt. Hęc declaratio (q est glo. or.) pbat p textū clarū i c. Irrisor. & i c. q admissa.1.&.2.& i c. Lauamini. de pœni. dist.3.
q ¶Nō iteres verbū in orone tua. Idest (dicit glo. iterline.) sic pœnitere/ sic cōfitere pctm vt nō sit iterādū. i. ad pœnitētiā seu cōfessione eiusdē pcti redeundū. Quādoq eñi tam impfecta est cōfessio/ vt iterari debeat. Vñ si quis plura habens criminalia peccata. Quędā fuerit confessus & quædam scienter cęlauerit. Si postea alteri sacerdoti cōfiteatur tenetur peccata prius cōfessa iterum

confiteri. Ita tenet Archi. in c. fi. de pœni. dis. 3. & Panor. in c. Omnis vtriusq; sexus. In. 1. no. per illum textū. in ver. Omnia. de pœni. & remis. Qz si nullum peccatū sciēter cęlasset / nō teneret iterare cōfessionē / etiā in pascha te: dū iuxta statutū concilij generalis cōfitetur proprio sacerdoti. quis ei prius non fuisset confessus / nec alteri de eius cōsensu: sed alicui ex religiosis priuilegiatis / de quib⁹ habet in cle. dudū. de sepul. Veritas em̄ est ꝙ illi q prędictis fratribus confitētur nō magis tenent eadē peccata iterū confiteri / ꝗ si ea alias cōfessi fuissent proprio sacerdoti / iuxta cōcilium generale. Tex. est vbi dānat cōtraria assertio cuiusdā doctoris Pariēsis in extraua. vas electionis. in ti. de hęre. Potest etiā hęc sentētia i corū eruditionē accōmodari / qbus ex officio incumbit sacramenta administrare: vt sc; caueant / ne ea ab ipsis vel alijs collata / iterare p̄sumant. c. qd quidā. vbi amplius tex. 1. q. 1. c. Ostēdit. de cōse. distinc. 4. l. 1. C. ne sacrum bap. reite. Vn̄ dicit tex. in c. 1. de sacra. non ite. Quęsiuisti si cōfirmationis sacramentū in eo debeat iterari / q per errorē fuit nō chrismate sed oleo delinit⁹. Ad qd breuiter duxim⁹ respondendū: ꝙ in talib⁹ non est aliqd iterādū / sed caute supplendū qd incaute fuerat pretermissum. Et in c. fi. eodē ti. dicit tex. presbyter & diacon⁹ cū ordinātur / manus impositionē tactu corporali / ritu ab apostolis itroducto: recipiunt. qd si omissum fuerit / nō est aliquaten⁹ iterandū: sed statuto tēpore ad hmōi ordines cōferēdos / caute supplendū est qd per errorem exciterit p̄termissuz. Hęc ibi. Sunt tamē aliqua sacramēta q̄ iterātur / de qbus habetur in c. Remissionē. §. sed notandū. 1. q. 1. & in c. Veniens. de trāsac. vbi videatur.

¶ Non iteres [r] verbum nequam & durum: & non minoraberis. Eccli. 19. b.

Iter. ¶ Iter impiorum peribit. psal. 1. in fi.

Et latius supra impius.

¶ Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo ostendam illi salutare dei. Psal. 49. d.

¶ Iter [s] facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi. psal. 67. a.

¶ Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Psal. 67. e.

¶ Iter impiorum decipiet eos. puer. 12.

¶ Iter deuium ducit ad mortem. puer. 12. in fi.

¶ Ambulans recto itinere / despicitur ab eo qui infami graditur via. puer. 14. a.

¶ Iter pigrorum quasi sepes spinarum. puer. 15. c.

¶ Melior est pauper ambulās in simplicitate: ꝗ diues ī prauo itinere. puer. 28. a.

¶ Ex [t] itinere fuit Ihesus fatigatus. Et supra Ihesus. Ioā. 4. a.

Iubilare Iubilus & Iubilatio. ¶ Ascēdit [v] deus in iubilo: & dominus in voce tubæ. Psal. 46. a.

¶ Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius. Psal. 65. a.

¶ Beatus populus qui scit iubilationem. Psal. 88. c.

¶ Iubilemus deo salutari nostro. Psal. 94. a.

Iubileus. ¶ Sanctificabis [x] annum quinquagesimum: & vocabis remissionē cūctis habitatoribus terræ vestræ: ipse est eni iubileus. Reuertetur homo ad possessionē suā / & vnusquisq; rediet ad familiam pristinam: quia iubileus est / & quīquagesimus annus. Nō seretis atq; metetis spōte in agro nascentia: & primitias vindemiæ nō colligetis / ob sanctificationem iubilei: sed statim oblata comedetis. Leui. 25. b.

r ¶ Ne iteres verbum durū & non minoraberis. Idest post fletū nō cōmittas qd iterū necesse sit flere. d. c. Irrisor. & d. c. qui admissa. 1. & 2. de pœni. dis. 3. vel qd semel iniq̄ dixisti / nō iteres. Qui em̄ iterat maliciā / eā in ītimis cordis cēsetur habere reconditā. c. Si qs semel. de pœni. dist. 2. Vn̄ iteratio delicti aggrauat pœnā ipsius: vt est tex. no. in c. Hi qui. 15. q 8. & in l. 3. C. de epis. audi. s ¶ Iter facite ei q ascēdit sup occasum. Iter facimus deo nostro / qn̄ corda nr̄a ab iniquitatū sordibus emūdamus. Neq; em̄ aliter in nos intrare vellet. d. c. Si em̄. col. 2. de pœni. dis. 2. t ¶ Ex itinere. Iter prout hic sumit sc; pro terra qua itur de loco ad locū non ab vno tantū sed ab oībus / nō est species seruitutis: sed ius quoddā ex publico cōpetens. Circa qd sufficiat trāscribere notabilē decisionē Baldi in l. Obseruare. C. quo appel. non recipiunt. vbi dicit ꝙ si quis velit pbare / ꝙ iuit per aliqd iter de vno loco ad aliū locū / non sufficit / ꝙ per vnū testē probet pfectio per primā medietatē itineris: & per aliū testē profectio p aliā medietatē. sed de toto itinere debet pbatio fieri p duos testes. & ita etiā tenet Ludo. Ro. in cōsi. suis. cōsi. 8. Prout autē iter est species seruitutis / nichil aliud est ꝗ ius eūdi / ambulādi hoīs / nō etiā iumentū agēdi aut vehiculū. l. 1. in prin. ff. de ser. rusti. p̄di. & isti. de serui. in prin. de quo habet diffuse i Rub. ff. de itine. actuq; priua. v ¶ Ascēdit de⁹ in iubilo. Videat qd dictū est in ver. Ascēdere. & addat ꝙ Iubil⁹ pprie est gaudiū qd verbis explicari nō pōt / nec tn̄ penit⁹ reticeri. Ita dicit glo. in cle. Si dn̄m. in ver. Iubilet. de reli. & ve. san. x ¶ Sctificabis ānū quīqgesimū: & vocabis remissionē &c. Anno Chr̄i natalis tricētesimo s. millesimū Bonifaci⁹ papa octau⁹ ānū Iubileū / plenarie sc; oim peccaminū remissiōis īstituit: sed ipm cētesimo quoq; anno ptraxit: put habet in sua extrauagāti / antiquoꝝ / in ti. de pœni. & remis. Clemēs autē sext⁹ Bonifacij successor / ipsius diuini Iubilei īstitutionē cōprobans: sublata in cētesimū quēq; annū dilatione / qnquagesimi cuiusq; annualis tp̄is reuolutiōe ipm p̄fixit / in hec verba. Nos attēdentes ꝙ ann⁹ qnquagesimus i legē Mosayca: quā nō venit dn̄s soluere / sed spiritualiter adiplere: Iubileus remissionis & gaudij / Sacerq; dierū nūerus: quo lege fit remissio / cēsebat. qdq; ipse qnquagenari⁹ nūerus in testamētis: veteri qdē ex legis datione / nouo ex visibili spūssancti i discipulos missione / p quē dat pctoꝝ remissio: singulariter honorat. ꝙq; huic plura & grādia diuinarū adaptant mysteria scripturarū: & clamorē peculiaris populi nr̄i / Romani videlicet / hoc hūiliter supplicātis / ac nos instar Moysi & Aarō p pprios & solēnes nūcios ad hoc destinatos / specialiter orātis p toto populo chr̄iano: & dicētis. Dn̄e aperi eis thesaurū tuū / fontē aquę viuę desiderātes benign⁹ exaudire: nō qdē vt sicut illius Israelitici populi indurati cesset murmuratio: sed vt istius prędilecti populi / & cunctorū fideliū augeat deuotio / fides splendeat / spes vigeat / & charitas vehementius incalescat. volentesq; ꝗplurimos huiusmodi indulgentiæ fore participes / si pauci multorum respectu / propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum centesimū peruenire: de f nos. cōsi. cōcessionē indulgentię ex supradictis & alijs iustis causis ad annū quinquagesimū duximus reducendā. statuētes de fratrū nroꝝ cōsilio / & apl'icę plenitudine potestatis:

Leui.25.b. ¶Anno y iubilei redient omnes ad possessiones suas. Quando vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo: ne cõtristes fratrem tuum/ sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo iuxta supputationẽ frugum vendet tibi. Quanto plures anni remãserint post iubileũ: tanto crescet & pretium: quanto minus temporis minorauerit: tanto minoris emptio constabit. Tempus enim frugum vendet tibi.

¶De redẽptione q̃ fit in ãno iubileo vide latius ĩfra ĩ verbo redimere.

Nũeri vltimo.b. ¶Cum iubileus .i. quinquagesimus aunus remissionis aduenerit: cõfundatur sortium destributio / & aliorum possessio ad alios transeat.

Iosuæ.6.a. ¶Buccinarum vsus est in iubileo.

Gene.49.b. **Iuda.** ¶Non z auferetur sceptrum de Iuda: neq; dux de fœmore eius/ donec veniat qui mittendus est. & ipse erit expectatio gentium.

¶De filijs Iuda per generationes/ & familias/ & domos cognationum suarũ per noĩa singulorũ/ a vicesimo anno & supra omnes qui poterãt ad bella procedere: recensiti sunt septuaginta quattuor milia sexcenti.

Numeri.1.cap.c. ¶Dauid super Iudam regnauit in Hebron septem annis & septẽ mẽsibus: & in Hierusalem triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. Et supra Dauid.

3.reg.14.f. ¶Fecit a Iuda malum coram domino: & irritauerunt super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quæ peccauerũt. Aedificauerunt enim sibi aras/ & statuas / & lucos super omnem collem excelsum: & subter omnem arborem frondosam: sed & effœminati fuerãt in terra: feceruntq; omnes abominationes gentium/ quas attriuit dominus ante faciem filiorum Israel.

Hiere.17.a. ¶Peccatũ Iuda scriptũ est stilo ferreo in vngue adamantino: exaratũ super latitudinẽ cordis eorũ/ & in cornibus ararũ eorum. Cum recordati fuerunt filij eorum ararũ suarum & lucorum suorum: lignorũq; frondẽtiũ in montibus excelsis/ sacrificantes in agro: fortitudinẽ tuã & omnes thesauros tuos in direptionẽ dabo. Excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. Et reliqueris sola ab hæreditate tua quã dedi tibi: & seruire b te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras.

vt vniuersi fideles qui vere pœnitẽtes & confessi: in anno a natiuitate eiusdẽ Millesimo tricentesimoquinquagesimo pxime futuro/ & deinceps ppetuis futuris tẽporibus de quinquaginta in qnquaginta annis Petri & Pauli aploꝝ basilicas & Lateranen. ecclesiã (quã inclytę recordationis Constãtinus postq̃ per beatũ Siluestrũ/ sicut p eosdẽ apostolos deo reuelante cognouit: renatus fonte baptismatis fuerat: & a contagio leprę mundatus / in honorẽ saluatoris construxisse: quãq; idẽ beatus Siluester nouo sanctificationis & Chrismationis genere/ dedicasse legũtur: & in cui9 ecclesię parietib9/ p̃fati saluatoris imago depicta primũ toti populo Ro. visibiliter apparuit/ deuotius veneranda: quam ex his & alijs certis & rõnabilibus causis: vt ipsa ecclesia pariter indulgẽtię prędictę priuilegio decoretur: & deuotus ab eodẽ saluatore qui in pręfatis aplis mirabilis prędicatur/ eorum meritis & precibus indulgẽtię meteatur percipere largitatẽ/ in hoc cẽsuimus venerandã) causa deuotionis mõ prędicto visitauerit: plenissimã omniũ peccatorũ suorum veniã cõsequãtur. Ita videlicet: vt quicũq; voluerint indulgentiã huiusmõi assequi: si Romani/ ad min9. 30. si vero peregrini/ aut forẽses/ quindecim dieb9 modo simili ad prędictas basilicas accedere teneant. Adijciẽtes vt hi etiã qui pro ea cõsequẽda/ ad easdẽ basilicas & ecclesiã accedent/ post iter acceptũ ipediti legitime/ quo minus ad vrbẽ illo anno valeant puenire: aut in via vel dierũ prætaxato numero non cõpleto/ in dicta vrbe decesserint: vere pœnitentes vt p̃mittit & confessi/ eandẽ indulgentiam cõsequãtur. Hęc cõstitutio Clementis habetur i extrauagãti. dudũ. §. Nos autẽ. in d. tit. de pœni. & remis. Postea vero Paulus papa secũdus/ & Sixtus quartus/ dictũ annũ Iubileũ ad breui9 tñ reducẽtes/ illũ ad annũ. xxv. aplica auctoritate restrinxerũt: decernẽtes simul cũ p̃dictis Petri & Pauli basilicis/ & Lateranen. eccl'ia/ sanctę Marię maioris ecclesiã esse visitandã. Statuens etiã dictus Sixtus quartus anno Iubileo durãte: omnes alias indulgentias/ quibuscũq; locis aut ecclesijs (Romanis dũtaxat exceptis) esse suspensas. prout hęc probantur in extrauaganti. Quẽadmodũ. in d. ti. de pœni. & remis.

y ¶Anno Iubilei &c. Pro hac & sequẽtibus sentẽtijs notetur qd dicit Archi. 7. dist. in prin. vbi dicit Erat annus Iubileus in veteri testamento quolibet quinquagesimo: & tunc qui erat seruus/ liber efficiebat/ & carcerati dimittebãtur. Et est Iubileus sermo hebraicus/ & interpretatur annus remissionis in quo clangebant tubæ/ & ad oẽs reuertebat antiqua possessio: debita absoluebantur & confirmabat libertas. Ita dicit Isido. sed in histo. Geñ. 14. dicitur sic. A victoria Abrahã tradunt Iubileum initium sumpsisse/ pro redẽptione captiuorũ. Iobel eñ interpretat remissio vel initiũ: vñ Iubile9 remissionis vel initialis siue initiat9. Ob hoc autẽ cõstitut9 est quiquagesimus: qa tunc erat Loth quinquagita annorũ/ vel tũc erat qnquagesim9 annus ex quo dñs locutus est Abrahę in via: vel ex quo egressus est de Tharã: vel Abrahã perit9 fuit Astroꝝ/ in qbus (scdm quosdã) zoroastẽ magicę artis inuentorẽ instruxit. Nouerat eñ q intẽperies aeris q̃ fit ex eleuatis vel depulsis planetis/ semp vsq; ad quiquagita annos ad tẽperiẽ redit: & inde qd vidit fieri in astris voluit imitari in terris. Et licet dicat a Iobel/ tñ causa euphonię nõ dr iobile9 sed Iubile9. Hæc Archi. vbi s. Cętera pleraq; q̃ hic de anno Iubileo dici possent/ nisi breuitati studendũ esset: videant p Io. de ana. i suo tractatu de Iubileo/ quẽ posuit in lectura sua. post ti. de cri. fal.

z ¶Nõ auferet sceptrũ de Iuda. Trib9 Iuda fuit bellicosior cęteris/ & primã aciẽ in bellis & regis priuilegiũ obtinebat: sc; vt de ea sola crearet rex. Ita dicit Archi. i c. Dñs. paulo ante fi. 56. dis. & idẽ sentit Panor. in Rub. de Iudęis. Vñ hac snia p̃dicit tãdiu reges de tribu Iuda Iudęos habituros esse: donec Chr̃s venerit: qd & cõtigisse videm9.

a ¶Fecit Iuda malũ corã dño. Hęc trib9 Iudę p̃uaricatio ex Roboã idolatrę regis eoꝝ imitatiõe sumpsit exordiũ: vt hic dicit Ni. de Lira. p quo facit vulgarũ illud dictũ/ de quo per Hostiẽ. in c. Cum dilecti. de accusa. & per glo. in c. Ex merito. 6. quęsti. 1. Totus componitur orbis regis ad exemplum.

b ¶Seruire te faciã inimicis tuis. Hinc dicũt Canonistę q Iudęi subijci debẽt christianis. c. Iudęi. de testi.

Vñ alibi tex. dicit: ꝙ Iudęi debēt saltē per effectū opis se illorū seruos recognoscere: quos Christi mors liberos/ & illos seruos effecit. Propria em̄ culpa perpetuę eos subiecit seruituti. c. Etsi Iudęos. & ibi notatur de Iudęis. Et ideo licet Iudęus contra christianū testificari non possit. c. Non potest. c. Si hęreticus. 2. q. 7. tamen christianus contra Iudęum testificatur/ quolibet contrario priuilegio per reges aut principes Iudęis concesso non obstante. Textus est in clemē. 1. de testibus. Cætera dicentur in verb. Iudęus. c ℂNon auferetur sceptrū de Iuda &c. Recurrat ad superiꝰ verbū pximū. in. 1. anno.

d ℂ Iudas genuit Phares &c. Idē textꝰ in c. Dominus. 56. distinc.

e ℂ Surrexit Iudas q vocabat Machabeꝰ. Matathia decedente Iudas Machabeus filius eiꝰ successit i locū ipsius quē adiuuabāt oēs fratres eiꝰ & vniuersi q se iūxerāt pri eiꝰ. Quid ergo in hoc facto nobis innuit nisi ꝙ redēptor nr̄ postq̄ passione ac resurrectiōe sua cōpleta ascēdit i cœlos/ successores sibi in euāgelica pdicatione/ misso de cœlo spūsancto: aplos primū ordinauit/ q merito Iudę noie/ hoc est cōfitētes/ cēsent: qa de ipsis Lucas in euāgelio ait. Erāt semper in tēplo laudātes & benedicētes deū. Hos ergo oēs fratres sui & vniuersi q se cōiunxerāt pri eius adiuuabant: qa minoris ordinis viri/ & oēs credētes q dogmate Christi ad fidē eiꝰ cōuenerūt/ in attestatione euāgelij pro viribus choro aplorū collaborabāt. Hęc declaratio est glo. or. circa quā videndus est bo. tex. qd in hac declaratiōe de aplis & eis collaborātibus dicit: cōprobans in c. Fundamēta. in pri. de elec. libro. 6.

f ℂ Ascēdamus nunc mūdare sancta. Qui dei sui/ & eorū quę ad eiꝰ cultū ptinebāt reminiscuntur: ostēdunt se iuste pugnasse: vt scilicet ea q̄ ab inimicis veri dei cultus in ipsius depressionē agebātur propellerent. quo casu licitum esse militare indubiū est: cū & toties militare licitū sit/ quoties non cupiditate aut crudelitate: sed pacis studio/ & vt mali coerceant & boni subleuētur/ militia assumit. c. Noli existimare. c. qd culpat. c. Militare. c. Apud veros. 23. q. 1. de quo videat diffusius in verb. Bellū. & in verb. Militare.

g ℂ Cecidit in bello. Iure hūano si vnꝰ fratrū in bello intestatus decedat pri/ quęrunt eiꝰ bona: nō vt hęreditas/ sed vt peculiū. l. pe. C. de castrē. pe. lib. 12. l. 2. ff. codē. Hodie tn̄ fres cū pre succedūt fratri itestato decedēti: & occupātur eiꝰ bona vt hęreditas. §. Si igit defunctus. in aut. de hęre. ab itesta. Qz si testamentū fecerit & fratrē suū eundēq commilitonē hęredē instituerit: successio eius tota fratri instituto quæretur/ & ei erit in castrensi peculio. neq in ea poterit pater iure patrię po-

ℂDomui Iuda miserebor: & saluabo eos in domino deo suo: & non saluabo eos in arcu & gladijs/ & in bello/ & in equis/ & in equitibus. Osee. 1. c.

ℂIudiciū domini cum Iuda/ & visitatio super Iacob: iuxta vias eius & iuxta adinuentiones eius reddet ei. Osee. 12. a.

ℂSuper tribus sceleribus Iuda/ & super quatuor non conuertam eū: eo ꝙ abiecerit legē domini/ & mādata eius non custodierit. Deceperūt enim eos idola sua: post quæ abierant patres eorum. Et mittam ignē in Iudæam & deuorabit ædes Hierusalem. Amos. 2. a b

Iudas filius Iacob filij Isaac filij Abrahā.

ℂLia vxor Iacob concepit & peperit quartum filium/ & ait. Modo cōfitebor domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam: cessauitq parere. Gene. 29. g.

ℂDixit Iudas fratribus. Quid nobis proderit si occidamus fratrem nostrum Ioseph? Et supra in verbo Ioseph. Gene 37. f.

ℂQuæ ventura erāt Iudæ/ Iacob moriturus prędicens: ait. Iuda te laudabūt fratres tui. Manus tuę i ceruicibus inimicorū tuorū: adorabūt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Ad prædā fili mi ascendisti: requiescēs accubuisti vt leo & quasi leena: quis suscitabit eū? Nō [c] auferetur sceptrū de Iuda/ & dux de fœmore eius: donec veniat qui mittēdus est: & ipse erit expectatio gentium. Gene. 49. b.

ℂIudas multiplicauit vrbes munitas. Osee. 8. d.

ℂIudas [d] genuit Phares a quo generatio ptrahit. Et. s. gñratio. Math. 1.

Iudas Machabeus.

ℂ Mathathia mortuo surrexit [e] Iudas q vocabat Machabeus/ filius eiꝰ p eo: & adiuuabāt eū oēs fratres eiꝰ/ & vniuersi q se cōiūxerāt patri eiꝰ: & pliabātur pliū Israel cū lætitia & dilatauit gloriā populo suo: & iduit se loricā sicut gigas: & succinxit se arma bellica sua in plijs: & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis: & sicut catulus leonis rugiēs in venatione. Et persecutus est iniquos perscrutās eos: & qui cōturbabāt populū suū eos succēdit flāmis: & repulsi sunt inimici eius pre timore eius. Et omnes operarij iniquitatis cōturbati sunt: & directa est salus i manu eius. Et exacerbabat reges multos: & lętificabat Iacob i operibus suis: & in seculum memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iuda/ & auertit impios ex eis: & auertit iram ab Israel. Et nominatus est vsq ad nouissimum terræ. 1. Machab. 3. a. & in discursu capitu. &. c. sequē. habetur de varijs prælijs a Iuda & fratribus strenuissime gestis.

ℂ(Victorijs pluribus habitis) dixit Iudas & fratres eius. Ecce cōtriti sunt inimici nostri: ascēdamus [f] nūc mūdare sancta & renouare. &c. vt habetur diffuse supra in verbo altare. 1. Mach. 4. c. f. g.

ℂ(Alijs victorijs per Iudā & fratres cōsecutis. vt Mach. 5. 6. & 7. fœdereq pacis cū Romanis inito vt. 1. Mach. 8. Pugnātibꝰ Iuda ac fratribꝰ cōtra exercitū a Demetrio missum) cecidit i bello Iudas & cęteri fugerunt. Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem suum: & sepelierūt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modin. Et fle- 1. macha. 9. b. in fi. & c.

uerunt eum ois populus Israel plãctu magno: & lugebãt dies multos/ & dixerũt. Quomodo cecidit potẽs qui saluũ faciebat populũ Israel.

2. Macha.5. In fine. ℭ (Præ nimia Antiochi in Iudæos persecutione) Iudas Machabeus qui decimus fuerat secesserat in desertum locum: ibiq; inter feras vitã in montibus cum suis agebat. & fœni [h] cibo vescentes demorabantur/ ne participes essent coinquinationis.

2. macha.8. a.&.b. ℭ Iudas Machabeus & qui cũ illo erant introibãt latenter in castella: & cõuocãtes cognatos & amicos & eos qui permãserãt in Iudaismo/ assumẽtes: eduxerunt ad se sex milia virorũ. Et inuocabant dominũ vt respiceret in populũ qui ab omnibus calcabatur / & misereretur tẽplo quod cõtaminabatur ab impijs. Misereretur etiã exterminio ciuitatis quæ esset ilico complananda: & vocem sanguinis ad se clamantis audiret: memoraretur quoq; iniquissimas mortes innocẽtum paruulorũ/ & blasphemias nomini suo illatas: & indignaretur super his. At Machabeus cõgregata multitudine intolerabilis gẽtibus efficiebatur. Ira enim domini in misericordiam cõuersa est. Et superueniẽs castellis & ciuitatibus improuisus succẽdebat eas: & oportuna loca occupans: nõ paucas hostium strages dabat. Maxime autem noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatur & fama virtutis eius vbiq; diffũdebatur.

2. macha. 8. c.d.e.f. ℭ (Nicanore contra Iudæos bellum faciente) Iudas indicauit his qui secum erant Iudæis Nicanoris aduẽtum. Ex quibus quidem formidantes: & non credentes dei iustitiæ/ in fugam vertebantur. Alij vero (si qui de his supererant) veniebãt / simulq; dominum deprecabãtur: vt eriperet eos ab ipso Nicanore/ qui eos priusq̃ cominus veniret: vẽdiderat. Et si nõ propter eos/ propter testamentum tamẽ quod erat ad patres eorum: & propter inuocationẽ sancti & magnifici nominis eius super ipsos. Conuocatis autem Machabeus septem milibus qui cum ipso erant [i] rogabat ne hostibus reconciliarentur/ neq; metuerent inique venientium aduersum se hostium multitudinẽ: sed fortiter contẽderent/ ante oculos habentes contumeliam/ quæ in loco sancto ab his iniuste esset illata. Itemq; & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam/ adhuc etiam veterum instituta conuulsa. Nam illi quidem armis confidunt (a.t) simul & audacia: nos autem in omnipotente domino (qui potest & venientes aduersum nos / & vniuersum mundum vno nutu delere) confidimus. Admonuit autẽ eos & de auxilijs dei quæ facta sunt erga parẽtes: & q̃ sub Sẽnacherib cẽtũ octogintaquinq; milia perierũt/ & de prelio quod eis aduersus Galatas fuit i Babylonia: vt oẽs vbi ad rẽ vẽtũ est/ Macedonibus socijs hæsitãtib⁹: ipsi sex milia soli pemerũt cẽtũ vigĩti milia ꝑpter auxiliũ illis datũ de cœlo: & bñficia ꝑ his pluria cõsecuti sunt. His verbis cõstãtes effecti sũt: & ꝑ legib⁹ & patria mori pati. Constituit itaq; fratres suos duces vtriq; ordini Simonẽ & Iosephũ & Ionathã subiectis vnicuiq; millenis & qngẽtenis: ad hoc etiã ab Esdra lecto illis sãcto libro: & dato signo adiutorij dei: i pria acie ipe dux cõmisit cũ Nicanore. Et facto sibi adiutore oipotẽte/ interfecerũt sup nouẽ milia hoim: maiorẽ autẽ ptẽ exercitus Nicanoris vulnerib⁹ debilẽ factã fugere cõpulerũt. Pecunijs vero eorũ q̃ ad ẽptionẽ ipsorũ venerãt sublatis: ipos vsq;q̃q; psecuti sũt. Sed [i] reuersi sunt ora cõclusi: nã erat ãte sabbatũ. Quã ob causã nõ pseuerauerũt insequẽtes. Arma autẽ ipsorũ & spolia cõgregãtes sabbatũ agebãt/ benedicẽtes dominũ qui liberauit eos in isto die: misericordiæ initium stillans in eos. Post sabbatum vero debilibus & orphanis & viduis diuiserunt spolia: & residua [k] ipsi cum suis habuere.

2. macha.10 a.b. ℭ Machabeus & qui cum eo erant/ domino se protegente templum quidem & ciuitatem recepit: aras autem quas alienigenæ per plateas extruxerãt/ itemq; delubra demolitus [l] est. Et purgato tẽplo: aliud [m] altare fecerũt. & de ignitis lapidibus igne cõcepto sacrificia obtulerunt: post bienniũ/ & incensum/ & lucernas/ & panes propositionis posuerunt. Quibus gestis rogabant dominũ prostrati in terrã/ ne amplius talibus malis inciderẽt. Sed & si quãdo

testatis vsumfructum sibi vẽdicare. tametsi frater institutus/ sit in eius potestate. tex. est i l Cũ allegas. C. de cas. pecu. li. 12.

h ℭ Fœni cibo vescẽtes &c. Nobis lectio actuum Iudæ/ ita proficit: si cõstantiæ ei⁹ ac sobrietatis virtutes imitari voluerimus: nec præponamus delicias mũdi ac põpam huius seculi iustitiæ & veritati dei. Hæc sentẽtia est glo. ordi. Pro qua est optim⁹ tex. in c. Nisi bella. i pri. 23. q. 1. de quo videat i ver. Bellũ. k. i fi.

i ℭ Sed reuersi sunt ora cõclusi. Nã ante erat sabbatũ. Propter aduenieẽs sabbatum/ fugiẽtes persequi destiterunt: existimãtes se sabbatũ temeraturos si in eo persequerẽtur hostes. Tametsi enim etiã sabbato hostib⁹ inuadentibus licitũ sit obsistere. Inuadere tñ aut psequi si nulla vrgeat necessitas/ licitũ nõ est. pu est bon⁹ tex. i c. Si nulla. 23. q. 8. de quo videatur i verb. Bellũ. k. circa me.

k ℭ Et residua ipsi cum suis habuere. De captis in bello seu spolijs hostium/ videatur ĩ. in verb. Bellum m.

l ℭ Demolit⁹ est. An hodie chrianis/ Iudæorũ synagogas liceat demoliri/ est tex. decidẽs q̃ nõ. i c. Iudæis de Iudæis. & in l. In synagoga. C. eodẽ. de quo diffus⁹ videat ĩ. in verb. Barnabas. e.

m ℭ Aliud altare fecerũt. De his quæ possent hic dici/ videatur in verbo Altare g.

n ℭ Templū ab alienigenis pollutū fuerat. Recurrat ad ea quę dicta sunt in verb. Antiochus. 1. Macha. 6. in annotatione signata. e. o ℭ Recordātes ꝙ ante modicū tēporis &c. Facit tex. in superiorib⁹ trāscriptus. in c. Sciscitaris. paulo ante finē. ibi: cū trāquillitas reddita fuerit &c. 7. q. 1. p ℭ Decreuerūt cōi pręcepto &c. Hodie episcopoꝝ est decernere in suis diocesibus/ qui dies pro festis admittendi sint & colēdi. c. Cōquestus. in fi. de ferijs. c. j. in fi. de conse. dist. 3. q ℭ Inuenerūt autē sub tunicis interfectoꝝ &c.

peccassent: vt ab ipso mitius corriperētur: & non barbaris ac blasphemis hominibus traderētur. Qua die autem templum [n] ab alienigenis pollutū fuerat: contigit eadē die purificationē fieri vicesima & quinta mensis/ qui fuit casleu. Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum: recordātes [o] ꝙ ante modicum tēporis diem solennē tabernaculorū in mōtibus & in speluncis more bestiarū egerāt. Propter quod thyrsos & ramos virides & palmas præferebant ei/ qui prosperauit mundare locum suum. Et [p] decreuerunt communi præcepto & decreto vniuersæ genti Iudęorum oībus annis agere dies festos istos.

ℭ De alijs prælijs Iudę Machabei/ vide. 2. Machab. 12. toto capite.

ℭ (In pugna Iudę Machabei contra Gorgiam contigit quosdā ruere Iudæorum) Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollā. Mach. 12. g.
Et cum septima dies superueniret: secundū cōsuetudinem purificati/ in eodem loco sabbatū egerunt. Et sequenti die venit cum suis Iudas: vt corpora prostratorum tolleret/ & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. Inuenerunt [q] autē sub tunicis interfectorū de donarijs idolorum: quæ apud Iamniā fuerunt: a quibus lex prohibet Iudęos. Omnibus ergo manifestū factū est ob hāc causam eos corruisse. Omnes itaq; benedixerūt iustū iudicium domini: qui occulta fecerat manifesta. Atq; ita ad preces conuersi: rogauerunt vt id quod factū erat delictum: obliuioni traderetur. At vero fortissimus Iudas hortabatur populū conseruare se sine peccato: sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione: duodecim milia dragmas argenti misit Hierosolymā offerri [r] pro peccatis mortuorū sacrificium: bene & religiose de resurrectione cogitans. Nisi eni eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia consyderabat ꝙ hi qui cum pietate dormitionē acceperant/ optimā haberent repositā gratiā. Sācta [s] ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare/ vt a peccatis soluantur.

Iudas Scarioth.

ℭ Abijt [t] vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Scarioth ad principes sacerdotū: & ait illis. Quid vultis michi dare: & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argēteos. Et supra Ihesus. Math. 19. b.

ℭ Iudas Scarioth dederat Iudæis signum dicens. Quēcunq; osculatus fuero: ipse est tenete eū/ & ducite caute. Accedens ergo ad Ihesum dixit. Aue rabbi: & osculatus est eum. Dixitq; illi Ihesus. Amice/ ad quid venisti? Et supra Ihesus. vbi diffusius. Math. 25. c.

ℭ Iudas scarioth videns ꝙ damnatus esset (Ihesus) pœnitētia [v] ductus retulit [x] triginta argenteos principibus sacerdotū & senioribus dicēs, Maht. 27. a

Hi q ab hoste pp̄ter idolatriam occultā prostrati sunt/ quos meli⁹ significant q̄ eos: qui in secreto cordis se p cupiditatē atq; auaritiam cōtaminānt? Quasi eīn de idoloꝝ donarijs sub tunica gestant/ qui virtutū opera causa cupiditatis terrenæ seu ambitiōe humanę laudis foris agitant: sed sub velamine pietatis dolum nequitię intus cęlant. Tales merito ab hostibus prosternuntur: qa virus doli (quod corā aspectu hoim latuit) interni iudicis intuitū nō fefellit. Pro hac declaratiōe (quæ est glo. or. hic) est tex. apertus Gregorij in c. Multi. in fi. iuncto prin. c. Sequentis. de pœnitē. distic. 2. de quo tex. videat s. in ver. Aurū. o. r ℭ Offerri pro peccatis mortuorū. Qꝛ post exitū vitę pręsentis pro fidelium peccatis exorandū sit/ & eleemosinarum opus agendū: quaten⁹ hi pro quorum remedio res agitur a peccatis soluantur: & pręsens locus ostēdit/ & in euāgelio dominus vbi de spūsancti blasphemia disputauit: irremissibile peccatum illud ostēdens. Cū eīn dixerit illud vnū irremissibile eē pctm̄: ostēdit alia tam in p̄senti q̄ etiā in futura vita posse remitti. put etiā dicit tex. ī c. Qualis. 25. dist. Qualiter autem pro defunctoꝝ salute agendū sit: videātur textus canonū allegati s. in verb. Argentū. p. & in verb. Defunct⁹. in. 1. annotatiōe vbi diffuse de hac materia. s ℭ Sancta ergo & salubris &c. Hæc sentētia habet s. in ver. Defunctus. & ibidē declaratur. t ℭ Abijt vnus de duodecim. Huic sentētiæ facta est triplex annotatio s. in verb. Ihesus vbi videatur: & ibidē dictis addat textus cū glo. in auten. Iusiurandū qd pręstat ab his &c. §. fi. colla. 2. vbi pp̄ter istorū. 30. argenteorū cupiditatē/ proponit iudicib⁹ in exemplū vt illius dānationem ex cupiditate incursam exhorrescant. Secundo addat ꝙ Iudas ex multiplicibus in eum dn̄i beneficijs ab eo vendēdo debuisset dimoueri. Siquidē eum tāta patiētia tolerauit/ vt ipsum cū cęteris euāgelisare miserit. c. Significastis. in fi. & c. Christus. in fi. 1. q. 1. Eucharistiā confectā manibus suis/ & ore suo cōmendatā: ei sicut cęteris apostolis tradiderit. d. c. Christus. in prin. ipsum a societate apostoloꝝ non eiecerit. c. Nichil. & c. de manifesta. 2. q. 1. & 23. q. 4. Tu bonus. & c. Iudicet in fi. de pœni. dist. 1. & scelus suū alijs nō ppalauerit nisi saltē indeterminate/ dicēs. Vnus vestrum me traditurus est. c. Si sacerdos. de offi. ordina. Tertio addat ꝙ Iudas vendendo Christū cōmisit sacrilegiū/ plagiū/ & symoniā. Ita Archi. in d. c. Quid ergo. in pri. 23. q. 4. v ℭ Pœnitētia duct⁹. Iudas pœnituit sed male: laqueo nāq; se postea suspēdit. Ita dicit tex. in c. Iudas. in pri. de pœ. dis. 3. x ℭ Retulit principibus sacerdotū & senioribus/ dicēs. Peccaui. Nemo pœnitere potest quē non sustineat vnitas ecclesię. Ideoq; nō petat qs sacerdotes p aliquā culpā ab vnitate ecclīę diuisos. Iudas eīn q pœnitēs iuit ad

pharifeos reliquẽs apoſtolos:nichil inuenit auxilij/ niſi augmentũ deſperationis. Dixerũt eñi. Quid ad nos? tu videris ſi peccaſti:tibi ſit/non tibi ſuccurrimus/non peccata tua charitatiue ſuſcipimus/non comportanda promittimus/nec qualiter deponas onus docem⁹:quid eñ nobis & miſericordię?ſi nec opera ſequimur iuſtitiæ: iſſet ad fratres/iſſet ad illos qui orauerant pro ſocru Petri febricitante/qui Chananeam improbam/miſericordię obtulerant/iterrogaſſet Petrum pro ſe fundentẽ lachrymas/non fugiſſet Mariam & Marthã quę vitã Lazaro impetrauerant/non

Peccaui tradens ſanguinẽ iuſtũ. At illi dixerũt. Quid ad nos/tu videris? Et proiectis argẽteis in tẽplo receſſit:& abiẽs [y] laqueo ſe ſuſpẽdit.

Lucæ.6.c. ¶Iheſus vocauit diſcipulos ſuos: & elegit ex eis duodecim/& iter eos Iudam Scarioth qui [z] fuit proditor.

Lucæ.22.a. ¶Intrauit [a] ſathanas in Iudã qui cognominabatur Scarioth vnũ de duodecim:& abijt & loquutus eſt cũ principibus ſacerdotũ & magiſtratibus quẽadmodũ Iheſum traderet eis. & gauiſi ſunt & pacti ſunt pecuniam illi dare/& ſpopõdit & quęrebat oportunitatem vt traderet illum ſine turbis.

Ioan.6.i fi. ¶Vnus ex vobis diabolus eſt (dixit Chriſtus ad apoſtolos) intelligẽs de Iuda Scariothis qui traditurus erat eum.

Ioan.12 a. ¶Cum Maria Magdalena vnguẽtum ſuper caput Iheſu fudiſſet/ dixit vnus ex diſcipulis Iheſu Iudas Scariothis qui erat eũ traditurus. Quare hoc vnguẽtum non [b] venijt trecẽtis denarijs/ & datum eſt egenis. Dixit autem hoc/nõ quia de egenis pertinebat ad eum: ſed quia [c] fur erat/& loculos habẽs ea quæ mittebantur portabat.

Ioan.13.e. ¶(Quærẽti a Iheſu diſcipulo quẽ diligebat) Dñe quis eſt q tradet te? Reſpondit Iheſus. Ille eſt cui ego intinctum [d] panem porrexero. Et cum intinxiſſet panem dedit Iudæ Simonis Scariothis. Et poſt buccellam [e] introiuit in eum ſathanas. Et dixit ei Iheſus. Quod facis/fac citius (& ſubiungitur) Cum [f] ergo accepiſſet ille buccellam/diſceſſit continuo. Erat autem nox. Et ſupra in verbo Iheſus.

Actuũ.1.c. ¶Iudas Scarioth fuit dux eorum qui comprehenderunt Iheſum. Et

turbã plorantẽ/ quę vnicum filiũ acquiſierat viduę:iuit ad diuiſos/& diuiſus perijt. Ita dicit textus cuius hęc oĩa verba ſunt.i c.t.§.laboret.verſi. Ideoq. de pœni.diſ.6. Et dicit tex.in c. His poteſtatis. paulo ante fi.de pœni.diſt.1. Arbitror ꝙ Iudas potuiſſet tãta miſeratione dñi/non excludi a venia ſi pœnitẽtiam nõ ſolũ apud Iudęos:ſed apud Chriſtũ gesſiſſet.

y ¶Abiẽs laqueo ſe ſuſpendit. Idẽ dicit in c. Qui ſtudet.verſi. Iudas. 1.q.1. Et dicit text⁹ Hierony.in c. Nichil Iudæ. de pœni. diſt.c.3. Nichil Iudę profuit egiſſe pœnitentiã per quã ſcelus corrigere nõ potuit:ſi quãdo frater ſic in fratrẽ peccat: vt emendare valeat qd peccauit/poteſt ei diuinitus dimitti: ſi autẽ pmaneant opera/fruſtra voce aſſumitur pœnitentia:hoc eſt qd de eo dicitur. Et oratio ei⁹ fiat in peccatũ: vt nõ ſolũ emendare nequiuerit pditionis nefis/ſed pprij homicidij ſcelus addidit. Hæc ibi. Et in c. Sceleratior. eadẽ diſt. dicit Leo papa. Sceleratior oĩbus o Iuda/& infœlicior oĩbus extitiſti:quem non pœnitẽtia reuocauit ad deum/ſed deſperatio traxit ad laqueũ. Expectaſſes cõſummationẽ criminis tui/& donec ſanguis Chriſti pro peccatoribus funderet/informis leti ſuſpendiũ diſtuliſſes. Hęc tex. qui (vt ex eo liquet) ſentit Chriſtũ ſuperuixiſſe Iudę/ſicq; Iudã ante Chriſti mortẽ deſperaſſe. Hiero. tñ contrariũ videt innuere/dũ de duobus latronibus cum Chriſto crucifixis verba faciens/dicit. Alter pręcedit Petrũ in paradiſo: alter Iudã in inferno. Sed hoc dictũ nichil obſtat: quia dici poteſt ꝙ mors Iudę ſecuta eſt mortẽ latronis. Pręceſſit tamen mortẽ Chriſti qui ante latrones eſt mortuus. Vnde non fregerũt eius crura. Ita ſentit glo.1. in d.c. Sceleratior. Dicit tamẽ Archi. ibi poſt Hugo. ꝙ veriſimile videtur Iudã poſtq̃ retulit triginta argenteos:ſtatim ex impatientia doloris & deſperatione ſalutis/ſe ſuſpendiſſe. & ſic nec Chriſti nec latronũ mortem expectaſſe. Refert nichilominus quoſdã dicere/ꝙ demum viſa reſurrectione quã non ſperabat ſe ſuſpendiſſe: quod non eſt autenticũ. Hęc Archi. De hac etiam Iudę deſperatione loquens textus in c.. Inter hęc hircũ. l.1.in fi. de pœni. diſt.3. dicit. Iudas (inquit) peccaui tradens ſanguinẽ iuſtum: ſed in pectore habuit ignem alienum/ quo inflãmante cucurrit ad laqueum. Indignus autẽ remedio fuit:quia non pura mente pœnituit. Hęc tex. vbi Archi. poſt Auguſtinũ dicit. Iudã non tñ ſcelus qd cõmiſit/q̃tum deſperatio de venia dãnauit: & idẽ (tametſi p alia verba) dicit Archi. poſt Hiero. in d.c. Sceleratior. in prin. vbi pręmittit. Q: Iudas ideo deſperauit:quia ad eius memoriã non reduxit dei miſericordiã/quę ſupexaltat iudiciũ: ſed tñ eius iuſtitiã. hinc eſt ꝙ nõ dixit. Peccaui tradens ſanguinẽ miſericordẽ/ſed peccaui tradens ſanguinẽ iuſtum. De hac pręterea deſperatione tex. eſt in c. Si non licet paulopoſt princi.23.quęſti.5. vbi dicit. Iudę factũ merito deteſtamur/eumq; veritas iudicat cũ laqueo ſe ſuſpẽdit/ſceleratę illius traditionis auxiſſe potius q̃ expiaſſe cõmiſſum: qm de dei miſericordia deſperãdo exitiabiliter pœnitens: nullũ ſibi ſalubris pœnitẽtię locũ reliquit:& q̃uis ſe occidendo/ſceleratiſſimũ hominũ occiderit:tñ non ſolum Chriſti/verũ ſuę mortis reus/finiuit hanc vitã: qa licet propter ſcelus/alio tamẽ ſuo ſcelere mortuus eſt. Hęc ibi. z ¶Qui fuit proditor. Idẽ probat in d.c. Chriſt⁹.1.q.1. & in c. qd ergo. i fi.23.q.4. & dicit tex. in c. Ieiunia. de cõſe. diſt.3 ꝙ quarta feria Iudas traditionẽ dñi cogitauit: & ppterea ſuadet ibi vt quarta feria ieiunet. a ¶Intrauit in eum ſatanas. Videat ſequens.2.annotatio.

b ¶Non venit trecentis denarijs. Videatur qd dictum eſt in verb. Iheſus. Matthęi.26.6.

c ¶Sed quia fur erat. Et non qualiſcunq; fur/ſed loculorũ dñicorum: nec qualiſcũq; furti/ſed peculatus. Peculatus eñi furtũ dicitur de re publica:& non ſic iudicatur furtũ rei priuatę quomodo publicæ. Vnde & qui de eccleſia aliquid furatur/Iudę proditori cõparatur. Tex. eſt vbi hęc pbãtur in d.c. Quid ergo.23.q.4. & facit textus in c. Tu bonus. ibi cũ ſciret furẽ eſſe. eadẽ cau. & quęſti. d ¶Cũ intinxiſſet. Videat annotatio in verb. Iheſus. e ¶Poſt buccellam introiuit in eũ ſatanas. Videatur quod in iſtorum annotatione verborum dictũ eſt ſ. in verb. Iheſus. & ibi dictis addat tex. in c. Quod quidã.§. Q: uis poſſit.1.q.1. vbi dicitur. Ipſa ſalus nr̃a buccellã Iudę dedit/ſtatim cum buccella nõ bon⁹/ſed malignus ſpũs intrauit: quare?nõ qa bonus nõ daret bonũ:ſed qa malus male accepit bonũ:ſicq; bonũ effectũ/bonũ nõ habuit:qa vbi illud faceret nõ inuenit. Hęc ibi. f ¶Cũ accepiſſet buccellã diſceſſit cõtinuo:erat aũt nox. Ex hoc videt ꝙ Chrs Iudę cũ cęteris apl̃is euchariſtiã nõ dederit. Dedit eñ eã poſt alios cibos Luca teſtãte/ dũ ait. Sił̃r & calicẽ poſtq̃ cœnauit/ dicẽs. Sed hic dicitur ꝙ poſt buccellã ei datã inter cœnandũ ſtatim diſceſſit: igitur &c. Et ad hoc facit:qa ſcdm

Matthęũ Christus statim dixit bibẽtibus calicẽ. Non bibam amodo de hoc genimine vitis/donec bibã illud nouum vobiscũ in regno patris mei. Iudas ergo non aderat qui cum eis non erat bibiturus in regno. Contrariũ tamen dicit tex. in d.c. Christus. I. quęsti. I. in d.c. Tu bonus. 23.q.4. & in c. Aduersitas. versi. Ecce elongaui. 7. quęsti. I. Et pro hoc facit qd dicit Lucas/qui statim post calicẽ traditorem cõmemorat: dicens. Hic est calix noui testamẽti in sanguine meo qui pro vobis effundetur. Verũtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Quotquot autem interfuerũt/eucharistiam acceperũt Marco attestãte/qui ait. Et biberũt ex illo omnes iuxta qd ipse Christ⁹ pręceperat testãte Matthęo. Bibite ex eo omnes. Et ita tenendum videtur: prout etiã tenet Archi. in d.c. Cum Paulus. vbi ponit oĩa p̃missa. I.q.I. & idem tenet in d.c. Aduersitas.§. Cũ autẽ. 7. quęsti. I

ff ℭ Crepuit medius/ & diffusa sũt viscera ei⁹. In hoc quodãmodo delatũ est ori quo osculatus erat deũ: ne per os effunderetur. Ita dicit Archi. in d.c. Sceleratior. de pœnitẽ. distinc. 3.

g ℭ Frater Iacobi. Videatur quod dictũ est in verb. Iacobus.

h ℭ Iudęorũ. Iudęi dicuntur qui ad literam Mosaycam legem tenẽt/circũcidẽdo & alia legalia sequendo. Vnde qui nimis adhęrẽt literæ/iudaizare dicũtur. Dicunt autẽ Iudęi a nomine dignioris tribus/scilicet a tribu Iuda/quę inter alios bellicosior extitit/ & in bellis primã aciẽ & regni priuilegiũ obtinuit/ sed vt de ea sola rex crearet. Ita dicit Hostien. in sũma sua. ĩ ti. de Iudęis. & idem sentiunt Panor. & alij. in Rubri. de Iudęis.

possedit agrum de mercede iniquitatis: & suspensus crepuit[ff] medius: & diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus in Hierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum alchedemach/hoc est ager sanguinis.

Iudas Iacobi.

ℭMulti Ihesum in patria sua docentem audientes/dicebant. Nonne hic est faber filius Mariæ/frater [g] Iacobi & Ioseph & Iudæ/& Simonis? Mar.6.a.

ℭIhesus vocauit discipulos suos/ & elegit duodecim ex ipsis: & inter eos Iudam Iacobi. Lucę.6.c.

Iudeus & Iudea.

ℭDe rigẽtissima Iudęorũ per regẽ Antiochũ persecutione habetur diffuse. s̃. i verbo Antiochus. vbi videatur.

ℭNotus in Iudæa deus: in Israel magnum nomen eius. Psal.75.a.

ℭFacta est Iudæa sanctificatio eius: Israel potestas eius. Psal.113.a.

ℭDe modo sepeliendi Iudæorum [h]: vide infra Sepultura.

ℭDe modo succedẽdi inter Iudæos/vide supra hereditas. in princi.

ℭIn Ihesum multi Iudæorum principũ crediderũt: sed propter Phariseos non confitebantur/vt [i] de synagoga non eijcerentur. Ioan.12.f.

ℭVirtus dei est in salutem omni credenti: Iudæo primum & græco. ad rõa.1.b.

ℭAn Iudæorũ deus tãtũ? nõne & gẽtiũ? imo & gẽtiũ. Quoniã quidẽ vnus est deus qui iustificat circuncisionẽ ex fide/& præputium per fidẽ. ad rõa.3.pe pe finem.

ℭNon [k] est distinctio Iudæi & græci. Nam idem dominus omnium/ diues in omnes qui inuocant illum. Ad rõa.10.c

ℭIudæi signa petunt/& Græci sapientiam quærunt. I.ad co.1.c.

ℭSine offensione [l] estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei. I.cori.10.g

ℭSi tu (ait Paulus ad Petrum) cum Iudæis sis gentiliter viuis/& non iudaice: quomodo gentes cogis iudaizare? Et infra Paulus. ad gala.2.c

ℭNos natura Iudęi sumus: & non ex gentibus peccatores. Ad gala.2.c

i ℭ Vt de synagoga non eijcientur. Synagoga apud Iudęos/idem est qd
ecclesia apud nos: & synagoga græce/latine interpretatur congregatio: quia ibi se congregant. sed nos appella
mus ecclesiã quod vocabulum græcum est/ & latine idem sonat qd cõuocatio. vnde vocabulũ nostrum est pręstã
tius vocabulo Iudęorũ: cũ ipsorum vocabulũ etiam pecoribus cõueniat. Ita dicit Panor. in c. Iudęi. de iudęis.
An autẽ synagogas Iudęorũ tolerare/an vero demoliri possimus & euertere saltẽ in terris christianis. text⁹ est
probans q̃ non. in d.c. Iudęi. de quo videat quod dictũ est s̃. in verb. Barnabas. Imo etiã christiani vetãtur ne
Iudęos in suarũ celebratione festiuitatũ fustibus aut lapidibus aliquatenus pturbent. c. Sicut iudęi.§. I. de Iu
dęis. Et ne ad synagogas eorũ ire phibeãtur/sanxit lex ne aliquis christianus eos die sabbati aut reliquis suis
festiuitatibus in iudiciũ trahat. Tex. est in l. die sabbati. C. eodẽ. Sarraceni autẽ (qui sic vocantur a Sara vxore
Abrahę: cũ tamẽ dici deberẽt Agareni ab Agar ancilla ex qua ipsi descenderũt. prout notat Panor. in Rub. de Iu
dęis) locũ quo ad orandũ cõueniunt vocãt mesquitã. de quo & eorũ mesqtis Clemens quintus in cõcilio Vieneñ.
emisit constitutionẽ in hęc verba. Cedit in offensam diuini nois & opprobriũ fidei christianęq̃ in quibusdã mũ
di ptibus pricipib⁹ chrianis subiectis/in qb⁹ iterdũ seorsum/iterdũ vero pmixti cũ chrianis habitãt Sarraceni
sacerdotes eorũ/zabazala vulgariter nuncupati/in tẽplis seu mesqtis suis ad q̃ ijdẽ Sarraceni cõueniũt: vt ibidẽ
adorẽt pfidũ Machometũ/dieb⁹ singulis/certis horis in loco aliquo eminẽti: eiusdẽ Machometi nomẽ chrianis
& Sarracenis audiẽtib⁹/alta voce inuocãt & extollũt: ac ibidẽ verba quędã in illi⁹ honorẽ publice pfitẽtur. Ad
locũ insup/vbi olim qdã sepult⁹ extitit Sarracenus: quẽ vt sanctũ Sarraceni alij venerant & colũt: magna Sarra
cenorũ earũdẽ priũ/& etiã aliarũ cõfluit publice mltitudo: ex qb⁹ nrę fidei nõ modicũ detrahit/& graue i cordi
b⁹ fideliũ scãdalũ generat. Cũ aũt hęc in diuinę maiestatis displicẽtia/nõ sint vllaten⁹ tolerãda (sacro approbãte
cõcilio) ipsa ĩ terris chrianorũ districtis fieri deiceps/ihibem⁹ vniuersis & singulis pricipib⁹ catholicis: sub quo
rũ dñio dicti Sarraceni morant & fiũt p̃dicta/sub obtestatiõe diuini iudicij obnixi⁹ iniũgẽtes/quaten⁹ ipsi tãq̃
veri catholici & chrianę fidei seduli zelatores opprobriũ qd tã ipsis/q̃ cęteris chricolis p pręmissa ingerit: debi
ta cõsideratiõe pẽsantes/ipm vt p inde ęternę btitudinis pmiũ assequant: de terris suis oĩno auferant/& a suis
subditis auferri pcurẽt: inhibẽdo expresse ne pręfata iuocatio seu pfessio nois ipius sacrilegi Machometi publi
ce/aut pegrinatio pręlibata ab aliquo in eorũ existẽte dñio/audeat attẽtari de cętero vel quõlibet sustineri. Hi
vero q sec⁹ psumpserit cõtra diuinã reuerẽtiã/taliter castigẽtur ab ipis/q̃ alij eorũ exẽplo pterriti a pręsumptiõe
simili arceant. Hęc est Clemẽtis cõstitutio: quę habet in clemẽ. vnica. de Iudęis. vbi glo. in verb. zabazala loquit
de sacerdotib⁹ Sarracenorũ/seu ministris mesquitarũ ipsorũ. De qb⁹ reseruo dicẽdũ. j. Sacerdos. k ℭ Nõ
est distinctio Iudęi & gręci. Videat qd in huius annotatiõe sentẽtię dictum est in verb. Gręcus. l ℭ Sine
offensione estote Iudęis. Iudęi in plerisq̃ casib⁹ sunt iter chrianos sine offensiõe. Prio q̃tũ ad hoc vt antiquę eorũ

synagogę tolerentur. d.c.Iudęi. & c. Consuluit. de Iudęis. & dictū ē s. annotatiōe pxima. Secūdo vt possint matrimoniū cōtrahere/ etiā in gradu prohibito a lege canonica: qa constitutionib⁹ canonicis non arctant. Vñ si matrimonium in tertio vel quarto gradu inter Iudęos cōtractum sit valet: nec separat etiā si ad fide veniant catholicam baptismi suscipiendo sacramentum. Tex.est in c. Gaudemus. de diuor. & in c. de infidelibus. de cō sang.& affi. Ius tamē ciuile titus Iudęorū in matrimonijs contrahēdis nō admittit. Tex.est in l. Nemo Iudęorū. C.de Iudę. Sed vtroq iure/ canonico & ciuili iter Iudęū & Christianā/ aut Christianū & Iudęam inhibet matrimoniū. Tex. est in l. Ne qs christianū. C.de Iudæ. & in c. Cauе. in prin. 28. qsti. 1. Tertio vt possint agere & cōuenire Christianos apud iudices nostros/ nō apud seniores eorum: imo etiā vt possint eligere arbitrū etiā Iudęū cui⁹ sententiā ordinarius exequet. Tex. est in l. Iudæi cōi Romano iure. iūcta. l. Si qua. C.de Iudęis. Quarto: vt inuiti ad baptismū compelli nō possint. c. Sicut Iudæi. in prin. eo. titu. Quinto: vt bonas eorū consuetudines & pręsertim in suis festiuitatib⁹ obseruare non possint prohiberi / nec alias ab ipsis celebrandis impediri. d.c. Sicut Iudæi. §. 1. Sexto: vt sua bona possunt prout melius valent vendere/ certo in venditione suarū rerum ptio nullatenus stattuendo. l. Nemo exterus. C.de Iudęis. Septimo: vt etiam pro sceleribus eorū non possint ab aliquo offendi auctoritate priuata/ sed tantū auctoritate iudicis. l. Nullus. C. eodem. Et octauo: vt nullus ab eis coacta possit exigere seruitia: nisi quę ipsi tēpore pręterito facere consueuerunt. c. Sicut Iudęi. versic. Adhoc. eodem titulo. In plęrisq etiam casibus Christiani sunt Iudæis offensioni. Nec id quidem iniuria cum eos propria culpa submiserit seruituti. cap. Et si Iudęos. in principio. de Iudęis. Primus casus est: quia vniuersitati Iudęorum nichil pōt legari. tex. ē. i l. 1. C. eodē. Secūd⁹: vt ad aliquā dignitatē vl administrationē i ciuitate nō possint pmoueri. l. fi. C. eodē. c. Nulla. in prin. 54. dist. Q si aliqd eis officiū iniunctū susceperint: tā diu Christianorum cōio in cōmercijs & alijs denegat/ donec in vsus pauperum Christianorū: sedm prouidentiā diocesani epi conuertat/ quicqd fuerint a christianis adepti occasione officij sic suscepti: & officiū cū pudore dimittant/ qd irreuerenter assumpserunt. Ita dicit tex. in c. Cum sit. in fi. de Iudæis. Possunt tamen principes redditus suos Iudęis vendere vel paganis: christiano tn̄ cum eis deputato/ per quē Iudęi siue Sarraceni sine Christianorum iniuria regalia cōsequātur. c. Ex spūali. in fi. de Iudæis. Tertius est: vt nullū christianum possint in eorū seruitio domestico habere. c. Iudæi siue Sarraceni. & c. Adhæc. c. eodem ti. Quart⁹ est: vt cōtra christianos non possint ferre testimoniū. c. Iudęi. de testib⁹. Et nichilominus Christiani cōtra eos ferre possint. cle. 1. eo. ti. & dictū est in verb. Iuda. Quintus: vt nullū seruū christianum possint emere: etiā vt eo vtantur extra seruitium domesticū. c. 2. vbi plenius de hoc videndū est de Iudęis. l. Vnica. C. Ne christia. manci. Sext⁹: vt in die parasceues seu veneris sancta/ hostia vel fenestras apertas tenere nō possint: sed clausas tenere debēt tota die. c. quia super his. eo. ti. de Iudęis. Septimus: vt in dicta die parasceues in publicū prodire minime audeant. c. In nōnullis. versi. pe. eo. titu. Octauus: vt tam masculi Iudęi q fœminę in omni prouincia christianorū/ & omni tēpore/ qualitate habit⁹ publice ab alijs populis distinguātur. d. c. In nōnullis. in prin. Vñ dicit Hostien. in summa huius ti. col. 2. q Marsiliæ deferunt totam sericā ante pectus ad modum stellę: & mulieres oralia in capite. Nonus vt qtūcūq boni medici sint/ nichil lucrent cū christianis: quia nec ipsos vocare debēt in suis infirmitatib⁹: nec ab eis recipere medicinā. c. Null⁹. 28. q. 1. Decimus: vt in cōuiuijs suis christianos habere/ vel ad cōuiuia Christianorū vocari nō possint. Tex. est in c. Omnes. in prin. eadē causa & qstio. Vndecimus: vt si qui eorū vsuras pniciosissimā eorum consuetudinē seu potius corruptelā insequentes acceperint/ ad restitutionē cōpellant. c. Post miserabilem. de vsu. Duodecimus: vt si delinquant in legē naturæ vel diuinā: possint ab ecclesia coerceri / vt late p Panor. post Innocen. ibi. in c. Quod super his. de voto. & dictū est s. in verb. foris. Decimustertius: vt si aliquis Iudæ⁹ cognoscat carnaliter christianam: debeat puniri pœna arbitraria. Ita dicit pceptor meus Decius post alios quos allegat in c. 1. in. 4. col. de consti. Vnde dicit Oldrar. in consi. suis. consi. 133. incipiente. Quomodo puniat Iudęus. q cum Iudęus de facto fuisset accusatus: & probatus cognouisse christianā: fuerūt ei virilia incisa. & dicit se ea vidisse ante palaciū in ciuitate Auinionensi. Decimusquartus: vt ad officia publica etiā post susceptum baptismū admitti nō possint/ saltem sine interuallo alicui⁹ tēporis. Tex. est reputatus singularis. in c. Cōstituit. 17. q. 4. quē allegat sing. Ludo. Ro. in sing. suis. singu. 672. & idem probat quoad dignitates ecclesiasticas. in c. 1. 48. dist. & dictū est in verbo diacones. Decimusquintus & vltimus est: vt scholas Christianorū causa disciplinę cum eis acquirendę intrare prohibeant. Ita tenet Panor. c. 1. col. 1. de Iudæis. & sequit pceptor meus Deci⁹. in cap. Consuluit. 3. de appella.

¶ Multa alia de Iudæis videri possunt in verbis Ihesus & Lazarus.

ad gala. 1. c. **Iudaismus.** ¶ Proficiebā in Iudaismo (inquit Paulus) supra multos coætaneos meos in genere meo: abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.

Exo. 18. c. d **Iudicare. Iudicatus & Iudicium.** ¶ Sedit Moyses vt iudicaret populum qui assistebat Moysi a mane vsq ad vesperam. Quod cum vidisset Ietro cognatus eius/ omnia scilicet quæ agebat in populo: ait. Quid est quod facis in plebe? Cur solus sedes & ois populus prestolatur de mane vsq ad vesperā. Cui respōdit Moyses. Venit ad me populus quærens sententiā dei. Cūq acciderit eis aliqua disceptatio/ veniūt ad me vt iudicē iter eos: & ostēdā pcepta dei & leges ei⁹. At ille. Non bonam (inquit) rem facis. Stulto labore consumeris: & tu & populus iste qui tecū est. Vltra vires tuas est negociū. Solus illud nō poteris sustinere: sed audi verba mea atq consilia: & erit dn̄s tecū. Esto tu populo i his q ad deū pertinēt/ vt referas q dicūtur ad eū: ostēdasq populo cerimonias & ritū colēdi/ viāq per quā ingredi debeāt: & op⁹ quod facere debeāt. Prouide autē de omni plebe viros [m] sapiē-

m ¶ Viros sapientes. Alias est viros potentes: qui sc3 per suam sapientiam & experientiam possint iudicare. Ita de Lira hic. Vnde aduertendum est pro iure humano: q etiam imperiti literarum possunt esse iudices/ & in causis iudicare: debent tamē habere assessores literatos/ quorum cōsilio regantur. Tex est quem ita declarāt ibi Cy. Bal. Saly. & cōiter moderni in l. Certi iuris. C. de iudi. & ita etiam (q sc3 literarum imperiti/ possint ee iudices) tenet glo. in l. 2. ff. Quod quisq iu. in l. fi. C. de sen. ex peri. reci. in c. Ad nostrā. de consuetu. & in cap.

Qui vult.de pœni.dist.6. Istud procedit etiam in iudice delegato.glo.est in c.Scifcitatus.in verb. Impedimento.de rescrip. & hoc casu poterit sententiam ferre per aliū/ vt concludūt glo. & Bar .in l.fi.C.de sen.ex pe.reci.& dominus meus Deci⁹.in dicto c. Scifcitatus.in fi.& do. Iason.in d.l.Certi iuris.in.1.colū.vbi allegat alios idem tenentes. Dicūt tñ Anto.de Bu.& Panor.in c.1.per illum textū in verbo & statuta canonū nō ignorant. de consangui.& affi. Q̄ si iudex ignarus canonū iudicat in causa matrimoniali: q̄uis valeat sententia/ tamē peccat: quia debuit alteri delegare vl̄ peritos cōsulere.dicit etiā Io. Fa. in.§.similiter.institu.de excusa.tuto. ꝙ Tametsi Iperitus iuris possit esse iudex: tamē nō omnino debet esse imperitus literarum/ sed saltē scire debet legere & scribere. Et ita declarat.d.l.Certi iuris.quam etiam declarans Gemi.10.distinc. in summa dicit ꝙ si non sit literarū/causarū tamen peritia in iudice eē debet.

tes & timētes [n] deum: in quibus [o] sit veritas/& qui [p] oderint auaritiā: & cōstitue ex eis tribunos & cēturiores/& quiquagenarios/& decanos qui [q] iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit referent ad te: & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusꝙ sit tibi/ partito in alios onere. Si hoc feceris adimplebis imperium domini: & præcepta eius poteris sustētare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis Moyses: fecit omnia quæ ille sugesserat. Et electis viris strēnuis de cuncto Israel/constituit eos principes populi: tribunos & centuriones/ & quinquagenarios & decanos/ qui iudicabant plebem domini omni tempore. Quicquid autem grauius erat/referebant ad eum: faciliora tantummodo iudicantes.

¶In [r] iudicio/plurimorum non acquiesces sentētiæ vt a vero deuies. Exodi.23.a
Pauperis [s] quoꝙ non misereberis in iudicio.

¶Nolite facere aliquid iniquum in iudicio: in regula/ in pondere/in Leui.19.g.
mensura.

¶Aequum [t] iudicium sit inter vos/siue ciuis siue peregrinus peccaue- Leui.24.d.
rit: quia ego sum dominus deus vester.

n ¶ Et timētes deum. Facit tex.ic.1.versi.Caueāt.de len.& re iudi.li.vj.vbi dr̄. Caueāt ecclesiastici iudices & prudenter attēdāt vt in causarum ꝓcessibus/nil vendicet odiū: vl̄ fauor vsurpet. Timor exulet/ p̄mium aut expectatio p̄mij iustitiam non euertat/ sed stateram gestent in manibus lances appendant equo libramine vt in omnibus quæ in causis agenda fuerint presertim in concipiendis sententijs & ferendis prę oculis habeāt solū deū/ illius imitantes exemplū qui q̄relas popoli tabernaculum ingressus ad dominum referebat/ vt scdm eius imperium iudicaret. Hęc ibi. Cætera quæ hic dici possent/dicent in subsequentibus sententijs.

o ¶ In quibus sit veritas/ vitę.s.& iustitię. vitę quia iudex criminosus seu existens in peccato mortali: licet ex potestate officij alios iudicare possit/ tñ peccat iudicādo. put notāter dicit Panor.in Rob.de vita & no.cleri.in.1.colū.& est bo.tex.in c. Iudicet.in prin.3.q.7. iustitię vt scienter/ aut per errorē imputabilē/ alteri⁹ iustitiam nō euertat.d.c.1.de re iudi.li vj.& satis dicetur in subsequentibus sententijs.

p ¶ Et qui oderunt auaritiam. Hinc dicit celebris tex.Gregorij.in c.Qui recte.21.q.3. Qui recte iudicat & præmium remunerationis expectat fraudem in deū perpetrat/ quia iustitiam quam gratis impartiri debuit acceptione pecuniæ vendidit/ bonis male vtuntur qui pro temporali lucro iuste iudicant. Tales quippe ad veritatem nō iustitię defensio: sed amor p̄mij prouocat quibus si spes nūmi substrahitur: confestim a iustitię cōfessione recedunt. Acceptio nūmorum pręuaricatio veritatis est. Vnde pro iusto dicitur. Qui excutit manus suas ab omni munere/ iste in excelsis habitabit/ & in c.Non licet.eadē causa & q̄stio. Dicit tex.Aug. Non licet iudici vendere iustū iudiciū.& si liceat aduocato vendere iustū patrociniū/ & iurisconsulto rectū consiliū: Et idē pbat tex.in c.Nō sane.circa prin.14.q.5.& in l. Venales.C.Quan.prouo.non est ne.

q ¶ Iudicent populū omni tēpore. Iure hūano iudices iudicare possunt omni tēpore.i.nō solū matutino/ sed etiā meridiano & vespertino.§.sedebūt.in Auct.de iudicibus.coll.7.Nocturno tñ tēpore iudicare nō possunt. Q̄ si iudicū/ sn̄ia p eos de nocte lata non valet. Ita cōiter concludūt doc.in l. Nō minorē.C.de transac.in l.More Romano.ff.de ferijs.& in c.consuluit.vbi bo tex.de offi.dele.de quo videatur quod satis ample scribit p̄ceptor meus Iason.in d.l.Nō minorē.col.1.An aūt diebus feriatis possit iudicari.dictū est s̄.in verb.dies.

r ¶ In iudicio plurimorū nō acquiesces sn̄ię: vt a vero deuies. Pro hac sn̄ia & cæteris in diuino aut hūano iure de iudicio loquentibus: est aduertendū summarie/ ꝙ iudiciū multipliciter assumi solet. Quādoꝙ em̄ iudiciū idē est ꝙ actio: vt iudiciū familię herciscundę.i.actio.l.in trib⁹.ff de iudi.c. Ex literis.de pba. Quādoꝙ est lis siue cōtrouersia: vt iudiciū pendet de hæreditate.l.1.scdo rñso.ff.ad Trebel.l. Quod debet.ff.de pecul. q̄nꝙ est authoritas.vt negocia ecclesiastica nō sunt iudicio laicorū disponēda.c. Decernim⁹.extra de iudi. Quādoꝙ est forus: vt causa iurispatronatus debet diffiniri iudicio ecclesiastico.i.in foro eccl̄ię.c.q̄to.de iudi. Quādoꝙ est arbitriū.c.a iudicibus.2.q.6.l.Arbitro.ff. Qui satis cogan.c. Ab arbitris.de offi.deleg.lib.vj.vbi probat arbitros iudices dici: ergo & arbitria iudicia. Quādoꝙ est vltia volūtas: vt iudiciū testatoris nō debet eē cassū.l.1.C de sa.eccle. c.Licet.de sepul.in vj. Quādoꝙ est q̄stio: vt iudiciū ambiguū est ad Papā referēdū.c.Per venerabilē.§.Rationibus.qui filij sint legi.l. Quoniā.C.de ordi.iudi. Quādoꝙ est discretio: vt furiosus & impubes nō possunt eē iudices/ qa carēt iudicio.i.discretiōe.l.Cum p̄tor.ff.de iudi.c.Graue.de prębē.in antiq. Quādoꝙ ē sn̄ia: vt Iudex punire pōt eos q suo neglexerit parere iudicio.i.sn̄ię.c. De causis.de offi.deleg.c.Si duob⁹.de appel.in fi.c.ff.de p̄scrip.l.Qui cōcubinā.§.Si hæres.ff.de lega.3.& ita hic sumi pōt.& Eccl̄iasti.18.ibi. Ante iudiciū iustitiā tibi para. Quādoꝙ ē instātia. vt iudiciū perit triennio.i.instātia.l.Properandū.C.de iudi c. Venerabilis. eo.ti. Quādoꝙ est discusso negocij p sn̄iam terminādi: vt in Ru.ff.&.C.de iudi.& in c.Forus.de verb.sig. Quādoꝙ ē potestas iudicandi. l.Iudiciū soluit.ff.de iudi. Quādoꝙ est pnicies. Vnde ap̄s.1.ad Cori.11. Qui māducat & bibit indigne corpus & sanguinē dn̄i: iudiciū sibi manducat & bibit. Quandoꝙ est pœna: vt in Matthæo. Qui occidit/ reos erit iudicio.i.in pœna.& in Io. Qui bona egerūt/ ibūt in vitā ęternā: q vero mala/ in resurrectionē iudicij.i.pœnę æternę. Et q̄nꝙ est ꝓcessus iudicialis.c.1. de iudi.in vj.c.Pia.de excep.eo.li.has acceptiones iudicij numero quindecim congerit Io.mo.in Ru.de iudi.in extrauagantibus communibus.

s ¶ Pauperis non misereberis in iudicio. Hinc dicit Aug.in c. Ne amisso.23.q.4.Ne amisso iudicio sis pauperi in mala causa misericors: cuius si parcis sacello.i.paupertati: percutis cor & tanto nequiorem reddis/ q̄to iustū sibi fauere videt. Hęc ibi.

t ¶ Aequū iudiciū sit inter vos siue ciuis siue &c. Qui eñi recte iudicat/

ftaterā in manu geftat: 45 dift.c. Omnis qui: vt ita magnū iudicet ac paruū. c. Nouit. de iudi.
v ¶ Iudicabat populū. Videatur quod diffufe dictū eft ſ. in verbo Delbora.
x ¶ Si cōtempſi ſubire iudiciū cum ſeruo meo &c. Iure humano ſeruus nedū cum domino/ ſed nec etiam cum extraneo poteſt eſſe in iudicio/ vel tanꝗ reus vel tanꝗ actor/ vel tanꝗ iudex: & ſi cōdemnatio aliqua in perſonam eius facta ſit/ quod factum eſt non ſubſiſtit. Tex. eſt. in l. Seruus. C. de iudi. Fallit in aliquibus caſibus.

Deute.14.c ¶Non peruertes iudicium aduenę & pupulli.

Deu.27.c. ¶Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ pupilli & viduæ. Et infra in verbo maledictus.

Iudicū.4.a ¶Delbora prophetis vxor Lapidoth iudicabat[v] populum: & ſedebat ſub palma quæ nomine illius vocabatur: aſcendebantq ad eam filij Iſrael in omne iudicium. Et ſupra in verbo Delbora.

1.regū.16.b ¶Iuxta intuitum hominis ego non iudico: ait dominus.

Thobię.3.a ¶Iuſtus es domine/ & omnia iudicia tua vera ſunt: & omnes viæ tuę/ miſericordiæ & veritas & iudicium.

Iob.6.d. ¶Loquentes id quod iuſtum eſt: iudicate.

Iob.8.a ¶Nunquid deus ſupplantabit iudicium: aut omnipotens ſubuertet quod iuſtum eſt?

Iob.10.a ¶Indica michi domine cur me ita iudices?

Iob.31.b. ¶Si contempſi ſubire[x] iudicium cum ſeruo meo/ & ancilla mea cum diſceptarent aduerſum me. Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicandum deus: & cum quęſierit/ quid reſpondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me. qui & illū operatus eſt/ & formauit me i vulua vnus?

Iob.34.a. ¶Iudicium eligamus nobis: & inter nos videamus quid ſit melius.

Iob.34.b. ¶Deus non condemnabit fruſtra/ nec omnipotēs ſubuertet iudiciū.

Iob.34.l. ¶Nunquid[y] qui non amat iudicium ſanari poteſt?

Iob.36.a. ¶Deus iudicium pauperibus tribuet.

Pſal.1.a. ¶Non reſurgunt/ impij in iudicio. Et latius ſupra impius.

pſal.7.c. ¶Iudica me[z] domine ſecundum iuſtitiam meam: & ſecūdum innocentiam meam ſuper me.

Pſal.25.a. ¶Iudica me domine: quoniam ego in innocētia mea ingreſſus ſum. & in domino ſperans non infirmabor.

Pſal.9.b. ¶Parauit[a] dominus in iudicio thronum ſuum: & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate: iudicabit populos in iuſtitia.

Pſal.18.c. ¶Iudicia[b] domini vera/ iuſtificata in ſemetipſa: deſyderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel & fauū. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

Pſal.35.b. ¶Iudicia tua (domine) abyſſus multa.

pſal.36.f. ¶Conſyderat[c] peccator iuſtum/ & quærit mortificare eum: dominus autem nō derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.

Certis enī ex cauſis/ etiā aduerſus dominos ſeruis cōſiſtere permiſſum eſt. i. ſi qui ſuppreſſas tabulas teſtamenti dicant in quibus libertatē ſibi relictam aſſeuerant. Itē arctioris annonæ/ populi Romani. cēſus etiam fraudati/ & falſæ monetæ criminis reos dn̄os detegere ſeruis pmiſſuꝫ eſt. Prætereà/ ſi fideicōmiſſariā libertatē ab his petant: ſed & ſi qui ſuis nūmis redēptos ſe & nō manumiſſos cōtra placiti fidē aſſeuerent. Liber etiam eē iuſſus/ ſi rationes reddiderit: arbitrū contra dominū de rationibus excutiendis recte petet. Sed & ſi quis fidē alicuius elegerit vt nūmis ei⁹ redimat/ atq; his ſolutis manumittat: nec ille oblatā pecuniam ſuſcipere velle dicat. Contractus fidem detegendi ſeruo poteſtas tributa eſt. Ita dicit textus cui⁹ hæc verba ſunt in l. Vix certis. ff. de iudicijs. vbi per glo. & doc. aſſignantur alij caſus qb⁹ ſeruis ſtare i iudicio pmittit. Recurrat ad eū locum.
y ¶ Nunquid q nō amat iudiciū ſanari poteſt. Circa hanc ſententiā notāda eſt doctrina Archi. in c. Aliorū. 9. q. 3. vbi dicit. Multiplex reperiri iudiciū. Quoddā ē iudiciū extremū quod a Chriſto fiet: & de hoc ſtatim ſubſequētur ſnię. Aliud eſt iudiciū quo ſacerdos iudicabat īter lepra & leprā qd iudiciū ſignificabat iudiciū confeſſiōis: quo ſacerdos iudicat inter lepram & lepram. i. peccatū & peccatū. & de hoc videbitur. J. in verbo lepra. Aliud eſt iudiciū conſcientię/ de quo ap̄ls. Si nos diiudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Et eſt iudicium eccleſię/ quo p̄lati iudicant eccleſiā. c. Cū ab eccleſiarū. de offi. or. Primū iudiciū non amāt/ ſeu a primo iudicio recedunt obſtinati & contēnentes: de quibus legitur in Eccleſiaſtico. Conſidera opera dei: quia nemo poſſit corrigere qd ille deſpexerit. A ſecūdo iudicio confeſſiōis recedūt recidiuātes. Vñ Iob. Nunquid qui nō amat iudiciū ſanari pōt? A tertio iudicio cōſcientiæ recedūt negligentes: ſicut filius prodigus/ de quo legit ꝙ abijt in regionē longinquā. ſed poſtea ad ſe reuerſus. i. ad ppriā conſcientiā ait. Q̄ti mercenarij i domo &c. A quarto iudicio eccleſiæ ſcilicet: recedunt contumaces. de qbus habetur in c. Cōtumaces. 50. diſ. Hęc Archi
z ¶ Iudica me dn̄e &c. Circa iſtos duos pſalmographi verſiculos/ notet tex. in c. Vt cognouerūt. §. Opponit. verſi. Charitatē. de pœ. diſ. 2. vbi dr̄. Si charitatē nō habebat Dauid: qua temeritate iudicari rogabat: dicens. Iudica me deus ſcdm iuſtitiā meā. & ſecundum innocentiā meā ſuper me. Et rurſum. Iudica me domine/ qm̄ ego in innocentia mea ingreſſus ſum &c.
a ¶ Parauit in iudicio thronum ſuū &c. Hæc ſnīa de extremo iudicio loquit. de quo ſtatim aliquid dicet.
b ¶ Iudicia domini vera/ iuſtificata in ſemetipſa. i. (dicit Aug.) Iudicia dn̄i non indigent alterius authoritate. Pro hac declaratione facit bo. tex. Anacleti papę. in c. Si oia. 6. q. 1. vbi dr̄. Si oia in hoc ſeculo vindicata eſſent/ locū diuina iudicia non haberēt: ſuperuacuis laborat impēdijs/ q ſolē certat facibus adiuuare. Ideoq; ſi aliquis putat in hoc deo placere: ꝙ ſeruos accuſat/ & vt meliores fiant dicit ſe hoc agere: inuanum laborat: & plus inuidię ſtimulis agitat/ ꝙ charitatis. quoniā diuinę gratię plenitudo adiectiōe hūana nō indiget: nec vlla regrit cōmendationis augmenta. Hęc ibi.
c ¶ Conſiderat peccator iuſtum &c. Recurrat pro annotatione ad verbum conſiderare,

d ¶ Recte iudicate filij hominū. Iure humano & respectu fori contētiosi iudex qui non recte iudicat si quidē id fecerit per imprudentiam/ facit litem suā.i.tenet parti quā læsit ad interesse: nō tñ insolidū/ sed eatenus quatenus superiori æquū videbitur.l. Si iudex.ff.de va.& extraor.cognitio.& insti.de obli.quæ ex quasi delic. nas. in prin. Si tamē esset filiusfa. nō posset cōdemnari nisi peculio tenus.i.in tāta q̄titate/ q̄ta tūc in peculio fuit cū sententiā dicebat. Tex. est in l. Si filiusfamilias. in prin. ff. de iudi. Si vero per dolum.i.scienter & sponte nō recte iudicauerit/ corruptus gratia vel pecunia aut etiā alteris partis inimicitia extimulatus: tenetur insolidū ad verā æstimationē litis.d.l. Si filiusfa.in fi. & efficit infamis.l.fi. C.de pœna iudi. qui male iudi. De iure aūt canonico/ si quis iudex ecclesiasticus ordinarius aut etiam delegatus/ famæ suæ prodigus & proprij psecutor honoris/ contra consciētiā & contra iustitiam/ in grauamen partis alterius quicq̄ fecerit p gratiam vel per sordes: ab executione officij p annum nouerit se suspēsū: ad æstimationē litis parti quā læserit nichilominus condēnandus. sciturus q̄ si suspensiōe durante dānabiliter ingesserit se diuinis: irregularitatis laqueo se inuoluet/ a qua non nisi per summū pōtificem poterit liberari: saluis alijs constitutionibus/ q̄ iudicibus male iudicantibus pœnas ingerunt & infligunt. Ita dicit tex. in c.i.§. Si quis autē. de re iudi. lib. vj. Cōstitutiones aūt iudices male iudicantes punientes/ sunt hæ quæ in huius annotatiōis principio dictæ sunt/ q̄ etiam ponuntur per glo. in c. i. loc etiā. in glo. fina. 2. q. 6. De iure tamen nouissimo auctentico/ statutū est vlterius: vt iudex per dolum suum male iudicans/ condēnetur in triplum si ciuilis sit causa: si vero criminalis/ punitur in confiscatione propriæ substantiæ. Tex. est in Auctē. vt litigan. in exor. litis iurent. colla. 9 in.§. Si quis aūt. & habetur in Auctēn. Nouo iure. C.de pæni. iudi. q̄ ma. iudi.

¶ Si vere vtiq̄ iustitiam loquimini/ recte [d] iudicate filij hominum. Psal.75.a.

¶ Deus iudicium tuum regi da: et iusticiam tuam filio regis. Iudicare populum tuū in iusticia/ et pauperes tuos in iudicio. Suscipiāt mōtes pacem populo: et colles iustitiā. Iudicabit pauperes populi/ et saluos faciet filios pauperum et humiliabit calumniatorem. psal.71.a.

¶ Honor regis iudicium diligit. Psal.98.a.

¶ Iudicia tua domine iocunda sunt. Psal.118.d.

¶ Memor fui iudiciorum tuorum (domine) & consolatus sum. Psal.118.g.

¶ Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui. Psal.118.p.

¶ Iudica iudicium meum/ et redime me domine: propter eloquiū tuū viuifica me. psal.118.u.

¶ Septies [e] in die laudem dixi tibi domine: super iudicia iustitiæ tuæ. psal.118.x.

¶ Iudicia tua domine adiuuabunt me. psal.118.y.

¶ Non intres in iudicium cū seruo tuo domine: quia non iustificabi[f]tur in conspectu tuo omnis viuens. Psal.142.a.

¶ Dominus [g] facit iudiciam iniuriam patientibus. Psal.145.b

¶ Tibi soli peccaui/ et malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis/ et vincas cum iudicaris. Psal.50.b.

¶ Accipere [h] personam impij in iudicio non est bonum: vt declines a veritate iudicij. puer.18.a.

¶ Parata sunt derisoribus iudicia. proue.19.d

¶ Qui cognoscit faciem in iudicio non benefacit. puer.28.a.

¶ Iudicabit orbem terrarum in iustitia/ et populos in æquitate. Psal.97.i fi.

¶ Lætare iuuenis in adolescentia tua: et in bono sit cor tuū/ in diebus iuuētutis tuæ et ambula in vijs cordis tui/ et i intuitu oculorum tuorū. Et scito q̄ pro [i] omnibus his adducet te deus in iudicium. Eccles.11.d

¶ Cuncta [k] quæ fiunt adducet deus in iudicium/ pro [l] omni errato siue bonum [m] siue malum sit. Eccles.12.d

¶ Diligite iustitiā/ qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate/ et i simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum. apparet autem eis qui fidem habent in illum. Sapiē.1.a.

e ¶ Septies in die. Recurratur ad verbū dies. & ad verbum laus.

f ¶ Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Eius comparatione qui mutabilitatem nescit/ omnis creatura vitiosa dicit: quia mutabilitatis est capax/ iuxta illud. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ita dicit textus in c. si. circa fi. de pœni. distin. 2.

g ¶ Dominus facit iudicium omnibus iniuriā patientib⁹. Videatur diffusa annotatio s. I verb. iniuria.

h ¶ Accipere personam in iudicio &c. Qui cognoscit faciem in iudicio &c. Circa istas duas sententias/ notetur celebris textus Gregorij. in c Quatuor modis. 11.q 3. vbi dicitur. Quatuor modis hūanū iudiciū peruertitur. Timore: dū metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescim⁹. Cupiditate: dum p̄mio alicui⁹/ animum corrumpimus. Odio: dum contra quemlibet aduersarium molimur. Amore: dum amico vel propinquo cōtendimus præstare auxilium. Quam vero graue sit/ vel odio/ vel amicitia/ vel metu/ vel munere/ vel quomodolibet iudiciū peruertere August in⁹ testatur dicens. Quicūq̄ aūt cōsanguinitate/ aut amicitia/ seu hostili odio vel inimicitijs in iudicando ducitur: peruertit iudicium Christi/ qui est iustitia: & fructū illius vertit in dānationis amaritudinem. Ita dicit tex. in c. Quicūq̄ autem consanguinitate. eadem causa & quæstio.

i ¶ Pro omnibus his adducet te deus in iudicium. Videatur quod dicetur proxima annotatione.

k ¶ Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium. Non igitur immerito loquens imperator de hoc iudicio appellat ipsum terribile. prout est textus in.§. finali. in Auctenti. Iusiuran. quod præstatur ab his qui admini. suscī. collatione secunda.

l ¶ Pro omni errato. Etiam (dicit glosa interlinearis) pro omni verbo ocioso etiam ignoranter prolato. Pro hoc est textus apertus Hiero. in c. Quotiens. in fine. 22. quæstio. 5.

m ¶ Bonum sit supple de genere/ sed ex circūstantia malum: vt quia finis propter quem fit bonum/ malus est. Tunc enim & ipsum quod bonum erat/ redditur malum. c. Vide q̄stum. 1. q. prima.

n ¶ Iusti iudicabunt nationes. Videatur qd dicit Archid. in c. Vereor. 8.q.1. de quo dictū ē ī verb. dies. q.
o ¶ Horrendę & cito apparebit vobis &c. Circa hāc sententiā notet bo. tex. apud legistas. in l. Rē nō nouā. paulo ante fi. C. de iudi. vbi dr. Omnes omnino iudices Romani iuris disceptatores / non aliter litium primordiū volumus accipere: nisi prius ante sedem iudicialē sacrosanctę deponant scripturę: & hæ permaneant non solū in principio litis / sed etiā in omnibus cognitionibus vsq3 in ipsum terminū / & diffinitiuę sententiæ recitationē. Sic etenim attendentes ad sacrosanctas scripturas / & dei psentia consecrati / ex maiori præsidio lites dirimenī sciturī q nō magis alios iudicant q ipsi iudicabunt: cum etiā ipsis magis q partib9 iudiciū terribile est. Si quidē litigatores sub hominib9 ipsi autē deo inspectore adhibito causas pferunt trutinādas. Hęc ibi.
p ¶ Potentes aūt potenter tormenta patienī. Idem pbat tex. in c. Pręcipue. 11.q.3. & i c. Nulli. 25.q.1.
q ¶ In iudicādo ēsto misericors vt pater. Pupillis / viduis & cæteris miserabilibus personis iudex in iudicando se se misericordem exhibere non debet vt alijs iniustitiā faciat. c. Ex tenore. de foro. cōpe. Misericordia aūt quę talib9 personis in iudicādo debet / est / vt celeri expeditione causa ipsarū decidatur. vtq3 pro litigando extra prouinciā trahi nō possint. Ipse vero alios possint trahere. Tex. est in l. vnica. C. Quādo ipe. iter pupil. & viduas &c. Aut misericordia: vt data paritate probationū pro ipsis iudicari debeat. c. fi. in fi. in verb. Fauorabili de re iudica.
r ¶ Ante iudiciū interroga teipm &c. Recurrat ad verb. iterrogare.
s ¶ Ante iudicium para iustitiam tibi. Ante iudiciū. i. ante sententiā. Ita exponit hęc verba Io. mo. in Rub. de iudicijs. in extrauag. & dictum ē ā. eodē. sup illd. in iudicio / plurimorum nō acquiesces sentētiæ / via vero deuies.
t ¶ Domin9 ad iudicandū veniet. &c. Hęc sententia & plerę3 sequētes de futuro extremo iudicio loquitur. Vnde videātur quę de eo dicta sunt in verbo dies. Iohel. 2. Sed ibi dictis addēdo / noletur primo textus in Auctien. iniuran. qd præstatur ab his. §. fi. colla. 2. vbi illud iudiciū appellat / terribile iudiciū magni dei & saluatoris nostri / domini nostri Ihesu Christi. Secūdo addatur / q huic iudicio reseruata sūt facta summi pōtificis: quia terreno non subijcitur iudicio. Aliorū em̄ hominū causas deus voluit per homines tern. inatet: sed sedis apl'icę pręsulem suo sine q̄stione reseruauit arbitrio. Voluitq3 beati Petri apl'i successores cœlo tātū debere innocentiā: & subtilissimi discussoris indagini / inuiolatā habere cōscientiā. Ita dicit tex. in c. Aliorum. in prin. 9. q 3. De hoc sī / an scz papa aliquo iudicet terreno iudicio / videat ā. in verb. Cōciliū. Tertio addat q huic iudicio secreta ac dubia sunt reseruata. De eis em̄ temerariū ē homini iudicare. c. Cōsuluisti. versi. Occulta. 2. q. 5. c. Nomē pśbyteri. 2. q. 1. Quarto addat tex. in c. Nūqd Cain. paulo aū fi. de pœ. dis. 1. vbi dr. Qualem te inuenit de9 cū vocat / talē pariter & iudicat.
v ¶ Ego dñs diligens iudiciū & odio habens rapinam in holocaustū. Recurrat ad verbū holocaustū.
x ¶ Iudicate mane iudicium. His verbis literaliter in-

Sapiē.3.b. ¶ Iusti[n] iudicabunt nationes: & dominabuntur populis. &c.
Et infra Iustus.

Sapiē.6.a. ¶ Audite reges & intelligite: discite iudices finium terræ. Prębete aures vos qui cōtinetis multitudines / & placetis vobis in turbis nationū: quoniam data est a domino potestas vobis: & virtus ab altissimo. qui interrogabit opera vestra: & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius: non recte iudicastis / nec custodistis legem iustitiæ: neq3 secūdum voluntatem dei ambulastis. Horrēdæ &[o] cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes[p] autem potēter tormenta patiētur. Nō enim substrahit personam cuiusq̄ dominus: qui est omnium dominator: nec verebitur magnitudinē cuiusq̄. quoniam pusillum & magnum ipse fecit: & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

Eccli.4.b. ¶ In iudicando[q] esto pupillo misericors vt pater. Et diffuse infra pupillus.

Eccli.18.c. ¶ Ante[r] iudiciū iterroga teipsū & i cōspectu dei iuenies ppiciationē.

Eccli.19.c. ¶ Ante[s] iudicium para iustitiam tibi.

eccli.19.ifi. ¶ Est iudicium quod non probatur esse bonum.

Eccli.20.a. ¶ Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculā: sic qui facit per vim iudicium iniquum.

Eccli.25.a. ¶ Q3 speciosum caniciei iudicium.

Eccli.38.c. ¶ Memor esto iudicij mei sic eni erit & tuū: michi heri / & tibi hodie.

Eccli.43.b. ¶ In verbis sancti stabunt ad iudiciū & non deficient in vigilijs suis.

Esaię.3.c. ¶ Stat ad iudicandum dominus & stat ad iudicandos populos. Dominus[t] ad iudiciū veniet cum senibus populi sui & pricipibus eius.

Esaię.16.b. ¶ Pręparabitur i misericordia solium & sedebit super eum dominus in veritate in tabernaculo Dauid / iudicans & quęrens iudicium & velociter reddens quod iustum est.

Esaię.32.a. ¶ Ecce in iustitia regnabit rex / & principes in iudicio preerunt.

Esaię.54.d ¶ Omnem linguam resistentem tibi (domine) in iudicio iudicabis.

Esaię.61.c. ¶ Ego[v] dñs diligens iudicium & odio habens rapinā in holocaustū.

Hiere.21.d. ¶ Iudicate[x] mane iudicium / & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea & succēdatur: & non sit qui extinguat propter maliciam studiorum vestrorum.

Oseę.4.a. ¶ Iudicium domino erit cum habitatoribus terræ.

Amos.5.b. ¶ Conuertitis in absynthium iudicium.

zacha.7.c. ¶ Hæc ait dominus exercituum dicens. Iudicium verum iudicate / & miserationes facite / vnusquisq3 cum fratre suo. Et viduam & aduenā & pauperem nolite calumniari.

tellectis/videatur quod dictum est s. eodem in prima sententia. in quinta annotatione.

¶Accedam ad vos in iudicio: & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris/& qui calumniantur mercedē mercenarij: & humiliant viduas & pupillos: & opprimunt peregrinum nec timuerunt me: dicit dominus exercituum. Mala.3.b.

¶Nolite [y] iudicare: & non iudicabimini. Nolite condemnare: & non condēnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis: iudicabimini. & i qua mensura mensi fueritis: remetietur vobis. Math.7.a

¶Petrus ait Ihesu. Ecce nos reliquimus oīa/ & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Ihesus autē dixit illis. Amen dico vobis/ q̄ vos qui secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ/ sedebitis [z] & vos iudicantes duodecim tribus Israel. Math.19.d.

¶Qui credit in filium non iudicatur. Qui autem non credit iam [a] iudicatus est: quia non credidit in nomine vnigeniti filij dei. Ioan.3.c.

¶Pater [b] non iudicat quenq̄/ sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium/ sicut honorificant patrem. Et supra filius. Ioan.5.d.

¶Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Ioan.7.c.

¶Si quis audierit verba mea / & non custodierit: ego [c] nō iudico eum (ait Christus) Non enim veni vt iudicem mundum: sed vt saluificem mundum. Qui spernit me/& nō accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem loquutus sum/ ille iudicabit eum in nouissimo die. Ioan.12.g.

¶Princeps mundi huius iam iudicatus est. Ioan.16.b.

¶Inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas: in quo [d] enim alterum iudicas teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Scimus autem quoniā iudiciū dei est scdm veritatē/ in eos qui talia agunt &c. ad rōa.2.a.

¶Tu quis [e] es qui iudicas seruum alienū? domino suo stat aut cadit: stabit [f] autem. Potens est enim deus statuere illum. Nam alius [g] iudicat diem iter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisq; in suo sensu abundet. adrōa.14.a

¶Qui non manducat/ manducantem non iudicet. Et latius in verbo manducare. Ad rōa14.a

¶Beatus [h] qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. ad ro.14.d.

y ¶ Nolite iudicare/ & non iudicabimini. Pro huius sentētię declaratione est bo. tex. in c. Deus oīpotens. 2.q.1. de quo videatur s. in verb. clamor. in.2. annota. Et notetur tex. vbi hęc snia ponitur. 23.q.1. in prin. vbi glo. dicit hanc sententiā loqui de iniuste iudicantibus. Et ita etiā dicit Archi. in c. Deus oīpotens. Vel secundo (dicit eadē glo.) loquitur hæc snia de nō habētibus iurisdictionē. Talibus enī de alijs (licet criminosis) iudicare non licet eos diffamādo. put dictū est s. in verb. detrahere. Nec etiā eos puniendo: nisi salte eorum sint potestati subiecti. quo casu punire possūt: moderamie tn̄ seruato: vt habetur in l.1. C. de emen. seruo. & in l. Vnica. C. de emēda. ppin. & in c. Ea vindicta. cū simi. 23.q.4. Alioqui ponire nō debēt. qa iudiciorum vigor/ iurisq; publici tutela videt in medio constituta: ne qs̄q̄ sibi pmittere valeat vltionē. dicit tex. in l. Nullus tanq̄ Iudęus. C. de Iudæis. facit tex. in l. Extat. ff. qd metu cā. & in c. Cū minister. 23.q.5. dū ibi dr. Cū minister iudicis occidit eū/ quē iudex iussit occidi: profecto si id spōte faciat/ homicida ē. etiā si eū occidat quē scita iudice debuisse occidi. Hæc ibi.

z ¶ Sedebitis & vos iudicantes. 12. tribus Israel. Recurrat ad ea quę dicta sunt in verb. dies. Iohel.2.q. in prin. post Archi. i c. Vereor. 8.q.1.

a ¶ Iudicatus est. i. iudicari pręscitus est. Ita declarant glo. & Archi. in c. Benedictus. de pœ. distin.4.

b ¶ Pater omne iudicium dedit filio. Declaretur vt post Archi. dictū est s. in verbo filius.

c ¶ Ego non iudico eū. Modo/ supplēdū est (dicit Augu.) ne obsit pcedēti sententię. Pater omne iudicium dedit filio. Quare aūt modo non iudicat/ ostendit dicens. Non enī veni vt iudicē mundū: sed vt saluificem mundū. i. vt saluū faciaz mundum. Nūc ergo est tempus misericordię. post erit iudicij. c. in pręsenti seculo. 13.q.2. vel ego non iudico eū. i. (dicit Chryso.) non sum causa perditionis eius: sed ipse qui verba mea spernit. c. Non est q̄ cuiq̄. 15. quæstio.1.

d ¶ In quo alterum iudicas/ teipsum condēnas. Tex. est eiusdem sentētię in c. Multi sacerdotes. circa me. 40. distin. de quo dictū est in verb. cōdēnare. Ex hac itaq; sententia (dicit tex. in c. Nichil iniquius. 32.q.6.) nichil iniquius q̄ causa fornicationis dimittere vxorem/ si & ipse cōuincitur fornicari. Occurrit enī illud: in quo alterum iudicas/ teipsum condēnas. Eadem enī agis quę tu iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abijcere vxorē suā: prior debet esse a fornicatione purgatus & immunis. Hęc ibi. & est textus sumptus ex Aug. in trac. de sermo. do. in monte.

e ¶ Tu quis es/ qui iudicas alienum seruū? &c. Hęc sententia declarat per tex. in c. Multi corrigunt pau lo añ fi.2 q.1. & in c. Deus oīpotens. eadē cā & q̄sti. & in c. Nullū. 30.q.5. de quibus textibus dictū est/ in huius ānotatione snię. s. in verb. dñs. Illis itaq; textibus innitētibus huic sniæ colligit: nos ad mala de alijs credēda/ nō debere esse pcipites: sed oīa prius maturo considerare iudicio. Vnde Gregorius (Ioāni Corinthiorū epō scribēs.) Si qd ad aures tuas (ait) de aliquo clerico peruenerit/ quod te iuste possit offendere: facile nō credas/ nec ad vindictam te res accendat incognita: sed pręsentibus ecclesię tuę senioribus/ diligenter est veritas perscrutanda: & tūc (si qualitas rei poposcerit) canonica districtio culpā feriat delinquentis. Et ad hoc etiā facit bo. tex. in c. Eorum. 11.q.3. de quo dictū est s. in verb. Confundere. super illud Prouer. 18. Qui prius respondet q̄ audiat: stultum se esse demonstrat/ & confusione dignum.

f ¶ Stabit aūt. Hoc loco monemur (dicit glo. or.) vt dubia i meliorē partem interpretemur: & ad hoc est tex. apertus in c. Estote misericordes. de regu. iuris. in antiq.

g ¶ Nā alius iudicat diem inter diē. i (dicit glo. or.) vnus certis tn̄ diebus abstinēdū esse dicit: alius vero omni die. Suo autē sensu quilibet relinquat. Tex. est Aug. quo filis snia ponit in c. Quotidie. de cōsecra. dist.2.

h ¶ Beatus qui non iudicat semetipsum in eo/ quod probat. Textus est huius sententiæ declaratiuus in c.

Omnes deinceps.28.q.1.de quo dictum est in verbo Beatus.
i ¶ Nichil enim michi conscius sum. Recurratur ad verbum Conscius.
k ¶ Nolite ante tempus iudicare. Adhuc nescimus qualis in terribili iudicio dei quisque futurus sit. Unde Paulus egregius predicator: ait, Nolite ante tempus iudicare. Ita dicit textus in c. Sacerdotibus. in fi.11.q.1. de quo diffusius videat supra in verb. dies. iohel.2.q. Pro hac etiam snia est bo. tex. in d.c. Multi. & in cap. Deus omnipotens.2.q.1.

1.cori.2.d. ¶Spiritualis homo iudicat omnia: & ipse a nemine iudicatur &c.

1.cori.4.a. ¶Michi pro minimo est/an a vobis iudicer/ aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nichil [i] enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me/dominus est.

1.cori.4.a. ¶Nolite [k] ante tempus iudicare/quousque veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit cõsilia cordium: & tũc laus erit vnicuique a deo.

1.cori.5.d. ¶Quid [l] michi de his quæ foris sunt iudicare. Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis: nam eos qui foris sunt deus iudicabit?

1.cori.6.a. ¶Audet [m] aliquis vestrum habens negocium adversus alterum/iudicari apud iniquos & non apud sanctos. An nescitis quoniã sancti de hoc mũdo iudicabũt. Et si in vobis iudicabitur mũdus: indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis [n] qm̃ angelos iudicabimus: q̃tomagis secularia [o]? Secularia igitur iudicia si habueritis: cõtemptibiles qui sunt in ecclesia: illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiẽs quisque qui possit iudicare inter fratrem suum/sed frater cum fratre iudicio contendit/& hoc apud infideles. Iam [p] quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriã accipitis? Quare nõ magis fraudem patimini?

1.cori.11.f. ¶Probet seipsum homo & sic de pane illo edat/& de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudicium [q] sibi manducat & bibit/ non diiudicans corpus domini.

1.cori.11.f. ¶Si nosipsos [r] diiudicaremus/nõ vtique iudicaremur. dum iudicamur autem a domino corripimur/ vt non cum hoc mundo damnemur.

ad gala.5.d ¶Qui conturbat vos portabit iudicicium quicunque est ille.

2.cio.4.a. ¶Iudicaturus est Christus viuos & mortuos.

Ad heb.9.g. ¶Statutum est hominibus semel mori/post hoc [s] autem iudicium.

Iacobi.2.c. ¶Iudicium [t] sine misericordia illi fiet qui non facit misericordiam.

Iacobi.4.c ¶Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrẽ suum detrahit legi & iudicat legem. Si autẽ iudicas legem nõ es factor legis/sed iudex. Vnus

l ¶ Quid michi de his que foris sunt iudicare. Recurratur ad ea que dicta sunt s. in verbo foris.
m ¶ Audet aliquis vestrũ iudicari apud iniquos. i. apud infideles/ apud quos etiam canonice sanctiones & ciuilia instituta phibẽt nos iudicari. c. Cũ sit. & c. pe. de iude. & l. fi. C. eodẽ.
n ¶ Nescitis quia angelos iudicabimus: q̃tomagis secularia? Hec sententia ponit in c. Per venerabilẽ. versicu. pe. Qui filij sint legiti.
o ¶ Secularia iudicia si habueritis: contẽptibiles qui sunt in ecclesia/constituite ad iudicandum. i. aliquos fideles & sapientes/ in iudices pmouete qui et si non sint maioris meriti. i. quibus precipua tractandorum spiritualiũ cura nõ incumbat. Talibus enim hec nõ sunt cõmittẽda. Ista declaratio est de mente glo. ordi. pro qua facit id quod beatus Petrus ad clementẽ discipulũ scripsit: inquiens. Te oportet irreprehensibiliter viuere & sũmo studio niti vt oẽs vite huius occupationes abijcias: ne fideiussor existas/ ne aduocatus litiũ fias: neve in vlla aliqua occupatiõe preus inuenaris/mundialis officij occasione perplexus. Neque enim iudicem/ neque cognitorẽ seculariũ negociorum hodie te ordinare vult Christus: ne prefocatus presentibus hominum curis/ non possis verbo dei vacare. Hec vero opera: que tibi minus congruere diximus: exhibeant sibi inuicẽ vacantes laici/ & te nemo occupet ab his studijs per que salus hominibus datur. Hec sunt verba Petri ad Clementem/que habentur in c. Te quidem.11.questione prima.
p ¶ Iã quidẽ omnino delictũ est in vobis: quod iudicia habetis inter vos. Aug pro istorum verborum declaratiõe dicit: Perfectis licet sua repetere simpliciter. i. sine cã/ sine lite/ sine iudicio: sed nõ cõuenit eis iure mouere causam añ iudicẽ. Infirmis vero licet repetere sua mouẽdo causã añ iudicẽ/ & iudiciũ habẽdo cõtra fratrẽ: sed nõ cõtentiose vel fraudulenter/ nec apud infideles iudices. Et pro hac declaratiõe est tex. cũ glo. 10. & Archi. 14. q. 1. i prin. in versi. Itẽ apls. Tex. aũt in c. 1. §. His ita respõdet. & §. Similiter sentit alios duos intellectus ibi enim dr. Prohibetur perfecto in iudicio stare captando lucrũ/ sed non euitãdo dãnũ. Vel prohibet sibi stare in iudicio sed nõ alijs. Alijs enim corã iudice astitisse/ & pro eis iudicẽ interpellasse nõnullos sanctorum legimus. Hec ibi. Sed hoc non repetere. s. sua in iudicio: potius cõsilij est q̃ precepti. Vñ Aug ait quod debetur etsi benigne remittit: nõ tñ inique petit. c. Quod debet. eadẽ cã & q̃st. put et dictũ est s. in verb. frater. vbi hec snia ponit. & ibi alia hic dicenda videant.
q ¶ Iudiciũ sibi manducat & bibit. Declara vt dictũ est s. eodẽ. super illd. In iudicio/ plurimorũ nõ acquiesces sententie: vt a vero deuies. Cætera annotanda huic snie videant in verb. mãducare.
r ¶ Si nos ipsos diiudicaremus &c. Si nos ipsos diiudicaremus pœnitẽdo/ affligendo/ dãnãdo nos de peccato/ nõ iudicaremur. s. ad pœnã. i. nõ puniremur. Hãc sniam ita declarat glo. in c. Tres sunt aũt. versi. Tertia. vbi ponit hæc snia. de pœ. dist. 1.
s ¶ Post hoc aũt iudiciũ. Vt hoc iudiciũ post mortẽ futurũ declinemus/ voluntariã dũ superstites sumus agamus pœnitentiã. Si enim hic sufficienter nos ipsos afflixerimus/ altero seculo nequaq̃ affligemur. Scriptum est enim. Nõ consurget super eundẽ duplex tribulatio. vel secũdũ aliam literã. Nõ iudicat deus bis in idipsum. c. Sceleratior. §. His auctoritatibus. in fi. cum glo. in verbo in idipsum. de pœ. dist. 3. & in c. Sunt plures. §. Auctoritates. in fi. eodem ti. & dist.
t ¶ Iudicium sine misericordia illi fiet &c. Hic dicit tex. in c. Plerũque. §. His ita. versi. Illi enim. 2. q. 7. Qui

est enim legislator & iudex qui potest perdere & liberare. Tu autē quis es qui iudicas proximum tuum?

¶Tempus [v] est vt incipiat iudicium a domo dei. Si autem primum 1.petri.4.d
a nobis: quis finis eorum qui non credunt euangelio? Et si iustus quidem vix saluabitur: impius & peccator vbi parebunt?

¶Malis iudiciū iam olim non cessat: & perditio eorū non dormitat. 2.petri.2.a

¶Nouit [x] deus iniquos in diem iudicij reseruare cruciandos. 2.petri.2.b

¶De signis quæ præcedent finale iudicium: vide in verbo Signum/ Cetera in verbo proximo.

Iudex.

¶Quod iustum est iudicate. Nulla erit distātia persona- Deute.1.c.
rum. Ita [y] paruum audietis/ vt magnū: siue ciuis sit ille/ siue peregrinus. Nec accipietis cuiusq̄ personam: quia dei iudicium est. Q[uod] si [z] difficile vobis aliquid visum fuerit: referte ad me (dicit Moyses) & ego audiam.

¶Iudices & magistros cōstitues (ait dominus) i omnibus portis tuis i Deute.16.d
quas dominus deus tuus dederit per singulas tribus suas: vt iudicent populum iusto iudicio/ nec in alteram partem declinent.

¶Iosaphat constituit iudices in cunctis ciuitatibus Iuda munitis/ 2.para.19.b
per singula loca: & præcipiens iudicibus. Videte (ait) quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium/ sed dei. & quodcunq; [a] iudicaueritis/ in vos redundabit. Erit [b] timor dei vobiscum: & cum [c] diligentia cuncta facite. Non est enim apud dominum deum nostrum iniquitas: nec personarum acceptio/ nec cupido munerum. In Hierusalem quoq; Iosaphat constituit leuitas/ & sacerdotes/ & principes familiarum in Israel: vt iudicium & causam domini iudicarēt habitatoribus eius. Præcepitq; eis: dicēs. Sic agetis in nomine domini fideliter/ & corde perfecto. Omnē causam quæ venerit ad vos fratum vestrorum/ inter cognationem & cognationem: vbicunq; questio est/ de lege de mandato/ de cerimonijs/ de iustificationibus: ostendite eis. vt non peccent in dominū: & ne veniat ira dei super vos/ & super fratres vestros. Sic ergo agentes nō peccabitis. Amazias [d] autem sacerdos & pontifex vester/ in his quæ ad deum pertinent præsidebit. Porro Zabadias filius Hismael super ea opera erit quę ad regis officiū pertinēt:

cum de sua iustitia presumunt/ misericordiam peccantibus negandā putant/ & impendentes rephendūt: a dn̄o pcussi intereunt. iudiciū quippe sine misericordia erit illis qui noluīt facere misericordiam delinquentib9. qd per Salomonem dicitur. Noli esse nimis iustus: quia est iustus qui perit in iustitia sua. Hæc ibi.

v ¶Tempus est vt incipiat iudiciū a domo dei. Hoc dictū ponitur in c. Et purgabit. 50. distī.

x ¶Nouit deus iniquos in diem iudicij reseruare cruciandos. Nichilo tamē secius plęriq; sunt qui etiā in hoc seculo cruciātꝭ: vt sic temporale suppliciū sit eis æterne dānatiōis initium. c. Sunt plures. in fine. de pœni. distinc. 3.

y ¶Ita magnum iudicatis vt paruū. Hinc dicit Innocen. tertius i in c. Nouit. col. 2. de iudi. Præmisso q̄ ad papā spectat quemlibet super peccato corrigere. Si forsan dicetur q̄ aliter cum regibus & aliter cū alijs est agendum/ dicemus: scriptum nouimus in lege diuina. Ita magnum iudicabis ac paruū: nec erit apd̄ te acceptio personaꝝ. Et i c. fi. 9. q̄st. 3. dicit textus. Necesse ē secundū sacrarū scripturarū documēta ac secundū iustitię tramitem/ & accusatū & accusatorē/ simul adesse: & vnā partē quantacūq; & qualicūq; prędita sit authoritate/ sic prorsus audiri: vt alteri parti nullū pręiudiciū irrogetur. Hæc ibi.

z ¶Q[uod] si difficile &c. Sic etiam iure humano nonnūq̄ dubium quod i negocij discussione suboritur est ad principem referendum. l. 1. C. de rela. l. fi. C. de legi. & cap. Per venerabilem. paulo ante finem. Qui filij sint legitimi.

a ¶Quodcūq; iudicaueritis in vos redūdabit. Tex. est idem pbās in l. Rem non nouā. circa me. C de iudicijs. de quo dictum est verb. pximo. super illud Sapiētię. Horrendę & cito apparebit vobis. Et facit textus in cap. Temerarium. 11. quæstio. 3. dum ibi dicitur. Temerarium iudiciū plęrūq; nichil nocet ei de quo temere iudicatur. Ei aūt qui temere iudicat/ ipsa temeritas necesse est vt noceat. Quomodo autem iure humano quodcūq; iudex iudicat in eum redundet dictum est s. in verbo iudicare. super illud psal. Si vere loquimini iustitiam: recte iudicate filij hominum.

b ¶Sit timor dei vobiscum &c. Recurratur ad ea quę dicta sunt in verbo iudicare. in prima annotat.

c ¶Cum diligentia cuncta facite. Iudex negocia quę coram eo ventilantur/ cum diligentia debet expedire. Iurgātium enim controuersias celeri sententia terminare/ & ęquitati conuenit & rigori. Dicit textus in c. secūdo. de re iudicata. & facit textus in l. Properandum. C. de iudi. & in c. Finem litibus. de do. & contu. cū similibus. Cum nimia tamen festinatione non est ferenda sententia: sed tantum tēporis effluxisse conuenit q̄ iudex verisimiliter instructus esse potuerit. Tex est & ibi notat in c. Tam literis. de in fide. testi. & notat Bar. in l. Prolatam. C. de sen. & inter. omnium iudicum. Hinc dicit tex. in c. Iudicantem. 30. q. 5. Iudicātem oportet cūcta rimari/ & ordinē rerum plena inquisitione discutere/ interrogandi/ respōdendi/ obijciendiq; prębita patientia ab eo: vt ibi actio ambarum partiū illuminata sit pleniter. nec litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare: nisi quādo iam peractis oib9/ nichil habeant in q̄stione quod pponant: & tādiu actio ventiletur/ quousq; ad rei veritatem perueniat. Frequenter interrogari oportet/ ne aliquid pręrermissum forte remaneat quod annecti conueniat. Hęc ibi. Et ppterea etiam dicit tex. pręmissam regulā cū eius limitatiōe pbans in cle. Sępe. paulo post prin. de verb. sig. Iudex amputet dilationū materiā/ litem q̄to poterit faciat breuiorem/ exceptiones/ appellationes dilatorias/ & frustratorias repellendo. Partium aduocatorum & pcuratorum contentiones & iurgia/ testiumq; superfluā multitudinem refrenādo. Non sic tñ litem iudex abbreuiet/ quin pbationes necessarię & defensiones legitimę admittantur. Hæc tex. Qui tametsi in causis loquat summarijs/ tñ q̄tū ad hoc procedit etiam in alijs causis. pront ibidem dicit glo in verb. Amputat.

d ¶Amazias autem &c.

Porro zabadias &c. Hoc loco probari videt iurisdictionem ecclesiasticam & temporalem distinctas esse seu diuisas. Vt scilicet temporalis ad regem/ecclesiastica seu spiritualis pertineat ad ecclesiã. Et p hoc etiã est bo. tex. in c. Causam. quę le. 2. Qui filij sint legi. De hac tamen materia videat qd diffuse dictũ est s. in verbo Gladius.

e ℭ Constitue iudices & arbitros. Recurratur ad verbum arbiter.

f ℭ Et ponas scandalum in agilitate tua. Quisquis enim metu alicui⁹ potestatis veritatem occultat/iram dei super se prouocat: quia magis timet hoiem q̃ deũ. dicit tex. in cap. Quisquis. 11. q. 3.

habensq́ magistros & leuitas coram vobis. Confortamini/& agite diligenter. & erit dominus vobiscum in bonis.

3. Esdrę. 8. c ℭ Tu Esdras (dixit rex Artaxerxes) constitue [e] iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem dei tui non nouerunt/ doce: vt quotquot transgressi fuerint legem/diligenter plectantur siue morte/siue cruciatu/siue etiam pecuniæ mulctatione vel abductione.

Psal. 7. b. ℭ Deus iudex iustus fortis & patiens/ nunquid irascetur per singulos dies?

Psal. 140. b ℭ Absorpti sunt/iuncti Petræ iudices eorum.

Eccli. 7. a. ℭ Noli quærere fieri iudex/ nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis. & [f] ponas scandalum in agilitate tua.

Eccl. 8. a. ℭ Non [g] iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est/iudicat.

Eccl. 10. a. ℭ Secundum [h] iudicem populi: sic & ministri eius.

Eccl. 20. d. ℭ Exenia [i] & dona excæcant oculos iudicum: & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum.

Hiere. 29. f. ℭ Ego [k] sum iudex & testis: dicit dominus.

Michę. 3. c. ℭ Audite hoc principes domus Iacob: iudices domus Israel/qui abominamini iudicium/& omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Siõ in sanguinibus & Hierusalẽ in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant: & sacerdotes eius in mercede docebant. Et prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super dominum requiescebant: dicentes. Nunquid non dominus in medio nostrum? Nunquid venient super nos mala? Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur: &

g ℭ Nõ iudices cõtra iudicem: qm̃ secundũ quod iustum est iudicat. Iure etiã humano pręsumitur pro iudice. tex. ẽ in l. 2. in verbo. qd non arbitramur. C. de offi. ciuil. iudicũ. & in c. Bonę memoriæ. 2. §. Porro. & ibi Panor. de elec. Vñ dicit tex. in c. In pręsentia. de renũ. Cum iudex non semp ad vnam speciẽ probatiõis applicet mẽtẽ suã sed ex cõfessionibus/ depositionibus/ allegationibus & alijs q̃ in eius p̃sentia pręponũtur formet animi sui motum: & tanta sit iudicialis auctoritas: vt semper p ipso pręsumi debeat/ donec contra ipsum aliquid legitime cõprobet stãdũ sniã fuit: nisi aduersarius eam ostenderit irritandam. Hęc ibi. Et intãtũ pro facto iudicis pręsumit: q spoliatus a iudice non pōt petere restitutionẽ/ ex regula quę vult: q spoliat⁹ añ omnia venit restituẽdus/iuxta l. Si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliã. de vi. Ita notat glo. in cap. Præsentium. in glo. fina. ad finem. 7. quęstiõe. 1. Intellige quando iudicialiter esset spoliatus: secus si extra iudicialiter & ordine iuris nõ seruato: tũc qm̃ pro iudice non pręsumitur ita intelligitur glosa. 4. quæstione prima. in summa/ quã ita itelligit Abbas. in cap. Conquerente. in vltimo notabi. de restitu. spoliato. & de hoc per eundem Abba. Panormita. in cap. Consultationibus. col. 2. de iu. pa. & in cap. Dilectus. l. 1. colum. secunda. de rescrip. & in cap. Cum causa. in prima col. de offi. delega. & per Fely. in cap. Si quando. col. prima. de offi. deleg.

h ℭ Secundum iudicem populi: sic & ministri eius. Facit textus in cap. Magne. paulo post prin. de Voto. dum ibi dicitur. Quod a pręlatis agitur/facile trahitur a subditis in exemplum. Hinc dicit glosa in cap. Ex merito. in verbo cadant. 6. q. 1. Totus cõponitur orbis regis ad exemplum.

i ℭ Exenia & dona auertunt oculos iudicũ &c. Videatur quod in huius annotatione sententiæ/dictum est supra in verbo exenia. & ibi dictis addatur q in quacunq́ causa/ siue priuata/ siue publica/ siue fiscali data fuerit pecunia iudici vl' aduersario: id est procuratori vel aduocato aduersarij/corrũpẽdi ipsius causa. amittit actionem is qui diffidentia iustę sententiæ/in pecuniæ corruptela speciem negocij reposuerit. Tex. est in l. prima. C. de pœna iudi. qui male iudi. Nouo tamen iure/qui dicit se dedisse vel promisisse alicui pecuniam/& personam declarauerit/ veniam meretur. Sed qui accepit vel promissionem suscepit: si causa pecuniaria sit/ dati triplum/promissi duplũ a comite rerum priuatarum exigatur/dignitate seu cingulo amisso. Si vero criminalis causa fuerit: confiscatis omnibus bonis in exilium mittatur. Sed si datum vel promissum litigator probare nequiuerit: persona que dicitur suscepisse iuret/q neq́ per se/neq́ per alium accepit/vel promissionẽ habuerit: & sic libera sit. Sed litigator qui non potuit ostendere in causa pecuniaria/litis æstimationem a comite rerum priuatarum exigatur/lite sustinente proprium euentum. In criminali: omnibus bonis confiscatis/causis apud competentem iudicem legitime terminandis. Sed si persona a litigatore manifestata: prædictum iusiurandum refutauerit/ memoratis subiecerat pœnis. Si quis tamen litigantium iurauerit se non dedisse vel promisisse: si intra decem menses ostendatur dedisse post sententiam/ memoratis pœnis: dantes & accipientes subiacebunt. Textus est cuius hæc verba sunt. in Auctentico. Nouo iure. C. eodem titulo. Qz si pecunia nõ detur/ sed aliquod munus non corrumpendi/ sed conciliandi sibi iudicis causa: ad hoc tamen vt iudicium cum omni puritate procedat/ respui debet. Nisi forsan esculentum fuerit vel poculentum/mera liberalitate oblatũ/ quod paucis consumi possit diebus. Ita dicit textus in cap. Statutum. §. Insuper. in principio. de rescrip. libro sexto. Qui textus: q̃uis loquatur in iudicibus delegatis: procedit tamen etiam in iudicibus ordinarijs. vt est bonus tex. & ibi notat Panor. colũ. prima. in cap. Cum ab omni. de vita & honestate clericorum. vbi per doc. diffusius videatur de hac materia.

k ℭ Ego sum iudex & testis. Idem probat tex. in cap. Aliorum. 9. quęstio. 3.

Hierusalem [l] quasi aceruus lapidum erit : & mons templi in excelsa syluarum.

¶Princeps [m] postulat: & iudex in reddendo est. micheę.7.a

¶Filij vestri (dixit Christus ad Iudæos) iudices vestri erunt. Lucæ.11.c.

¶Ihesus constitutus est iudex viuorum atq mortuorum. Actuū.10.g.

¶Ecce iudex ante ianuam assistit. Iacobi.5.b. Et supra in verbo Ianua.

¶Cætera vide in verbis iudicare & iudicium.

Iudich. ¶Iudich vidua in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum: in quo cū puellis suis clausa morabatur. & habēs super lumbos suos cilicium. Ieiunabat [n] diebus omnibus / præter sabbata & neomenias & festa domus Israel. Erat autem eleganti aspectu nimis: cui [o] vir suus reliquerat diuitias multas / & familiā copiosam / ac possessiones armētis boum & gregibus ouium plenas. Et erat hæc in omnibus famosissima: quoniā timebat dominum valde. nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Iudich.8.a.b.

¶Iudich cum audisset quoniā Ozias promisisset / q transacto quinto die traderet ciuitatem Assyrijs: misit ad prębyteros Chābri & Charmi. Et venerunt ad illam: & dixit illis. Quod est hoc verbū in quo cōsensit Ozias: vt tradat ciuitatē Assyrijs: si intra quinq dies non venerit nobis adiutorium. Et qui [p] estis vos / qui tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet sed potius qui iram excitet / & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis domini: & in arbitrium vestrū diem constituistis ei? Sed quia patiens dominus est: in hoc ipso pœniteamus / & indulgētiam [q] eius fusis lachrymis postulemus. Non enim quasi homo / sic deus comminabitur: neq [r] sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideo humiliemus illi animas nostras / & in spiritu constituti humiliato / seruientes illi dicamus: flentes domino vt secundum voluntatem suam / sic faciat nobiscum cito misericordiam suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum: ita etiam de [s] nostra humilitate gloriemur. quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum: qui dereliquerunt deum suum / & adorauerunt deos alienos: pro quo scelere dati sunt in gladium / & in rapinam / & in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum deum nescimus præter ipsum. Expectemus humiles consolationē eius: & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum: & humiliabit omnes gentes quæcunq insurgunt contra nos: & faciet illas sine honore dominus deus noster. Et nunc fratres / quoniam vos qui estis præsbyteri in populo dei: & ex [t] vobis pendet anima illorum: ad eloquium vestrum corda eorū erigite: vt memores sint / quia tentati sunt patres nostri vt probarētur: si vere colerent deum suum. Memores esse debent / quomodo pater no- Iudich.8.b.c.d.

l ¶ Hierusalem quasi aceruus lapidum erit. Nemo ambigat Hierusalē / propter scelera quę in hac sententia leguntur / fuisse subuersam. Ita dicit tex. vbi hoc dictum Michee prophetę (licet per alia verba) ponitur. in c. iudices. prima quæstione prima.

m ¶ Princeps postulat / & iudex in reddendo est. Iure hūano: princeps non recognoscens superiorem / qualis est summus pōtifex / aut iperator / vel rex Francię / pōt esse iudex in causa propria siue causa patrimonij siue delicti. Ita cōiter cōcludunt canonistę in c. Cū venissent. de iudi. & legistę i l. Qui iurisdictioni pręest. ff. de iurisdic. omniū iudi. De honestate tn̄ causam ꝓpriā debet alteri discutiendam committere. Et ita sępe multi pōtifices fecerunt: vt eorum innocētiā expurgarent a criminib⁹ quibus infamati erant. Sic Damasus Romanus de adulterio infamatus se purgauit / vt est textus Hiero. citās in c. Nos si incōpetenter. versi. Itē Hiero. refert. 2.q.7. Sic Sext⁹ fecit / cū a quodā Basso iniuste persequeretur. vt dicitur. 2.q.5. i c. Mandastis. Sic de Leone legitur ea. causa & q̄st. i c. Auditū est. Sic etiam egit Petrus apl's / vt refert Gratian⁹ i c. Petr⁹. 2.q.7. & Grego. ea. cā & q̄sti. c. Si q̄s sup. An autē aliquo casu necessariū sit sūmo pōtifici alteri⁹ subire iudicium: videat quod dictū est s. in verbo conciliū. & qd notat p̄ceptor me⁹. in d. c. Cū venissent (vbi p̄missa posuit) in. 2. col. de iudi.

n ¶ Ieiunabat diebus oib⁹ pręter sabbata &c. Videat annotatio istis verbis facta s. i verbo ieiunare.

o ¶ Cui vir suus reliq̄rat diuitias multas. Iure hūano vir moriēs vxori de diuitijs suis relinquere pōt: expresse ei relinquēdo / aut tacite vel expresse donationē ei iā factā cōfirmādo. Tex. ē in l. Donatiōes quas parentes. C. de dona. iter vi. & vxo. vel si intestatus decedat / neminē de parētib⁹ / liberis / aut ꝓpinquis sibi successuris dimittēdo: tūc em̄ / fisco excluso / vxor marito succedit. Tex. est in l. 1. C. Vn̄ vir & vxor. De hac materia diffusius videat per doct. in Auté. pręterea. C. Vn̄ vir & vxor.

p ¶ Qui estis vos q tētatis dn̄m? Quid sit tētare dominū / dicetur. ī. in verb. Tētare.

q ¶ Indulgentiā eius fusis lachrymis postulemus. facit tex. in c. Fleat. de pœ. dist. 7.

r ¶ Neq vt filius hominis ad iracundiā ꝓuocabitur. idem probat textus in c. Productor. versi. fina. de pœ. dist. 3. de quo videatur s. in verbo Ira. in prima annota.

s ¶ in humilitate nostra gloriemur. Declaretur vt in simili dictū est s. in verbo Exaltatio. super illud Iacobi. Glorietur frater humilis in exultatione sua.

t ¶ Et ex vobis pendet anima illorum. Recurratur ad verbum pręsbyter.

ster Abraham tentatus est: & per multas [v] tribulationes probatus/dei amicus effectus est. Sic Isaac/sic Iacob/ sic Moyses : & omnes qui placuerunt deo/per multas tribulationes trāsierunt fideles. Illi autem qui tentationes suas non susceperunt cum timore domini/ & impatientiā suam & improperium murmurationis suæ contra dominum protulerunt: exterminati sunt ab exterminatore/& a serpentibus perierunt. Et nos ergo non vlciscamur nos / pro his quæ patimur : sed reputantes / peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella domini: quasi serui qui corripimur ad [x] emēdationem/& non ad perditionem nostram euenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias & presbyteri. Omnia quæ locuta es vera sunt: & non est in sermonibus tuis vlla reprehēsio. Nunc ergo ora pro nobis dominum : quoniam mulier sancta es/ & timens deum. Et dixit illis Iudich. Sicut quod potui loqui/dei esse cognoscitis: ita quod facere disposui: probate si ex deo est/& orate [y] vt firmum faciat deus consilium meum. Stabitis [z] vos ad portam nocte ista : & ego exeam cum Abra mea/ & orate: vt sicut dixistis in diebus quinq; respiciat dominus populum suum Israel. Vos autem nolo vt scrutemini actū meum: & vsq; dum renunciem vobis/nichil aliud fiat nisi oratio pro me ad dominum deū nostrum. Et dixit ad eam Ozias princeps Iudæ. Vade in pace: & dominus sit tecum in vltionē inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

Iudich.6. ¶ Iudich ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio/posuit cinerem super caput suum: & prosternēs se domino/clamabat ad dominum: dicens. Domine deus patris mei Simeō/qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum/ qui violatores extiterunt/in coinquinatione sua: & denudauerūt femur virginis/in cōfusionem: & dedisti mulieres illorum in prædam/& filias illorum in captiuitatem: & omnem prædam in diuisionem seruis tuis/qui zælauerunt zęlum tuum: subueni quæso te domine deus michi viduæ. Tu enim fecisti priora/ & illa post illa cogitasti: & hoc factum est quod ipse voluisti. Omnes enim viæ tuæ paratę sunt : & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. Respice castra cōtra Assyriorum nunc sicut tunc castra Aegyptiorum videre dignatus es: quando post seruos tuos armati currebant/ confidentes in quadrigis & in equitatu suo/ & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum: & tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus: & aquæ operuerunt eos. Sic [a] fiant & isti domine/qui confidunt in multitudine sua : & in curribus suis: & in contis suis/& in sagittis suis/& in lanceis gloriantur: & nesciunt/quia tu ipse es deus noster qui conteris bella ab initio: & dominus nomen est tibi. Erige brachium tuum sicut ab initio: & allide virtutē illorum/in virtute tua: & cadat virtus eorū in iracūdia tua: qui promittūt se violare sancta tua: & polluere tabernaculū nominis tui : & deijcere gladio suo cornu altaris tui. Fac dn̄e/vt gladio ꝓprio eius superbia amputetur: capiatur [b] laqueo oculorū suorū in me: & percuties eū ex labijs charitatis meæ. Da michi in animo cōstātiā: vt cōterā illū/& virtutē eius/vt euertā illū. Erit enim hoc memorialę nominis tui/cū manus fœminæ deiecerit eū. Nō eni in multitudine est vir⁹ tua dn̄e: neq; i equorū viribus volūtas tua est. Nec superbi ab initio placuerūt tibi: sed [c] hūiliū & māsuetorū sēp tibi placuit depcatio. De⁹ cœlorū creator [d] aquarū: & dn̄s toti⁹ creaturæ/ exaudi me miserā depcātē: & de tua misericordia ꝓsumētē. Mem̄eto dn̄e testamēti tui: & da verbum in ore meo/ & in corde meo consilium corrobora : vt domus tua in sanctificatione permaneat: & omnes gentes agnoscant/quia tu es deus/& non est alius præter te.

v ¶ Per multas tribulationes. Pro his quę hic in materia tribulationum dici possent: recurratur ad verbum Tribulatio.

x ¶ Ad emendationem/& non ad perditionem. Facit tex. clar⁹ in cap. Aduersitas. in prin. 7. quæstio. 1.

y ¶ Orate vt firmū faciat deus consiliū meum. Hominis est enim præparare viam suam: domini autem dirigere gressus suos cap. Sicut. §. Necesse. in fi. 47. dist.

z ¶ Stabitis vos ad ad portam. Mystice Iudich. id est ecclesia/cōmēdat præsbyteris portam id est castrorum dei solicitam custodiam: vt peruigili & solicita cura cōtra hostium insidias semper parati assistant: & orationibus muniti. Pro hoc dicto (quod est glo. ordi.) est bonus textus in cap. fi. versic. Est & aliud. 36. disti. de quo dictum est supra in verbo Aaron. folio primo. pagina secunda.

a ¶ Sic fiant & isti domie &c. Hoc dicit Iudich non ex delectatiōe pœnæ/ sed amore iustitię. Sicut etiam prophetę vindicem manum domini in aliquos desiderarunt/non amore vindictæ: sed zęlo iustitiæ: put est diffusus text⁹ in c. Ea vindicta. 23. quæstione. 4.

b ¶ Capiatur laqueo oculorum suorum in me. Facit textus in c. Nec solo. 33. quęstio. 5. de quo dictum est. in verbo decor super illud Ecclesiastici. Virginem ne cōspicias: ne forte scandalizeris i decore illi⁹.

c ¶ Humiliū & māsuetorū semper tibi placuit deprecatio. Videatur quod dictū est in verbo humilis.

d ¶ Creator aquarum. i. creator populorum. Hæc declaratio est glo. īterlinearis. de qua dictū est supra. in verbo aqua. super illud Esaię. Beati qui seminatis super omnes aquas.

¶Cum ceſſaſſet Iudich clamare ad dominũ : ſurrexit de loco in quo Iudich. 10. a.b.
iacuerat proſtrata ad dominum. Vocauitq; Abram ſuam/& deſcen=
dens in domum ſuam/abſtulit a ſe cilicium/& exuit ſe veſtimentis vi=
duitatis ſuæ: & lauit corpus ſuũ/& vnxit ſe myrtho optimo: & diſcri=
minauit crinem capitis ſui/& impoſuit mitrã ſuper caput ſuũ : & in=
duit ſe veſtimentis iocũditatis ſuæ: induitq; ſandalia pedibus ſuis/ aſ=
ſumpſitq; dextrariola & lilia & inaures & annulos/& omnibus orna=
mentis ſuis ornauit ſe. Cui etiã dominus contulit ſplendorem. Quo=
niam omnis [e] iſta compoſitio/non ex libidine ſed ex virtute pẽdebat:
& ideo dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit: vt incom=
parabili decore omnium oculis appareret. Impoſuit itaq; Abræ ſuæ
aſcopam vini/ & vas olei & polentam & lapates & panes & caſeum:
& profecta eſt. Cũq; veniſſent ad portam ciuitatis inuenerunt expe=
ctantem Oziam & præſbyteros ciuitatis. Qui cum vidiſſent eam ſtu=
pentes mirati ſunt nimis pulchritudinẽ eius. Nichil tamen interro=
gantes eam/dimiſerunt trãſire: dicentes. Deus patrum noſtrorum det
tibi gratiam: & omne conſilium tui cordis ſua virtute corroboret: & glorietur ſuper te Hie=
ruſalem/& ſit nomen tuum in numero ſanctorum & iuſtorum. Et dixerunt hi qui illic erãt
omnes vna voce. Fiat [f]/fiat. Iudich vero orãs dominũ tranſiuit per portas/ipſa & Abra eiꝰ.
¶Factum eſt autem cum deſcenderet montem circa ortum diei : occurrerunt ei explorato= Iudich. 10. b &.c.
res Aſſyriorum/& tenuerunt eam: dicentes. Vnde venis? aut quo vadis? Quę reſpondit. Fi=
lia ſum Hebræorum. Ideo [g] ego fugi a facie eorum: quoniã futurum agnoui ꝙ dentur vo=
bis in deprædationem : pro eo ꝙ contẽnentes vos/noluerunt tradere ſeipſos: vt inuenirent
miſericordiam in conſpectu veſtro. hæc de cauſa cogitaui mecum: dicens. Vadam ad faciẽ
principis Holofernis/vt [h] indicem illi ſecreta eorum: & oſtendam illi quo aditu poſſit obti=
nere eos. Ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius. Et cum audiſſent viri illi verba eius/
conſyderabant faciem eius : & erat in oculis eorum ſtupor: quoniam pulchritudinem eius
mirabantur nimis. Et dixerunt ad eam. Conſeruaſti animam tuam/eo ꝙ tale reperiſti cõ=
ſilium : vt deſcenderes ad dominum noſtrum. Hoc autem ſcias:
quoniam cum ſteteris in conſpectu eius/bene tibi faciet: & eris gratiſ=
ſima in corde eius. Duxeruntq; illam ad tabernaculum Holofernis/
annunciãtes eam. Cumq; intraſſet ante faciem eius/ſtatim captus eſt
in ſuis oculis Holofernes. Dixeruntq; ad eum ſatellites eius. Quis cõ=
tẽnat populum Hebræorum/qui tam decoras mulieres habent: vt nõ
pro his merito pugnare contra eos debeamus?
¶Videns Iudich Holofernem ſedẽtẽ in conopeo quod erat ex purpu= Iudich. 10. d in fine.
ra & byſſo & auro & ſmaragdo & lapidibus pręcioſis intextum: & cũ
in faciem eius intendiſſet: adorauit [i] eum/proſternẽs ſe ſuper terram.
Et eleuauerunt eam ſerui Holofernis iubente domino ſuo.
¶Holofernes dixit Iudich : æquo animo eſto / & noli pauere ĩ corde iudich. 11. a. b.c.d.
tuo. quoniã ego nũq̃ nocui virũ qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor
regi. Populus autem tuus ſi non contempſiſſet me: non eleuaſſem lan
ceam meã ſuper illum. Nunc autẽ dic michi qua ex cauſa receſſiſti ab
illis: & placuit tibi vt venires ad nos. Et dixit illi Iudich. Sume verba
ancillæ tuæ. quoniam ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ : perfectam
rẽ faciet dñs tecum. Viuit enim Nabuchodonoſor rex terræ: & viuit
virtus eius q̃ eſt ĩ te/ad correptionẽ [k] omniũ aiarũ errãtiũ: qm̃ nõ ſolũ
hoĩes ſeruiẽt illi ꝑ te: ſed & beſtię agri obtẽperãt illi. Nũciat eni animi
tui induſtria vniuerſis gẽtibus: & indicatũ eſt omni ſeculo: qm̃ tu ſolꝰ
bonus & potẽs es in omni regno eius: & diſciplina tua oibus prouin=
cijs prędicatur. Nec hoc latet quod locutus eſt Achior: nec illud igno=
ratur quod ei iuſſeris euenire. Conſtat enim deum noſtrum ſic pecca=

e ¶Quoniã omnis iſta compoſitio non ex libidine/ ſed ex virtute pendebat. Videatur qđ iſtis verbis annotatum eſt ſupra iu verbo Compoſitio.

f ¶Fiat ſiat. Perinde eſt ac ſi dictũ eſſet. Amen amen: vt notat Panor. ĩ cap. Et ſi Chriſtꝰ. de iureiuran.

g ¶Ideo ego fugi &c. Iudich per hæc verba. Reatum videtur incurriſſe mendacij/niſi dicatur. prout in ſimili dicit tex. in c. Gaudemus. verſicu. Quia vero. de diuor. ꝙ ſcilicet ꝑpter inſtinctũ ſpiritusſancti excuſatur a mendacio.

h ¶Vt indicem illi ſecreta illorum. Iure humano/ſi hæc quæ Iudich dicebat vera fuiſſẽt capitis ſupplicio plectẽda fuiſſet. Qui enim malo cõſilio/ & proditoris animo patriã relinquit hoſtium numero habẽdus eſt) ſiue fœmina ſiue maſculus ſit: & capite punit. Textus eſt in l. Poſtliminiũ §. Tranſfugæ. ff. de capti. & poſtli. reuer. iuncta. l. Omne delictũ. §. Exploratores. & l. ꝑditores. ff. de re. milita.

i ¶Adorauit eum. Non perturbatione timoris/ſed obſeruatione ordinis. Scriptum quippe eſt. Deum timete/regem honorificate: & qui poteſtati reſiſtit/dei ordinationi reſiſtit. cap. Qui reſiſtit. 11. quæſtione. 3. Cętera. j. Rex.

K ¶Ad correptionem omnium animarum errantium &c. Qz dominus etiam per infideles/ fidelium peccata ſępe puniat. Eſt celebris & diffuſus textus in cap. finali.

tis offensum: vt mandauerit per prophetas suos ad populum / q tradat eum pro peccatis suis. Et quoniam sciũt se offendisse deum suum filij Israel: tremor tuus super ipsos est. Insuper etiã fames inuasit eos: & ab ariditate aquæ / iam inter mortuos computantur. Deniq; hoc ordinant: vt interficiant pecora sua / & bibant sanguinem eorum / & sancta domini dei sui / quæ præcepit deus non contingi in frumento / vino / & oleo: hæc cogitauerunt impendere: & volunt consumere quę nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt: certum est q in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua / cognoscens / fugi ab illis: & misit me dominus hæc ipsa nunciare tibi. Ego enim ancilla tua deum [l] colo: etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua & orabo deum: & dicet michi quando eis reddat peccatum suum. Et veniens nunciabo tibi. ita vt ego adducam te per medium Hierusalem: & habebis omnem populum Israel sicut oues quibus non est pastor: & non latrabit vel vnus canis contra te. Quoniam hęc michi dicta sunt per prouidentiam dei. Et quoniã iratus est illis deus: hæc ipsa missa sum nunciare tibi.

Iudich.11.d ¶Placuerunt omnia verba Iudich coram Holoferne & coram pueris eius: & mirabantur ad sapientiam eius: & dicebant alter ad alterum. Non est talis mulier super terram in aspectu / in pulchritudine / & in sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes. Bene fecit deus qui misit te ante populum: vt des illum in manibus nostris. Et quoniam bona est promissio tua: si fecerit michi hoc deus tuus: erit & deus meus: & tu in domo Nabuchodonosor magna eris: & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

Iudich.12.a b. ¶Iussit Holofernes introire Iudich vbi repositi erant thesauri eius: & iussit illic manere eam: & constituit quid daretur illi de conuiuio suo. Cui respondit Iudich: & dixit. Nunc [m] non potero manducare ex his quæ michi præcipis tribui: ne veniat super me offensio. Ex his autem quæ michi detuli manducabo. Cui Holofernes ait. Si defecerint tibi ista quæ tecum detulisti: quid faciemus tibi? Et dixit Iudich. Viuit anima tua domine meus: quoniam non expendet hæc ancilla tua: donec faciat deus in manu mea hæc / quæ cogitaui. Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum quo præceperat. Et petijt dum introiret: vt daretur ei copia nocte [n] / & ante lucem egrediendi foras ad orationem / & deprecandi dominum: & præcepit cubicularijs suis / vt sicut placeret illi exiret / & introiret ad adorandum deum suum per triduum.

Iudich.12.b ¶Exibat Iudich noctibus in vallẽ Bethuliæ: & baptizabat se in fonte aquæ: & vt ascendebat / orabat ad dominum deum Israel: vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. Et introiens munda manebat in tabernaculo / vsq; dum acciperet escam suam in vespere.

Iudich.12.c d. ¶Factum est quarto die. Holofernes fecit cœnã seruis suis: & dixit ad Vagao eunuchũ suum. Vade / & suade hebręam illam: vt spõte cõsentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios si fœmina irrideat virũ agẽdo: vt imunis ab eo trãseat. Tũc itroiuit Vagao [o] ad Iudich: & dixit. Non vereat̃ bona puella itroire ad dñm meũ: vt honorificetur ãte faciẽ eius / & mãducet cũ eo / & bibat vinũ i iocũditate. Cui Iudich respõdit. Quę [p] ego sum / vt cõtradicã dño meo? Omne quod erit ante oculos eius bonũ & optimũ faciã. Quicquid autẽ illi placuerit hoc michi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. Et surrexit &

§. Hinc notandum. 23. quęstione quinta.

l ¶Deũ colo etiã nunc apud te. Colendus est deus a fidelibus / etiã apud infideles: quibus si verbũ velint eis diuinũ pmulgare: petita prius & obtenta prælatorum suorum licentia / auctoritate apl'ica concedit. vt his cibis cũ modestia & gratiarũ actione (seruata tẽporũ qualitate iuxta canonicas sanctiões) vti liceat q eis ab ipsis infidelibus apponẽtur. Text⁹ est in c. Qr̃ sit. de Iudęis.

m ¶Nõ potero mãducare ex his q michi p̃cipis. Facit tex. i c. Sicut sati⁹. 32. q. 4. de quo tex. dictũ est supra in verbo Cibus. o.

n ¶Nocte & ante lucem. Iste horę sũt deprecationib⁹ ad deũ fundẽdis aptissimæ: put dictũ est s. in verbo Confiteri. super illud psal. Media nocte surgebã ad cõfitendũ tibi. & in verbo dies. super illd Psal. Septies in die laudem dixi tibi.

o ¶Tunc introiuit Vagao ad Iudich: & dixit. Non vereatur &c. Quæ vagao hortat̃ (put hic dicit glo. interlinearis.) ad illicitas voluptates pertinẽt. Vnde lenocinij crimẽ incurrit. de quo crimine videri potest diffusus / & clar⁹ textus in Auctentico. de leno. colla. 2. in l. palam. §. Lenocinium. ff. de ri. nup. in l. 1. §. Lenocinij. ff. de adul. & in c. Apud misericordem. §. Crimẽ. cum glosa. in verbo vxorem. 32. q. 1.

p ¶Quę ego sum vt contradicam domino meo? &c. Intelligit Iudich de domio. i. de deo suo. Vnde rea mendacij dici non potest. Tametsi hęc verba aliter p Vagao fuerint accepta. Vagao eñ malo / Iudich aũt bono fine innitebatur. quo casu (dicit Grego.) humanę aures talia verba nostra iudicant / qualia foris sonant. Diuina vero iudicia talia foris audiunt / qualia ex intimis proferũtur. de quo dicto Gregorij est textus in cap. Humanæ aures. in principio. 22. quæstione. 4.

ornauit se vestimento suo: & ingressa/stetit ante faciem eius. Cor autem Holofernis cōcussum est: erat enim ardens in cōcupiscentia eius. Et dixit ad eam Holofernes. Bibe nūc/& accūbe in iocunditate: quoniam inuenisti gratiam coram me. Et dixit Iudich. Bibam domine: quoniā magnificata est anima mea hodie/præ omnibus diebus meis. Et accepit / & manducauit / & bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius. Et [q] iocundus factus est Holofernes ad eam: bibitq vinū multum nimis/quantum nunq̄ biberat in vita sua.

¶Vt sero factum est festinauerūt serui Holofernis ad hospitia sua: & Iudich.13.a b.
conclusit Vagao hostia cubiculi: & abijt. Erant aūt omnes fatigati a vino. Eratq Iudich sola ī cubiculo. Porro Holofernes iacebat ī lecto/ nimia ebrietate sopitus: dixitq Iudich puellæ suæ / vt staret foras an cubiculum: & obseruaret. Stetitq Iudich ante lectū orās cū lachrymis & labiorum [r] motu in silentio: dicēs. Confirma me domine deus Israel: & respice in hac hora ad opera manuum mearū: vt sicut promisisti/Hierusalem ciuitatē tuam erigas: & hoc quod credēs per te posse fieri cogitaui/perficiam. Et cum hæc dixisset: accessit ad colūnam quę erat ad caput lectuli eius: & pugionem eius qui in ea ligatus pēdebat/ exoluit. Cumq euaginasset illum apprehēdit comam capitis eius: & ait. Cōfirma me domine deus meus ī hac hora: & percussit bis in ceruicem eius: & abscidit [s] caput eius: & abstulit conopeum eius a colūnis: & euoluit caput eius truncum. Et post pusillum exiuit: & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ: & iussit vt mitteret illud in peram suam. Et exierunt duæ secūdum consuetudinem suam/quasi ad orationem: & transierunt castra/& gyrātes vallē venerūt ad portam ciuitatis: & dixit Iudich a longe custodibus [t] murorum. Aperite portas quoniam nobiscum est deus/qui fecit virtutem in Israel.

¶Factum est cum audissent vocem Iudich custodes murorum: vocaue- Iudich.13.b &.c.
runt præsbyteros ciuitatis. Et occurrerūt ad eam omnes a minimo vsq ad maximum. quoniam sperauerunt eam iam non esse venturā. Et accēdentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi. Illa autē ascendens in eminentiorem locum: iussit [v] fieri silētium. Cumq omnes tacuissent: dixit Iudich. Laudate [x] dominum deum nostrum/ qui non deseruit sperātes in se: & in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam/quam promisit domui Israel: & interfecit in manu mea/ hostem populi sui in hac nocte: & proferens de pera caput Holofernis: ostēdit illis/dicēs. Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum. Et ecce conopeum illius in quo recūbebat in [y] ebrietate sua: vbi & per manum fœmine percussit illum dominus deus noster. Viuit autem ipse dominus: quoniā custodiuit [z] me angelus eius: & hinc euntem/& ibi commorantem: & inde huc reuertentem: & non permisit me dominus ancillam suā coinquinari: sed sine pollutione peccati/ reuocauit me vobis gaudentem/in victoria sua/in euasione mea/ in liberatione vestra. Cōfitemini illi omnes: quoniam bonus/quoniam in seculum misericordia eius. Et ibi de verbis populi & Oziæ & Achior gentilis ad Iudich videri potest.

¶Dixit Iudich ad omnem populum. Audite me fratres. Suspendite iudich.14.a
caput hoc super muros nostros: & erit cū exierit sol/accipiat vnusquisq arma sua: & exite cum impetu: non vt descendatis seorsum/ sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit vt fugiāt ad principem suum excitandum ad pugnam. Cūq duces eorum concurrerint ad tabernaculum Holofernis: & inuenerint eum truncum/in suo san-

q ¶Iocundus fact⁹ est Holofernes ad illam. Nec id quidem mirū. qa vēter mero ęstuās facile despumat in libidines. dicit tex. 35. disti. ī prin.

r ¶Et labiorum motu in silentio. De oratione q̄ in silētio fit/ an prępōderet orationi vocali: tractat glo. mag. in cle. Si dnm. de reliq. & vene. san. & s. dictū est.

s ¶Abscidit caput ei⁹. An dici possit (vt de Sansone dicit tex. in allegato cap. Gaudemus. de diuor.) q sc3 Iudich velut hęc oīa agēs instinctu spūssancti / fuerit ab homicidio excusata.

t ¶Dicit custodib⁹ murorum. Aperite portas. A murorū custodib⁹ recte petit vt portas aperiant. Non eñ licet alicui muros vel transcendere/ vel rūpere vt ciuitatē introeat. Est nāq pœna capitis constituta in eos/ qui aliquid ī muros deliquerūt: trāscendendo sc3 vel rūpēdo/ sicut fecit Remus frater Romuli. Vnde Lucan⁹. Fraterno primi maduerūt sanguie muri. Tex. est p̄missa pbans in. §. Sanctæ quoq res. iuncta glosa in verbo deliquerint. insti. de re. di. & in l. fi. ff. codē

v ¶Iussit fieri silētiū. Circa hæc verba notari potest text⁹ in c. In loco. 5. q. 4. de quo dictū est s. i verb. Cōtumelia. Prouerbio. 22.

x ¶Laudate dominū deū nostrū. Victoriā quā de hoste habuit/ nō sibi sed deo (put debet) ascribit. Et ita etiā facit imperator in l. 1. in pri. C. de vete. iu. enuc.

y ¶In ebrietate sua. Ostendit ebrietatē Holofernis/suæ interfectioni causam dedisse. Vnde videat qd ī fili dicit tex. 35. dist. in fine principij. vbi dr̄ Loth quem Sodoma nō vicit/vina vicert.

z ¶Custodiuit me angelus ei⁹. Angelus superna nobis pietate custos datus/ efficit vt tentationibus non succumbam⁹. i. vt i pctm̄ nō plabamur: aliaq nobis vtilia subministrat. de qb⁹ diffuse dictū ē s. i verbo angel⁹. sup illd psal. De⁹ facit angelos suos spūs: & ministros suos ignem vrentem.

guine volutatum: decidet super eos timor. Cũq̧ cognoueritis fugere eos: ite post illos securi: quoniam dominus conteret eos sub pedibus vestris.

Iudich.15.c ¶Filij Israel (Iudich innitẽtes consilio) Assyrios de suis expulerũt finibus. Cũq̧ victores ad Bethuliam reuertebantur: omnia quæ illorũ erant/ abstulerunt secum: ita vt non esset numerus in pecoribus & iumẽtis/ & vniuersis monilibus eorum: vt a minimo vsq̧ ad magnum omnes diuites fierent de prædationibus eorum.

Iudich.15.c d. ¶Ioachim summus pontifex de Hierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis præsbyteris suis / vt videret Iudich. Quæ cum exisset ad illum: benedixerunt eam omnes vna voce: dicentes. Tu gloria Hierusalem/ tu lætitia Israel/ tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter: & cõfortatum est cor tuum: eo q̧ castitatem [a] amaueris: & post virum tuum alterum nescieris. Ideo & manus domini confortauit te: & ideo eris benedicta in æternum. Et dixit omnis populus. Fiat/ fiat. Per dies autem triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum a populo Israel. Porro autem vniuersa quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt: dederunt Iudich/ in auro & argẽto & vestibus & gemmis/ & omni supellectili: & tradita sunt illi omnia a populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus & virginibus & iuuenibus: in organis & citharis.

¶Iudich cantauit canticum de quo habetur. Iudich.16.a.b.c.

Iudic.16.c. d. ¶Factum est post hæc: omnis populus post victoriam venit [b] in Hierusalem adorare dominum: & mox vt purificati sunt/ obtulerunt omnes holocausta & vota: & repromissiões suas. Porro Iudich vniuersa vasa bellica Holofernis quæ dedit illi populus/ & conopeũ quod ipsa sustulerat de cubili ipsius: obtulit in anathema obliuionis. Erat autẽ populus iocundus secundum faciem sanctorum: & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudich. Post dies autem illos: vnusquisq̧ rediit ĩ sua: & Iudich magna facta est ĩ Bethulia: & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. Erat [c] etiam virtuti castitas adiuncta: ita vt non cognosceret virũ omnibus diebus vitæ suæ: ex quo defunctus est Manasses vir eius. Erat [d] autem diebus festis incedẽs cũ magna gloria. Mãsit autem in domo viri sui/ annos centum quinq̧: & dimisit [e] Abram suam liberã: & defuncta est/ ac sepulta [f] cum viro suo in Bethulia. Luxitq̧ illam omnis populus diebus septem. In omĩ autem spacio vitæ eius nõ fuit qui perturbaret Israel: & post mortem eius annis multis. Dies autem victoriæ huius festiuitatis/ ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur: & colitur a Iudæis ex illo tẽpore vsq̧ in pręsentem diem.

Iob.1.a. **Iugum.** ¶Fuit possessio Iob/ quinquaginta iuga boum &c. Et latius supra in verbo Iob.

Eccl.28.c. ¶Beatus [g] qui non attraxit iugum linguæ: & vinculis eius non est ligatus. Iugum enim illius/ iugum ferreum est: & vinculum illius/ vinculum æreum est.

Eccl.33.d. ¶Iugum & lorum curuant collum durum: & seruum [h] inclinãt operationes assiduæ.

Eccl.40.a. ¶Occupatio magna creata est omnibus hominibus: & iugum graue super filios Adam/ a die exitus de ventre matris eorum: vsq̧ in diem sepulturæ in matrem omnium.

Eccli.vi.d. ¶Collum [i] vestrum subijcite iugo sapientiæ.

Hiere.28.c. ¶Iugum ferreũ posui (ait dominus) super collũ cũctarũ gẽtiũ istarũ.

a ¶Eo q̧ castitatem amaueris. Videat qd dictũ est in verb. Castitas.

b ¶Venit in Hierusalẽ adorare dñm. Adepta de hostibus victoria/ grãs deo exhibere docemur. Et hoc etiam vt faciamus/ exemplo suo nos ĩstruit imperator in l.1. in pri. C. de offi. pfc. pto. aphri.

c ¶Erat virtuti castitas adiuncta. Castitas enĩ nedũ in virginali/ sed etiã in viduali & mrimoniali statu reperit. put dictũ est s. in ver. Castitas. sup illud Sapiẽtię. Q̃ pulchra est casta gñatio &c.

d ¶Erat dieb9 festis incedens cũ magna glia. Videatur qd istis verbis ãnotatũ est/ i ver. Festũ.

e ¶Dimisit Abram suã liberã. Vel inter viuos ea manumissa: vel in testamento libertate data. qbus casibus libertatẽ seruis acquiri statuit ius humanum. Seruorũ nãq̧ libertates in testamẽto relictas/ tam directas q̃ fideicõmissarias: ad exemplũ inter viuos libertatũ valere decreuit imperator/ lege Fusia canina cessante/ nec impediẽte testantiũ p suis seruis clementes dispositiones effectui mancipari. Tex. est ita dicẽs i l. vnica. C. de l. Fusia ca. tollẽ.

f ¶Sepulta cũ viro suo. Videat qd dictũ est supra in verb. Abraham Gene.25.o.

g ¶Beatus qui non attraxit iugũ lingue. Attrahit iugũ linguæ/ qui detractoribus facilẽ auditũ prębet. Neq̧ enĩ minus est criminis/ detractiones libẽter audire/ q̃ detrahere. put ẽ bo. tex. & ibi notabiliter Archi. in c. Ex merito. 6. q. 1. de quo videatur s. in verb. Detractio. o.

h ¶Seruũ inclinant operatiões assidue. Qui varijs iuoluitur diaboli tentamẽtis/ vt eorũ quodãmodo seru9 esse videatur: cõtinuo se dedat nũc corporei/ nunc mentalis laboris exercitio: & iclinabit. i. minus se solitis motibus sentiet agitari. Hinc dicebat Hieronymus facito semp aliquid operis/ vt te semp diabolus iueniat occupatũ. c. Nunq̃. paulopost princ. de cõse. distinc. 5.

i ¶Collũ vestrũ subijce e. iiij.

Nũeri.30.a ℭSi quis virorum se constrinxerit iuraměto/non [x] faciet irritum verbum suum: sed omne quod promisit implebit.

Nũeri.30.c ℭSi iuramento se constrinxerit puella / quæ est in domo patris sui: & in ætate adhuc puellari: quod iurauit opere [y] complebit / si pater suus iuramentum quo obligauit animam suam cognoscẽs / tacuerit. Sin autem statim vt audierit contradixerit pater: iuramentum [z] eius irritum erit: nec obnoxia tenebitur sponsioni. Et infra in verbo vouere. vbi latius de votis cum iuramento factis.

Iosue.9.c.i ſ.&.d.i pri ℭGabaonitas non percusserũt Iosue & populus suus/eo ꝙ [a] iurassent eis principes multitudinis in nomine domini dei Israel. Murmurauit itaq; omne vulgus contra principes Israel. Qui responderunt eis. Iurauimus eis in nomine domini dei Israel: & idcirco non possumus eos contingere: sed hoc faciemus eis. Reseruentur quidem vt viuant/ ne contra nos ira domini concitetur si periurauerimus: sed sic viuãt/ vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant/ aquasq; comportent.

Iudich.1.d. ℭIurauit Nabuchodonosor per thronum & regnum suum.

Psal.109.b. ℭIurauit dominus/& nõ pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum/ secundum ordinem Melchisedech.

psal.118.o. ℭIuraui domine/& statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.

Eccl.23.a. ℭIurationi [b] non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. Nominatio vero dei non sit assidua in ore tuo: & nominibus sanctorum nõ admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assidue a liuore non minuitur: sic omnis iurans & nominans/in toto a peccato non purgabitur.

Eccl.23.b. ℭVir multum iurans/implebitur iniquitate: & non discedet a domo illius plaga. Et si frustrauerit fratrẽ: delictum illius super ipsum erit. & si dissimulauerit: delinquit dupliciter. & si in [c] vacuum iurauerit: non iustificabitur. Retribuetur enim retributione domus illius.

Eccli.27.b. ℭLoquela multum iurans: horripilationem capiti statuet: & irreuerentia ipsius obturbatio aurium.

x ℭNon faciet irritum verbum suum. Istud procedit iure humano etiã si quis metu compulsus iurauerit. Tex. est in c. Si vero aliquis. de iureiurã. Secũdo procedit etiam si quis iurauerit id soluere/quod solutũ repeti potest. Adhuc eñ irritum suum iuramentũ facere non debet. vnde qui vsuras soluere iurauit/tenetur soluere: licet postea repetere possit. c. Debitores eodẽ titu. Tertio procedit etiã si vellet iuramentũ adimplere per equipollens: vt si is qui iurauit soluere vellet compensare. Nam talis audiri non debet. Iuramentum enim debet adimpleri in forma specifica c. Ad nostram. eodem ti. Quarto procedit etiã in monachis/de cõsensu sui abbatis/ ꝓprias eorũ personas ad quãdam seruitutis speciem: puta ad tenendum obstagium: cũ iuramẽto obligantibus. Adhuc nãq; tale iuramentũ obligatorium debet obseruari. c. Ex rescripto. in princip. eodẽ titu. Quinto procedit etiã si volens iuramẽti sui obseruationẽ declinare/appellationẽ interponat: dũ ab eo iuramẽti sui petitur obseruatio. Tali eñ appellatione nõ obstante/ iuramentũ nõ obseruãdo/ reatũ incurrit periurij. casus est i c. Breui. eodẽ ti. Sexto ꝓcedit etiã si cõtractus principalis sit nullus. Nã nichilominꝰ iuramentũ super eo appositum debet obseruari. Bonꝰ est tex. in c. Significante. de pigno. Hęc sententia sic ampliata fallit. primo: qñ is in cuius fauorẽ iuratum est/nõ adimplet illud cuius respectu iuramẽtum fuit interpositũ. qa tunc ad sui obseruationem iuramenti/ iurans nõ tenetur. tex. est i c. Peruenit. le. 1. de iureiu. in fi. Secũdo fallit: qñ iurãs in melius cõmutat implementũ sui iuramẽti. Tex. est in d. c. Peruenit. in pri. Tertio fallit: quãdo quis iurat contrariũ eius qd iam iurauerat. Primũ nãq; iuramentũ obligatoriũ est/sed nõ secundũ glo. est reputata singu. in c. Licet mulieres. de iureiu. lib. 6. nisi scdm iuramentũ rõne maiori iuuaret ꝙ primũ. qa tunc obseruandũ esset scdm iuramẽtũ: imposita pœnitẽtia de piurio/qd incurrit rõne trãsgressionis primi iuramẽti. Tex. est in c. Tua nos. eodẽ ti. in antiq. Quarto fallit: vbicũq; iuramẽtũ est cõtra bonos mores. Nõ eñ est obligatoriũ cõtra bonos mores pręstitũ iuramentũ. c. Nõ est obligatoriũ. de reg. iuris. in. 6. Vñ dicit tex. in c. Cũ quidã. §. fi. de iureiu. Illi q iurãt nõ loqui patri vel matri sorori vel fratri: aut eis humanitatis subsidiũ nõ exhibere/ Absoluẽdi sunt (supple ad cautelã qa obligatoriũ nõ est iuramentũ) ab illius obseruantia iuramẽti cũ illicitũ sit & cõtrariũ rõni. iniuncta tñ eis de hoc/ꝙ male iurauerãt pœnitẽtia cõpetenti. Hęc ibi. Hęc etiã limitatio seu fallẽtia/ probat p textꝰ claros: q videri possunt in c. Si publicis. in c. Est etiã. in c. qd Dauid. in c. Iurauit in c. Si aliqd. in c. Vnusqsq;. i c. Qui sacramẽto in c. Nõ est obseruandũ. in c. Achbe. & in c. Inter cętera. 22. q. 4. & in c. Sicut ex lris. de iureiu. & in l. Quidã. ff. de cõdi. istitu. cũ simi. Quito fallit: qñ superuenit iusta causa iuramentũ nõ obseruãdi. Vñ qui aliquã iurauit in vxorẽ ducere/ si ipsa postea fornicet vel aliqua grauis deformitas corporis ei obueniat: nõ tenetur eã ducere. c. Quẽadmodũ. de iureiu. Cętera quę potuissent hic cumulari/videant p Io. An. & alios in d. c. Nõ est obligatoriũ.

y ℭOpere cõplebit. Alioqui ętate sua puellari nõ obstãte/ reatũ incurret piurij. Neq; eñ ętas excusat a periurio. bo. est tex. in c. Vnico. de delic. pue. An aũt iuramẽtũ litis decisiuũ possit impubes pręstare Cõis resolutio est ꝙ sic si velit: & ei imputat q ei detulit. l. q iurasse. in prin ff. de iureiu. Sed si nolit nõ tenet iurare. l. Iusiurandũ. & ad pecunias. §. Pupillo. ff. eodẽ. Quis q pubes est/ vel iurare debeat vel referre. l. Manifeste. ff. eodẽ.

z ℭIuramentũ eius irritũ erit. Idẽ dicit tex. in c. Si quis pręuẽtus. §. 1. 22. q. 4.

a ℭEo ꝙ iurassent eis. De iuramento Gabaonitis pręstito/ an fuerit obligatorium/ videatur quod satis diffuse dictum est ꝭ. in verb. Gabaonitæ.

b ℭIurationi non assuescat os tuũ: multi eñ casus i illa. Hinc dicit tex. in c. Ita ergo. 22. q. 1. Ita pręcepisse dñm intelligit ne iuraret. i. ne qsq; sicut bonũ appetat iusiurandũ/ & assiduitate iurãdi ad piuriũ p cõsuetudinẽ delabat. quapropter q intelligit nõ in bonis/ sed in necessarijs iurationẽ habendã: refrenet se quãtũ põt vt non eã vtat/ nisi necessitas cogat: videlicet cũ videt pigros esse hoĩes ad credendũ qd eis vtile est credere/ nisi iuramento firmet. Hęc ibi.

c ℭSi in vacuũ iurauerit/non iustificabit. Idẽ ꝓbat tex. in c. Necesse est. 22. q. 4.

mat. ꝙ etsi testis deficiat/ innocentis fidem sola iusiurandi taxatio manifestat. Unde etiam dicit Augustinus super epistolam ad Galathas. Non est contra pręceptū dei iuratio: quę a malo nō iurantis est/ sed increduli a quo iurare cogitur. Nam hic intelligitur/ ita dominū prohibuisse a iuramēto: vt q̄tum in ipso est/ quisq; non iuret. qd multi faciunt in ore habētes iurationē/ tanq̄ magnū & suaue aliquid. Nam vtiq; apostolus nouit pręceptum domini: & tamen iurauit. Non enim audiendi sunt/ qui has iurationes esse non putant: quid eñ facient de illa iuratione. Quotidie morior p vestram gloriā fratres/ quā habeo in Christo Iesu dño nostro. quā gręca exemplaria manifestissimā iurationē esse ostēdūt. Prohibemur ergo iurare cupiditate aut dilectione iurandi: q̄uis enim iuramentū amplius sit q̄ est est/ non non: & ideo a malo sit: non tñ a malo tuo/ sed infirmitatis aut icredulitatis eorum qui nō aliter mouētur ad fidem. Et ꝑpterea dicit idē Augustin⁹ i epistola ad Publicolā. In nouo testamēto dictum est/ ne oīno iuremus: qd michi quidē propterea dictum esse videtur. non q̄ iurare peccatum est/ sed quia peierare imane peccatū est: a quo longe nos esse voluit/ qui oīno ne iuremus commonuit. Et idē Augustin⁹ in sermone dñi in monte. lib. I. dicit. Tu malum nō facis/ qui bene vteris iuratione: quę etsi non bona/ tamen necessaria est vt alteri persuadeas/ qd vtiliter persuades: sed a malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. Præmissa omnia habētur. 22. quęsti. I. in prin. iuncto cap. I. 2. & 3 &c. Tu malum.

est: a malo [i] est.

Matth. 23. b ¶Qui iurat in altari: iurat in eo/ & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunq; iurauerit in templo: iurat in illo/ & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cœlo: iurat in throno dei/ & in eo qui sedet super eum.

¶De Petro qui (obiiciēti sibi ꝙ Christi discipulus esset) cœpit detestari/ & iurare: quia non nouisset hominem: habetur Matthæi. 26. c. & infra Petrus.

Marci. 6. d. ¶Propter [k] iusiurandum & simul discumbentes: iussit Herodes amputari caput Ioannis Baptistę. Et supra in verbo Ioānes Baptista.

Ad heb. 6. c. ¶Abrahæ promittens deus quoniam neminem haberet per quem iuraret maiorem: iurauit [l] per semetipsum/ dicens. Nisi benedicēs/ benedicam te: & multiplicans/ multiplicabo te: & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem.

Ad. heb. 6. c ¶Homines [l] per maiorem sui iurant: & omnis [m] controuersię eorum finis ad confirmationem est iuramentum.

ad heb. 7. c. ¶Alij sine iureiurando sacerdotes facti sunt: Ihesus autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum. Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secūdum ordinē Melchisedech.

Iacobi. 5. c. ¶Ante omnia fratres mei nolite [n] iurare: neq; [o] per cœlum/ neq; per terram/ neq; aliud [p] quodcunq; iuramentum. Sit autem sermo vester: est est/ non non: vt non sub iudicio decidatis.

Iurgium.

puer. 6. b. ¶Homo apostata vir inutilis: omni tēpore iurgia [q] seminat.

i ¶A malo est. Cū iuramentū dicatur procedere a malo non credētis (vt dictum est annotatione proxima) videtur ꝙ etsi iurare peccatū non sit/ iuramentū tamē recipere malum sit: sed noīe mali/ non malicia sed peccati pœna intelligitur. Ex pœnali eñ infirmitate incredulitas illa processit/ qua ad iurandū cōpellimur. Ipsum autē iurare sicut peccatū non est: ita iuramentū ab aliquo recipere/ malū non est. Unde Augustinus scribit ad Publicolā. Q̄uis dictū sit ne iuremus: nusq̄ me in scripturis sanctis legisse memini/ ne ab aliquo iuramentū recipiamus. Ita dicit text⁹ in c. Si peccatū. versi finali. iuncto c. sequēti 22. q. I. vbi tñ sciremus aliquē iuraturū falsum: recipere ab eo iuramētum peccatum esset. prout est bonus tex. in c. Qui exigit. 22. q. 5. de quo dictum est in verbo Ioseph. Gene. 48. & idem si sciremus eum verisimiliter non obseruaturum iuramentū. tex. est in c. Clericos. de coha. cle. & mulie.

k ¶Propter iusiurandum &c. Recurratur ad ea quę dicta sunt. in verb. Herodes. & ad. c. I. cū quinq; sequentibus. 22. quęsti. 4. vbi agitur de illicitis iuramētis non obseruandis. & idē dicit in c. Si aliquid forte. eadē causa & quęsti.

l ¶Iurauit per semetipsum. Circa hęc verba & prin. sentētię seq. videatur tex. in c. Etsi Christus. de iureiu. de quo dictum est supra eodē. g.

m ¶Omnis controuersię eorū finis ad cōfirmationem est iuramentū. Hęc verba possunt iure humano accōmodari etiam ad controuersiā iudicialem. Decidūtur eñ pleręq; iudiciales controuersię iuramēto/ qd vel a parte parti/ vel a iudice in probationis supplementū parti defertur. prout est tex. in. §. Item si quis postulāte. insti. de actio. in l. Non erit. §. dato. ff. de iureiurā. iuncta l. Admonēdi. ff. eodē. & c. fi. eo. ti. & ibi amplissime tractat materia iuramēti/ & pręsertim iuramenti necessarij: quod scilicet a iudice parti defertur/ vt finis cōtrouersię partium imponatur.

n ¶Nolite iurare. Prohibet indiscretū seu freques & incautū iuramentū. nō autē prohibet ne iuret legitima causa iurādi subsistente. 22. q. I. in prin. & dictū est s. eodē g. & h.

o ¶Neq; per cœlū neq; p terrā. An in casibus in qbus iurari pōt/ possit iurari p creaturas: sicut posset iurari p creatorē: videt text⁹ ꝙ nō. in d. c. Et si Christus. paulopost pri. Breuiter dici potest p quasdā creaturas iurari posse: vt per crucē/ per euangeliū/ per ordinē/ per salutē principis: qa in istis habet respect⁹ pricipaliter ad creatorē. secus si haberet respectus ad ipsam creaturā dūtaxat/ intēdens illā inuocare in testioniū seu ad cōfirmationē act⁹. tūc eñ honorē deo debitū ipenderet creaturę: & sic cōmitteret idolatriā. Ita istā materiā resoluit. Panor. i d. c. Et si Chrs. in. 2. oppo. & est bo. glo. in c. quoties. in verb. Salutē. I. q. 7.

p ¶Neq; aliud qdcunq; iuramentū. An indistincte ꝓhibeamur iurare/ allegati sunt text⁹ ꝓbātes ꝙ non. supra eodē. h. Sed cōpendiose cōcludēdo materiā/ dicatur ꝙ licitū est iuramentū in sex casib⁹. Primus est pro pacis vel amoris cōnexione. c. I. 26. q. I. Secūdus est ꝓ purgatione ꝓprię infamię. 2. quęst. 5. c. Pręsbyter. & c. Cū in iuuētute. cū similib⁹. de purga. cano. Tertius est ꝓ fide & fidelitate. de cōse. dist. 2 c. De forma. 22. q. 5. Quartus est pro obediētia. c. Quāq̄. 23. dist. Quint⁹ est pro veritate inquirenda/ siue in testibus/ siue in alijs. d. c. Et si Christus. in fi. & c. Quāq̄. cū simi. 14. quęsti. 2. Sextus est pro dāno dato vel dando. c. In primis. 2. quęsti. I. Quos sex casus subsequentia duo carmina complectūtur. Pax & fama fides reuerentia cautio damni. Defectus viri sibi poscunt sacra tueri.

q ¶Iurgia seminat. Iurgia proprie dicuntur litigantiū in iudicio contētiones: dicit eñ iurgiū quasi iuris

gartium eo ꝙ hi qui cauſam dicunt iure diſceptāt: ita dicit textus in c. Forus. verſi. Iurgiū, de verbo. ſig. vnde dicit textus. in c. 2. de re iudica. Iurgantiū cōtrouerſias celeri oportet ſentētia terminare. Quādoq; tamen pro contentionibuss extra iudicialibus accipitur. c. Geſta. ibi ſemine iurgiorum. 74. diſtinc.

r ℭ Angelus crudelis mittetur contra eum. Angelus crudelis diabolus dicitur: quia a dño cōtra peccatores mittit. vt in pręſenti eos affligat: & ita ſit eis tēporale ſuppliciū/ æterni futuri principiū. c. Sunt plures. verſi. finali. & c. ſeq. de pœni. diſtinc. 3.

s ℭ Qui dimittit aquam caput eſt iurgiorū. Declaretur vt ſ. in verb. Dimittere.

t ℭ Iuſtitias dilexit. Quid ſit iuſtitia declarat text⁹. inſti. de iuſti. & iure. in princ. & in l. iuſtitia. ff. eo. dicens ꝙ eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuiq; tribuēs. vł ſcdm gloſas ibi. Iuſtitia eſt habitus animi/ cōmuni vtilitate ſeruata: ſuam cuilibet tribuens dignitatē. Et hæc eſt diffinitio Tullij. Vel iuſtitia eſt virt⁹ quę plurimū prodeſt in his quæ minimū poſſunt. Et hæc eſt Platonis. Vel iuſtitia eſt animi congrua diſpoſitio in ſingulis reb⁹ recte diiudicans. Et hęc eſt Accurſij gloſatoris. Quę diffinitiones declarētur vt ibi per doc.

v ℭ Nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Hinc dicit Raban⁹ de eccleſiaſticis preſſuris libro. 1, Non imperpetuū dānamur cum iniuſte iudicamur/ dicēte Pſalmiſta. Nec dānabit eū cum iudicabił illi. Multi eñ ſacerdotum/ culpam zęlo dei perſequi profitētur: ſed dū indiſcrete hoc agitur/ ſacrilegij facin⁹ incurrunt: & dum pręcipites quaſi ad emendandū ruunt/ ipſi quoq; multo magis in deterius cadūt. Hæc ſentētia Rabani habetur in cap. Non imperpetuum. 24. quęſti. 3.

x ℭ Iuſtus vt palma florebit. Declaretur vt ſupra in verb. Florere.

y ℭ Beati q faciunt iuſtitiam in oīni tempore. Videatur quod iſtis verbis annotatū eſt ſ. in verb. Beatus.

z ℭ Corripiet me iuſtus in miſericordia. Recurratur ad verbū Corripere.

a ℭ Iuſtitia liberabit a morte. Iuſtitia eñ habita/ habentur omnes aliæ virtutes ſcdm Ambro. in hexamerō: vbi ſic dicit. vbi prudentia/ interdum eſt malicia: vbi fortitudo/ ibi iracūdia: vbi temperantia/ ibi impietas: vbi autē iuſtitia/

ℭ Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. puer. 13. b.

ℭ Melior eſt buccella panis cum gaudio: q̄ domus plena victimis cū iurgio. puer. 17. a.

ℭ Semp iurgia quærit malus: angelus [r] autē crudelis mitteł cōtra eū. puer. 17. b.

ℭ Qui [s] dimittit aquā: caput eſt iurgiorum. Et ſupra dimittere. puer. 17. c.

ℭ Suſurrone ſubſtracto/ iurgia conquieſcunt. puer. 26. c.

ℭ Qui ſe iactat & dilatat: iurgia concitat. puer. 28. d.

ℭ De iurgijs ſtultorum vide infra in verbo Stultus.

Iuſtitia Iuſtus & Iuſte.

ℭ Credidit Abrahā deo: & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Et ſupra in verbo Abraham. Gene. 15. b.

ℭ Quid prodeſt deo: ſi iuſtus fuerit homo? Iob. 22. a.

ℭ Iuſtus dominus/ & iuſtitias [t] dilexit: ęquitatem vidit vultus eius. Pſal. 10. b.

ℭ Iuſtitiæ domini rectæ lętificantes corda. Pſal. 18. c.

ℭ Oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum. Pſal. 33. c.

ℭ Prætende iuſtitiam tuam domine his/ qui recto ſunt corde. Pſal. 35. c.

ℭ Confirmat iuſtos dominus. Pſal. 36. c.

ℭ Iuſti hæreditabunt terram: & inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in ore ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Conſyderat peccator iuſtum: & quærit mortificare eum. Dominus autem nō derelinquet eum in manibus eius: nec [v] damnabit eum cum iudicabitur illi. Pſal. 36. e.

ℭ Iunior fui etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum/ nec ſemen eius quærens panem. Pſal. 36. e.

ℭ Annunciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu ſciſti. pſal. 39. b.

ℭ Iuſtitia domine/ plena eſt dextera tua. Pſal. 47. b.

ℭ Lętabitur iuſtus in domino & ſperabit in eo: & laudabūtur omnes recti corde. pſal. 63. b.

ℭ Iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei: & delectentur in lętitia. pſal. 67. c.

ℭ Tota die lingua mea meditabitur iuſtitiā tuam (domine) cum confuſi & reueriti fuerint qui quęrunt mala michi. pſal. 70. i fi.

ℭ Iuſtitia ante eum ambulabit: & ponet in via greſſus ſuos. pſal. 84. b.

ℭ Iuſtitia & iudicium/ pręparatio ſedis tuæ (domine) pſal. 88. c.

ℭ Iuſtus [x] vt palma florebit: ſicut cedr⁹ libani multiplicabitur in domo domini. Pſal. 91. c.

ℭ In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. pſal. 111. b.

ℭ Beati qui cuſtodiunt iudicium/ & faciunt [y] iuſtitiā in omni tēpore. pſal. 105. a.

ℭ Aperite michi portas iuſtitiæ: ingreſſus in eas confitebor domino: hæc porta domini/ iuſti intrabunt in eam. pſal. 117. c.

ℭ Iuſtus es domine: & rectum iudicium tuum: mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua & veritatem tuam nimis. pſal. 118. s. i principio.

ℭ Iuſtitia tua (domine) iuſtitia in æternum: & lex tua veritas. pſal. 118. s.

ℭ Corripiet [z] me iuſtus miſericordia: & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Pſal. 140. a.

ℭ Iuſtus dñs in omnibus vijs ſuis: & ſanctus in oībus operibus ſuis. pſal. 144. d

ℭ Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos. pſal. 145. b.

ℭ Iuſtitia [a] liberabit a morte. puer. 10. a.

Prouerbiorum.10.a. ℂNon [b] affliget dominus fame animam iusti.
10.b. ℂBenedictio domini super caput iusti.
10.b. ℂMemoria iusti cum laudibus est.
10.b. ℂVena vitae/os iusti: os autem impiorum operit iniquitatem.
10.c. ℂArgentum electum/lingua iusti: cor autem impiorum pro nichilo.
10.c. ℂLabia iustorum erudiunt plurimos.
10.d. ℂDesyderium suum iustis dabitur.
ℂExpectatio iustorum/letitia: spes autem impiorum peribit.
ℂIustus in aeternum non commouebitur.
ℂOs iusti parturiet sapientiam: lingua prauorum peribit.
10.in fine. ℂLabia iusti consyderant placita: & os impiorum peruersa.
11.a. ℂSimplicitas iustorum diriget eos.
ℂIustitia simplicis diriget viam suam.
ℂIustitia rectorum liberabit eos: & in insidijs suis capientur iniqui.
11.b. ℂIustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo.
ℂIn bonis iustorum/exaltabitur ciuitas: & in perditione malorum/ erit laudatio.
ℂBenedictione iustorũ exaltabitur ciuitas: & ore ĩpiorũ subuertetur.
11.c. ℂSemen iustorum saluabitur.
11.d. ℂIusti [c]/quasi virens folium germinabunt.
11. ppe finẽ. ℂFructus iusti/lignum vitae.
11.in fine. ℂSi iustus in terra recipit: q̃tomagis impius & peccator?
12.a. ℂRadix iustorum non commouebitur.
ℂCogitationes iustorum iudicia: & consilia impiorum frauduléta.
12.b. ℂDomus iustorum permanebit.
ℂNouit [d] iustus animas iumentorum suorum.
ℂRadix iustorum proficiet.
ℂEffugiet iustus de angustia.
12.d. ℂNon [e] contristabit iustum quicquid ei acciderit.
ℂQui negligit damnum propter amicum: iustus est.
12.in fine. ℂIn semita iustitiae vita: iter autem deuium ducit ad mortem.
13.a. ℂVerbum mendax/iustus detestabitur: impius autem confundit & confundetur.
ℂIustitia custodit innocẽtis viã: impietas autẽ peccatorẽ supplantat.
13.b. ℂLux iustorum laetificat: lucerna autem impiorũ extinguetur.
13.c. ℂIusti [f] misericordes sunt & miserantur.
13.d. ℂPeccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona.
13.in fine. ℂIustus [g] comedit & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis.
14.b. ℂInter iustos morabitur gratia.
ℂDomus impiorum delebitur: tabernacula iustorum germinabunt.
ℂEst via quae videtur homini iusta: nouissima autem eius ducunt ad mortem.
ℂPossidebunt paruuli iustitiam: & expectabunt astuti scientiam.
ℂIacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum.
ℂSperat iustus in morte sua.
14.d. ℂIustitia eleuat gentem: miseros [h] autem facit populos peccatum.
14. ppe fi. ℂIn abundanti iustitia/virtus magna est.
15.a. ℂDomus iusti/plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio.
15.b. ℂVota [i] iustorum/placabilia sunt domino.
ℂQui sequitur iustitiam: diligitur a domino.
15.c. ℂVia iustorum/absq̧ offendiculo est.

sibi omnisi virtutũ est cõcordia. Vñ etiã Aug. ait in.4. de ci. dei. Amota iustitia/regna magna sunt latrocinia: & posita iustitia: etiã tyrannides sunt iusta regna. Hęc dicta refert Albe: de Rosa. in dictionario suo: in ver. Iustitia. Sed suffocat̃ iustitia: & q̃ ab ea dat̃ a morte liberatio prępedit̃. ex 12. abusiõibus hui9 seculi/quas Cyprian9 enumerãs: dicit has esse/sapiẽs sine operibus/senex sine religione: adolescens sine obedientia/diues sine eleemosina/ fœmina sine pudicitia/dñs sine virtute/christian9 cõtẽtiosus/ paup supb9/ rex iiquus/ eps negligens/ plebs sine disciplina/ popul9 sine lege. Glo. est q̃ Cyprianũ citãs hęc dicit/ ĩ cle. 1. §. qa vero. ĩ verb. Curias. ĩ si. de statu mona.

b ℂNon affliget dñs fame aĩam iusti. Nisi pro exercitio & virtutũ suarũ augmẽto maiori. c. Non ois. versi. exercet. 5. q. 5.

c ℂIusti q̃si florẽs foliũ germiabũt. facit tex. ĩ c. oẽs: circa me. 47. dis. de quo s̃. in ver. Florere.

d ℂNouit iust9 aias iumẽtorũ suorũ. Archi. in c. Iudicet. ĩ si. de pœ. dist. 1. dicit Pręlat9 tenet̃ reddere rõnẽ de aĩa subditi/ & tradere sibi eucharistiam & alia sacramẽta: in quorũ collatiõe vertit̃ periculũ/nisi eã quã debet solicitudinẽ adhibeat: vt sciat cui det. & iõ dr̃ p Salomonẽ puerb. 27. Agnosce vultum pecoris tui. & 12. c. Nouit iustus aias iumẽtorũ suorũ. Hęc Archi.

e ℂNõ cõtristabit iustũ &c. Videat̃ qd̃ dictũ est in verb. Contristari.

f ℂIusti misericordes sunt & miserant̃. Idẽ pbat tex. ĩ c. ois q iuste iudicat. & ĩ c. disciplina. & in c. Et q emendat. cũ si. 45. dist.

g ℂIustus comedit/ & replet aiam suã: vẽter aũt ipiorũ isaturabilis. Siĺis est snia ĩ c. qd dicã. circa med. 14. q. 4. dũ ibi dr̃. Fideli hoĩ tot9 mũdus diuitię sunt: ĩfideli autẽ nec obolus.

h ℂMiseros facit populos peccatum. Istis verbis facta ẽ annotatio s̃. ĩ verb. Gẽs vbi videat̃.

i ℂVota iustorum placabilia. Haec sentẽtia habet̃ in c. Scriptum est. 14. quęsti. 1.

k ¶ Deus orationes iustorum exaudiet. Quid autē de orationibus iniustorū an exaudiātur a dño. videatur qd dictū est s̄. in verb. Exaudire: super illud Io.6. Scimus quia deus peccatores non audit.
l ¶ Melius est parū cum iustitia q̄ multi fructus cū iniqtate. Hęc sentētia varijs modis declarata est s̄. in verb. Fructus. vbi videatur. m ¶ Senectus quę in vijs iustitię reperiet. Senectus quę in vijs iustitię nō reperit/est vna de. 12. seculi abusionib⁹: de qbus dictū est s̄. codē sup illud Prouer. Iustitia liberabit a morte.

¶ Mens iusti meditabitur obedientiā: os impiorum redundat malis. Prouerbiorum.15.d.
¶ Dominus orationes [k] iustorum exaudiet. 15.d.
¶ Initium viæ bonæ / facere iustitiam: accepta autem apud deum magis / q̄ immolare hostias. 16.a.
¶ Melius [l] est parum cum iustitia: q̄ multi fructus cum iniquitate. 16.b.
¶ Voluntas regis labia iusta: qui recta loquitur dirigetur. 16.b.
¶ Semita iustorum / declinat mala. 16.c.
¶ Corona dignitatis / senectus [m] quæ in vijs iustitiæ reperietur. 16. ppe fine.
¶ Qui iustificat [n] ipiū / & cōdēnat iustū: aboiabilis est vterq̧ apd̄ deū. 17.c.
¶ Turris fortissima / nomē dñi: ad ipsam currit iustus / & exaltabitur. 18.b.
¶ Iustus [o] prior est accusator sui: venit amicus eius & inuestigabit eū. 18.c.
¶ Melior est pauper iustus: q̄ vir mendax. 19.c.
¶ Iustus qui ābulat in simplicitate sua: beatos post se filios derelinquet. 20.b.
¶ Excogitat [p] iustus de domo impij / vt detrahat impios a malo. 21.b.
¶ Gladium [q] iusto est facere iudiciū: & pauor operātibus iniquitatē. 21.c.
¶ Pro iusto dabitur impius: & pro recto iniquus. 21.c.
¶ Thesaurus desideratus / & oleum in habitaculo iusti: & imprudens homo dissipat illud. 21.c.
¶ Qui sequit iustitiā / & misericordiā: iueniet vitā & iustitiā & gloriā. 21.c.
¶ Qui iustus est: tribuet & non cessabit. 21.d.
¶ Septies [r] in die cadet iustus / & resurget: impij autē corruēt in malū. 24.b.
¶ Qui dicunt impio / iustus es: maledicent eis populi / & detestabuntur eos tribus. 24.c.
¶ Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens absq̧ terrore erit. 28.a.
¶ Qui decipit iustos in via mala / in iteritu suo corruet: & simplices [s] possidebunt bona eius. 28.b.
¶ In exultatiōe iustorū multa gloria est: regnātib⁹ ipijs ruinę hoīnū. 28.b.
¶ Cum surrexerint impij / abscondentur homines: cum illi perierint / multiplicabuntur iusti. 28. in fine.
¶ In multiplicatione iustorū lætabitur vulgus: cum impij sumpserint principatum / gemet populus. 29.a.
¶ Iustus lætabitur atq̧ gaudebit. 29.a.
¶ Nouit iustus causam pauperum. Impius ignorat scientiam. 29.a.
¶ Viri sanguinū oderunt simplicem: iusti autem quęrūt animā eius. 29.b.
¶ Iustum & impium iudicabit dominus. Ecclesiastes 3.c.
¶ Noli [t] esse iustus multum: neq̧ plus sapias q̄ necesse est. 7.c.
¶ Iustus perit i iustitia sua: & ipius multo viuit tēpore i malicia sua. 7.c.
¶ Bonum est te sustentare iustum: sed & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet deum nichil [v] negligit. 7.c.
¶ Non [x] est homo iustus in terra qui faciat bonum & non peccet. 7.c.
¶ Sunt iusti quibus mala proueniūt / quasi opera egerint impiorum: & sunt impij qui ita securi sunt / quasi iustorum facta habeant. 8.c.
¶ Diligite iustitiā / qui iudicatis terrā. Et supra in verbo Iudicare. Sapiē.1.a.

n ¶ Qui iustificat impium &c. Idē pbat tex. in c. Si quis dixerit. 11. quęsti.3.
o ¶ Iustus prior est accusator sui. Idest omnis qui vere iustus est & peccantium errata conspicit: primo seipm inspicit / deinde vbi solicit⁹ seipm accusauerit: alios benigne corrigit. Pro hac declaratiua sentētia (quę est glosę ordiarię) est tex. clarus in cap. Iudicet. de pœni. distinc.1.
p ¶ Excogitat iust⁹ de domo impij &c. Declaretur hęc sententia vt dictum est s̄. in verb. Excogitare.
q ¶ Gaudium iusto &c. Recurratur ad verbū Gaudium.
r ¶ Septies in die cadet iust⁹ & resurget. Circa hanc sententiā notet textus in c. Quis. versi. fina. iuncto prin. c. sequētis. de pœni. distic.3. vbi dicit. Q per pœnitētiā non semel tantū / sed sæpissime peccata remittātur: auctoritate probat. Ait em̄ Hiero. ad Rusticū de pœnitētia. Septies in die cadit iustus / & resurgit: si cadit quomodo iustus: si iustus quomō cadit? sed iusti vocabulū nō amittit / qui per pœnitētiā semp resurgit: & non solū septies / sed etiā septuagesies septies delinquēti si cōuertat ad pœnitentiā peccata donantur. Hęc ibi.
s ¶ Simplices possidebūt bona eius. Sic est quod alibi dicit Sapiēs. Thesaurizant iustis diuitię ipiorum. de quo dicto est bo. tex. in c. si. paulo ante fi.23. quęsti.7.
t ¶ Noli esse iustus multū. Iudiciū sine misericordia erit illis / q nolunt facere misericordiā delinquētibus cū p Salomonē dicat. Noli esse iustus multū: qa est nimis iustus q perit in iustitia sua. Ita dicit tex. i c. Plerūq̧. §. Itē obijcitur. paulo ante fi.2.q.7. & idē pbatur in c. Non potest. §. Pręcepta.23.q.4. & in c. Serpēs. i fi. de pœni. dist.1. vbi posito hoc dicto Salomonis / subiungit. Debet em̄ iustitiā tēperare moderatio. Nā quēadmodū tibi curādus prębeat: quē fastidio habes / q contēptui se / non cōpassioni futurū putet. Hęc ibi.
v ¶ Nichil negligit. Idest oībus sine delectu psonarū benefacit. Tex. est vbi hæc declaratio (quę est glo. interlinearis) probat. in c. Si qs despicit. versi. fina. cum c. sequenti. 42. distinc.
x ¶ Non est homo iustus qui nō peccet &c. De hoc est text⁹ diffusus q videri pōt in c. Si em̄. de pœni. dist.2.

y ¶ Iuſtitia perpetua eſt & immortalis: iniuſtitia autē mortis eſt acquiſitio. Circa hanc ſententiā notādus venit text⁹/ q ei multū aſtipulatur. in auten. vt oēs obe. iudi. prouin in prin. colla. 5. vbi dicit. Vnā eſſe omniū perfectiſſimā virtutē/ arbitrandū eſt hoibus: quæ iura oibus diſtribuit. Hęc eſt ex cauſa cognominata iuſtitia. Etenī ſcdm vnāquāq; aliarū virtutū: niſi ſubſequātur hui⁹ bona: fiet nichil hoꝝ quę cōpetunt. Itaq; nec fortitudinē/ q nō eſt cū iuſtitia/ laudabim⁹: cū ſcilicet patria lingua fortitudinē in armis/ virtutē appellet ſolū: & ſi qs ab ea iuſtitiā ſubtrahat/ ad delictoꝝ occaſionē ſolūmodo/ nō quorundam bonorū fiet occaſio. (Et ſubiungit) Plurima ſiniſtra hoies machinant & perpetrāt: tanq̄ perpetuā virtutē habituros ſe cōfidētes. & non reſpiciūt ad milia & decies milia exempla: qaſero tandē & in perſonis inumerabilibus/ ex impotētib⁹ videmus potētes procedere/ ex nō diuitibus diuites. In omne autē ęuū pene/ ex potētibus proceſſerūt inanes/ ex diuitibus pauperes: dum patrū iniuſtitiā ſoboles eſt ſecuta. & non cogitant neq; reputant: qm̄ qd ipſi quaſi per ſe machinātur/ poteſtatibus vtentes: hęc forſan cōtra eos q ex eis pcreātur agunt/ non eadē potētia ſequēte ſobolē quæ illos ſequitur. Hæc ibi.

Sapiē.1.d. ¶ Iuſtitia [y] perpetua eſt immortalis: iniuſtitia autem mortis eſt acquiſitio. Impij autem manibus & verbis accerſierūt illam: & exiſtimātes illam amicam/ defluxerunt & ſponſiones poſuerunt ad illam: quoniā morte digni ſunt qui ſunt ex parte illius.

Eccl.2.c.d. ¶ Dicunt impij. Circunueniamus [z] iuſtum/ quoniam inutilis eſt nobis: & contrarius eſt operibus noſtris: & improperat nobis peccata legis: & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiā dei habere: & filium dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum: quoniam diſſimilis eſt nobis vita illius: & immutatæ ſunt viæ eius. Tāq̄ nugaces æſtimati ſumus ab illo: & abſtinet ſe a vijs noſtris/ tāq̄ ab immūdicijs: & pręfert nouiſſima iuſtorū: & gloriat ſe patrē habere deū. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint: & tentemus quæ ventura ſunt illi: & ſciemus quę erunt nouiſſima illius. Si enim eſt verus filius dei/ ſuſcipiet illum: & liberabit illum de manibus contrariorum. Cōtumelia [a] & tormento interrogemus eum: vt ſciamus reuerētiam eius/ vt probemus patiētiā eius. Morte turpiſſima cōdēnemus eū. Erit eni & reſpectus ex ſermonib⁹ illius. Hæc cogitauerūt & errauerūt. Excæcauit enim illos malitia eorū: & neſcierūt ſacramēta dei/ neq; mercedē ſperauerunt iuſtitiæ: nec iudicauerūt honorem animarum ſanctarū.

Sapiē.3.a.b. ¶ Iuſtorum [b] animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentū mortis. Viſi ſunt oculis inſipiētiū mori: & æſtimata eſt afflictio exitus illorum. Et ab itinere iuſto abierunt in exterminium: & q a nobis eſt iter exterminij/ illi autē ſunt in pace. Et ſi corā hoibus tormenta paſſi ſunt: ſpes illorum immortalitatē plena eſt. In paucis [c] vexati/ in multis bene diſponentur: quoniā deus tentauit eos & inuenit illos dignos ſe. Tanq̄ aurum in fornace probauit illos/ & tanq̄ holocauſti hoſtiam accepit illos: & in tempore erit reſpectus illorum. Fulgebunt [d] iuſti/ & tanq̄ ſcintillę in arundineto diſcurrēt. Iudicabunt nationes & dominabuntur populis: & regnabit dominus illorum in perpetuum.

Sapiē.4.b. ¶ Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit: in refrigerio erit.

Sapien.4.c ¶ Condemnat iuſtus mortuus/ viuos impios.

Sapiē.5.a.b ¶ Stabūt [e] iuſti in magna cōſtātia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerūt/ & qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili/ & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis: gementes præ anguſtia ſpiritus/ dicentes intra ſe: pœnitentiam [f] agentes & præ an-

z ¶ Circūueniamus iuſtum &c. Hac ſentētia bonos aſſiduā maloꝝ pati pſecutionē docemur. De quo etiā eſt bonū dictū Hieronymi in c. Qui ſcdm carnē. in ipr. 23. q. 4. dū ibi dicit. Qui ſcdm carnē natus eſt/ perſequitur ſpūalē. Et in c. Nulli dubiū eſt. ipri. 3. q. 1. vbi dicit. Nulli dubiū eſt/ qa boni a malis ſemp perſequūtur & tribulantur.

a ¶ Contumelia & tormento interrogemus eum. Iuſtus dn̄s & redēptor noſter Chriſtus/ cōtumelijs fuit & tormentis iterrogatus. c. Sciſcitaris. circa med. 7. q. 1.

b ¶ Iuſtorū animę in manu dei ſunt/ & non tanget illos tormentum mortis. Ideſt iuſtorū animæ a corporib⁹ ſeparatę ſunt in manu diuinę miſericordię per ſecuritatem glorię conſequendę. Nam a tempore paſſionis Chriſti per quam ianua gloriæ aperta eſt: ſi non habeant aliquid purgandum/ ſtatim euolant ad gloriam. ſi autem habeant aliquid purgandum/ detinentur in manu iuſtitiæ in pœna purgatorij: ſunt tamen ſecuræ de ſua beatitudine conſequenda. Hęc declaratio eſt Nicolai de Lira. pro qua eſt textus apertus in c. Tempus. 13. queſti. 2. de quo dictum eſt s. in verb. Anima. in fi. & ibi de hac materia.

c ¶ In paucis vexati: in multis bene diſponētur. Facit bo. tex. in c. 1. colū. 3. de pœni. diſt. 5. dū dicit. Pœnitens/ omnia ſacerdote iubente paratus ſit facere pro recipienda vita animę/ quęcūq; faceret pro euitanda corporis morte: & hoc cum deſyderio. quia vitam recuperat infinitam. Hæc ibi.

d ¶ Fulgebunt iuſti & tanq̄ ſcintillę in arundineto diſcurrēt. His verbis notari ſolent quatuor dotes corporis/ beatorū poſt reſurrectionē. de quibus habetur per Panor. in c. 1. colū. 3. de ſum. tri. & fide catho.

e ¶ Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerūt &c. Iniuſti etiā aduerſus iniuſtos ſtabunt. prout eſt bo. tex. in c. Si quis diaconus. paulo ante finē. 50. diſt. dū ibi dicit. Ipſi quibus cū periculoſa & falſa miſericordia indulgere videmur: cū ante tribunal Chriſti pro tātis peccatis dānandis aduenerint/ cōtra nos cauſam dicturi ſunt: q dū aut durā aſperitatē linguę eoꝝ expauim⁹/ aut falſa blādimēta/ & periculoſas adulationes ipſorum libenter accepimus: in eiſdē permanere peccatis eis inutiliter induſimus: aut ipſa peccata augere permiſimus. Hæc ibi.

f ¶ Pœnitentiā agētes/ quę tn̄ eis nichil poterit vtilitatis afferre. d. c. In pręſenti ſeculo. 13. q. 2.

gustia spiritus gementes. Hi sunt quos habuimus aliquando in deri=
sum & in similitudinē improperij. Nos insensati vitā illorum ęstima=
bamus insaniam: & finem illorum sine honore. Ecce quomodo com=
putati sunt inter filios dei: & inter sanctos/sors illorum est. Ergo erra=
uimus a via veritatis: & iustitiæ lumē non luxit in nobis: & sol intelli=
gentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perdi=
tionis: & ambulauimus vias difficiles: viam autem domini ignoraui=
mus. Quid nobis profuit superbia/aut diuitiarum [g] iactantia quid cō
tulit nobis? Trāsierūt omnia illa tāq̄ vmbra & tāq̄ nūci⁹ p̄currēs &c.

¶Iusti in perpetuum viuent: & apud dominum est merces eorum: & Sapien.5.c.
cogitatio illorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris/&
diadema speciei de manu domini: quoniā dextera tua teget eos/ & in
brachio sancto suo defendet illos.

¶Qui custodierint [h] iustitiam iustæ iudicabuntur: & qui didicerint Sapiē.6.b.
iusta/inueniant quid respondeant.

¶Si iustitiam [i] quis diligit: labores [k] huius magnas habent virtutes. Sapiē.8.b.
Sobrietatem enim & sapiētiam docet/& iustitiam & virtutem; quibus
vtilius nichil est in vita hominibus.

¶Iusti [l] tulerunt spolia impiorum: & decantauerunt domine nomen Sapiē.10.d.
sanctum tuum: & victricem manum tuam laudauerunt pariter.

¶Cum sis iustus (domine) iuste omnia disponis. Sapiē.12.a.

¶Benedictum est lignum per quod fit iustitia. Sapiē.14.a

¶Nosse te (domine) consummata iustitia est: & scire iustitiam & vir= Sapiē.15.a.
tutem tuam/radix est immortalitatis.

¶Concupiscens sapientiam/ conserua iustitiā: & dominus præbebit Eccli.1.d.
illam tibi.

¶Pro iustitia agonizare pro anima tua: & vsq̄ [m] ad mortē certa pro Eccli.4.d.
iustitia: & deus expugnabit pro te inimicos tuos.

¶Viri [n] iusti sint tibi conuiuæ. Eccli.9.d.

¶Benefac iusto: & inuenies retributionem magnam. & si nō ab ipso: Eccli.12.a.
certe a domino.

¶Ante [o] iudicium para iustitiam tibi. Eccli.18.c.

¶Est iustus/qui se nimium submittit a multa humilitate: & est iustus Eccli.19.d.
qui inclinat faciem suam: & fingit se nō videre quod ignoratum est.

¶Si sequaris iustitiam/apprehendes illam: & indues quasi poderem Eccli.27.b.

g ¶Diuitiarum iactantia quid contulit nobis. Videatur quod dictum est in verb. Iactantia.

h ¶Qui custodierint iustitiā/iuste iudicabūtur. Vt recte custodiatur iustitia/iudicaturos nos consyderemus oportet: taleq̄ a iusto iudice iudiciū/quale fecerimus subituros. c. 1. de re iudi. lib. 6. & l. Rē non nouā. i ff. C. de Iudi. Vnde dicit tex. in c. Tunc vera. in prin. 11. q. 3. Tunc vera est absolutio pręsidētes/ cū interni sequit arbitriū iudicis.

i ¶Si iustitiam quis diligit. Quisquis iustitiā diligere seu sectari desyderas: deum prius ama/ vt ameris a deo. Amabis autē illum: si in hoc illum imitaberis/vt velis oībus prodesse: nemini nocere. Tunc te virū iustum omnes appellabunt/obsequentur/ venerabuntur & diligēt. Et de isto amore iustitię Hugo libro. 1. de sacramentis sic ait. Sicut iustitia amatori suo deesse nō potest: ita illi a quo nō amatur nullatenus pōt adesse. Ratio scdm eum est. quia iustitiā pfecte amare/ est esse iustum: quā q̄to plus dilexeris iustior eris. Ita dicit Alberi. de Ro. in dictionario suo. i verbo Iustitia. in. 1. no. in fine.

k ¶Labores huius magnas habēt virtutes. Videatur tex. in auten. vt oēs obe. iudi. prouin. colla. 5. in prin. de quo dictum est s. eodē super illud. Iustitia perpetua est & immortalis.

l ¶Iusti tulerūt spolia impiorum. Circa hęc verba notet text⁹ Augu. in c. Si de rebus. in prin. 23. q. 7. vbi Augustin⁹ ad quosdam hęreticos scribens: ait. Si de rebus vel locis ecclesiasticis quę nō tenetis q̄rimini/ possunt & Iudæi iustos se dicere/ & iniquitatē nobis obijcere: qa locū in quo impij regnauerunt/ modo christiani possidēt. Quid ergo indignum/si ea quę tenebant hæretici: scdm parem voluntatē/dn̄i catholici tenēt? Ad oēs iniquos & impios illa vox dn̄i valet. Auferetur a vobis regnū dei: & dabitur genti faciēti iustitiā. An frustra scriptum est? Labores iniustorum pij edent. quapropter magis mirari debetis: q̄ adhuc tenetis aliquid/q̄ q̄ aliquid amisistis. Et in c. fi. paulo ante fi. eadē causa & quęsti. vbi dicit. Si consideremus qd scriptū est in libro Sapiētię. Iusti tulerūt spolia impiorū. Item quod legitur in prouerbijs. Thesaurizātur iustis diuitię impiorū. tunc videbimus nō esse quęrendū qui habeāt res hęreticorum/sed qui sint in societate iustorum. Hæc ibi.

m ¶Vsq̄ ad mortem certa pro iustitia. Eligibilior est enim mors q̄ iustitiæ transgressio. c. Ita ne. 32. quęsti. 4. c. Sacris. quod me. cau. cum similibus.

n ¶Viri iusti sint tibi cōuiuę. Videat qd istis verbis annotatū est in verb. Cōuiua.

o ¶Ante iudiciū para iustitiā tibi. Hoc dictū declarat Io. Mo. in Rub. de iudi. in extrauag. & dictū est s. in verb. Iudiciū. sed ibi dictis addatur: q̄ hęc sentētia potest adaptari foro seu iudicio contētioso: vt velit/q̄ anteq̄ subeam⁹ cū aliquo iudiciū parem⁹ nobis iustitiā: qa si in iudicij pricipio nō adsit nobis iustitia/ nō poterim⁹ obtinere. tāetsi iudicio pendēte nobis iustitia supueniat. Et ita adaptādo istā sententiā est textus clarus idē pbans in l. Nō potest videri. ff. de iudi. vbi Bar. & alij satis imorātur in hac materia. Pro cuius aliquali resolutione potest notari textualis decisio. in c. Abbate sane. §. Pręfatus igitur. de re iudica. lib. 6. vbi dicitur. Quod Abbas & conuentus de bonefac proposuerunt intentionē actoris/ex his quę post litē cōtestatā accidūt/posse fundari: eaq̄ debere i iudiciū deuenire. tunc locū habet/qn̄ ex certa & expressa causa specialiter non est actum. Ex his eīn quę post inchoatū iudiciū eueniūt: qn̄ causa fuit exposita specialis/nec debet nec potest iudicis animus ad proferendā sententiā informari. qa cū certæ causæ facta est mētio: vtpote donationis vel vēditiōis aut alteri⁹ specialis: oportet icepti iudicij tēpus attēdi/ vt liqdo cognoscat: an tūc iterfuerit actoris pꝑter illa q̄ specialē comitant causam/& necessario adesse debēt. veluti loc⁹ & tēpus & hmōi q̄ sunt solicite atten-

denda: & sinequibus causa vacua & inualida censeretur. Sed cum est in genere absq alicuius causę declaratiõe petitum: non sic oportet accepti iudicij tempus inspici: quia non requiruntur/nec sunt oportuna/nec attendi possunt huiusmodi comitantia in hoc casu. Et licet aliquibus curiosis aliter forsan appareat/quando actũ est causa aliqua non expressa: vtilius tamẽ videtur: negocia tali expediri compendio/ q̃ per quandam exactã subtilitatem longo dispendio protogari. & pręsertim cum nõnulla pro vtilitate cõi/contra iuris asperitatem ex ęquitatis mansuetudine tolerari noscãt. Hęc ibi. Cætera quę hic i hac materia dici possent: videãtur per doc. in d.l. Non potest.

honores: & inhabitabis cum ea/& proteget te in sempiternũ: & in die agnitionis inuenies firmamentum.

Ecci.33.b. ¶Contra malum/bonum est: & cõtra vitam/mors: sic & contra [p] virũ iustum peccator.

Ecci.35.b. ¶Oblatio iusti impinguat altare.

Esaię.3.b. ¶Dicite iusto quoniã bene: quoniã fructũ adiuẽtionũ suarũ comedet

Esaię.5.f. ¶Væ qui iustificatis impium pro muneribus: & iustitiam iusti aufertis ab eo.

Esaię.11.f. ¶Iudicabit (dicit Esaias de Christo) in iustitia pauperes: & erit iustitia cingulum lumborum eius.

Esaię.28.c. ¶Ponam in pondere iudicium: & iustitiam in mensura.

Esaiæ.51.a. b.c. ¶Audite me (dicit dominus) qui scitis iustũ. populus meus lex mea ĩ corde eorũ. Nolite timere [q] opprobrium hominum: & blasphemiam eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum: sic comedet eos vermis: & sicut lanam: sic deuorabit eos tinea. Salus autẽ mea in sempiternũ erit: & iustitia mea in generationes generationum.

56.a. ¶Facite iustitiam: quia iuxta est salus mea vt veniat: & iustitia mea/ vt reuelet.

57.a. ¶Iustus [r] perit: & non est qui cogitet in corde suo.

64.b. ¶Facti sumus vt immundi omnes nos: & quasi [s] pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.

65.d. ¶Iustos anteq̃ clament: ego exaudiam (dicit dominus) Adhuc illis loquentibus ego audiam.

Ezechie.3.f ¶Si conuersus iustus a iustitia sua fuerit: & fecerit iniquitatem: ponã offendiculum coram eo. Ipse in peccato suo morietur: & nõ erunt [t] in memoria iustitiæ eius quas fecit. Et diffusius.s̃. i verbo Cõuersus.

Ecci.18.a.b ¶Vir si fuerit iustus/& fecerit iudicium & iustitiam / in mõtibus non comederit: & oculos suos nõ leuauerit ad Idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit: & hominẽ non cõtristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nichil rapuerit: panẽ suũ esuriẽti dederit: & nudum operuerit vestimento: ad vsuram non cõmodauerit: & amplius nõ acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam: & iudicium verum fecerit inter virum & virum: & in pręceptis meis ambulauerit: & iudicia mea custodierit & faciat veritatem: hic iustus [v] est. vita viuet ait dominus deus.

Eccli.18.e. ¶Iustitia [x] iusti super eum erit: & impietas impij super eum.

Eze.33.c.d. ¶Iustitia iusti nõ liberabit eum in quacũq; die peccauerit: & impietas impij nõ nocebit ei ĩ quacũq; die [y] cõuersus fuerit ab ĩpietate sua. Et iustus non poterit viuere in iustitia sua / in quacũq; die peccauerit. Etiam si dixero iusto q; vita viuat / & cõfisus in iustitia sua fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius obliuioni tradẽtur: & in iniquitate sua quam operatus est/morietur. Si autem dixero impio: morte morieris: & egerit pœnitentiam a peccato suo/feceritq; iudicium & iustitiam: & pignus restituerit ille impius: rapinamq; reddiderit: in mandatis vitę ambulauerit: nec fecerit quicq̃ iniustum: vita [z] viuet/& non morietur. Omnia peccata eius quę peccauit/non imputabuntur ei. Iudicium & iustitiam fecit: vita viuet.

Abacuc.1.b ¶Impi⁹ p̃ualet aduersus iustũ: p̃pterea egreditur iudiciũ peruersum.

p ¶Contra virũ iustum peccator. Facit textus in d. c. Qui scdm carnem. in prin. 23.q.4. & in d.c. Nulli.3.q.1.

q ¶Nolite timere opprobrium hominum &c. Idem cõmonet text⁹ in c. fina. ĩ fine. 47. dist. vbi ponitur dictum apostoli. Si hominibus placerem: Christi seru⁹ non essem.

r ¶Iustus perit. Iust⁹ perit. i. affligitur. quãdoq; corporaliter & temporaliter simul cum impio: prout de hoc est bonus text⁹ Sixti papæ. in c. In sancta. de consecra. disti.1. vbi dicitur. In sancta apostolica sede statutum est: vt sacra vasa non ab alijs q̃ a sacratis/dominoq; dicatis hominibus contractentur: ne pro talibus præsumptionibus dominus iratus / plagas imponat populo suo: & hi etiam qui non peccauerint pereãt. quia perit iust⁹ sæpissime pro impio. Hæc ibi.

s ¶Quasi pannus menstruatę omnes iustitię nostrę. Circa hęc verba põt videri diffus⁹ tex. in c. Si em̃. de pœ. dist.2.

t ¶Et non erit in memoria iustitię quas fecit. Videaẽ tex. idem dicens. in c. Si auerterit. de pœ. dist.4. & p alijs quę hic dici possent. Recurratur s̃. ad verbũ cõuersus.

v ¶Hic iustus est. Iustus enim proprie dr̃ quasi ius tuens: qui scilicet custodit ius. Ita dicit Archi. in c.1. in fine. 22. quæstio.2.

x ¶Iustitia iusti super eũ erit &c. Videatur quod dictum est s. in verb. Anima. super illd̃. Anima q̃ peccauerit/ipa morietur.

y ¶In quacunq; die cõuersus fuerit. Videtur qd istis verbis annotatũ ẽ s̃. in verb. conuertere.

z ¶Vita viuet & non morietur.

¶Iustus [a] in fide sua viuet. Abacuc. 2. a

¶Beati [b] qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Matth. 5. a.

¶Nisi abũdauerit [c] iustitia vestra plusq̃ Scribarum & Phariseorum non intrabitis in regnum cœlorum. Matth. 5. c.

¶Non veni vocare iustos (ait Christus) sed peccatores. Matth. 9. b

¶Qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Matth. 10. d

¶Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Matth. 13. f.

¶Ita gaudium [d] erit super vno peccatore pœnitẽtiam agente/ q̃ super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia. Lucæ. 15. b

¶Iustitia [e] fructus est spiritus. ad rõa. 14. c

¶Euigilate iusti/ & nolite peccare. 1. cori 15. d.

¶Iusto non est lex posita. Et infra in verbo lex. 1. timo. 1. b.

¶Si iustus vix saluabitur impius & peccator vbi parebunt? 1. petri. 4. d

¶Qui [f] facit iustitiam ex deo est. 1. ioan. 2. d.

¶Qui facit iustitiã: iustus est/ sicut & ille iustus est. 1. ioan. 3. b.

¶Ioseph cognominatus est iustus. vide supra in verbo Ioseph iustus.

¶Qui iustus [g] est iustificetur adhuc. Apoca. 22. c

¶Cętera supra in verb. euenire. Ecclesiastes. 6. in verb. Ihesus. Math. 3. & infra in verbo sapientia. Sapien. 10.

Iustificare Iustificatus & Iustificatio.

¶Nunquid homo/ dei comparatione iustificari potest? Iob. 4. b.

¶Si iustificare me voluero: os meum condemnabit me. Iob. 9. c.

¶Nunquid vir verbosus iustificabitur? Iob. 11. a.

¶Iustificationem [h] meam quam cœpi tenere non deseram. Et supra Cor. Iob. 27. a.

¶Tibi soli peccaui & malum coram te feci/ vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Psal. 50. a.

¶Humilem & pauperem iustificate. Psal. 81. a.

¶Legem pone michi domine viam iustificationũ tuarum/ & exquirã eam semper. psal. 118. e.

¶Cantabiles michi erant domine iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. psal. 118. g.

¶Super senes intellexi quia iustificationes tuas quęsiui. psal. 118. g.

¶In bonitate tua (domine) doce me iustificationes tuas. psal. 118. i.

¶Non intres [i] in iudicium cum seruo tuo domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. psal. 142. a.

¶Qui iustificat [k] impium & cõdemnat iustũ/ abominabilis est vterq; apud deum. puer. 17. c.

¶Qui sine timore est/ non potest iustificari. Eccli. 1. c.

¶Iustifica [l] pusillum & magnum similiter. Eccli. 5. d.

¶Non iustifices te ante deum/ quoniam agnitor cordis ipse est. Eccli. 7. a.

¶Peccantem in animam suam quis iustificabit? Eccli. 10. d.

¶Deus solus iustificabitur. Eccli. 18. a.

Vide ... ictum est in verbo deus. super illud Exo. Non est deus vt homo/ vt mentiatur: neq; vt filius hominis/ vt mutetur.

a ¶Iustus in fide sua viuet. Vbi ergo sana fides non est: ibi iustitia esse nõ potest. Ita ex hoc dicto infert Augu. in c. Vbi sana fides. in prin. 24. q. 1. Cętera videantur in verbo fides.

b ¶Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã. Recurratur ad verbum beatus.

c ¶Nisi abũdauerit iustitia vestra &c. Circa hanc sententiã notet textus in c. Non dubito. in fi. de consecra. dis. 4. dũ ibi dr. Sicut bono cathecumino baptismꝰ deest ad regnum cœlorũ capessendum: sic malo baptisato vera cõfessio. Qui enim dixit. Nisi q̃s renatꝰ fuerit ex aqua & spiritu sãcto &c. ipse etiam dixit. nisi abũdauerit iustitia vestra plusq̃ scribarum pharisęorum: nõ intrabitis in regnum cœloꝝ. Hæc ibi.

d ¶Ita gaudiũ erit super vno peccatore &c. Recurratur ad verbum Gaudium.

e ¶Iustitia & fructus spiritus. Hic notet quod dicit Archi. in d. c. Vbi sana fides. 24. q. 1. vbi dicit/ q; iustitia multipliciter sumit. Quandoq; enĩ iustitia est ęquanimitas tolerãdi inopiã & tẽperantiã habere in abundantia. Tex. est in c. Quod dicit. in pri. 41. distin. Quãdoq; iustitia est patriã & socios defẽdere. Tex. est in c. Fortitudo. 23. q. 4. Quandoq; est aliorũ infirmitatibꝰ cõpati. c. Vera iustitia. in prin. 45. dist. Et q̃nq; est ius suũ vnicuiq; reddere. vbi etiã iustum q̃nq; pro iniusto redditur. cap. Sex sunt differẽtiæ. cap. fina. principij. 23. quæstione. 3.

f ¶Qui facit iustitiam ex deo est. Summum nãq; in rebꝰ bonũ est iustitiã colere/ ac sua cuiq; iura seruare: & in subiectos non sinere q̃d potestatis est fieri: sed q̃d ęquũ ẽ custodiri. Ita dicit tex. in c. Si seculi leges. alias est in cap. Cum deuotissimã. 12. quæstione secunda.

g ¶Qui iustus est/ iustificetur adhuc. Tex. est circa hęc verba vidẽdus in c. Quantũlibet. in fi. 47. dis. de quo dictum est in superioribus.

h ¶Iustificationẽ meã quã cœpi tenere nõ deseram. Videatur quod in horũ annotatiõe verborum dictum est in verbo Cor. & in verbo Deserere.

i ¶Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Recurratur ad verbum iudicium.

k ¶Qui iustificat impium &c. Facta est annotatio in verbo iustus.

l ¶Iustifica pusillum & magnum similiter. Facit textꝰ in cap. Nouit. col. 2. de iudi. de quo dictum est in verbo Iudex

Ecci.15.ifi. ¶Non iustificabitur [m] caupo a peccatis labiorum.
Ecci.31.a. ¶Qui aurum diligit non iustificabitur.
Esaię.50.c. ¶Iuxta est qui iustificat me.
Danie.9.c. ¶Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciē tuā domine: sed in miserationibus tuis multis.
Matth.11.c ¶Iustificata [n] est sapientia a filijs suis.
Ad rōa.3.d. ¶Iustificati estis gratis per gratiam dei: per redemptionem quæ est in Christo Ihesu.
ad rōa.6.b. ¶Qui mortuus est/iustificatus est a peccato.
ad rōa.8.a. ¶Resurrexit Christus propter iustificationem nostram.
¶Cætera in verbis pdestinare ad Roma.2. Fides ad Gala.2. & Iaco.2. & Iustus Apoca.22.

Iuuenis & Iuuentus.

¶De Roboam qui iuuenum [o] cōsilio obtemperans amisit partem regni sui: habetur .2. Paralipo.10.c. & infra in verbo Roboam.
Iob.30.a. ¶Derident me iuniores tempore/dicebat Iob.
Iob.32.b. ¶Iunior sum tempore/vos autem antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum indicare vobis meam sententiam.
Psal.[illegible]4.b. ¶Delicta iuuentutis meæ/& ignorantias [p] ne memineris domine.
Psal.70.a. ¶Domine tu es spes mea/a iuuentute mea.
psal.70.c. ¶Docuisti me domine a iuuentute mea.
Psal.102.a. ¶Renouabitur [q] vt aquilæ/iuuentus tua.
Psal. 148.b ¶Iuuenes & virgines/senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
puer.20.d. ¶Exultatio iuuenum fortitudo eorum: & dignitas senum canicies.
Ecclēs.11.d. ¶Lætare iuuenis in adolescētia tua: & in bono sit cor tuum/in diebus iuuentutis tuæ: & ambula in vijs cordis tui/& intuitu oculorū tuorū. & scito [r] q pro omnibus his/adducet te deus in iudicium.
Ecclēs.12.a. ¶Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ: anteq̄ veniat tempus afflictionis tuæ: & appropinquent anni/de quibus dicas: non michi placent.
Ecci.6.b. ¶A iuuētute tua excipe doctrinā: & vsq ad canos inuenies sapiētiā.
Ecci.25.a. ¶Quæ [s] in iuuentute tua non congregasti: quomodo in senectute tua inuenies?
Ecci.30.b. ¶Curua ceruicem filij in iuuentute sua.
Eccli.30.c. ¶Non des filio tuo potestatem in iuuentute sua.
1.ad tio.5.a ¶Iuuenes obsecra vt fratres: anus vt matres: iuuenculas vt sorores.
2.timo.2.d ¶Iuuenilia desyderia fuge.
ad titū.2.b. ¶Iuuenes hortare vt sobrij sint.
¶De iunioribus [t] viduis/vide infra in verbo vidua.

m ¶Non iustificabitur caupo a peccatis labiorum. Recurratur ad verbum difficile.
n ¶Iustificata est sapientia a filijs suis. Pro elucidatione sententię notetur quod dicit tex.(qui Aug. est) in c. Quod dicit. in prin. 41. dist. vbi dicitur. Quod dicit dominus in euangelio. iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. ostendit filios sapientiæ intelligere: nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiā: sed in ęquanimitate tolerandi inopiam/& tēperantia per abundantiā non se corrumpendi/atq opportune sumendi vel non sumendi ea/quorum non vsus sed cōcupiscentia reprehēdēda est. Hęc tex. vbi Archi. dicit q in hac auctoritate/iuris canonici sapientia tripliciter cōmendatur. Ostenditur eñ recta/sapida & fœcunda. Recta/q2 appetitū rectificat propter rectitudinem canonū diuinorū. Nam sancto spiritu suggerente/ipsi canones scripti sūt: cap. Si quis diaconus. §. Ecce. in prin. 50. dist. & in c. Violatores. 25. q. 1. Vnde dicit iustificata est quia rectum & iustum facit. Nam secūdū Aug. Iustitia est rectitudo volūtatis. Sapida/q2 affectū delectat propter suauitatē pmissorum in ipsa contentorum: fœcūda quia filios attollit. Vnde ait a filijs suis. Hæc Archi.
o ¶Iuuenū consilio. De hoc iuuenum cōsilio per Roboam delecto/dictum est aliquid s. in verbo Consiliū.
p ¶Et ignorantias meas ne memineris domine. Istis verbis facta est annotatio in verbo delictum
q ¶Renocabit vt aquilę iuuētus tua. Aqla senescēs grauatur rostri immoderatione crescentis/sic vt os aperire nequeat & cibum sumere/& īde lāguescit: sed quodam naturali modo collidit ad petram rostrum/& excutit onus rostri & redit ad cibū: & omnia sic in ea reparant vt fieri iuuenis videatur. Sic & nos peccatorū nostrorū grauamine prępedimur ne cibū salutarem valeamus sumere: quia qui in peccatorū sordibus degens: hūc cibum accepit/iudicium sibi mā ducat & bibit. c. Qui timorē. de consecra. disti. 2. Vnde ad petram. i. Christū debemus confugere/vt eo adiutore grauamen deponamus peccaminū: & sic veterē exuentes hominē & nouū induētes/renouari dicemur. c. Quomodo. in prin. de pœ. dis. 2. & tunc tantū & non prius/ad cibū salutarem q Christus est assumendum/poterimus accedere. c. 1. versi. Paucat prętere a. de pœ. dist. 5. De hoc aūt dicto psal. Meminit glosa in c. In quibus. de cōse. dist. 2. de qua dictū est in verb. aquila.
r ¶Scito q pro oib9 his adducet te deus in iudicium. Recurratur ad verbū iudicium.
s ¶Quę in iuuentute tua non congregasti &c. Circa hæc verba notari potest quod dicit tex. in l. fi. §. Filius aūt. C. de bo. quę liberis &c. vbi dicit tex. Melius est coarctare iuueniles calores/ne cupidini dediti/tristem exitū sentiant qui eos post dispersum expectat patrimonium. Hęc ibi.
t ¶De iunioribus viduis. De istis viduis iunioribus notabiliter loquens textus in Auctē. de non eligen. secundo nubē. §. Cum igitur. versi. Optimum. colla. 1. dicit. Optimum est atq laudabile & dignum oratione/vt mu

heres h[illegible] se honeste tractent: quatenus quæ semel ad virũ venerũt: seruent inuiolatũ morientiũ thorũ. Et hmõi mulierẽ miramur pariter & laudamus / & non pcula virginitate ponimus. Sin autẽ non valuerit (cum forsitan & iuuenis non hæc patiat) nec possit cõtra feruorẽ naturę resistere. Nõ est torquenda ꝑpter hoc / necei interdicẽdæ sunt cõmunes leges: sed ad viri alterius veniat nuptias honeste / & ab omni luxuria abstineat. Hæc ibi. Cætera in verbo Vidua.

Finis litteræ. I.

v ¶ In kalendis. i. in mensiũ exordijs. Quod mẽsium exordia kalendę dicant / dicit etiam glosa in cap. Propter. i ver. ideib⁹ 18. dis. & Io. An. i data sexti decre. in verbo quinto nonas. & glo. in l. Eũ qui kalendis. ff. de verb. obliga. & in l. Cũ bissextus. ff. de verbo. sig. cum simili. Et quia hęc materia vtilis est & vsitata: vt pote cũ in bullis Apostolicis / dierũ numerus apponi non soleat nisi p kalẽdas Nonas & Idus. Ideo breuiter est aduertendũ post Archi. i d. c. Propter. colum. secũda. 18. distinctio. & Ioan. Andreę. in dicta data sexti ꝙ dies mensis cuiuslibet q̃tum ad appellationem ipsorũ distinguntur per kalendas / nonas / & idus. Kalende dicuntur primus dies mensis a calo quod est voco: quia tũc flebat vocatio ad nũdinas siue nonas. vñ calendæ scribi deberet potius q̃ k lendæ: & iste nundinæ erant vel in quinta die mensis vel in septima. Vnde in prima die mensis dicimus kalendis: in secundo dicimus quarto nonas / si sit mensis habens quatuor nonas quasi quarto die añ nonas. Si vero sit mẽsis habens sex nonas / dicimus sexto nonas quasi sexto die ante nonas. Sunt eñ menses quatuor qui habent sex nonas. Alijs tantũ quatuor nonas habẽtibus. prout iudicat sequens distichon. Sex maius nonas October / Iulius / & mars. Quatuor at reliqui / tenet idus quilibet octo. In Martio igitur prima die dicimus kalendis. In secũda sexto nonas. i. sexto die ante nonas. In tertia quinto nonas. i. quinta die ante nonas: & sic deinceps vsq̃ ad diem septimã / qua die di[illegible] nonis eã die erant nũdinę. Post has nonas siue essent in quinta siue in septima die scdm diuersitatem mensiũ [illegible] postea denominantur dies ab idibus. Idus aũt interpretat diuisio: quia tũc diuidebant nundinę: & qa idus erant semp in octaua die post nundinas / quia nundinę durabant per octo dies in quolibet mẽse: ideo statim post nonas siue quinta siue septima die mensis essent dicebatur & dr hodie octauo idus. i. octauo die ante idus. Sequenti die dicebatur. vij. idus. i. septimo die ante idus. & sic de singulis / vsq̃ ad idus & tunc dicitur idibus sicq̃ in quolibet mense idus sunt vel in. 13. vel. in. 5. die / post quam diẽ & sic post idus statim denominãtur dies a kalendis sequẽtis mensis. & scdm ꝙ maior distantia est vsq̃ ad sequentẽ mensem / vel minor: quod põt esse vel propter nonas / quę non sunt ęquales in quolibet mense vt dictum est: vel propter hocꝙ vnus mensis habet plures dies quã alius / vel propter vtrũq̃. Ideo si mẽsis habet vnũ & triginta dies / ac quatuor nonas sicut Ianuarius: dicimus post id⁹: & sic post diem. 13. 19. kalendas. i. 19. die ante kalendas: & sic. 18. die exeunte Ianuario: sequenti die dicim⁹. 18. kalẽdas. i. 18. die añ kalẽdas: & sic cõsecutiue vsq̃ ad vigiliã kalẽdaꝝ: & sic ad postremã die mẽsis. & tũc dicim⁹ pridie kalẽdas: vel (si min⁹ latinũ kalẽdarij sermonẽ nolim⁹ abrogare) kalẽdas scdo Si vero mensis habeat tñ. 30. dies nonas: tũc stati post id⁹ dicim⁹. 18. kalẽdas & postea. 17. & sic de singulis. Quod si mẽsis hũerit solos. 28. dies / &. 4. nonas: tunc post idus dicimus. 16. kalẽdas. i. 16. die ante kalendas: & sic. 15. exeunte Februario. Si aũt mensis habuerit. 31. dies / & sex nonas: tũc post idus & sic post diem decimamquintã / dicim⁹. 17. kalendas. i. 17. ante kalendas. & sic. 16. exeunte Martio. Idem in alijs. De numero aũt dierũ singulorũ mensium dant duo versus sequentes. Iunius / Aprilis / sepiẽ / nouemq̃ tricenos Plus etenim reliqui: sed Februus octo vicenos. Cui si bissext⁹ fuerit / superadditur vnus. De hoc aũt bissexto satis diffuse loquitur glo. quę videri põt in d. l. Cũ bissextus. in verb. Kalendis. & in verb. Vigintinouem. ff. de verbo. signifi.

Kalende. ¶ Si quãdo habebitis epulum / & dies festos / & kalẽdas: canetis tubis super holocaustis & victimis pacificis: vt sint vobis ĩ recordationẽ dei vestri. Nũeri. 10. b

¶ In kalendis v. i. in mẽsium exordijs offeretis holocaustum domino, vbi latius de ista oblatione. Nũeri. 28. b

¶ De cõuiuio Saulis in kalẽdis habetur. 1. Regũ. 20. 1. regũ. 20.

¶ Kalendas x vestras / & solennitates vestras odiuit anima mea: dicit dominus. Esaię. 1. d.

Finis litteræ. K.

x ¶ Kalendas vestras odiuit anima mea. De his quę dici possent in istorum annotatione verborum: videatur in verbo dies. super illud Pauli ad Gala. 4. Dies obseruatis & menses & tẽpora & annos: timeo ne sine causa laborauero in vobis. De celebritatibus aũt quæ in aliquorum calẽdis mensium occurrũt: vide quod dictum est in verbo Festum. Numeri. 10. b. Regi immortali inuisibili soli deo honor & gloria.

¶ Promptuarij diuini iuris ac vtriusq̃ humani: Põtificij videlicet & Cæsarei: tomi prioris. Finis.